JUS PROPRIETATIS VINDICABITUR

JOHANNIS CAPREOLI

THOLOSANI

ORDINIS PRÆDICATORUM, THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGIÆ

DIVI THOMÆ AQUINATIS

DE NOVO EDITÆ

CURA ET STUDIO

RR. PP. CÆSLAI PABAN ET THOMÆ PÈGUES

EJUSDEM ORDINIS

OLIM IN CONVENTU THOLOSANO PROFESSORUM

TURONIBUS

SUMPTIBUS ALFRED CATTIER, BIBLIOPOLÆ EDITORIS

M CM VI

Minerva GmbH. Frankfurt/Main

Unveränderter Nachdruck 1967

Printed in Grrniam

HerHdlen, Antiin Ihln Rj. Mr,.rnhnm / (d.n

Qx

Imprimatur :

t Renatus Franciscus

Archiep. Turon.

Imprimatur :

Fr. Hyacinthus Maria Cormier, O. P.

Magister Ordinis.

Rome, die decimaquinU Augusti 1905.

TABULA ‹·›

DISTINCTIO I, II et III ‹«›

Quæstio I

UTRUM IN SACAMENTIS NOV.E LEGIS SIT ALIQUA VIRTUS GRATLE CAUSATIVA

(p. 1.)

Conclusio 1a : Diffinitio sacramenti quam ponit Magister, scilicet : *Sacramentum est invisibilis gratia visibilis forma, ita ut ejus imaginem gerat, et causa existât,* est bene assignata, et competens sacramentis novæ legis. — Contra hanc arguit Durandus de Sancto Portland, Ordinis Pradicatorum Doctor.

Conclusio 2< : Sacramenta nova» legis consistunt in rebus et verbis. — Durandus.

Conclusio 3« : Sacramenta novæ legis sunt causa gratia non solum per modum causa» «ne *qua non,* immo per modum causa» *per quam.* — Durandus, Scotus, Aureolus.

Conclusio 4· : In sacramentis novæ legis est aliqua virtus gratiæ causative. — Durandus, Scotus, Aureolus.

Quæstio II

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS CAUSENT GRATIAM

(p. 53.)

Conclusio ‡ : Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex aliqua virtute cis inhærente, sicut faciunt sacramenta nova» legis. — Aureolus

Conclusio 2a : In circumcisione conferebatur gratia, licet non virtute circumcisionis. — Scotus, Aureolus, Durandus.

Quæstio III («)

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS POSSINT POST PASSIONEM CHRISTI SINE PECCATO MORTALI OBSERVARI

(p. et)

Conclusio i' : Sacramenta veteris legis, et alii» cæremonia» legales, cessaverunt, quoad vim obligandi, et quoad utilitatem eorum, in adventu Christi. — Seotus.

Conclusio 2· : Sacramenta legalia non possunt observari pro nunc sine peccato mortali — Scotus

Conclusio 3 : Haptimus non obligavit ad sui susceptionem. nec cadebat sub pnrcepto, ante passionem Christi. — Scotus.

Conclusio 4a ; Sacramenti notæ legis conferunt gratiam alterius rationis quam sit gratia donorum et virtutum. — Quidam recitati a Petro de Palude.

DISTINCTIO IV

Quæstio I

UTRUM BAPTISMUS IMPRIMAT ALIQUEM CHARACTEREM IN ANIMA

(P- ?«-)

Conclusio 1·: Aliqua sacramenta nova» legis imprimunt characterem. — Scotus, Aureolus, Duraudus.

(a) Ilee est tabula quam Thomas ‖ Sancto Germano, in ditione 1483. quarto volumini pnrmlsit,

(<) Citra *primani et duas sequentes distinctiones.* — Ad. Pr.

(C) 11 et 111. — Om. Pr.

Conclusio 2 : Character eat subjective in potentia animae, et non in essentia. — Scotus.

Conclusio 3 : Character eat subjective in potentia intellectiva. — Scotua, Durandus.

Conclusio 4 : Non omnia sacramenta novœ legis imprimunt characterem, sed solum tria. — Scotus.

DISTINCTIO V et VI

Quæstio I

utrum parvuli infidelium sint invitis parentibus raptiiandi

(p. 113.)

Conclusio 1· : Pueri infidelium filii, nondum habentes usum rationis, non sunt baptizandi, invitis parentibus. — Scotus, Durandus.

Conclusio 2 : Omnes parvuli baptiiati æqualem effectum per se suscipiunt in baptismo, ex ipso baptismo. — Scotus.

Conclusio 3 : Recipiens scienter baptismum a malis ministris, ab Ecclesia Dei pracisis per hœresim, schisma, vel excommunicationem, extra casum necessitatis, peccat. — Scotus.

Conclusio 4 : Malus minister baptizans cum solemnitate, quasi minister Ecclesiae, peccat mortaliter; non autem si in casu necessitatis, sine solemnitale, et non ut minister, baptizet — Durandus.

DISTINCTIO VII

Quæstio I

utrum baptismus, aut confirmatio a ficto suscepta, recedente fictione, sortiatur suum effectum

(p. 128)

Conclusio 1« : Fictio impedit effectum baptismi et confirmationis.

Conclusio 2« : Recedente fictione, baptismus vel confirmatio suum ultimum sortitur effectum. — Durandus.

Quæstio II

utrum sacerdos simplex, etiamsi non sit episcopus, possit confirmare

(p. 133.)

Conclusio 1· : Solus Episcopus potest potestate propria et auctoritate confirmare.

Conclusio 2a : Simplex sacerdos et non episcopus potest ex commissione solius Papae confirmare. — Durandus.

DISTINCTIO VIII et IX

Quæstio I

UTRUM FORMA SACRAMENTI EUCHARISTIE SIT CONVENIENS

(P- IU)

Conclusio 1· : Eucharistia est sacramentum. — Aureolus.

Conclusio 2· : Eucharistia est unum sacramentum, et non plura sacramenta. — Aureolus.

Conclusio 3 : Forma hujus sacramenti consistit in bis verbis : *Hoc est corpus meum,* et: *Hic est calix,* etc. — Scotus.

Conclusio 4> : Forma consecrationis panis, conveniens et completa, dumtaxat et precise consistit in his verbis : *Hoc est corpus meum.* — Scotus.

Conclusio 5· : Predict locutio quam profert sacerdos in consecratione panis, scilicet : *Hoc est corpus meum,* vera est. — Scotus, Aureolus.

Conclusio 6 : Sola conveniens et completa forma consecrationis sanguinis Christi est hæc : *Hic est calix sanguinis* mei, etc.— Durandus, Aureolus, Quidam nlll.

DISTINCTIO X

Quæstio I

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN ALTARI, VEL IN SACRAMENTO EUCHARISTIE, REALITER

(P- 1®M

Conclusio 1· : Verum corpus Christi est in sacramento Eucharistiæ secundum veritatem, et non solum sicut

in signo, vel secundum solam flguram. — Durandus, Aureolus.

Conclusio 2· : Verum corpus Christi, per hoc quod incipit esse realiter in sacramento in terris, non desinit esse realiter in coelis; imrno simul est in cwlo localiter, et in terra vel altari sacnimentaliter, et in diversis locis et altaribus in terra simul. — Scotus, Aureolus.

Quæstio II

utrum **connus CHRISTI** sit in eucharistie

SACRAMENTO, VEL CHRISTUS TOTALITER

(p. 1M.)

Conclusio 1· : Christus est totus et totaliter in hoc sacramento, quoad omnem sui substantiam. — Scotiis, Aureolus, Hcnrlcus (a).

Conclusio 2 : In Eucharistia est totus Christus totalitate quantitatis dimensivæ, sic quod tota quantitas dimensiva corporis Christi est in hoc sacramento. — Durandus, Scotus, Aureolus.

Quæstio III

UTRUM CHRISTUS SIT IN EUCHARISTIA MOBILITER, HOC EST, UTRUM IHI MOVEATUR LOCALITER

(p. 190.)

Conclusio 1 : Christus, secundum esse quod habet in Eucharistia, non movetur per se.

Conclusio 2 : Potest tamen moveri per accidens localiter. ad motum Eucharistia'. — Scotus, Durandus.

QuœstiollV

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN EUCHARISTIA VISIBILITER, HOC EST, UTRUM POSSIT 1111 VIDERI OCULO CREATO

(p. 200.)

Conclusio I· : Nullus oculus corporalis potest videre corpus Christi prout est in hoc sacramento. — Scotus.

Conclusio 2· : Quilibet oculus intellectualis beatus potest videre corpus Christi prout est in hoc sacramento. — Scotus.

Conclusio 3 : Nullus oculus intellectualis, non beatus, potest videre, cursu naturali et propria virtute naturali, corpus Christi prout est in hoc sacramento. — Scotus.

(a) *Henncue·* — Om. Pr.

DISTINCTIO XI

Quæstio I

UTRUM POST CONSECRATIONEM EOC0ARISTIÆ REMANEAT IBI SUBSTANTIA PANIS

(p. 220.)

Conclusio 1« : Substantia panis et vini non remanet post consecrationem in hoc sacramento. — Quidam Johannes Parlslensls, Scotus, Durandus.

Conclusio 2· : Substantia panis et vini, licet non maneat in Eucharistia post consecrationem, non tamen proprie annihilatur. — Scotus, Durandus.

Conclusio 3 : Substantia panis et vini convertitur in corpus et sanguinem Christi, conversione singularissima. — Scotus, Durandus, Aureolus.

DISTINCTIO XII

Quæstio I

UTRUM ACCIDENTIA SEPARATA A SUBSTANTIA PANIS CONVERSI IN CORPUS CHRISTI, POSSINT IMMUTARE SUBSTANTIALITER ALIQUID EXTRINSECUM.

(p. 219.)

Conclusio 1· : In sacramento Eucharistie remanent accidentia panis sine subjecto quod sit substantia, et aliquod accidens sine quocumque subjecto. — Scotus, Aureolus.

Conclusio 2 : Pnedicta accidentia possunt immutare substantialiter aliquid extrinsecum. — Scotus

Conclusio 3 : Prodicta accidentia possunt corrumpi, et ex eis sic corruptis potest generari substantia. — Scotus, Durandus.

DISTINCTIO XIII

Quæstio I

UTRUM HOSTI.E VEL SANGUINI A DUOBUS CONSECRATO POSSIT ALIQUID ADMISCERI

(p. 270.)

Conclusio 1· : Plures sacerdotes possunt simul unam et eamdem hostiam, vel idem vinum consecrare. — Durandus.

Conclusio 2 : Vino consecrato potest alius liquor admisceri. — Durandus.

DISTINCTIO XIV

Quæstio I

UTRUM SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ PO86IT TOLLERE CULPAM, REMANENTE REATU

(P 2^)

Conclusio 1 : Poenitentia est sacramentum. — Durandus.

Conclusio 2 : Propria materia sacramenti pœnitenliæ sunt peccata. — Aureolus.

CONCLUSIO 3 : Sacramentum pœnitentiæ quandoque tollit culpam ct loturn reatum; quandoque vero tollit culpam, remanente aliquo reatu. — Scotus, Aureolus.

Quæstio II

UTRUM POST PŒNITENTIAM RESURGAT HOMO IN ÆQUALI VIRTUTE

(P- 31t)

Conclusio 1 : Per pœnitentiam virtutes restituuntur.

Conclusio 2 : Pœnitens non semper resurgit in æquaii gratia vel virtute, immo quandoque in minori. — Scotus Aureolus, Henrlcus,

DISTINCTIO XV

Quæstio I

UTRUM HOMO POSSIT DEO SATISFACERE PRO PECCATO

(p. 324.)

Conclusio 1· : Purus homo non potest perfecte satisfacere Deo, nisi in virtute meriti Christi. — Scotun, Aureolus Duraudu

Conclusio 2’ : Nullus potest satisfacere Deo de uno peccato, non satisfaciendo de alio, sed illud retinendo. — Scotus.

Conclusio 3« : Nullus, post remissionem peccati mortalis «ibi factam per contritionem, noviter mortaliter peccans, potest in statu illo, extra charitntem, satisfacere pro peccatis prius sibi dimissis. — Scotus Quidum nili quos recitat Petrus do Palude.

Conclusio 4« : Opera extra chnritatem facta, sicut non sunt satisfactorin, ita nec alicujus pramii, etiam temporalia proprie meritoria. — Quldmn recitati a Petro de Pnludo.

DISTINCTIO XVI

Quæstio I

UTRUM PECCATUM VENIALE POSSIT REMITTI SINE MORTALI

(p. aw.)

Conclusio 1 : Peccatum veniale non potest dimitti voluntate manente ad illud.

Conclusio 2 : Unum peccatum veniale potest dimitti sine alio veniali.

Conclusio 3a : Peccatum veniale non potest dimitti sine mortali, vel mortali remanente. — Durandus, AHI.

Quæstio II

UTRUM PŒNITENTIA HABEAT PARTES

(p. 348.)

Conclusio 1« : Pœnitentia habet partes. — Durandus.

Conclusio 2 : Pœnitentia, secundum quod est virtus, non habet partes.

Conclusio 3 : Partes pœnitentiæ convenienter assignantur tres, scilicet : contritio, confessio, satisfactio. — Durandus, Alii Auctor,

Conclusio 4« : PradicUe partes dicuntur parte# pœnitenüæ intégrales.

DISTINCTIO XVII

Quæstio I

UTRUM VERE CONTRITUS ET PŒNITF.N8 PRIUS DEBEAT ELIGERE PŒNVM INFERNI, VEL OMNINO NON ESSE, QUAM peccare

(p. 356)

Conclusio 1· : Contritus tenetur in generali velle pati magia quamcumquc pœnam quam peccare; non ta-

men tenetur in speciali descendero ad panam inferni, vel aliam. — Durandus

Conclusio 2« : Quilibet contritus magis dolet cl majorem displicentiam habet de peccato inquantum est offensa Dei, quam do eodem ut cat nocivum sibi ipsi. — I›lirandus.

Conclusio 3' : Fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatum oppositum fortitudini quam mortem corporalem, et, secundum rectam rationem, cxj»onit se morti, et eligit mortem, propter bonum commune, cujus est pars. — Durandus.

Quæstio II

UTRUM CONFESSIO FACTA AH ILLO QIT NON F>T contritus nec pœnitens aliquid valut

(P SÏ4.)

Conclusio 1·: Confessio facta sine contritione non valet, pro tempore quo fit, ad remissionem peccati quoad culpam vel pu»nam.

Conclcski 2' : Talis confessio, recedente fictione, incipit esse fructifera condienti. — Durandus. Godoîrldtis.

Conclusio 3 : Taliter confessus non tenetur iterare confessionem prius laetam, sed solum confiteri suam fictionem. — Godufrldus.

DISTINCTIO XVIII

Quæstio I

UTRUM CONFESSIO NON INTEGRA POSIT ALIQUID VALERE AD SALUTEM

(p. 3W.)

Conclusio I·l : Confessio debet esse sic integra ut homo confitentur uni omnia peccata qute habet in memoria — Durandus.

Conclusio 2· : Non est necessarium quod confiions semper absolvatur ab omnibus peccatis confessis per unum et eumdem ; immo potest per unum absolvi ab aliquibus et non ab aliis, sed remitti ad alium qui absolvat a reliquis. — Durandus, Auctor contra utramque simul.

DISTINCTIO XIX

Quæstio I

UTRUM QUILIBET SACERDOS POMT UTI HAIE QI AH HABET, IN QUEMLIBET II«»XINEM

(p. 3(H.)

(k)Nt.LUsio I : In Ecclesia sunt et debuerunt esse claves

CoNCLOin 2 : (.lavis Ecclesia.· «st potestas ligandi et solvendi, qua judex ecclesiasticus dignos recipere, indignos excludere debet a regno — Scotus

Conclusui 3 : Sacerdos non potest uti elate sme potestate in quemlibet hominem — Durandus.

CONCLUMu 4· : Sacerdos potest absohere rt ligaro pernitentem secundum proprium arbitrium divino instinctu regulalum, aliter non. — Scotus.

DISTINCTIO XX

Quæstio I

UTRUM PEU INDULGENTIkS POSMT ALIQUID REMITTI DE PŒNA >AT1SFACTURIA

(P

CoNCLUstn I» : Indulgenti.r quas concedit Ecclesia, aliquid valent tam in foro Ecclesia quam io judicio Dei.

Conclusio 2· : Hujusmodi indulgentia· valorem habent propter merita Christi et aliorum sanctorum. — Dunindiis. Quidam alii quos recitat Petrus de Palude, Aureolus.

DISTINCTIO XXI

Quæstio I

URUM PECI ATUM VENIALE POSMT EXPIARI QUOAD CULPAM PER POENAM PURGATORII

(p. uxj:

Conclusio 1« : Guipa venialis in eo qui cum gratia decedit. remittitur post hanc vitam in purgatorio. — Durandus, Alit quos recitat Petrus de Palude.

CONCLUβ10 2’ : Peccatum veniale in inferno nullo modo potent expiari quoad pœnam. Quidam recitatus a Petro de Palude, Scotiis.

Quæstio II

UTRUM IN QUOLIBET CASU TENEATUR SACERDOS CELARE PECCATA QU.€ SUB SIGILLO CONFESSIONIS NOVIT

(p. UIJ

Conclusio !· : Sacerdos debet celare peccata sibi confessa. — Durandus.

Conclusio 2> : Sacerdos debet celare non solum peccata confitcntis, verum etiam alia in confessione sibi dicta, per qu.T peccata confitcntis possent deprehendi. Quidam (®).

Conclusio 3* : Sacerdos propter nullum præceptum Ecclesia» vel Pralati debet revelare confessionem. — Quidam quos recitat Petrus do Palude.

Conclusio 4· : Sacerdos de voluntate confitcntis potest revelare peccatum sibi confessum.— Durandus, Alit.

DISTINCTIO XXII

Quæstio I

UTRUM PŒNITENTIA INTERIOR SIT RES SACRAMENTI PŒNITENTIÆ

(P w.)

Conclusio 1» : In sacramento pœnitcnliæ, sacramentale signum est exterior pœnitentia, ita quod est sacramentum et non res sacramenti.

Conclusio 2 : In sacramento pœnitentiæ, res proxima, quæ se habet sicut res et sacramentum, est ipsa pœnitentia interior. — Petrus de Palude, Durandus, Alius (β).

Conclusio 3 : In sacramento pœnitentiæ^ultimata res, quæ sic est res quod non sacramentum, est remissio peccatorum per gratiam.— Petrus de Palude, Durandus.

Quæstio II

UTRUM PECCATA PER PŒNITENTIAM DIMISSA IN ALIQUO CASU REDEANT IN EO QUI RECIDIVAT

(p. 445)

Conclusio 1« : Nullum peccatum per poenitentiam semel dimissum nunquam redit in se idem numero, quoad identitatem actus. — Petrus de Palude.

Conclusio 2· : Nullum peccatum per pœmtentiam dimissum redit idem numero, quoad identitatem culpce vel maculæ. — Scotus, Durandus.

Conclusio 3« : Nullum peccatum per poenitentiam semel dimissum redit idem numero quoad identitatem reatus. — Scotus, Durandus.

Conclusio 4« : Peccatum per poenitentiam dimissum potest redire non in se, sed in suo effectu.

DISTINCTIO XXIII

Quæstio I

UTRUM EXTREMA UNCTIO SIT SACRAMENTUM

(p. 452.)

Conclusio I· . Extrema unctio non est merum et purum sacramentale, sed sacramentum. — Petrus do Palude.

Conclusio 2 : Effectus principalis hujus sacramenti est remissio peccatorum quoad reliquias peccati, et ex consequenti etiam quantum ad culpam, si eam inveniat. — Durandus.

Conclusio 3« : Materia proxima hujus sacramenti est oleum per Episcopum consecratum. — Durandus.

Conclusio 4 : Forma hujus sacramenti est oratio deprecativa, et non indicative. — Petrus de Palude.

DISTINCTIO XXIV

Quæstio I

UTRUM ordo sit sacramentum

(p. <64)

Conclusio 1» : Ordo ecclesiasticus, in quo datur spiritualis potestas, est vere sacramentum. — Scotus.

Conclusio 2 : Licet sint plures ordines, omnes tamen sunt unum totale perfectum sacramentum, et non plura totalia perfecta; nec plures ordines totales et perfecti, sed unus totalis et perfectus ordo. — Durandus, Alti.

(i) Quidcmi. — Auctor Pr.
(·) Aliui. — Auctor Pr.

DISTINCTIO XXV

Quæstio I

UTRUM EPISCOPATUS SIT ORDO

(p. 47H.)

Conclusio P : Episcopalis potestas, quoad aliqua, est superior potestate sacerdotis non episcopi. — Contra arguitur per auctoritates Ifleronvml, in Decretis, Dist. 93, cap. *Lcyimut ;* Aureolus.

Conclusio 2 : Episcopatus est ordo, accipiendo ordinem large, prout ordo dicitur tam de sacramento quam de officio non sacramento; non autem proprie et stricte, prout ordo est sacramentum — Durandus Alii, Aureolus.

DISTINCTIO XXVI
ET TRES SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM MATRIMONIUM SIT SACRAMENTUM

(p. «U

Conclusio 1» : .Matrimonium est vere et realiter sacramentum. — Durandus.

Conclusio 21 : Matrimonium confert gratiam. — Durandus.

Conclusio 3a : Matrimonium, quantum ad illud quod est res et sacramentum, essentialiter est quantam relatio, qurc est de genere conjunctionis. — Aureolus, Petrus de Palude, et Alii ab eo recitati.

DISTINCTIO XXX
ET DUÆ SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM MATRIMONIUM REATE MARTE VIRGINIS HABUERIT ALIQUA BONA EXCUSANTIA ILLUD

(p 504)

Conclusio P : Matrimonium d»bcl habere aliqua bona excusantia illud. — Scotus, Aureolus.

Conclusio 2 : Per pnedida bona actus matrimonii excusatur a pcrralo,et non sin»· illis. — Durandus, et alti quidam.

Conclusio 3 : Beata Virgo Maria, non obstante voto virginitatis per eam emisso, contraxit verum matrimonium. — Scotus.

Conclusio : Illud matrimonium fuit licitum nec indiguit aliqua excusatione sicut alia.

DISTINCTIO XXXIII
ET NOVEM SEQUENTES

Quæstio I

UTRUM VOTUM CONTINENTI E ANNEXUM ORDINIBUS SACRIS IMPEDIAT NE ORDINATUS POSSIT HABERE SIMUL DUAS UXORES

(p. M&)

Conclusio 1« : Licet habere plures uxores simul sil aliquo modo contra legem natura', tamen talis pluralitas quandoque fuit licita ex Dei dispensatione.— Aureolus, Durandus, Alii.

Conclusio 2· : Votum solemne impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum; sed votum simplex, licet impediat contrahendum, non tamen dirimit contractum. — Scotus, Aureolus. Durandus. Petrus de Palude, Godofrldus. Hcnriciis.

Conclusio 3 : Ordo sacer impedit matrimonium contrahendum, et dirimit jam contractum — Scotus.

EXPLICIT TABULA SEXTI VOLUMINIS DEFENSIONUM JOHANNIS CAPREOLI

JOHANNIS CAPREOLI

THOLOSANI, ORDINIS PRAEDICATORUM

THOMISTARUM PRINCIPIS

DEFENSIONES THEOLOGIÆ DIVI TIIOMÆ AQUINATIS

IN QUARTO SENTENTIARUM

LIBRI QUARTI

DISTINCTIO. I. II. ET III.

QUÆSTIO PRIMA

UTRUM IN SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS SIT ALIQUA VIRTUS GRATIÆ CAUSATIVA

ir g a primam distinctionem 4. *Sententiarum t* quaeritur: Utrum in sacramentis Nov© Legis sit aliqua virtus gratiæ causativa.

Et arguitur quod non. Quia idem non potest esse in diversis. Sed ad sacramenta concurrunt diversa, scilicet res et verba. Unius autem sacramenti non potest esse nisi una virtus. Ergo videtur quod in sacramento nulla sit virtus.

In oppositum arguitur. Quia dicit Augustinus, super Johannem (tract. 80) : Qua? *tanta vis aquæ, ut corpus tangat et cor abluat?* Et Beda (cap. 10 in Lucam) dicit quod *Dominus, tactu sux mundisrimx carnis,* vim *regencrativam contulit aquis.*

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTOR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod diffinitio sacramenti quum ponit Magister (4. *Sentent.,* dist. 1), scilicet : *Sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita ut ejus imaginem gerat, et causa exsistat,* est bene assignata, et competens sacramentis Niovæ Legis.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, i. Sentent., dist. 1, q. 1, art. 1. qu 3, ubi sic dicit: < Illa diffinitio Magistri completissime rationem sacramenti designat, prout nunc loquimur de sacramentis. Ponitur enim efficientia sanctitatis, in hoc quod dicitur, *ut causa exsistat;* et modus competens homini quantum ad cognitionem, in hoc quod dicit, *invisibilis gratiæ visibilis forma;* et modus significationis homini connaturalis, scilicet ex similitudine sensibilium, in hoc quod dicit, *ut imaginem gerat.* > — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione primæ quaestiunculae, sic dicit : < Sacramentum, secundum proprietatem vocabuli, videtur importare sanctitatem active, ut dicatur sacramentum, *quo aliquid sacratur,* sicut ornamentum dicitur *quo aliquid ornatur.* Sed quia

(a) Erimii *veritatis scholx professons, Fratris Johannis Capreoli, Tholosani, Ordinis Prsedicatoruni, Liber quartus Defensionum theologia divi doctoris Thoma de Aquino in quarto* Sententiarum *feliciter incipit* Pr.

actiones activorum debent proportionari conditionibus passivorum, ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur, debet esse talis sanctificandi modus, qui homini competat secundum quod est rationalis, quia ex hoc est homo. Inquantum autem est rationalis, habet cognitionem a sensibilibus ortam. Unde oportet quod sanctificetur (a) homo hoc modo quod sua sanctificatio sibi innotescat, et per similitudinem sensibilium rerum. Et, secundum hoc, inveniturdiversa acceptio sacramenti. Aliquando enim (6) sacramentum importat rem qua fit consecratio; et sic passio Christi dicitur sacramentum; et hæc est prima acceptio quam Magister ponit. Aliquando vero includit modum consecrationis, qui homini competit secundum quod causæ sanctificantes, et sua sanctificatio, per similitudines sensibilium sibi notificantur; et sic sacramenta novæ legis sacramenta dicuntur, quia et consecrantur, et sanctitatem significant modo praedicto, et etiam primas sanctificationis causas : sicut baptismus et puritatem designat, et mortis Christi signum est. Aliquando includit significationem pnediclorum consecrantium tantummodo, sicut signum sanitatis dicitur sanum; et hoc modo sacramenta veteris legis sacramenta dicuntur, inquantum significant ea quæ in Christo gesta sunt, et etiam sacramenta novæ legis. Relicto ergo primo modo dicendi, de sacramentis secundo et tertio modo dictis non poterit alia communis diffinitio assignari, nisi ut dicatur : Sacramentum *est sacræ rei signum;* ita quod oportet ut intelligatur modus significandi, qui est per similitudinem rei sensibilis; quod Magister addit, *ut scilicet ejus similitudinem gerat.* › — Hæc ille.

Similem sententiam ponit, 3p., q.60, art. 1, et 2,3,4..

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Illa diffinitio est bene assignata, et competens sacramentis novæ legis, quæ explicat omnia quæ sunt de ratione talium sacramentorum. Sed dicta diffinitio est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod sacrnincnta Novæ Legis consistunt In rebus et verbis.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art, 3, ubi sic dicit : ‹ Hoc est commune omnibus sacramentis, quod consistant in rebus sensibilibus et invisibilem gratiam significantibus. Sed hoc est speciale sacramentis novæ legis, quod rebus addantur verba, propter tres rationes. Prima est, quia hæc sacramenta non solum significant opus redemptionis quæ per Christum facta est, sicut alia sacramenta, sed etiam ab ipsa Christi passione fluxerunt; et ideo, sicut effectus proximi, habent suæ causæ imaginem, quantum possunt, ut scilicet ex rebus et verbis consistant, sicut Christus ex Verbo et carne. Secunda ratio est, quia non solum sunt signa futurorum, sicut sacramenta veleris legis, sed et praesentium et pneteritorum, quæ possunt expressius significari quam futura, sicut et certius cognosci; et ideo significatio verborum, quæ est expressiva, adjungitur significationi rerum. Tertia ratio est, quia gratiam continent ex sanctificatione quæ fit per Verbum Dei. › — Hæc ille.

Similia ponit, 3 p., q. 60, art. 4, 5 et 6. Nam, ari. 4, sic dicit : « Divina sapientia unicuique provident secundum suum modum; et propter hoc dicitur, *Sapient.* 8 (v. 1), qûod *disponit omnia suaviter*;et, Mallh. 25 (v. 15), dicitur quod *dedit unicuique secundum propriam virtutem.* Est autem homini connalurale ut per sensibilia perveniat ad cognitionem intelligibilium. Signum autem est per quod quis devenit in cognitionem alterius. Unde cum res sacra quæ per sacramenta significantur, sint quædam spiritualia et intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est ut per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur; sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in Divina Scriptura res spirituales nobis describuntur. Et inde est quod ad sacramenta requiruntur res sensibiles, ut etiam probat Dionysius in primo capite *Ecclesiast. Hierarch.* » — Hæc ille. — Et, art. 5, probat quod ad sacramenta requiruntur delerminatæ res. Et, art. 6, probat quod ad sacramenta novæ legis requiruntur verba. Unde sic dicit : α Sacramenta adhibentur ad hominis sanctificationem, sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt; et quolibet (a) modo congruit eis quod verba rebus sensibilibus conjungantur. Primo enim possunt considerari ex parte causæ sanctificationis, quæ est Verbum incarnatum, cui sacramentum conformatur quodammodo, in hoc quod rei sensibili verbum adhibetur; sicut, in mysterio incarnationis, carni sensibili est unitum Verbum Dei. Secundo possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima et corpore, cui proporlionatur sacramentalis medicina, quæ partem visibilem, scilicet corpus, tangit, et per verbum ab anima creditur. Unde Augustinusdicil, super illud Johannis 15 (v. 3), *Jam vos mundi estispropter sermonem,* etc. (tract. 80) : *Unde ista est tanta virtus aqute, ut corpus tangat, et cor abluat,* **nisi** (6) *faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?* Tertio possunt considerari ex parte ipsius signiflcationisi sacramentalis. Dicit autem Augustinus, in 2 *d$ Doctrina Christiana* (cap. 3), quod *verba inter homines obtinuerunt principatum significandi :*

(e) *tanelificetur. — tanclificalur* Pr.
(Q -emm. — *autem.* Pr.

(a) *quohbeU — utroque* Pr.
(£) nui. — *iwn* Pr.

quia verba diversimode formari possunt ad significandum diversos conceptus mentis; et propter hoc per verba magis distincte posssumus exprimere quod mente concipimus. Et ideo ad perfectionem significationis sacrainentalis necesse fuit ut significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur. Aqua enim potest significare et ablutionem propter suam humiditatern, et refrigerium propter suam frigiditatem ; sed cum dicitur, *Ego te baptizo,* manifestatur quod aqua utimur in baptismo ad significandum spiritualem emundationem, a —Hæc ille. — Et, sequenti articulo, probat quoti in sacramentis requiruntur verba determinata. In quibus manifestæ rationes explicite continentur pro conclusione.

Tertia conclusio est quod sacramenta Novæ Legis sunt causa gratiæ, non solum per modum causæ sine qua non, Imino per modum causa? per quam.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 4, q,a 1, ubi sic dicit : α Omnes coguntur ponere sacramenta novæ legis aliquo modo esse causas gratiæ, propter auctoritates quæ hoc expresse dicunt vel ponunt. Sed diversimode eas causas ponunt. Quidam enim dicunt quod non sunt eau&r *per quas,* quasi facientes aliquid in anima, sed *causa: sine quibus non :* quia increata virtus, quæ sola effectus ad gratiam pertinentes in anima facit, sacramentis assistit per quamdam Dei ordinationem, et quasi pactionem. Sic enim ordinavit, et quasi pepigit Deus, ut scilicet qui sacramenta accipiunt, simul ab eo gratiam recipiant, non quasi sacramenta aliquid faciant ad hoc. Et est simile de illo qui accipit denarium plumbeum, facta tali ordinatione, ut qui habuerit unum de illis denariis, habeat centum libras a rege; qui quidem denarius non dat illas centum libras, sed solus rex accipienti ipsum. Et quia talis pactio non erat facta in sacramentis veteris legis, ut accedentes ad ipsa gratiam acciperent, ideo dicuntur gratiam non conferre, sed promittebant tantum. — Sed hoc non videtur sufficere ad salvandum dicta sanctorum. Causa enim sine qua non, si omnino nihil faciat ad inducendum effectum, vel disponendo, vel meliorando, quantum ad rationem causandi, nihil habebit supra causas per accidens; sicut album est causa domus, si aedificator sit albus. Et, secundum hoc, sacramenta essent tantum causa per accidens justificationis. Illa enim ordinatio quam dicunt, sive pactio (a), nihil dat eis de ratione causæ, sed solum de ratione signi; sicut denarius plumbeus, est tantum (6) signum indicans quis debeat accipere. Quod autem est per accidens, omittitur ab arte; nec ponitur in diffinitione. Unde in diffinitione sacramenti non poneretur causalitas pradicta, nec sancti multum curassent dicere de ea. Nec iterum sacramenta novæ legis, quæ differunt a sacramentis vetens legis, secundum ordinationem prædictam, differrent ab eis secundum rationem causæ, sed solum quantum ad modum significandi, inquantum hæc significant gratiam ut statim dandam, illa vero non. — Et ideo alii dicunt quod ex sacramentis consequitur in anima unum, quod est *sacramentum et res,* sicut character, vel aliquis ornatus animæ, in sacramentis in quibus non imprimitur character; aliu<l est, quod est res *tantum,* sicut gratia. Respectu igitur primi effectus, sunt sacramenta causæ aliquo modo efficientes; sed respectu secundi, sunt causæ disponentes, tali dispositione quæ est necessitas, nisi sit impedimentum ex parte recipientis. Et hoc videtur magis theologis et dictis sanctorum conveniens. — Ad cujus evidentiam, sciendum est quod causa efficiens potest dupliciter dividi. Uno modo, ex parte effectus : scilicet in disponentem, quæ (x) causât dispositionem ad formam ultimam; et perficientem, quæ (6) ducit in ultimam perfectionem. Alio modo, ex parte ipsius causæ, in agens principale, et agens instrumentale : agens enim principale, est primum movens; agens vero instrumentale, movens motum. Instrumento autem competit duplex actio : una, quam habet ex propria natura; alia, quam habet prout est motum a primo agente : sicut calor ignis, qui est instrumentum ♆irtuti' nutrilivæ, ut dicitur in 2. *de* Anima (t. c. 50), ex natura propria habet dissolvere, et consumere, et hujusmodi effectus; sed inquantum est instrumentum animæ vegetabilis, generat carnem. Sed sciendum est quod actio instrumenti quandoque pertingit usque ad ultimam perfectionem quam principale agens inducit, aliquando autem non. Semper tamen jiertingit ad aliquid ultra id quod competit sibi secundum propriam naturam, sive illud sit ultima forma, sive dispositio; alias non ageret ut instrumentum : sicut qualitates activæ et passivae elementorum pertingunt instrumentaliter ad formas materiales educendas de materia, non autem ad productionem animæ humanæ, quæ est ab extrinseco. — Dicendum igitur quod principale agens repeclu justificationis, Deus est; nec indiget ad hoc aliquibus instrumentis ex parte sua; sed, propter congruitatem, ex parte hominis justificandi, utitur sacramentis, quasi quibusdam instrumentis justificationis. Hujusmodi autem materialibus instrumentis competit aliqua actio ex natura propria, sicut aquæ abluere, et oleo facere nitidum corpus. Sed ulterius, inquantum sunt instrumenta divinae

( ) tiva *pactio.* — *«inc pacto* Pr.
( ) *tantum.* — *totum* Pr.

( ) *qxue.* — *qui* Pr.
( ) ‹]*u k*. — gui Pr.

iniwiicnrdi i· justificantis, pertingunt instrumentaliter ad «liquem effectum in ipsa anima, qui primo correspondel sacramentis, sicut est character, vel aliquid hujusmodi. Ad ultimum autem effectum, qui est gratia, non pertingunt etiam instrumentaJiter, nisi dispositive, inquantum hoc ad quod instrumenlalitat effective pertingunt, esi dispositio, qui» est nécessitas, quantum in se est, ad gratia» susceptionem. Et quia omne instrumentum agendo actionem naturalem quæ competit sibi inqunntnm est rrs qu.Tilnm, pertingit ad effectum qui competit sibi inquanlum est instrumentum (sicut dolabram, dividendo, suo acumino, pertingit instrumentaliter ad formam scamni); ideo etiam materiale elementum, exercendo actionem naturalem, secundum quarti at signum interioris effectus, pertingit ad interiorem effectum instrumentaliter. Et hoc est quod dicit Augustinus (tract. 80 in Johan.), quod aqua baptismi corpus tangit, et cor abluit. Et ideo dicitur quod sacramenta cfflriiinl quod figurant. Et hunc modum justificandi videtur Magister tangere in littera; dicit enim quod *homo mm ^uairit salutem* in *sacramentis quasi ab cis, srd per illa a Deo.* Hiec enim ꝑtro*a* denotat principale agens; sed h.ir propositio per denotat causam instnimentalern. › — ll.ee ille.

Similem sententiam ponit, 3 p , q. t›2, art. I. et *de Veritate,* q. 27, ari. 4; nisi quod in prodictis locis videtur dicere quod sacramenta pertingunt effective instrumentalUcr ad ipsam gratiam, non faciendo mentionem ‹le dnq›ositione. Sed intelligendum esi quod pertingunt ad gratiam sacramentaleni effective; ad gratiam veru gratum facientem, solum dispositive, ut exponit Petrus de Palude ı 4. *Sentent* , dist. I. q. ı

Ex quibus possunt formari inulta? rationes pro conclusione.

Quarta conclusio esi quod In sacramentis Nbvw Legis est nliqun ꝟirlu grnthe cuusnllvn.

Hanc conclusionem ponilsanctus Thomas, 4. *Sentent.,* disl· 1, q. I, ari. 4, q|» 2. ubi sic dicit : ‹ Propter auctoritates inductas, necesse est ponere aliquam virtutem supemaluralem in sacramentis. Sustinentes autem primam opinionem, dicunt quod illi virtus non est nisi quidam ordo ad aliquid. Sed hoc nihil est «lictu : quia virtus semper nominat principium alicujusactionis, et procipue prout sumitur hic pio virtute rause; *ad aliquid* autem, rive relatio, non potest esse principium actionis, vel terminus, ut probatur, 5. *Physicorum* (l. c. 10); et ideo ille ordo nullo motio |»oti›l habere nomen virtutis Et propter hoc aliter dicendum est, quod virtu agendi ꝓroportioni tur agenti. Unde alio modo opoi let ponere virtutem agendi in principali agente, et alio modo in agente instnnnentali. Agens enim principio agit secundum exigentiam suæ forma»; et ideo virtus activa in ipso est aliqua forma, vel qualitas, habens esse completum in natura. Instrumentum autem agit ut motum ab alio; et ideo competit sibi virtus proportionata motui. Motus autem non estons completum;sed est via in ens, quasi medium quid inter potentiam puram et actum purum, ut dicitur, 3. *Physicorum* (l. c. 6 et seq.). Et ideo virtus instrumenti, inquanlum hujusmodi, secundum quod agit ad effectum ultra id quod competit sibi secundum suam naturam, non est ens completum, habens 0SS0 fixum in natura, sed quoddam incompletum; sicut est virtus immutandi visum in aere, inqtianlum est instrumentum motum ab exteriori visibili. Et hujusmodi entia consueverunt *intentiones* nominari ; et habent aliquid simile cum ente quod est in anima, quod est ens diminutum, ut dicitur, (›. *Metaphysicx.* Et quia sacramenta non faciunt effectum spiritualem nisi inquantum sunt inMnimeiila, ideo virtus spiritualis est in eis non quasi ens fixum, sed sicut ens incompletum. » — ILee ille.

Eamdem probationem ponit, 3 p., q. G2, art. 4; et in *de Veritate,* ubi supra (q. 27, art. 4).

Ex quibus potest talis ratio formari : In quocumque efficiente et agente, oportet ponere virtutem agendi proportionatain cause agenti. Sed sacramenta novæ legis sunt causa effectiva gratia» aliquo modo, ut causa iinstrumentalis. Ergo habent virtutem proportionalam agenti instrumental!.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. —Contra primam conclusionem

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam arguit Durandus (4. Scn*tent.,* disl. 1, q. 1), probando quod ad sacramentum nova» legis non requirantur 1res conditiones posita» in prolmtione conclusionis.

Prhim(x).Quia, ut dicit, insicramentomatrimonii nulla prodictarum trium conditionum reperitur : sufficiunt enim ad matrimonium verum sola verba exprimentia consensum, in quibus ilke tres conditiones reperiri non possunt.

Item, de necessitate sacramenti ordinis non est consecratio materia», nec in se, nec in suo simili, saltem quantum ad quatuor minores ordines, et quantum ad subdiaconatum ; et tamen sunt sacramenta.

Item, tertia conditio, scilicet quod sacramenta

(a. Primo. — Om. Pr.

contineant invisibilem gratiam, secundum Illigonem, vel quod sint causa· gratia;, secundum Magistrum, calumniam habet apud multos. Unde diffinitio data a Magistro non videtur bona; nec similiter diffinitio llugonis *(de Sacram.*, Jib. 1, part. 9, cap. 2), qua dicitur: *Sacramentum* ruf *materiale elementum, exterius oculis suppositum, ex institutione divina significant, ex similitudine reprxtenions, ex sanctificatione invisibilem gratiam continens.* Sed diffinitio Augustini (a), qua dicitur, *Sacramentum est in guo, sub tegumento rerum visibilium, virtus divina salutem nostram secretius operatur,* videtur caderis præferenda, utputa quæ nullam patitur calumniam.

§ 2. — CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Argumenta Durandi. — Contra secundani conclusionem arguit idem Durandus (dist. I, q. 3), dicens primo (6), quod matrimonium jiotest contrahi sine verbis, puta per litteras inter absentes, vel nutus et signa inter mutos vel verecundos, pnosupposito interiori Cjonsensu; et est æque verum sacramentum sicut matrimonium per Verba contractum. Quod pro tanto est, quia matrimonium fuit in veteri lege sicut in nova, nec aliquid reale additum est ad matrimonium in nova lege supra illud quod erat de ratione ejus in veteri, nisi forte indivisibilités; et ideo, sicut tunc poterat contrahi sine verbis, ita et nunc. — Nec valet quod ab aliquibus dicitur, quod matrimonium, secundum quod est sacramentum, in dispensatione ministrorum consistens, requirit aliqua verba, scilicet benedictionem ab Ecclesia institutam. Quia benedictio nubentium non est de essentia matrimonii, sed solum de solemnitale; nec omne matrimonium benedicitur, sed solum primum, et tamen secundum est sacramentum sicut primum; nec Ecclesia]>otest statuere aliqua quæ sint essentialia sacramento, etc.

Item, quod non omnia sacramenta novæ legis consistant in verbis et rebus, sed solum quædam, patet. Sacramentum enim matrimonii, secundum suum potissimum esse, consistit in verbis exprimentibus consensum de pnesenti. Sacramentum etiam poenitentiae, prout est sacramentum no\.e legis, hoc est, prout includit confessionem pœnitentis et absolutionem sacerdotis, consistit in solis verbis. Nec requiritur in aliquo praedictorum sacramentorum aliqua res pneter verba. Igitur (a) prædicta sacramenta non consistunt in verbis et rebus. Et si dicatur quod in matrimonio verlia unius conjugum tenent locum formæ, et verba alterius tenent locum materia.·; in poenitentia verba sacerdotis absolventis tenent locum formæ, et verba pœnitentis tenent locum materise;— non valet. Quin nos non dicimus quin in quolibet sacramento sit aliquid pro forma, et aliquid pro materia (quamvis in matrimonio sit difficile assignare hoc, quia quilibet conjugum de pari se habet ad matrimonium, et ideo verba unius censenda sunt sicut verba alterius); sed quaerimus an omnia sacramenta novæ legis consistant in verbis et rebus. Et constat quod non, quantum ad prædicta duo sacramenta : quia, cum dicitur sacramentum constare ex verbis et rebus, res et verba sunt duo separata, ita quod nec verba possunt accipi pro rebus, nec res pro verbis, si illud dictum debeat verificari; et ideo, quamvis in matrimonio et pœnitentia sint verba et verba (β), non est propter hoc dicendum quod consistant in rebus et verbis. Nec persona· (y) concurrentes ad matrimonium, aut ad sacramentum pœnitentiæ, possunt dici res, prout nunc loquimur; quia suscipientes sacramentum non sunt de intrinseca ratione sacramenti. Et sic patet quod non omnia sacramenta novæ legis consistunt in rebus et verbis, saltem poenitentia et matrimonium. — Hæc Durandus.

§3. — Contra tertiam conclusionem

L Argumenta Durandi. — Contra tertiam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 1,q. 4), probando primo (o) quod, praeter gratiam, non debeat poni dispositio, aut ornatus causatus in anima per sacramenta. Constat enim, inquit, quod sine dispositione, vel ornatu quem ponis, potest haberi gratia, ut in illis qui sanctificantur in utero, vel in adultis qui justificantur ante susceptionem baptismi, et in illis qui vere conteruntur ante confessionem et absolutionem. Gratia etiam habita sine illis sufficientissime ornat animam. Quare ponere talem dispositionem, vel ornatum, videtur esse pura adinventio, ad |>alliandum quod sacramenta aliquid causant in anima : de nullo enim alio servit pnvdicta dispositio, vel ornatus, vel dicas de quo; et non erit facile fingere. Hic autem non includimus characterem, quia illo fiet inferius mentio specialis.

liem. Matrimonium verum et ratum potest contrahi inter absentes, qunntumcumque distantes; si ergo per tale matrimonium conferretur contrahen-

(a) ILi'C diffinitio, quoad censum tantummodo, Augustino attribuenda eat; ac deduci potest ex *Quaestionibus* in *Lavitiicum,* q. 84. Repentur vero, quoad verba, apud Isidorurn, Û. *Etymolog,,* cap. 19; necnon in *Decreto,* caua. t, q. I, cap. Mu/fi; quod quidem caput collectum esi partimex sententiis Gregorii (Jtcf/. *Peut,,* part. 3, adm. 5; et 15. *Morahum,* cap. 16), partiin ex verbis ῆpsi Isidon (loc. clt.) et Hieronymi (Comment, ad cap. I ct 2 Malachiæ). — Cfr. Editionem Lip^iensem secundam *Corpora Juris Canonici,* Llpaln 1879. vol. 1, pag. 387, 388.

(C) *pruno.* — Om. Pr.

(») *Igitur.* — Oui. Pr.
(6) *ct verba.* — Om. Pr.
(y) *pertona·.* — *per se* Pr.
(δ) *primo.* — Om Pr.

tibus bene dispositis gratia, quæ est a solo D<?o, (pii est pnesens omnibus, quantumcumqiie inter se distantibus, qualiter tamen per veri» matrimonii prolata in Hispania potest conferri alteri conjugum exsistenti in Francia aliquis ornatus, vel dispositio ad gratiam, non apparet probabile.

Item. Vere contritus habet gratiam antequam confiteatur vel absolvatur; si ergo per sacramentalem absolutionem causatur aliquis ornatus in eo, ille non poterit esse dispositio ad gratiam, qu® pr®cessitt nec ad augmentum grati® : quia (sicut dicit se ostendisse, lib. 1, dist. 17), forma augmentobilis potest augeri (a) ex parte solius agentis, sine nova dispositione subjecti; igitur nulla necessitas est quod per sacramentum imprimatur tolis dispositio, vel ornatus; nec apparet utilitas; quare nec probabilitas.

Item. Per sacramenta quæ dicuntur characterem imprimere, non ponitur causari talis dispositio, vel ornatus; character ergo excludit necessitatem et etiam congruitotem cujuscumque alterius dispositionis ad gratiam. Cum ergo baptismus, confirmatio, et ordo, dicantur imprimere characterem indelebilem, sequitur, ut videtur, quod baptizatis, confirmatis, et ordinatis recipientibus alia sacramenta, non imprimitur per ea aliqua dispositio, vel ornatus; et sic illa sacramento nihil causahunt. Et si dicatur quod character baptismi non excludit necessitatem nec congruitotem alterius dispositionis ad gratiam absolute, sed solum respectu gretiæ liaptismalis; et consimiliter est de charactere confirmationis, et ordinis; — non valet : quia eadem est gratia secundum speciem per quam in baptismo tollitur culpa originalis, et in poenitentia culpa actualis, et per quam meritorie exercemus actus ad quos deputamur per confirmationem, et ordinem, et alia sacramenta; et ideo, si character tollit necessitatem vel congruitotem dispositionis, vel ornatus, respectu unius, tollit etiam respectu cujuscumque alterius. Et sic non videtur quod sil ponenda tolis dispositio, vel ornatus. — Hœc Durandus, in forma.

II. Argumenta Scoti. — Contra eamdem conclusionem arguit Scotus (4. *Sentent.*, dist. 1, q. 5), probando quod nullum sacramentum, etiam in virtute Dei, attingat ad characterem, vel dispositionem ad gratiam, vel ornatum effectivo inducendum.

Primo sic. Creatura non potest agere instrumentaliter ad terminum creationis, secundum te; et hoc, ut tu dicis alibi, maxime est verum de substantia corporea, cujusinodi est sacramentum. Dispositio autem prima, vel prævia ad gratiam, qualem ponis, est terminus creationis. Ergo, etc. Minor probatur : quia illa dispositio est forma simpliciter supernaturalis; et quælibet talis est æquc ineducibilis de potentia naturali subjecti recipientis; æquo etiam subjectum est in potentia obedientiali adquamcumque talem formam.

Secundo. Quia ista dispositio, cum, secundum te, sit nécessitons respectu grati® quando non est impedimentum in suscipiente, sequitur quod simul fiant in anima non indisposita isto dispositio et gratia. Igitur fit in instanti, sicut et gratia. — Hoc etiam patel(a): Quia non est successio in inductione alicujus formæ, nisi penes partes mobilis, vel formæ. Neutrum autem est hic. Non primum : quia subjectum est indivisibile. Non secundum : quia tunc gradus formæ non possent esse, nisi talis dispositio continue fieret major et major; sed possibile est in aliquo suscipiente sacramentum minimam dispositionem induci, sicut et minimam gratiam infundi, ad illam autem gratiam non requiritur nisi minima dispositio; non est igitur ibi successio penes gradus secundum quos dispositio successive inducatur. — Patet etiam tertio illa propositio : Quia instrumentum non agit nisi in virtute principalis agentis; igitur, si instrumentum potest agere in tempore ad illam dispositionem, sequitur quod Deus agat in tempore vel successive ad eamdem. Consequens videtur inconveniens : tum propter infinitatem potenti® agentis; tum propter summam capacitatem suscipientis, non habentis contrarium. — Sic ergo supponitur ex istis tribus rationibus, quod illa dispositio pnevia ad gratiam, quam tu ponis, inducatur vel induci possit in instonti. Sacramento autem communiter non possunt habere actionem suam in instanti. Probatio (6) : quia communiter in sacramentis requiruntur multa verba; illa autem non possunt habere esse in instonti; igitur in tempore; quare nec agere actione sua naturali; igitur nec supernatural!, quia, secundum te, quando instrumentum habet actionem excedentem suam virtutem, habet etiam actionem propriam. — Si autem fingatur unam (γ) illarum syllabarum lotius orationis sacramentalis habere esse in instonti (quod ideo fictio est, quia formatio hujus syllabæ est cum motu locali aeris, et motus non est in instonti), adhuc non salvatur propositum. Quia : aut illa esset prima syllaba; aut ultima; aut intermedia. Quae» Cumque ponatur, ex quo habet actionem ad illam dispositionem quæ causatur in instanti, et nulla alia, sequitur quod illa sola sufficeret, et illa sola inter alias haberet rationem sacramenti ; quia omnes ali®, præter illam, nec instrumentoliter, nec quocumque modo agunt illam dispositionem pneviam. Quod est inconveniens : quia, in tali oratione sacramentali, non una (o) syllaba ponitur sacramentum.

3) eu?eri. — *augere* Pr.

(3) /for etiam *patet* — Om. Pr.
(G *Probatio.* — *Primo* Pr.
<Y unant. — una Pr.
I (t non una. — una non *illa* Pr.

sed tota oratio. — Quod si ultra fingas ultimam syllabam esse sacramentum completive, et habere actionem quæ attribuitur sacramento non in virtute propria, sed in virtute omnium procedentium, sicut ultima gutta in virtute omnium pnecedentiurn cavat lapidem, 8. *Physicorum* (t. c. 23); — hoc nihil est. Numquam enim in talibus ultimum completive causât effectum in virtute pnecedentiurn, nisi quia procedentia dereliquerunt aliquam dispositionem pneviam ad illum terminum; hæ autem syllaba» procedentes, nullam talem dispositionem derelinquunt ante ultimam; igitur, etc.

Tertio. Quia in aliquo sacramento, scilicet in Eucharistia, non videtur ista causalités esse possibilis : et hoc, sive loquamur de sacramento pleno, sive Eucharistia jam consecrata; vel de ipsa consecratione sacramentali, quæ est via ad sacramentum. Nam, primo modo loquendo, illa species panis non videtur esse causa instrumentalis attingendo effectum, scilicet exsistentiam realem corporis Christi hic, neque etiam aliquam dispositionem ad illum effectum. De consecratione etiam patet quod illa verba prolata non attingunt transsubstantiationem, quæ est terminus principalis illius consecrationis; cum illa transsubstantiatio non fiat nisi virtute Dei infinita; quod æque vel magis patet quam de creatione. Neque attingit aliquam dispositionem praeviam ad illam transsubstantiationem. Quia aut illa dispositio esset in pane, aut in corpore Christi. Neutrum potest dici. Non enim in corpore Christi; quia jam non esset dispositio. Nec in pane : quia, cum illa dispositio esset necessitas ad transsuhstantiationem, in eodem instanti cum transsubstantiatione esset; et tunc in illo instanti esset panis, quia quando est dispositio, est ejus subjectum ; sic ergo panis esset (a) in illo eodem instanti in quo est illa dispositio et transsubstantiatio; quod includit contradictionem. — Similiter, pura fictio videtur quod per ista verba, *Hoc est corpus* meum, magis alteretur panis quam per alia verba prolata, puta. *Iste panis est panis,* et hujusmodi; cum sonus non habeat virtutem activam ad causandum realem alterationem, ut apparet, in pane. — Potest etiam hoc argui ut prius. Quia illa verba sacramentalia habent esse in tempore; igitur et actionem suam in tempore. Illa autem dispositio ad Eucharistiam, si fingatur, non potest causari in tempore, propter ea quæ supra dicta sunt. — In proposito etiam est ratio specialis quare verlia consecrationis hostiæ non possunt habere actionem respectu transsubstantiationis, seu dispositionis necessaria» ad illam transsubstantiationem. Quia non prius agunt circa passum, quam tangant illud, secundum te, et secundum Philosophum, 3. *Physicorum* (t. c. 16, etc.; et 7. *Phys.,* t. c. 8), de simultate agentis et passi. Nunc (a) autem, in instanti completae prolationis, nondum species hujusmodi objecti verborum tangunt speciem panis; quia multiplicatio soni non fit nisi in tempore, secundum Philosophum, in *de Sensu et Sensato,* objectione penultima. Igitur per tempus, post ultimum instans completae prolationis, nondum transsubstantiatio facta est; nec dispositio prævia ad ipsam. Igitur panis per totum illud tempus permanet; quod est contra communem opinionem de Eucharistia.

Quarto arguitur. Quia ista opinio ponit pluralitatem sine necessitate; quod est contra doctrinam philosophorum, ut palet, 1. *Physicorum* (t. c.6et seq., et 56), de opinione Melissi et ejus commentatorum, contra Anaxagoram, et 8. *Physicorum* (t. c. 48), et 3. *de Anima* (t. c. 45 et 60); quia natura nihil facit frustra. Semper enim paucitas, si sufficiat ad salvandum apparentiam, est magis ponenda. Sed talem dispositionem fieri universaliter in sacramentis, omnino videtur superfluum; nec hujusmodi pluralitatis ridetur esse aliqua necessitas : ut patet in Eucharistia; quia fictio purissima ridetur es^se ponere aliquam dispositionem procedentem, vel inter species panis, quæ fiunt sacramentum, et inter exsistentiam corporis Christi, quæ est res significata. In aliis etiam sacramentis hoc probatur. Nam in illis quæ non imprimunt characterem, nulla necessitas videtur ponendi talem dispositionem, quæ dicitur omatus, secundum te; immo hoc videtur contra communem doctrinam theologorum. In quibuscumque enim sacramentis imprimitur dispositio ad effectum principalem, si. propter obicem in suscipiente, non causatur tunc effectus finalis, cessante obice, sufficit dispositio ad illum effectum principalem. Apparet etiam in sacramentis imprimentibus characterem, quæ propter hoc sunt initerabilia. Sed in ficte pernitente, cessante fictione, nihil est quod sufficiat ad effectum vera poenitentia»; alioquin non oporteret talem ficte confessum. de eisdem peccatis iterum confiteri (6). Igitur in tali sacramento nulla imprimitur dispositio, quæ sit dispositio necessitnns ad effectum sacramenti. — Haec Scotus, in forma.

III. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (i. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 1) multipliciter. Et

Primo sic. Si sacramentum haberet talem efficaciam et rirtutem,· hoc deberet poni in sacramento dignissimo, puta Eucharistiae. Sed talem efficaciam et virtutem impossibile est poni in sacramento Eucharistie. Igitur non oportet ponere in aliis ad salvandum eorum dignitatem. Minor probatur. Quia transsubstantiatio est actio incomprehensibilis intcl-

(a) *esset·* — Om. Pr.

( ) .Vt<nc. — Are Pr.
( ) *altat.* — Ad Pr.

lectui creato ; puta quod aliquid transeat in aliud, et nihil ponat in eo, nec maneat in se, nec annihiletur, hoc videtur incomprehensibile omni creato intellectui. Et ratio est : quia passio in secundo modo dicendi pers<·, hic separatur a subjecto, cum tamen subjectum in natura sua determinet sibi hanc passionem. — Dicetur forie quod istam transsubstantiationem dupliciter possumus considerare : scilicet quantum ad terminum ad quem, scilicet corpus Christi; et terminum a quo, puta substantiam panis. Licet ergo sacramentum non habeat efficaciam circa terminum ad quem, habet tamen circa terminum a quo; omnia autem illa miracula sunt circa terminum ad quem. — Contra istam responsionem arguitur sic ; Quia non intelligo quod ista opinio velit dicere quod virtute transsubstantialionis fiat aliquid in pane, puta dispositio aliqua, sicut aliqua mollities, vel aliqua alia qualitas, vel respectus, quo panis aptius transeat in corpus Christi : si enim mille tales qualitates fiant, non propter hoc apprêt panis magis aptus ad transsulistantiationem in corpus Christi. Secundo, quia illa qualitas et dispositio induceretur in pane in ultimo instanti prolationis verborum sacramentalium ; sed ultimo instanti prolationis verborum, panis non est, sed desinit esse; et sic illa dispositio et qualitas fieret in non ente. Sic igitur intelligo istam responsionem : non quod sacramenlalia verba ☧ sic agant in transitum panis in corpus Christi, quia sic agerent in termino ad quem ; sed quia agunt in panem, non positive, causando dispositionem aliquam in pane, mm! privativo, agendo in desinitionem panis, ita quod virtute eorum desinit esse panis. Et si opinio sic intelligatur, arguitur contra eam; et probo quod, si sacramenlalia verba (6) agunt ad desinitionem panis, necessario agunt ad transitum in corpus Christi. Et arguitur sic

Primo (γ). Eadem actione et motu quo (piis recedit a termino a quo, accedit ad terminum ad quem : nam nihil aliud est recessus ab hoc, quam accessus ad hoc; per hoc enim quod accedo ad hoc, recedo ab hoc. Sed. per te, virtute verborum iit recessus a substantia panis. Igitur, virtute eorum, fit accessus ad corpus Christi.

Secundo. Quia, si verba sacramenlalia agunt ad desinitionem panis, igitur actio eorum erit annihilativa. Sed impossibile est quod annihilare conveniat alicui creatum. Tum etiam quia per hoc Doctors evadunt quod panis in transsuhstantiatione non annihilatur, quia transsulistantiatio non terminatur ad non e>se panis, sed ad esse corporis Christi; quia panis non definit ChrUti. sed convertitur in coipus

Tertio. Quia desinitio esse panis, nihil aliud est quod substructio influxus Dei in esse panis. Igitur ageread hoc, est agere ad hoc quod Deus subtrahat influxum respectu panis; et tunc, si illa virtus potest agere ad hoc quod Deus subtrahat influxum respectu panis, ita et posset agere ad hoc quod subtraheret (a) influxum respectu alterius crealuræ. Ergo illud sacramentum non potest agere ad desinitionem panis. — Confirmatur. Quia panis sic desinit esse, quod lotum esse panis, scilicet materia et forma, desinit esse. Tunc sic : Impossibile est aliquam creaturam sic ageread desinitionem alicujus. Igitur, etc. Assumptum probatur : quia nullum accidens primo agit ad desinitionem sui subjecti; omnis autem actio crealuræ est accidens, habens creaturam pro subjecto; ergo nullius crealuræ actio est primo ad desinitionem materiæ.

Quarto sic. Suppono (€) primo, quod omnis actio crealuræ est accidens. Secundo, suppono (γ) quod in Irnnssubstanliiilione sunt duo signa : primum est non entitas panis; secundum est entitas corporis Christi. Quæro igitur de actione verborum sacramentalium in quo est subjective? Aut in primo signo substantiæ ipsius panis; aut in signo substantia! corporis Christi; aut est actio sine subjecto subsistens. Non potest dici primum : quia in illo signo est non entitas panis. Probatur : qiiia in instanti in quo est transsubslanliatio, primo non est panis; quia tunc primo conversus est in corpus Christi. Nec potest dici secundum : quia, per te, actio procedens virtute illorum verborum non attingit terminum ad quem. Relinquitur igitur tertius modus, quod actio illa sit subsistens; vel oportet dicere quod talis actio est impossibilis. — Dices quod actio illa est in substantia panis, quæ desinit esse : substantia enim panis est in aliquo ultimo, in loto tem|K)re praecedente conversionem ; et actio est in pane, pro instanti desinitionis.ad quod immediate sequitur totum tempus in quo panis habet non esse. — Contra istam responsionem arguitur sic. Suppono (δ) quod panis non desinit esse per motum, sed in instanti ℭompleta prolationis verborum, in quo primo est actio divina, respectu termini ad quem. Tunc sic : Aut actio illorum verborum est in eodem instanti m quo est actio divina;et tunc, cum actio illa, per te, sit subjective in pane, habeo quod in eodem instanti erit ibi substantia panis et esse corporis Christi. Aut actio divina et actio verborum est in alio et alio instanti.Et tunc: vel inter illa duo instantia est tempus medium, et tunc radit medium inter esse panis et esse corporis Christi, ita quod est tempus in quo nec est ibi panis nec corpus Christi ; vel inter illa duo instantia non cadit tempus medium,

(*) iu *ixonenl<<liu vertm.* — *sa/ nthicnla* Pr.
(<) *Hjcianirntaliu* — *lacrantriita* Pr.
(γ) Prima. — Oin Pr.

(a) *tulUrahcc^t.* — *tublrahet* Pr.
(C) *Supponu.* — *supposito* Pr.
(γ) *tuppono.* — *iupponto* Pr.
(ù) *Suppono* — *lunnoido* Pr.

et sic erunt (ilio instantia immediata. Igitur oportet dicere quod actio illorum verborum sit in instanti in quo est actio divina circa corpus Christi, et per consequens quando panis primo non est; et sic non est subjective in pane. Igitur vel est subjective in termino ad quem, scilicet in corpore Christi; vel est subsistens. Utrumque autem est impossibile. Sic igitur patet quod in sacramento Eucharistia non potest esse aliqua activitas respectu cujuscumque dispositionis in pane; nec respectu desinitionis panis; nec respectu termini ad quem, quia tunc actio creature haberet in termino ad quem multa miracula, quæ sunt possibilia soli divinæ virtuti·

Secundo principaliter arguit sic (ibid , art. 2) : Ad salvandum veram efficaciam sacramentorum respectu graliæ et sanctificationis quam attribuunt eis sancti, non oportet ponere talem virtutem inhærentem, per quam attingant ad aliquam dispositionem pneviam ad gratiam, puta characterem, vel ornatum. Igitur conclusio falsa. Consequentia tenet. Sed assumptum probatur. Quia illi de alia opinione ita bene salvant efficaciam et activitatem sacramentorum, sicut tu. Quod probatur duplici ratione. Prima est : Quia quando duæ dispositiones ita se habent ad aliquam formam, sic quod una non est magis dispositio vel necessitas ex natura rei quam alia, immo neutra est dispositio ex natura rei, sed utraque est dispositio tantummodo per voluntatem agentis, æque bene salvat causalitatem di>positivam qui ponit quod inducitur tantum per secundam dispositionem, sicut ille qui ponit quod inducitur per primam. Probatio istius est : Nam. per te, causalitas sacramentorum non est nisi dispositiva, per hoc quod inducunt dispositionem ad gratiam. Si igitur hoc quod tu ponis, non est magis dispositio ex natura rei quam illud quod ponitur ab aliis, sed utrumque est dispositio quia placet principali agenti, sequitur quod ita bene agit aliquid inducendo aliam dispositionem, quæcuinquesit illa, sicut agit inducens pneviam dispositionem, quam tu ponis. Sed character, vel ornatus, qui, perte, ponitur dispositio ad gratiam in anima, non est inagis dispositio vel necessitas ex natura rei, quam sil illa extrinseca operatio naturalis sacramenti, puta ablutio, vel aliquid hujusmodi; immo utrumque est dispositio, quia placet divinæ voluntati; et æque bene placet divinæ voluntati quod sola ablutio sit dispositio, sicut ponunt alii, sicut character, vel ornatus, quem (a) tu ponis. Eqjo non magis tua positio salvat efficaciam sacramentorum, quam illi qui |xmunt in sacramentis tantum naturalem operationem exteriorem. Major nota est. Minor probatui . scilicet quod character non est magis dispositio ad gratiam ex natura rei, quam sil naturalis operatio exlrinseca sacramentorum. *Primo* : quia, datÔbpposito, sequiturquod habens summam gratiam, deteret habere summum characterem. Probatur : Quia habens formam aliquam in summo, necessario habet dispositionem quæ nécessitât ad illam formam, in summo; verbi gratia, hal>ens formam ignis in summo, habet dispositionem quæ ad illam nécessitât, in summo. Sed consequens est falsum : quia in Christo fuit gratia in summo, quia non est ei datus Spiritus ad mensuram; et tamen Christus non habuit characterem; quia character est spiritualis potestas a Christo derivata (i), hær autem pote-tas spiritualis non est in Christo. — *Secundo* ad idem : Quando aliquid est dispositio ex natura rei, ubicumque est forma, ibi est dispositio. Si igitur character esset dispositio ad gratiam ex natura rei, tunc esset character in quocumque e<set gratia. Sed consequens est falsum : quia in antiquis patribus puta Abraham et aliis, non est dubium quin fuit gratia; et tamen m eis nullus ponitur ǒrnatu aut character. — *Tertio* ad idem : Quia gratia praecedit characterem. Nulla autem forma pnecedit suam dispositionem. Assumptum patet : Quia in catechumeno (€) adulto contrito est gratia; et tamen non est character, nisi postquam est baptizatus. Tum quia communiter tenetur quoi ex contritione coniis dimittitur (γ) culpa; ergo tunc datur gratia, quia de facto nullus est sine culpa, nisi sit in gratia; et tamen character non datur ei ex sola contritione, sed post susceptionem sacramenti. — *Quarto* ad idem : .Eque immediate anima est Misceptiva graliæ, sicut gloriæ. Sed anima secundum solam essentiam suam est susceptiva gloriæ; secundum Augustinum (14. *de Trinitate,* cap. 8). eo enim anima est capax (o) beatitudinis, quo est imago Trinitatis. Ergo similiter, secundum suam substantiam est capax grati.r. — Confirmatur. Quia quaindiu manet dispositio quæ est nécessitons (t) ad formam, manet forma- Sed non lamdiu manet gratia, quaindiu manet character. Patet de malo sacerdote, quo cadente in peccatum mortale, manet character, non tainen manet gratia. Sic igitur apparet quod character non esi dispositio ad gratiam, nisi sola divina voluntate, quia placet Deo. Sed æque bene sola ablutio, vel quæcumque alia operatio naturalis sacramenti, potest esse dispositio : ut puta, si placeret Deo quod cuicumque fuerit talis operatio applicata, detur gratia. Igitur non magis sacramenta erunt causa dispositiva graliæ, per hoc quod fuerint activa respectu characteris, quam per hoc qubd habent proprias operationes naturales.

(a) t/uem. — çuam Pr.

( ) derivato. — *determinata* Pr.
( ) catechumeno. — catechizalo Pr.
(γ) *dimittitur. — diminuatur* Pr.
(£) Verba Augustini sunt : A*o *quippe ipso imago ejus est, quo ejus capax est, ejusque particeps esse potest, quod tam magnum bonum, msi per hoc quod imago qus est, nun potcil.*
(t) *necessitatis. — necessitas* Pr.

Secunda ratio pro principali assumpto est talis : Ille modus qui salvat efficaciam sacramentorum cum pluribus poclis et pluribus inconvenientibus, non salvat aeque bene efficaciam sacramentorum sicut ille modus qui salvat cum paucioribus pactis et nullis inconvenientibus. Sed ponentes sacramenta agere tales characteres et ornatus pravios ad gratiam per virtutes infusas, ponunt plura et superflua pacta. Quod probatur. Nam ad minus oportet quod ponant quatuor pacta. Primum est de infusione virtutis : puta quod Deus, accedente verbo ad elementum, pepigerit infundere hujusmodi virtutem. Secundum pactum est in electione : nam, si sacerdos habeat tres hostias coram se, et proferat verba sacramentalia, dirigendo actionem suam ad unam illarum, illa sola convertitur in corpus Christi; ergo oportet quod hic sit novum pactum, ut Deus pepigerit quod virtus quam infundit verbis, non agat nisi in illud ad quod dirigitur intentio proferentis. Tertium pactum est in exspectatione : nam in sacramento baptismi, quod integratur ex ablutione et verbo, non (x) oportet quod idem instans sit finis ablutionis et prolationis verborum; igitur, si prius finiantur verba quam ablutio, oportet quod Deus pepigerit quod exspectabit quousque sit facta ablutio et finita; vel, si prius sacerdos ablueret puerum quam verba finiantur, si, finita ablutione, puer habet characterem, igitur nihil faciunt ulterius verba illa; si vero nondum habet characterem et gratiam Christi, igitur Deus exspectat, ita quod pepigit quod non dabit gratiam, quousque verba finiantur. Quartum pactum est, quia Deus pepigit quod habenti characterem dabit gratiam; quod pactum aliud est a praedictis. Iste modus similiter ponit multa inconvenientia, quæ superius sunt adducta. — Confirmatur. Quia aut illa verba causant characterem ad prolationem ultirnæ syllabæ, aut per omnes simul. Non secundum : quia impossibile est quod omnes syllabæ simul proferantur; nihil autem causât quando non est. Nec primum potest dari : quia tunc primte fuerunt superfluæ, nec fuerunt dignae; el si non per primam, eadem ratione nec per ultimam. Quod si dicas quod per ultimam, in virtute procedentium, jam venis ad aliud pactum; quia oportet te dicere quod sic est, quia Deus sic statuit. Cur igitur Deus non posset sic statuere, quod cui fuerit applicata exterior ablutio, immediate conferat ei gratiam? — Confirmatur adhuc. Quia non apparet, si ponatur talis virtus in verbis, ubi sit subjective. Non enim in voce, aut *ono : quia est quædam qualitas; qualitas autem non est subjectum qualitatis. Nec in aere fracto, vel gutture, aut toto spatio; quia omnia ista sonant in quamdam inconvenientiam. Non igitur ista sacramenta plus faciunt per virtutem infusam, quam per solam ablutionem exteriorem.

Tertio principaliter arguit (ibid., art. 3), probando quod distinctio facta de causa principali et instrumental! non juvet. Quia instrumenta non aliter agunt, nisi quia recipiunt primum effectum ipsius agentis principalis, qui non est alius quam motus localis; nec habent aliquam virtutem impressam a principali agente, sed solum motum localem. Ponere autem sacramenta illo modo agere, est inconveniens. Assumptum probatur. Quia sicut est in aliis motibus, sic, suo modo, in motu locali. Sed in aliis motibus, puta in motu ad formam, agens active expellit formam perse, et per suum principium intrinsecum; forma autem inducta ab agento, non expellit illam formam active, sed actio agentis terminatur ad inductionem albedinis, qua inducta, propter incompossibilitatem, sequitur non esse nigredinis; quod quidem est ab agente effective, formatter vero ab ipsa albedine. Ergo sic est in motu locali, quod per illud quod movetur ad ubi non expellitur aliud corpus active, sed tantum propter incompossibilitatem subjectivam, qua impossibile est eumdem situm numero esse in duabus dimensionibus; active autem expellitur per movens tale mobile. Imaginandum est ergo (a) quod in omni actione artis per instrumentum, primus effectus agentis est motus localis ordinatus ad ulteriorem offectum; iste autem motus localis recipitur in instrumento, per quem acquiritur instrumento aliquis silus, et ex consequenti excluditur ab eodem situ aliud corpus, eodem modo quo, acquisita aliqua forma alicui subjecto, ex consequenti fit exclusio effectus formalis alterius formæ ab illo subjecto; et sic, per hoc, in corpore fit alius et alius situs; et, per consequens, alia et alia figura, quia alietas figura sequitur ad alietatem situs partium (quia figura non est aliud quam terminatio quantitatis, terminatio vero variatur ad variationem situalem partium quantitatis); et quia partes variant situm active ab agente, ex quadam autem repugnantia et incompossibilitale subjectiva ab instrumento quod primo recipit motum localem ab agente, ideo alia et alia variatio situs partium exigit aliud et aliud instrumentum. Cum ergo sacramenta non agant sicut instrumenta artificialia (per hoc quod recipiunt motum localem, et causant ex quadam incompossibilitate alium et alium situm), nec per modum instrumentorum naturalium (nam talia non sunt aliud quam qualitates complexionales, facientes consimiles qualitates, ad quas necessario sequitur forma substantialis; non sic autem potest poni de sacramentis), sequitur quod improprie dictum est quod agant ad gratiam instrumentaliter; sed, si agant, hoc est applicando activa passivis.— Haec Aureolus,

li) enim. — Ad. Pr.

(a) ergo. — fenim Pr.

in forma, contra tertiam et aliqualiter contra quartam conclusiones.

§ 4. — CONTRA QUARTAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. — Contra quartam arguit Durandus (disl. 1, q. 4), probando

Primo (a), quod nec in rebus, nec in verbis sacramentalibus, sit ponenda aliqua virtus spiritualis, a Deo influxa, quæ causât instnirnentaliter dispositionem vel ornatum in anima. Quod enim, inquit, in rebus spiritualibus, sicut est anima rationalis cum suis potentiis separabilibus, possit esse dispositio spiritualis, consonum est rationi. Sed quod in rebus pure corporalibus, quales sunt res sacramentales, possit esse virtus seu qualitas spiritualis, non videtur consonum rationi. Non enim quodlibet accidens natum est esse in quolibet subjecto, sed determinatum in determinato : actus enim activorum sunt in patiente disposito. Subjectum autem receptivum virtutis spiritualis, non est res corporalis; sicut subjectum susceptivum accidentis corporalis, non est res spiritualis. Unde, sicut angelus non potest esse subjectum quantitatis corporalis, vel coloris; sic res corporales (6), sicut sunt res sacramentales, non sunt susceptivæ activitatis seu virtutis spiritualis.

Ad hoc dicunt quidam, quod, licet res spiritualis, ut angelus, non possit (γ) esse subjectum quantitatis, vel albedinis, vel alterius qualitatis corporalis, denominatur tamen a conditione corporali, ratione effectus quem facit in corpore : dicimus enim angelum esse in loco, ratione effectus quem facit circa corpus exsistens in loco. Et similiter, ut dicunt, quamvis virtus quæ est in sacramento, non sit spiritualis per essentiam, nec ratione subjecti, potent tamen dici spiritualis, ratione effectus quem facit in anima, quæ est spiritualis; sicut etiam herba dicitur sana, ratione sanitatis quam facit. — Sed hoc non valet : quia rationi bene consonat quod corpus agat in corpus, et spiritus in corpus, et quod denominentur ab effectu quem faciunt; sed non consonat rationi quod corpus agat in spiritum; nec, per consequens, habet ilii locum donominatio ab effectu.

Secundo arguit. Quia, qua ratione esset aliqua virtus in verbis, eadem ratione esset in aliis robus sacramentalibus, et in ministro; quia hœc omnia sunt de necessitate sacramenti. Sed hoc non potest esse, ut probatur· Igitur, etc. Probatio minoris : Quia, si in quolibet prodictorum sil aliqua virtus, tunc multiplicabuntur virtutes, secundum multiplicationem eorum· Hoc autem non videtur convoniens. Quia, in genere causae efficientis, plura non occurrunt immediate ad unum effectum, nisi propter imperfectionem cujuslibet eorum; supplent enim omnia vicem unius perfecti agentis. Si ergo sunt plures virtutes, secundum pluralitatem eorum quæ concurrunt ad necessitatem sacramenti, sequitur quod quælibet sit imperfecta et de se insufficiens ad producendum effectum sacramenti; et sic Deus daret plures virtutes rebus sacramentalibus, quia non posset esse unica quæ totum produceret; quod est fictilium; vel, si posset esse aliqua una talis, melius esset quod illa daretur sacramentis, quam quod aliæ imperfectæ multiplicarentur.

Tertio arguitur sic, quod nec in ipsis verbis videtur esse talis virtus. Quia, cum oratio sit quantitas discreta, impossibile est unam virtutem numero esse in tota oratione. Oportet igitur quod vel sint tot virtutes quot sunt syllabæ in oratione, vel quod solum in ultima syllaba sit virtus illa. Non potest diri quod in qualibet syllaba sit specialis virtus. Quia, cum sacramenta non habeant efficaciam suam nisi in ultimo instanti quo verba complentur, ante quod instans precedentes syllabæ desierunt esse, et, per consequens, virtutes exsistentes in eis, sequitur quod illæ virtutes nihil faciunt ad effectum sacramenti : nec in inducendo ipsum, quia tunc non sunt; nec in disponendo (sicut dicitur de guttis procedentibus cavationem lapidis, quæ disponunt ad illud quod ultima perficit), quia ante characterem, vel ornatum quem sacramenta efficiunt, nulla dispositio procedit in anima, quæ fiat per sacramenta. Item, nec talis virtus est solum in ultima syllaba : quia, per eamdem rationem, virtus quæ est in aqua baptismi, esset solum in ultima parte aquœ quæ tangit corpus baptizati; quod satis assimilatur fictitio.

Quarto arguitur sic : Nullum instrumentum agit in virtute alterius circa aliquam materiam, nisi exercendo circa eamdem suam propriam actionem : licet enim Deus posset immediate facere lectum, si tamen faciat mediante dolabra ut instrumento, necesse est quod dolabra suam propriam actionem exerceat circa materiam de qua fit lectus. Sed res sacramentales, cum sint corporales, suam propriam actionem non possunt habere circa animam, in qua recipitur effectus sacramenti, ut probat Augustinus, 6. 3fi(SfCæ (cap. 5). Igitur impossibile est quod res sacramentales agant aliquid in anima nostra in virtute alterius.

Ad hoc respondent aliqui, quod res sacramentalos agunt do se circa totum compositum : sicut aqua baptismi corpus animatum abluit, et oleum ungit; et. per consequens, agunt in quamlibet partem; propter quod, ut instrumentum Dei (a), possunt agere in animam, quæ est pars totius compo-

ie) *Primo.* — Otn. Pr.
(0) non funt. — Ad. Pr.
(γ) *poitil.* —*pouet* Pr.

(a) Pei. — *dici* Pr.

siti — Sed istud non valet. Quia illud quod agit in lotum compositum! non pote>t agere in quamlibet partem, nisi quantum ad id in quo partes sibi invicem communicant in composito; quia actio et pa&io communis requirunt aliquam causam communem. Sed anima, ut est susceptiva graliæ, vel characteris, vel alterius dispositionis causato per sacramentum, in nullo communicat cum corpore, quantum ad aliquam conditionem pertinentem ad compositum. Igitur res sacramentalis quæ agit in totum compositum, non propter hoc agit in animam ut est susceptiva gratiæ vel alterius spiritualis effectua. Et sic idem quod prius.

Quinto arguit contra illud quod dicitur, quod umne instrumentum, dum movetur a principali agente, recipit ab eo aliquam virtutem. Advertendum est, inquit, quod instrumentum vocatur aliquid dupliciter. L'no modo, id quod non agit nisi motum localiter; sicut est instrumentum artis, ut dolabra, vel securis, respectu artificis. Et in talibus recipitur proprie nomen instrumenti. Et tale instrumentum non agit nisi motum, et per virtutem receptam a principali agente; vocando virtutem receptam motum localem in eo causatum, et non aliquid aliud; quia per motum localem nulla forma fit in mobili, ut dicitur, 8. *Physicorum* (t. c. 59); ipse tamen motus localis potest dici virtus, quia motus localis unius est ratio movendi aliud, sicut motus localis baculi est causa motus localis lapidis vel aeris. Et quia pura forma artificialis, ut est forma domus, vel scamni, potest acquiri per solum motum localem, cum non sil aliud quam ordo vel compositio, in talibus instrumentum agit motum localiter, et per virtutem receptam, quæ est ipsemel motus localis; nec est quærenda alia, ratione jam dicta. Virtus autem qme est motus localis, vel |ier talem motum acquisita, non est sacramentis a Deo influxa; quia omnis motus localis qui est in rebus sacramentalibus, fit precise a virtute pure naturali ipsius ministri. Λϋo motio capitur instrumentum minus proprie, pro agente secundario : sive conjuncto, sicut calor naturalis dicitur instrumentum anima?, et omnis qualitas activa naturalis dicitur instrumentum form® substantialis; sive separato, sicut agentia naturalia inferiora dicuntur instrumenta superiorum agentium, a quibus habent formis suas et virtutes operandi. Instrumentum autem conjunctum, ut calor anima?. non movetur localiter a principali agente, ut de se palet. Nec recipit ab eo aliquam virtutem : quia, eadem ratione, virtus illa reciperet quamdam aliam ad hoc ut attingeret ad eductionem fonnæ substantialis, cum ipsa sit accidens sicut et prima, nec agat ultra suam speciem nisi virtute alterius; et sic eael processus in infinitum in virtutibus receptis; quod est inconveniens. Dicitur igitur istud instrumentum •gere in virtute alterius, quatenus est ei conjun- | ‹ tum; et actio ejus ordinatur subactione principalis agentis, ut disponens. Instrumentum autem separatum, quod est secundarium agens, recipit a principali agente formam et virtutem operandi. Non tamen ojiortel quod, quando agit de novo, recipiat novam virtutem; sed agit per virtutem prius receptam, secundum cursum nature. Et per hoc non potest dici quod res sacramentales recipiant aliquam virtutem a Deo, quando applicantur ad usum. Non tamen est negandum quin Deus possit eis aliquam virtutem influere, illam dumtaxat cujus a natura sunt capaces; sed nulla necessitas aut congrnitas apparet quod ita sit de facto.

Sexto arguit sic : Sacramenta novæ legis dicuntur esse signa et causée. Et quod sint signa, non habet calumniam; sed decausalitale, et modo causalitatis, dubitatur. Arguitur igitur (a) sic : Sicut rebus sacramentalibus competit ratio signi, sic et ratio causa et non plus. Sed res sacramentales non sunt signa graliæ, nisi ex pactione, ordinatione, seu institutione. Ergo non sunt causa gratiæ, nisi ex pactione, et ordinatione, et institutione divina (0); et non per aliquam virtutem eis inhærentem, vel in eis exsistentem.

Septimo sic : Secundum omnes, circumcisio in veteri lege conferebat gratiam. Sed hoc fuit solum ex quadam pactione divimc ordinationis, sicut habetur, Genes. 17 (v. 10) : *Hoc est pactum meum quod, observabitis, circumcidetur in vobis omne masculinum.* Et ibidem (v. 14) : *Masculus cujus caro prseputii circumcisa non fuerit, delebitur anima ejus de populo suo; quia pactum meum irritum fecit.* Et similiter videtur quod in aliis sacramentis non conferatur gratia, nisi ex pactione divina. — Confirmatur per Dedam, qui dicit in llornilia *de Circumcisione Domini,* quod *idem salutiferte curationis auxilium, circumcisio, in lege, contra originalis peccati vulnus, agebat, quod nunc baptismus agere, revelatæ gratiæ tempore, consuevit.* Ecce quod etiam similem actionem attribuit circumcisioni et baptismo. Si ergo circumcisio nihil agebat nisi ex pacto, et ut *causa sine qua non,* sequitur quod nec baptismus, nec alia sacramenta.

Octavo sic Sicut se habet lex vetus ad legem novam, sic sacramenta novæ legis ad sacramenta veteris legis. Sed lex vetus sic se habet ad novam legem, quod illud quod promittebatur in lege veteri, solvitur in nova, non per legem, sed a Deo in lege. Igitur similiter est in sacramentis, quod gratia in sacramentis veteris legis promissa, vel figurata, exhibetur in sacramentis nova? legis, non quidem per ipsa, sed a Deo in ipsis. Et in hoc sufficienter excellunt sacramenta novæ legis sacramenta veteris

(i) *p»*-imo. — Ad. Pr.
(6; a verbo *Ergo* usque ad dirina, om. Pr.

legis, sicut lex nova legem veterem; necent qu®-rendu major excellentia, quia ista sufficit.

Nono. Quia ratio in qua videtur potissime fundari contraria opinio, est quia *causa sine qua non,* bi nihil faciat ad effectum, inducendo, disponendo, vel meliorando, quantum ad rationem causandi, nihil habet supra causas per accidens; sicut albedo dumificaloris non est causa domus, nisi per accidens. Nec pactio dal aliquid de ratione ĉausa sed solum de ratione signi, ut patet in exemplo de denario plumbeo. Quod autem est per accidens, omittitur ab arte, nec ponitur in diffinitione, ut dicitur in 6. .Veto*physicae* (t. c. 4 et seq.). Unde videtur quod, si sacramenta non essent nisi *causa sine qua non,* in diffinitione sacramenti non poneretur ista causalités; nec sancti fuissent ita solliciti ponere istam causalitatem in diffinitione sacramenti. — Sed hoc non valet Quia nullus sanctus posuit in diffinitione sacramenti, quod esset causa gratiæ, sed solum Magister *Sentent.,* qui accepit ab Augustino, ex secundo libro Augustini *de Doctrina Christiana.* quod *sacramentum est ĩnvisibili yratin' visibilis forma;* et addidit de suo illud quod sequitur, scilicet *ut ejus imaginem gerat, et causa exsistat.* Nullus autem potest melius exponere Magistrum, quam ipse semetipsum. Ipse autem exponit seipsum in littera, dicens quod homo non quærit salutem in sacramentis, quasi ab cis, sed per illa a Deo. Nec videtur valere illud quod aliqui dicunt quod in illis verbis Magistri, h.ec præpositio *a* denotat principale agens, sed haec praepositio *per* denotat causam instrumentaient. Quia talis causa instrumentales accipienda est de *causa sine qua non,* secundum descriptionem beati Augustini (a), dicentis quod *sacramentum est in quo, sub tegumento rerum visibilium, divina virtus salutem nostram secretius operatur.* — Quod autem additur, quod illud quod est per accidens, dimittitur ab arte, nec delwl poni in diffinitione vel descriptione; dicendum est quod dupliciter est accidens. Unum, accidens per accidens, quod est separabile, et nihil penitus facit, nec ad operationem rei, nec ad ejus nolificationem, sicut est de alhedine respectu ædificaloris; de quo accidente procedit argumentum. Aliud e>t accidens proprium : vel ex natura rei, sicut risibile est proprium homini; vel e\ ordinatione humana, sicut denarius plumbeus accipit rationem signi et *causx sine qua non* respectu elecmosymu regis; vel ex ordinatione divina, sicut res naturales accipiunt rationem signi et *causx sine qua non* respectu gratiæ. Et tale accidens mullum facit ad notificationem rei. Et ideo debet poni in descriptione noti·ficanle rem, praecipue quantum ad quid nomini-, sicut est descriptio sacramenti.

Decimo. Quia auctoritas Augustini (tract. 8(1 in Johan.), vol Bedæ (cap. 10 in Lucam i, in qua fundatur contraria opinio, non jurat. — Non quidem Augustini. Quia non ĕ-teju intentio, quod in aqua baptismi sit aliqua virtus inhærens ei, sed quod ibi est sola virtus divina assistens, sicut ipse dicit in notifiaitione sacramenti, dicens quod *sacramentum est in quo, sub legumento rerum sensibilium, virtus divina salutem nostram secretius operatur.* Unde verba sua sunt ista : *Unde est haec tanta vis aquae, ut corpus tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?* Ecre quod non dicit aliquam virtutem esse in aqua, nisi quam facit fides verbi quo baptismus confertur. Ime est, fides qua credimus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, in cujus invocatione confertur baptismus, remittere peccata in Ijaplisrno. Et sic dicitur e--c virtus in aqua per verbum, quia vere credimus quod virtus Patris et Filii et Spiritus Sancti invocata |K»r verbum, sanctificat baptizatum in aqua. Nec oportet imponere aliam virtutem inhaerentem. Nec unquam hoc intellexit Augustinus. — Item auctoritas Bedæ non juvat; quia est contra tenentes aliam opinionem. Dicunt enim quod illa virtus est a Deo sicut a principali agente, et a passione Christi sicut a causa meritoria, et ex tide Ecclesia» sicut ex continuante instrumentum principali agenti; sed caro Christi, vel ejus contactus, neutrum praedicto-i;um est; igitur ex contactu cum aquis, in suo baptismo, nulla vis data est aquis. Item, si ex tactu carnis Christi esset data aliqua vis aquis, esset data tunc, et illis aquis quas caro Christi tetigit; et tunc illa· ăqua habuissent in se talem virtutem; quod iterum est contra eos; quia dicunt quod illa virtus non est in sacramentis, nisi quando applicantur per usum ad illum qui recipit sacramentum. Et ideo dicendum est quod Beda non intelligit quod aliqua virtus inhæserit aquis ex contactu carnis Christi : cum ipse expresse dicat quod idem agebat circumcisio. quod nunc agit baptismus; et tamen nullus tenet quod circumcisio haberet aliquam virtutem inbærrnlem. Sed intelligit quod baptismus Christi, in (pio caro Christi aquam tetigit, fuit signum et repraesentatio quod per Christum effective, inquantum Deus, et meritorie, ini|uantum homo, baptismus per ipsum institutus, esset sacramentum regenerationis spiritualis, quæ fît per aquam sub praescripta forma verliorum tanquam per sacramentum, et per solum Deum tanquam per causam immediate efficientem quidquid ad spiritualem regenerationem |K»r(inel. Et istud satis insinuatur, Johan. 3, ubi (Jirislus, loquens de baptismo, dicit (v. 5) : 2Vwi *quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare in* (a) *regnum Dei;* ubi, |>ostquam fecit mentionem de aqua baptismi, nomine aquæ, |K)slea lotam ejus efficaciam attribuit Spiritui

(a) Cfr. supra, pag. 5, col. 1, not. z.

(a) *io.* — Orn. Pr.

Sancto, et nullam aquæ, dicens (v. 6) : *Quod natum est ex came, caro est; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* — Haec Durandus, in forma.

II. Argumenta Scoti. — Contra earndem conclusionem arguit Scolus(disl. 1, q. 5), probando quod nulla virtus supematuralis sit in sacramento.

Primo sic: Quia, si illa virtus supematuralis, est in sacramento : aut est ibi indivisibiliter; aut divisibiliter (id est : tota in toto et in qunliljct parte; aut tota in toto, et pars in parte). Non primo modo : quia inter omnes formas perficientes materiam corporalem, sola intellectiva ponitur talis. Nec secundo modo : quia tunc extenderetur per accidens in subjecto; quod est contra rationem virtutis spiritualis.

Secundo. Quia in sacramentis requiruntur multa verba. Vel ergo in qualibet syllaba esset eadem virtus omnino; vel in alia et alia syllaba esset alia et alia virtus. Si primo modo, tunc oportet dicere quod idem accidens migraret, et remaneret postquam subjectum desinit. Si secundo modo, sequitur quod sacramentum consistens in tota oratione, non haberet aliquam virtutem unam. Et si dicas quod habet aliquam virtutem aggregatam ex multis virtutibus partium, — hoc non valet. Quia non esset dare quæ istarum esset principium causandi illum effectum spiritualem in anima. Nec videtur probabile quod sacramentum unum formaliter, cum hujus formalis ratio sil ex ratione virtutis supernaturalis(·), habeat tot virtutes supernalurales aggregatas.

Tertio. Quæro: quando ista virtus supematuralis causatur in isto sensibili pertinente ad sacramentum? Aut enim ante applicationem ejus ad actum, sive usum ; aut in ipsa applicatione. Si ante, igitur ejus causatio (S) est pure miraculosa : quia est per actum divinum, et non per aliquam pactionem perpetuam cum Ecclesia; nam non sequitur ad aliquid propter quod possit dici quasi consequens naturaliter, sine miraculo, sicut est de animatione hominis. Si vero causetur in applicatione ad usum, sequilur inconveniens. Nullum enim instrumentum ideo est formaliter aptum ad usum quia aliquis utitur eo ut instrumento. Palet inductione, et ratione : nam idoneitas instrumenti pracedit naturaliter usum instrumenti, ut instrumentum est. Igitur non quia immergo puerum, sive utor aliquo sensibili ad actum sacramenti, ideo recipit illam virtutem spiritualem. Non est ergo dare quando recipiat.

Quarto. Quia hic ponitur pluralitas sine necessitate. Non enim patet necessitas talis virtutis, quæ fingitur in sacramento. Neque secundum rationem naturalem ; manifestum est. Neque secundum fidem : quia, sicut, sequendo rationem naturalem, non sunt ponenda plura, nisi quæ ratio naturalis concludit, ita, sequendo fidem, non sunt plura ponenda quam veritas fidei requirat; veritas autem fidei non requirit ponere talem virtutem supernaturalem in aqua, vel in verbis; nec aliqua ratio cogit ad hujusmodi pluralitatem, pneserlim quia, si poneretur talis virtus, ipsa non causaretur (a) regulariter nisi ex pactione divina cum Ecclesia. Et ita, sine tot superfluis, in aqua et anima intermediis, potest salvari quod pactio divina sit immediata causa respectu effectus conferendi recipienti sacramenta.

Quinto. Quia exempla quæ adducuntur de virtute recepta in instrumento, non concludunt.

Non quidem illud exemplum de sensibili sermone : nam accipit manifeste falsum. Nam sermo audibilis non habet formaliter in se aliquam intentionem animæ. Quod probatur : quia sermo non impositus ad significandum, nullam talem formam habet in se (patet omnibus); per impositionem autem non recipit aliquam absolutam formam, nec relationem, nisi forte rationis. — Hoc (6) etiam probatur aliter : quia, eodem exsistente agente principali, et instrumento sufficiente, sequitur eadem actio; sed, si latinus proferat verba latina græco, idem est agens principale et instrumentum, quod esset si loqueretur alicui latino, et tamen effectus non sequitur, quia nullus conceptus causatur in græco audiente; igitur sermo non erat instrumentum ex se sufficiens ad causandum animæ conceptum in audiente. Fallit ergo exemplum pro tanto, quia sermo audibilis est signum remotum respectu conceptus: ita quod, facta immutatione sensus ab ipso sermone, et ulterius, intellecta natura ejus (γ), inquantum talis natura est, intellectus cognoscens ipsum esse impositum ad significandum talem naturam, ex collatione ejus ad illud aliud, inteliigit illud aliud; non ita quod sermo per aliquam formam causet conceptum de aliqua re; sed ejus conceptus est pravius ad conceptum de re, qui (o) causatur per propriam speciem rei, vel phantasma in anima. Quod patet : quia quantumcumque sermo proferrelur, si audiens non haberet in se speciem rei prolatæ, non causaretur in eo conceptus de illa re. Unde per voces non intelligimus res, nisi quarum species habemus; sed quod eas aclualiter consideremus, hoc est propter collationem signi ad signatum.

Item, exemplum de instrumento artificis non concludit. Valde enim impossibile videtur quod aliqua forma spiritualis toties causaretur in serra, quoties moveretur ab artifice, et toties desinat esse, quoties desinit actu moveri.

Item, exemplum de motu non cogit : quia, quo-

(e) Au;uj formait! *ratio* nt er ratione *virtutis supernaturalu — hujusmodi formalis ratio fit ex ratione* Pr.
(<) cauiatio, — creatio Pr.

in) camaretur. — *crearetur* Pr.
(β) *Hoc. — Quinto* Pr.
(γ) *intellecta natura ejus. — intellectus* Pr.
(î) *qui.* — çu® Pr.

cumque modo substantiae causentura cœlo, saltem (α) motus localis cœli non potest esse formale principium producendi eas; igitur, etc.

Sexto. Quia instrumenta artificialia non sunt formaliter activa, sed tanturn receptiva unius effectus prioris ordinati ad effectum ultimum. Serra enim non habet in se nisi quantitatem, figuram, et motum localem; de quibus omnibus patet quod non sunt formæ activæ. Et probatur : quia aliter mathematicus considerans quantitatem et figuram, non abstraheret a motu. Si autem ponatur quod durities sit qualitas activa, — hoc non valet : quia, si Deus, de potentia sua absoluta, aliquod quantum molle conservaret, et in eadem quantitate et figura, movendo ipsum localiter, æque divideret aliquod corpus, sicut modo instrumentum durum illud dividit; ergo durities, quæ est qualitas, non est formale principium agendi. Apparet tamen esse, pro eo quod est quædam impassibilitas (6) resistens corrumpenti. Manente autem quantitate corporis et figura, non mutato alio, nec corrupto, si localiter movetur, oportet quod expellat aliud proportionatum quantitati suæ et figura; quod non oporteret, si ejus quantitas non maneret, sed cederet. — Probatur etiam propositum. Quia ubicumque est formalis incompossibilitas inter aliqua, unum eorum non expellit aliud active, sed tantummodo formaliter; agens autem quod inducit unum effective, expellit aliud effective. Corpora autem videntur habere incompossibilitatem respectu ejusdem *ubi,* sicut qualitates contraria» respectu ejusdem subjecti. Sicut igitur illud agens effective inducit calorem, ita frigus expellit; non autem effective calor expellit frigus, sed tantummodo formaliter. Ita in proposito, de expulsione unius corporis ab *ubi* per aliud corpus. Divisio autem ligni per serram, vel securim, non est nisi quædam expulsio partium ab *ubi* ad quod movetur securis ab ipso artifice cædendo. Tenendo ergo quod instrumenta artificialia non sunt formaliter activa, sed tantum receptiva cujusdam prioris effectus ordinati ad effectum ultimum, apparet quo modo sacramentum potest dici instrumentum, licet non habeat proprie virtutem activam respectu termini, sed sic quod sit effectus prior ordinatus ad gratiam. Et si dicatur quod non est simile, quia sacramentum non suscipit illum effectum priorem, sicut securis recipit motionem; — hoc non obstat. Quia, sicut totum quod recipit effectum priorem, potest dici instrumentum; ita et quodammodo effectus ipse receptus potest dici instrumentum; vere enim potest dici quod per motum serra lignum dividitur. Sacramentum autem, sive susceptio sacramenti, est effectus ille prior, in proposito. Igitur, etc.

(e) *saltem.* — Om. Pr.
(6) *impossibilitas. — incompossibilitas* Pr.

III. Argumentum Aureoli. — Arguit Aureolus (4. *Sentent.,* dist. 26, q. **I**, art. I). Quia in sacramento matrimonii nulla est talis virtus possibilis poni. Igitur nec in aliis. Assumptum patet. Quæro enim ubi est illa virtus infusa in sacramento isto subjective? Quia : aut in conjunctione mutua; aut in verbis, vel in signis. Et patet quod in nullo istorum; quia sola copula carnalis cum verbis de futuro, quandoque causai matrimonium. Item, posito quod talis virtus sit in aliquo pradictorum, quæro: quid causabit? Aut enim causât primam rem sacramenti, scilicet obligationem; et hoc non potest dici, cum illa sit relatio rationis, et respectu talium non oportet ponere virtutem activam. Nec etiam cau^at secundam rem sacramenti, scilicet gratiam. Igitur nihil. — Hæc ille.

ARTICULUS 111.

PONUNTUH SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis, cum Dei adjutorio. Et quidem, ad objecta contra primam conclusionem respondendo, pranotandum est quod illa objecta directius sunt contra diffinitionem sacramenti positam ab Hugone, quam contra diffinitionem Magistri ; tamen neutram efficaciter reprobant. Unde, pro intellectu diffinitionis positæ ab Hugone, dicit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 1, in solutione quæsliunculæ quintæ : < Diffinitio, inquit, quinta, scilicet Hugonis, eadem est cum diffinitione quam ponit Magister in littera, hoc excepto, quod addit causam significationis, quæ est divina institutio, et causam efficaciæ, quæ est sanctificatio. Idem enim est dictu, *materiale elementum exterius oculis suppositum, ex institutione significans,* quod *invisibilis gratix visibilis forma;* et *cx similitudine reprxsentans,* idem est ei quod dicitur, *ut ejus imaginem gerat; et cx sanctificatione invisibilem gratiam continens,* idem est ei quod dicitur, *ut causa exsistat.* » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod ilhe diffinitiones in idem redeunt; et quod argumenta contra unam, sunt contra aliam.

Cum autem primo (a) dicit arguens, quod in sacramento matrimonii nulla illarum trium conditionum reperitur, — falsum est. Tum primo, quia in illo est materiale elementum exterius oculis suppositum suo modo. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 26, q. 2, art. 1, arguit sic, secundo loco:

(e) *primo,* — Om. Pr.

‹ Sacramentum, secundum Hijgoncm(</e *Sacram.,* lib. 1, part. 9, cap. 2), est materiale elementum. Sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum. Ergo non est sacramentum. › Eoce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod sacramentum matrimonii perficitur per actum ejus qui illo sacramento utitur, sicut pœnitenlia. et ideo, sicut poenitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subjectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio. ›› — Hæc ille. — Tum secundo, quia in sacramento matrimonii est significatio ex divina institutione. De hoc sanctus Thomas, in quarto, ubi supra (dist. 26, q.2i, art. 1, arguit sic, quarto loco: ‹ Omne sacramentum nova· legis efficit quod figurat Sed matrimonium non efficit conjunctionem Christi et Ecclesirc, quam significat. Ergo matrimonium non est sacramentum, u Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod unio Christi ad Ecclesiam non est res contenta in isto sacramento, sed res significata, non contenta; et talem rem nullum sacramentum efficit. Sed habet aliam rem contentam, et significatam, quam efficit, ut dicetur. Magister autem posuit rem non contentam; quia erat hujus opinionis quod non haberet aliquam rem contentam. » — Hæc ille. — Item, in solutione quinti, aie dicit : ‹ lu hoc sacramento sunt illa tria qua? sunt in aliis : quia sacramentum tantum, sunt actus exterius apparentes; sed ros et sacramentum est obligatio quæ innascitur viri ad mulierem ex talibus actibus; sed res ultimata contenta, est effectus hujus sacramenti; non contenta autem, est res quam Magister determinat. › — Hæc ille. — Item, art. 3, in solutione primi, sic dicit : ‹ Sicut aqua baptismi habet quod corpus tangat, et cor abluat, ex tactu carnis Christi; ita matrimonium lioc habet ex hoc quod Christus illud sua passione repnesentavit, et non principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis, ›› — Hæc ille. — Tum tertio, quia in sacramento matrimonii est reprtesentalio ex similitudine· De hoc sanctus Thomas, ubi supra (*Sentent.* , dist. 26, q. 2), art, 1, arguit "ic, in tertio loco : «‹ Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi. Sed per matrimonium non conformatur homo passioni Christi, quæ fuit poenalis; cum halieat delectationem adjunctam. Igitur non est sacramentum, ‡ Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inqqit, quod matrimonium, quamvis non conformetur Christi jiassiom quantum ad pœnam, conformatur tamen ei quantum ad duritatem, per quam pro Ecclesia sibi in sponsam conjungenda passus est. » — Hæc ille. — Item, art i. in solutiofie seeeundi, sic dicit : ‹ Significatio rei contentai est de necessitate sacramenti ; et ad hanc significationem non pertinet carnalis commixtio, sed ad rem non contentam. » — Tum quarto, quia in sacramento matrimonii confertur gratia per illud sacramentum, ex sanctificatione, id est, sua sancta institutione a Christo facta, vel ex sanctificatione, id est, sacræ virtutis collatione data sacramento. De hoc sanctus Thomas, ubi supra (dist. 26, q. 2), art. 3, arguit sic, secundo loco : « Omne sacramentum conferens gratiam, confert eam ex materia et forma sua. Sed actus qui sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa gratiæ; quia hoc esset hæresie Pelagiana, quod actus nostri sunt causa gratiæ. Verba etiam exprimentia consensum, non sunt causa gratiæ, cum in eis non sit aliqua sanctificatio. Ergo in matrimonio nullo modo daturgratia. »» EcceargUinentum. Sequitur responsio : «‹ Dicendum, inquit, quod sicut aqua baptismi, vel forma verborum, non operatur immediate ad gratiam, sed ad characterem; ita actus exteriores, et verba exprimentia consensum, directe faciunt nexum quemdam, qui est sacramentum matrimonii; et hujusmodi nexus, virtute divinæ institutionis, dispositive operatur ad gratiam. » — Hæc ille. — Ex quibus, et multis aliis in pradicta quaestione (a) contentis, salis apparet quod in matrimonium, prout est sacramentum, concurrunt omnia illa tria quæ ponit Hugo in sua diffinitione. Nec valet quod dicit arguens; quia in sacramento matrimonii non solum concurrunt verba exprimentia consensum, verum etiam aliqui actus exteriores, ut supra dictum est, qui sunt loco maleriæ. Et ulterius, essentia ipsius sacramenti matrimonii non sunt verba, sed conjunctio viri et mulieris ad aliquid unum, ut diffuse ostendit sanctus Thomas. 4. *Sentent.,* dist. 27, q. 1, art. I. El de hoc alias (dist. 26 et seq.) dicetur latius.

Ad secundum quod objicitur de sacramento ordinis, dicitur primo, quod in sacramento ordinis est sanctificatio De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 24, q. 1, ari. 1, in solutione tertke quæsliunculæ, sic dicit : « Sacramentum (G) nihil aliud est quam quædam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili. Unde, cum in susceptione ordinis quædam consecratio homini adhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum. >— Hæc ille. — Dicitur secundo, quod non oportet materiam hujus sacramenti præsanetificari. De hoc ^anctus Thomas, ubi supra (dist. 24, q. 1, art. I), in solutione quintal quæstiunculæ, sic dicit : α Materia in sacramentis exterius adhibita, significat virtutem in sacramentis agentem extrinsecus omnino advenire. Unde, cum effectue proprius hujus sacramenti, scilicet character, non percipiatur ex aliqua operatione ipsius qui ad hoc sacramentum accedit, sicut erat in pœnitenlia, sed omnino extrinsecus adveniat, competit ei materiam habere; tamen diversimode ab aliis sacramentis

(«) — *cowluaionc* Pr.
(6) SacramtTiluni. — *Ordo* Pr.

quæ materiam habent : in hoc quod illud quod in sacramento confertur, in aliis sacramentis derivatur tantum a Deo, non a ministro qui sacramentum dal; sed illud quod in hoc sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas, derivatur etiam ab eo qui sacramentum dat (a), sicut potestas imperfecta a perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ virtutem divinam et significat et continet ex sanctificatione per ministrum exhibita;sed efficacia hujus sacramenti principaliter residet penes eum qui sacramentum dispensat. Materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem quæ traditur particulariter ab habente eam complete, quam ad potestatem causandum. Quod palet ex hoc quod materia competit usui potestatis. » — Hæc ille. — Item, ibidem, arguil sic, secundo loco : α In isto sacramento confertur gratiæ plenitudo, sicut in confirmatione. Sed materia confirmationis pneexigit sanctificationem. Cum ergo ea quæ videntur esse materialia in hoc sacramento, non sint præsanctiflcata, videtur quod non sint materia sacramenti. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod materiam in aliis sacramentis oportet sanctificari, propter virtutem quam continet; sed non est ita in proposito. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod in hoc sacramento aliter se habet sanctificatio quoad subjectum vel quoad materiam sacramenti, quam in aliis; nec oportet quod univoce dicatur materia in omnibus sacramentis, sed ἀnalogici

Ad tertium dicitur quod tertia conditio posita in diffinitione sacramenti a Magistro, vel Hugone, nullam patitur calumniam apud recte intelligentes, sicut post videbitur. De diffinitione autem Augustini, dicit sanctus Thomas, 4. Sentent, dist. I. q.1,arl.1,in solutione quarta· quaestiuncula?, α Diffinitio, inquit, illa Augustini (si tamen in verbis illis sacramentum diffinire intendit) datur de sacramento quantum ad id quod est principale in ratione ipsius, scilicet causare sanctitatem. Et quia sacra-, menta non sunt ῥrima ĉausa sanctitatis, sed quasi causæ ᵴecundaria et instrumentales, ideo diffiniuntur sacramenta ut sanctificationis instrumenta. Actio autem non attribuitur instrumento, sed principali agenti, cujus virtute instrumenta ad opus applicantur, prout sunt mota ab ipso. Et ideo instrumenta non dicit esse sanctificantia, sed quod in cis divina virtus occulta exsistens sanctificat, i»— Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : α In sacramentis Deus operatur salutem, sicut in instrumentis, quibus mediantibus, salus causatur. » Hem, in solutione primi, sic dicit : ‹l Sacramentum est causa et signum. Est quidem causa instrumentalis. Et ideo virtus agentis principalis occulte in ipso operatur, sicut virtus artificis in serra. Sed inquanturn est signum, est ad manifestandum hujusmodi occultationem, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod verba Augustini ostendunt aliquam causalitalem salutis humanæ esse in sacramentis.

(3) A verbis *icd illud* usque ntl *saceanientufn dut,* oıŋ. Pr.

§ 2. — AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Ad objecta contra secundam conclusionem, dicitur

Ad primum (a), quod solutio ibidem data, est sufficiens. Et illam ponit beatus Thomas, 4. *Sen-(ent.,* dist. I, q. 1, art. 3, in solutione quinti, ubi sic dicit : α Matrimonium secundum quod est in officium, et pernitentia secundum quod est virtus, non habent (6) aliquam formam verborum (γ). Sed secundum quod utrumque est .sacramentum, in dispensatione ministrorum Ecclesiæ consistens, utrumque habet aliqua verba : sicut in matrimonio sunt verba (δ) exprimentia consensum, et iterum benedictiones ab Ecclesia institute; in pœnitenlia autem est absolutio sacerdotis verbotenus facta. » — Hæc ille.

Tunc, ad improbationem hujus responsionis, diritui primo, quod verba benedictionis sacerdotalis non sunt de essentia sacramenti matrimonii, tanquam forma vel materia. D‹· hoc sanctus ₮homa 4. *Sententi.,* dist. 26, q. 2, art. 1, in solutione primi, sic dicit : « Verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus sacramenti; non autein benedictio sacerdotalis, quæ esi quoddam sacramentale. › — Hæc ille. — Dicitur secundo, quod in sacramento matrimonii ojxnlct concurrere verba, vel aliquid verbis æqui(ælleiis. De Iκκ sanctus Thomas, ubi supra (4. *Sentent),* dist. 27, q. 1. art. 2, qu 2% ubi arguil sic. secundo loco : « Matrimonium potest esse inter aliquos qui suum consensum sibi mutuo verbis exprimere non possunt; quia vel sunt muli, vel diversarum linguarum. Ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium. » Ecce argumentum. Sequitur re>ponsio : « Dicendum est, inquit, quod, quamvis tales non possint vota sua mutuo sibi verbis exprimere, jiossunt tamen exprimere nutibus; et tales nutus pro verbis habentur. › — Hæc ille. — Item, tertio loco, arguit sic : ‹ Si omittatur illud quod est do necessilato sacramenti, quacumque ex causa, non est sacramentum. Sed in aliquo casu est matrimonium sine expressione verborum : sicut quando puella lacet præ verecundia, parantibus earn viro tradentibus. Ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonii. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, est, quod, sicut

( ) *.\d priiniiHi.* — Orn. Pr.
( ) habtnl. — *hal>et* ₮.
(y) *aient* m *mati mwniü sunt* — Ad. Pr.
(ὐ) a verbo *aient* usque ad *ve> l>a,* oui. Pr.

dicit Hugo de Sancio Victore *(de Sacram.,* lib. 2, part. 11, cap. 4), eos qui conjunguntur, sic o]X)rtet consentirent invicem se spontanee recipiant; quod judicatur fleri, si in desponsatione non contradicant Unde verba parentum, in illo casu, computantur ac si essent verlxi puellæ : sunt enim signum sufficiens quod sunt ejus, ex quo non contradicit. » — Hæc ille.

Ad secundum dicitur quod tam in sacramento pœnitentiæ quam matrimonii, sunt res et verba, licet differenter ab aliis sacramentis. De hoc supra dictum est (£ prae., et ad lum huj. §). Nam sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 26, q. 2, art. **I**, in solutione primi, sic dicit : « Verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus sacramenti; non autem benedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentnle. » — Hæc ille. — liem, in solutione secundi, sic dicit : « Sacramentum matrimonii perficitur per actum ejus qui sacramento illo utitur, sicut pœnitentia; et ideo, sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subjectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio, n — Hæc ille. — Ex quibus patet quod in sacramento matrimonii sunt verlm et res. Verba quidem sunt illa quæ exprimunt consensum matrimonialem; res autem dicuntur quicumque alii actus cum verbis concurrentes. De hoc beatus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 14, q. **i**, art. 1, qb **I**, in solutione primi, sic dicit : α Sicut in corporalibus medicinis quædam sunt quæ consistunt in sola passione vel receptione curati, ut sectio vulneris, vel appositio emplastri, quædam vero quæ consistunt in actu laborantis, sicut discursiones et hujusmodi ; ita etiam in sacramentis, quædam non requirunt actum ejus qui sanctificatur, quantum ad substantiam sacramenti, nisi per accidens, sicut removens prohibens, ut patet in baptismo et confirmatione et hujusmodi; quædam autem requirunt essentialiter et per so actum ejus qui sacramentum recipit, ad essentiam sacramenti, sicut patet in pœnitentia et matrimonio. In illis ergo sacramentis quæ sine actu nostro complentur, est materia quæ significat et causât exterius, quasi medicina apposita. In illis autem sacramentis quæ actum nostrum requirunt, non est talis materia; sed ipsi actus apparentes, hoc idem faciunt quod materia in aliis sacramentis. Verum in diffinitione sacramenti oportet quod materiale elementum accipiatur communiter pro omni sensibili, sive sit materia aliqua corporalis, sive sil actus aliquis sensibilis. › — Hæc ille. — Item, in solutione secundi, sic dicit: « In hoc sacramento sunt aliquæ res, scilicet ipsi actus exteriores, et aliqua verba, scilicet sacerdotis absolventis, quæ sunt forma hujus sacramenti, quibus exprimitur absolutionis actus. › — Hæc ille. — Simile dicit in 3 p., q. 84, art. **i**, in solutione primi argumenti.

Cum autem dicit arguens, quod, cum dicitur ad sacramenta pertinere res et verba, hoc inlelligendiim est sic, quod talia sint duo separatu, etc. ; — dicitur quod res et verba ejusdem sacramenti sunt duo separata, hoc est, numeralitor vel specifice distincta. Non tamen oportet ea distingui genere, sic quod res sacramenti nullo modo sil verbum; potissime in istis duobus sacramentis, in quibus res vel materia sacramenti non univoce dicitur cum rebus aliorum sacramentorum. De hoc Petrus de Palude, quarta quaestione hujus distinctionis, sic inquit : « Sicut in illis sacramentis ubi est res distincta evidenter, non est ipsa ibi univoce (quia in aliquibus est sanctificata, ut in confirmatione, et etiam in unctione extrema ; inaliquibus nonsanctificata, ut in baptismo, ordine, Eucharistia), sic nec in ălii oportet quod sit univoce : quia in pœnitentia pro materia est actus suscipientis, non aliqyid a ministrante exhibitum; in matrimonio autem idem est materia *in qua* et ex qua, scilicet personæ contrahentes, vel suscipientes; nisi quis dicat consensum unius esse materiale respectu alterius, quia ultimus est quasi forma complens, ut in numeris ultima unitas. Secundo, sciendum quod, licet in sacramentis veteris legis sint res solæ, et non verba (in quo deficiunt a sacramentis novæ legis), tamen, sicut res non est univoce in omnibus sacramentis novæ legis, similiter nec verba sunt ibi univoce : quia in quibusdam requiruntur verba ut yerba, quia sunt pro forma, quia sine eis nihil actum est, ut in baptismo, confirmatione,ordine, Eucharistia,extrema unctione, el etiam in pœnitentia, quoad absolutionem, quæ est forma (nam confessio scripto vel nutu fieri potest, sicut el per interpretem); in matrimonio autem requiruntur verba solum ut significativa. Unde, si loco verborum sint nutus, vel signa, vel epistolæ, sufficit, non solum in mulis aut verecundis, sed etiam in aliis; <juia ex quo consensus est principalis causa, sufficit qualiscumque expressio. Utrum autem mutuus consensus cum carnali copula, sine alio signo, sufficiat? Videtur quod non : quia debet exprimi per signa ordinata ad expressionem consensus, sive pracedentia, ut in sponsalibus de futuro, carnali copula subsecuta affectu matrimoniali, vel subsequenda; qUod non est hic. Ad hoc enim datus est nobis sermo, ut prasto fiant mutuæ voluntatis indicia, a — Hæc Petrus; et bene, prater hoc qUod ponit materiam et rem sacramenti matrimonii esse personas contrahentes; hoc enim non concordat dictis sancti Thoinæ pradictis, ut de se patet. — Potest etiam dici quod, cum quis loquitur, vel profert verbum, ipsa prolatio verbi realiter distinguitur a verbo, sicut actio a suo termino; ideo unum horum potest dici res, aliud verbum; el sic est ibi res el verbum. Ulterius, in tali contractu matrimonii non solum sunt verba, irnmo, prater illa, concurrunt ibi, de necessitate sacramenti, mulli alii actus, puta sensationes et perceptiones verbo-

rum, el signa muluæ ¢omplacentia et similia; et sic semper est aliqua res distincta a verbo. In ipsis etiam verbis una pars est formalis respectu aliarum, et aliæ sunt materiales respectif illius, ut postea dicetur.

§ 3. — Ad aiigumenta contha tektiam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi — Ad argumenta Durandi contra tertiam conclusionem nunc dicendum est. Et quidem

Ad primum dicitur, negando antecedens. Nunquam enim gràtia gratum faciens data fuit sine dispositione, vel ornatu pravio. De hoc sanctus Thomas, ‡ 2', q. 112, ari. 2. sic dicit: α Gratia dupliciter dicitur : quandoque quidem ipsum habituale Dei donum; quandoque autem ipsum auxilium Dei moventis animam ad bonum. Primo ergo modo accipiendo gratiam, pr.cexigitur ad gratiam aliqua animæ præparatio; quia nulla forma potest esse, nisi in materia disposita, etc. ‰ Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Agens ∞nfinite virtutis non exigit materiam, vel dispositionem materia», quasi præsupposilam ex alterius causae actione; sed tamen oportet quod secundum conditionem rei causandae in ipsa re causet el materiam el dispositionem debitam ad formam. Et similiter, ad hoc quod Deus infundat gratiam anima», nulla præparatio exigitur, quam ipse non causet. » — Hæc ille. — Item, *de Veritate,* q. 24, art. 15, sic dicit : ‹ Quidam dicunt quod homo non potest se præparare ad gratiam habendam, nisi per aliquam gratiam gratis datam. Quod quidem non videlur esse verum, si per gratiam gratis datam intelligent aliquod habituale graliæ donum, duplici ratione. *Primo* quidem, quia propter hoc proponitur præparatio ad gratiam esse necessaria, ut ostendatur aliqualis ratio ex parte nostra (x), ex qua quibusdam detur gratia gratum faciens, quibusdam autem non. Si autem nec ipsa præparatio gratiæ sine aliqua habituali gratia esse(6) |M)tesl : aut ista gratia datur omnibus; aut non. Si omnibus di-tur, non videlur aliud esse quam aliquod naturale donum : nam in nullo inveniuntur omnes homines convenire, nisi in aliquo naturali; ipsa autem naturalia, gratiæ dici possunt, inquantum nullis præcedentibus meritis homini a Deo dantur. Si autem non omnibus datur, oportet iterum ad praeparationem redire, el, eadem ratione, aliam gratiam ponere; et sic in infinitum. Et ita melius est ut stetur in primo. *Secundo,* quia præparare se ad gratiam, alio modo dicitur *facere quod in se est;* sicut est consuetum dici, quod si homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam. Hoc autem dicitur inaliquoesne, quod est in potestate ejus. Unde, si homo per liberum arbitrium non potest se ad gratiam præparare, *facere quod in se est* non erit se præparare ad gratiam. — Si autem per gratiam gratis datam intelligent divinam providentiam, qua misericorditer homo ad bonum dirigitur, sic est verum quod homo sine gratia non potest se præparare ad habendum gratiam gratum facientem. Quod quidem patet duplici ratione. *Primo* quidem, quia impossibile est hominem incipere aliquid velle de novo, nisi sil aliquid quod ipsum moveat; sicut patet per Philosophum, 8. *Physicorum* (L c. 20), dicentem quod motus animalium post quietem necesse est procedere alios motus, quibus anima excitatur ad agendum. Et sic, cum homo incipit se ad gratiam præparare, de novo convertendo voluntatem suam ad Deum, oportet quod ad hoc inducatur aliquibus exterioribus occasionibus, utputa exteriori admonitione, aut aliquo hujusmodi; aut aliquo interiori instinctu, secundum quod Deus in mentibus hominum operatur; vel etiam utroque modo. Hæc autem omnia ex divina misericordia homini providentur. El sic ex divina misericordia contingit quod homosead gratiam præparet. *Secundo,* quia non qualiscumque motus voluntatis est sufficiens præparatio ad gratiam, sicut nec qualiscumque dolor sufficit ad peccati remissionem; sed oportet esse aliquem determinatum modum. Qui quidem homini notus esse non potest, cum etiam ipsum donum graliæ cognitionem hominis excedat : non enim potest sciri modus pnrparationis ad fonnam, nisi forma ipsa cognoscatur. Quandocumque autem ad aliquid faciendum requiritur aliquis certus modus ignotus operanti, operans indiget gubernanto et dirigente. Unde patet quod liberum arbitrium non potest se ad gratiam præparare, nisi ad hoc dix initus dirigatur. Et propter has duos rationes, duplici modo loquendi in Scripturis (x) Deus exoratur, ut hanc praeparationem gratiæ in nobis ŏpe relur. Uno modo, petendo quod nos convertat, quasi ab eo in quo eramus, ad se vertat; et hoc propter primam rationem, cum dicitur (Psalm. 84, v. 5) : *Converte non Deus salutaris noster.* Secundo, petendo quod nos dirigat, ut cum dicitur (Psalm. 24, v. 5) : *Dirige me* in *veritate tua;* el hoc propter secundam rationem. d — Hæc ille. — Ex quibus palet quod ponere ih anima dispositionem, aut ŏpræ parationem, aut ornatum prævium ad gratiam, non est fictio, x?d pura veritas, consona rationi et dictis Sacra» Scriptura».

De hoc Petrus de Palude, prima quaestione hujus distinctionis, sic dicit : c Sacramenta attingunt ad producendum dispositionem ad gratiam, quæ est character, vel ornatus, et, pari ratione, ad gratiam

( ) *naîtra,* — *materia*- Pr
( ) riOft — Ad. Pr.

(>) ŧ/ — Om. Pr.

^acramenlalem (>i differat (a) ab alia gratia i, propter tria. *Primo.* Quia sicut per quæ quis peccat, per hæc et torquetur; sic, quia homo peccat per sensibilia, et per sensibilia torquetur in inferno; ita et per sensibilia humilietur, ut per illa justificetur pernitens in mundo. Sed sensibilia fuerunt causa peccati, non solum *sine qua non,* sed *instrumentale :* quia *vidit mulier quod esset pulchrum risu, et suuve,* etc. *(Genes.* 3, v. 6); ita quod fructus visus movit sensum, et per illum intellectum, et cum hoc appetitum, qui esi movens motum nb appetibili, licet in virtute intellectus agentis, ut dicitur, 3. *de Anima* (t. c. 49 el 50). Eigo, et in justificatione. ipsa sensibilia se habent active, licet in virtute Dei. *Secundo.* Quia non fuit alius modus reparationis nostne miseria» (X) conveniens, (piam ille quo Deus utitur ad justificationem nostram. Sed homo aptus (7) natus est, mediantibus sensibus, ab ipsis sensibilibus acquirere perfectionem : ita ut ab illis perficiatur scientia et virtutibus, mediante corpore conjuncto, active, sed non principaliter, sed in virtute intellectus agentis. Ergo sic debet acquirere perfectiones supernaturales, ut per sensibilia ad illas disponatur» Unde el fides, quæ est virtus theologica, infusa est exauditu, inquantum audiendo homo disponitur ut ei fides infundatur, ad quam dispositionem illa sensatio agit; quamvis illa sit actus liberi arbitrii, non ista quæ est in sacramentis, sed sit habitus quidam. *Tertio.* Quia, ruin gratia non detur, secundum legem communem, nisi disposito, oportet quod recepturus gratiam vel disponat se per liberum arbitrium, vel disponatur ab alio. Sed parvulus non disponit se. Ergo oportet eum disponi sacramento. Item, in sacramentis nova· legis, in quibus (ɡ) datur gratia, nisi homo ponat obicem, non per se requiritur quod homo se «lisponat, sed solum quod non se opponat; igitur per ipsum sacramentum disponitur; et sic est probabile, in omni sacramento novæ legis» quod justificat ex opere operato, quod conferat dispositionem ad gratiam. In sacramentis autem veleris legis, non solum promiltekitur gratia, sed dabatur illis a Deo; sed requiritatur dispositio, quam sacramenta non faciebant (nisi circumcisio), sed ipsemet suscipiens; unde justificabant ex opere operante, non ex opere(i) operato. Cum igitur ista justificent ex opere operato, sicut illa ex opere operante, sicut opus operans ibi causatat formaliter dis|Mwitioneiu, ita hic opus operatum : ut sicut homo ibi suscipiens sacramentum, disponebat se ad gratiam; sic nunc i|»$a susceptio sacramenti, vel sacramentum susceptum, ipsum disponat. Est tamen differentia inter hanc dispositionem et illam, sicut inter actum el habitum, quantum ad hoc quod illa transit, hæc autem manet, et ista inclinat ad illam sicut habitus ad actum; unde et sine actu ita potest esse dispositio in illo qui non habet usum litari arbitrii, sicut est in illo qui habet. Ista est dispositio per se, alia per accidens, ad removendum prohibens. Nec habitus iste causatur ex actibus ad quos disponit, sicut nec habitus infusus, ᵇ — Hæc ille, cum mullis aliis bene facientibus ad propositum, — Ex quibus apparet quod nec sanctificatis in utero, nec juslificalisante baptismi Susceptionem, nec contritis ante sacramentnlem absolutionem, confertur gratia, nisi prius natura sint dispositi ad gratia.· susceptionem, aliqua dispositione actuali vel habituali; el quod hoc non est fictio. Patet etiam quod talis dispositio vel ornatus sil a Deo («)·■ cum sit dispositio ad gratiam, quæ est forma deifica, ad cujus susceptionem immediatam naturalia non sufficiunt.

Ad secundum respondet Petrus de Palude, ubi supra (dist. 1, q. 1), qui tale argumentum recitat : « Corpus non agit in illud quod non tangit. Sed verum matrimonium contrahitur inter absentes, el per nuntios, vel per epistolam; ubi non potest esse contactus. Ergo saltem sacramentum matrimonii tunc nihil causal in contrahentibus· » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit,quod in baptismo.confirmatione,el unctione, et ordine, nisi esset contactus verus, non esset sacramentum. In matrimonio autem, nisi esset auditus verborum, vel visus nutuum (6). non esset mutua intellectio, nec mutuus consensus; et per consequens^ nihil esset actum. Nec in pmnilentia, secundum quosdam, nisi esset auditus absolutionis. In Eucharistia posset dici similiter, quod, nisi esset sontis, (pii perveniret ad quamlibet hostiam, non consecraretur. Nec obstat si sini multæ hostiæ, una super aliam : quia quæcumque in aere contingunt se. medius est aer, per quem faciliter sonus diffunditur splritualiter. Sed <piia surdus potest absolvi, et matrimonium contraliere, el similiter caecus, ideo aliter el melius dicendum est, quod, licet naturaliter quod non tangit non agat, tamen snpernaluraliter, et in vidule Dei, quæ contulit spiritibus per naturam agere sine tactu molis, potest hoc dari (γ) corporibus per gratiam. Posset etiam Deus conservare lumen solis in luna, etiam annihilato lumine medio; el nihilominus esset illud lumen a sole, el non esset per medium; et sic immediate ageret, quod immediate non tangeret; quamvis dubium sil utrum tunc conservaretur a sole. Sed sicut Deus potest agere sine omni medio, sic potest

i) it ώ/ferat. — tir *differt* Pr.
|€) nitMrtr. — Om. Pr.
(y) dpiut. — Om. Pr
(jj *quibu»,* — yuiôuidnni Pr
(i) *opere.* — Om. Pr

(a) *tu a* — *fuerit ab ahrjim* Pr.
(ὐ) ntihiuni. — *iniulionini* Pr.
(γ) *daii.* — *dare* Pr.

agere mediate, uno medio subtracto (α). Sicut ergo (6) potest lucem continuare in luna sine alio lumine, ita mediante solo lumine solis. Videtur etiam quod posset Deus facere quod ignis comburet stupam distantem in vacuo. — Et praterca, si tactus requiritur, hoc est magis signum quod sacramenta agant, quam quod sint solum signa et *causa sine qua non* ex pactione. Quia merellus, qui (γ) ex pactione est signum et *causa sine qua non* habendi prandium, potest recipi per se, vel per alium, vel cum chirolheca, sine hoc quod tangatur manu nuda; et pater recipit pro se et filio. Sic ergo mater baptizabitur pro se et pro filio, maxime quem gestat in utero; nec oportebit quod tangatur ab aqua; el similiter cum larva et veste poterit baptizari, sino hoc quod attingatur caro. Et si homo sic consequitur gratiam per sacramentum, sicut clericus de prabenda investitur per librum, et non aliter, tunc poterit per procuratorem Iniptizari, confirmari, inungi, et hujusmodi, sicut potest de praebenda investiri. Contra quod dicit Augustinus (tract. 80, in Johannem) : *Quæ est ista* vis *aquæ, ut corpus tangat et cor abluat?* Nisi ergo tangatur corpus, non abluitur spiritus. Et ideo in contactu materiæ et suscipientis. In baptismo, confirmatione, et ordine, et in usu Eucbaristiæ (quia suscipere sacrainentaliter Eucharistiam non est solum tangere, sed gustare et manducare), in his est evidens contactus. Tamen materia Eucharistiæ non oportet quod tangatur a conficiente : quia, inquantum hujusmodi, non est suscipiens, sed efficiens sacramentum. Sed oportet quod contingatur a verbo, id est, ab aere subjecto soni, si ibi debet aliquid agere. Sed si ibi nihil ageret, sed solum Deus, adhuc haberetur propositum : quia sufficit quod sacramentum agat dispositionem in suscipiente ad gratiam ; quod faciunt species ♣uscepta Sed tunc non esset adhuc virtus in forma, sed tantum in materia, si verba nihil agerent ad conversionem. Unde melius dicitur quod verba ad hostiam attingunt, et ad conversionem disponunt. In confessione autem non oportet quod sit contactus materiæ, si materia est confessio, quæ est magis in agendo quam in fiatiendo; sed si materia est peccator, ipse attingitur a verbis absolutionis^). In matrimonio autem, ubi materia sunt contrahentes, nullus contactus requiritur. Sed in omni sacramento |>erse requiritur contactus formæ, puta quod sonus verborum veniat usque ad recipientem, quando consistit in usu, vel usque ad materiam, quando consistit in consecratione materiæ. Sed non requiritur qqod suscipiens sacramentum intelligat verba, cum aliquando sit parvulus vel laicus; nec etiam quod audiat sonum, cum aliquando sil surdus; quia non ex opere operante suscipientis, sed ex opere operato, a se, et a Deo, et a passione suscipientis operantur verba (i); unde, in sacramento Altaris, vi verborum fit conversio dispositive ipsius panis el vini, in quibus non est auditus, nec intellectus. Quando ergo puer baptizatur, sicut aqua, secundum naturalem virtutem, affligit eum, si est nimis frigida, vel delectat, si est tepida; el forte usque ad voluntatem penenit hæc passio ex intellectione confusa; sic posset imaginari quod, mediante tali quadam intellectione confusa, transfunderetur character a sono verborum, mediante intellectione, vel specie sine intellectione. Hoc tamen non |>er se requiritur, sed accidit : quia sicut sol non illuminat, sed tantummodo calefacit illud quod e>l calefaclibile et non illuminabile, ut profundum terne, quod non illuminat, sed solum superficiem; sic in aqua et aere subjecto verborum est virtus, «pia, si suum subjectum sentiatur, mediante illa sensatione operatur; si autem non sentiatur, nihilominus operatur (non enim quia sentitur a suscipiente ideo operatur, sed quia a Deo applicatur). In matrimonio autem quod inter absentes contrahitur, ipsa verba (6) nuntii audiuntur, vel littera leguntur; et sic aliquis contactus sensuum invenitur. Si tamen sacramentum modo ordinato ministretur, el desit contactus materiæ vel formæ, et verum sit quod corporale non possit etiam Dei virtute agere nisi tangat, tunc Deus ex pactione.illud supplet, sicut quando duo vel tria millia baptizabant sancti Apostoli, nec forte quilibet fuit aqua tactus. —Quod autem dicitur (Joan. 3, v. 5), A'isi *quis natus fuerit ex aqua et spiritu,* etc., posset intelligi ex aere, qui dicitur spiritus, quia aer est subjectum formæ, quæ attingit baptizatnin sicut aqua; nisi quod in quibusdam libris additur, *e.r aqua et Spiritu Sancto;* quamvis posset intelligi *sancto,* quia est subjectum verbi sanctificantis. Sed hoc longe est ab expositione Sanctorum; et ideo illa expositio nullo modo est tenenda. » — Hæc Petrus. — In quibus, licet ponat aliqua dubia, tamen istud est verum, quod quando matrimonium contrahitur inter absentes, per epistolam, vel nuntium, semper est ibi aliquis contactus formæ ad materiam; et ideo potest causari dispositio ad gratiam in suscipientibus, quantumcumque distent unus ab alio.

Ulterius sciendum quod, secundum mentem sancti Thonuc, in talibus causis instrumentalibus, respectu effectuum spiritualium, non semper necessario requiritur contactus corporalis; sed sufficit contactus spiritualis per fidem et votum, vel desiderium, aut propositum. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 48, ari. 6, ubi arguit sic, secundo loco ;

( ) iir *point agere mediate, uno medio subtracto. — alio abstracto* Pr.
( ) *ergo.* — Om. Pr.
(γ) *merellus, qui.* — *merius, qtue* Pr.
(Î) ut *ibi.* — Ad. Pr.

(a) *operantur verba.* — *operatur* Pr.
(C) *ipsa verba.* — ψιι Pr.

• Nullum agens corporale efficienter agit, nisi per ronlactum; unde etiam ct Christus tangendo mundavit leprosum, ut ostenderet carnem suam virtutem salutiferam habere, sicut Chrysostomus dicit (Hom 26 in Matth.). Sed passio Christi non potuit attingere omnes homines. Ergo non potuit operari omnium hominum salutem. › Ecce argumentum. Sequitur responsio ; « Dicendum, inquit, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen virtutem spiritualem ex divinitate unita; et ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem et per fidei sacramenta, secundum illud Apostoli (flonmn. 3, v. 25) : *Quem proposuit propitiatorem per fidem* »n *sanguine ejus.* » — Hæc ille. — Item, q. 56, art. 1, arguit sic, tertio loco : ‹ Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum : aut esset causa exemplaris; aut causa effectiva; aut causa meritoria. Sed non est causa exemplans : quia resurrectionem corporum Deus operabitur (i), secundum illud Joannis 5 (v. 21), *Pater suscitat mortuos;* Deus autem non indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se. Similiter etiam non est causa effectiva : quia causa efficiens non agit msi per contactum; sed resurrectio Christi non potest agere per contactum corporalem ad mortuos qui resurgent, propter distantiam temporis et loci; similiter nec per contactum spiritualem, qui est per fidem et charitatem, quia etiam infideles et peccatores resurgent, etc. ® Ecce argumentum. Sequitur responsio: ‹ Dicendum, inquit, quod resurrectio Christi non est, proprie loquendo, causa meritoria nostra resurrectionis, sed causa efficiens et exemplaris. Efficiens quidem, inquantum humanitas Christi, secundum quam resurrexit, est quodammodo instrumentum divinitatis ipsius, et operatur in virtute ejus. Et ideo, sicut illa quæ Christus in sua humanitate fecit vel passus est, ex virtute divinitatis ipsius sunt nobis salutaria, ita et resurrectio Christi est causa efficiens nostra resurrectionis, virtute divina, cujus proprium est mortuos vivificare; quæ quidem virtus prasentialiter attingit omnia loca et tempora; ct talis contactus vidualis sufficit ad rationem hujus efficienti®. » — Hæc ille. — Et similiter dicendum est de sacramentis, quod aliquando disponunt ad gratiam |»er solum contactum spiritualem vel virtualem, ut post dicetur.

\d tertium dicitur primo, quod contritus non consequitur gratiam nisi virtute sacramenti quod baliel in proposito, et ex contactu spirituali vel virtual! nd sacramentum. De hoc sanctus Thomas, i Sentent , disl. 17, q. 3, art. 1. qu 1, sic dicit : ‹ Passio Christi, sine cujus virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur, in nobis operatur per sacramentorum susceptionem, quæ ex ipsa efficiatn hâtant; et ideo ad culpæ remissionem et originalis et actualis, requiritur sacramentum Ecclesia?, vel actu susceptum, vel saltem voto, quando articulus necessitatis, non contemptus, sacramentum excludit, etc. › Item, ibidem, in solutione primi : α Ad gratia! infusionem consequendam ordinata sunt grati® sacramenta; ante quorum susceptionem, vel actu, vel proposito, aliquis gratiam non consequitur, a — Dicitur secunda, quod absolutio sequens contritionem, auget gratiam in contritione collatam. De hoc sanctus Thomas, eadem quaestione, art. 5, qla 1, sic dicit : a Pœnitentia, inquantum est sacramentum, praecipue in confessione perficitur; quia per eam homo se subdit ministris Ecclesiæ, qui sunt .sacramentorum dispensatores. Contritio enim votum confessionis annexum habet; et satisfactio pro judicio sacerdotis cui (a) fit confessio, taxatur. Et quia in sacramento poenitentia» gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in baptismo; ideo eodem modo confessio, ex vi absolutionis conjunct®, remittit culpam sicut et baplismiis. Liberat enim baptismus a morte peccati, non solum secundum quod actu suscipitur, sed secundum etiam (o) quod in voto habetur, sicut patet in illis qui jam sanctificati accedunt ad baptismum; et si aliquis impedimentum non praestaret, ex ipsa collatione baptismi gratiam consequeretur remittentem peccata, si prius sibi remissa non fuissent. Et similiter dicendum est de confessione, adjuncta absolutione : quia, secundum quod in voto pœnitentis praecessit, a culpa liberavit; postmodum autem, in actu confessionis et absolutionis, gratia augetur; et remissio peccatorum daretur, si praecedens dolor de peccatis non fuisset sufficiens ad contritionem , et ipse tunc obicem graliæ non praeberet, n — Hæc ille. — Cum autem dicit arguens, quod forma augmentabilis |X)test augeri ex parte solius agentis, sine nova dispositione, etc.;—dicitur quod, posito quod hoc esset verum in formis quæ nullam dispositionem praeviam requirunt in suo subjecto, tamen penitus falsum est in proposito : quia gratia prarcquiril in suo subjecto aliquam dispositionem praeviam, ut dictum est; el ideo non potest augeri nisi aucta tali dispositione. Et quia ista materia in (γ) 1. *Sentent.* (dist. 17, q. 2) discussa fuit, ideo non plus dicitur de illa pro nunc, a‹l alia properando.

AU quartum dicitur quod responsio ibidem data, bona est. — El ad ejus improbationem, dicitur primo, quod, licet in omnibus sacramentis nova» legis conferatur gratia gratum faciens ejusdem speciei, tamen, praeter illam gratiam, confertur in singulis quapiam specialis gratia, quæ dicitur gratia '■acramentalis, ad quam directe sacramentum ordi-

i) oprmbtlur. — *operabatur* Pr.

(i) nu. — *inlirct* Pr.
eham. — Qm. Pr.

(t) «n. — Om Pr.

natur. De hoc sanctus Thomas, present! distinctione, q. 1, art. 4, qM 5, sic dicit : a Gratia gratum faciens est una et eadem, in essentia animæ sicut in subjecto; et ab ipsa fluunt virtutes et dona, ad perficiendum potentias animæ, sicut etiam potenti© animæ fluunt ab essentia; et distinguuntur ista) virtutes, secundum diversos actus ad quos oportet potentias animæ perfici. Similiter etiam a gratia illa quæ est in essentia animæ, (luunt aliqua ad reparandum defectus qui ex peccato inciderunt; et hæc diverbificantur secundum diversitatem defectuum. Sed quia hujusmodi defectus non sunt ita nobis noli sicut actus ad quos virtutes perficiunt, ideo effectus gratiæ ad reparandum defectum non habet specialem nomen, sicut virtus, sed retinet nomen suæ causæ, et dicitur gratia sacramentalis, ad quam directe sacramenta ordinantur; quæ tamen non potest esse sine gratia quæ respicit essentiam animæ, sicut nec virtutes. Sed tamen gratia quæ est in essentia animæ, non potest esse sine virtutibus; et ideo virtutes in ea habent connexionem. Potest tamen esse sine gratia sacramentali ; nam gratiæ sacramentales connexionem non halænt. Et ita patet quod gratia quam sacramentum directe continet, differt a gratia quæ est in virtutibus et donis; quamvis etiam illam gratiam per quamdam continuationem contineat.»—Hæc ille.—Similiter dicit,3 p., q. 62, art. 2 : α Gratia, inquit, secundum se considerata, perficit essentiam animæ, inquantum participat quamdam similitudinem divin© essentiæ. Et sicut ab anima fluunt ejus potenti©; ita et a gratia fluunt quaedam perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur dona ct virtutes, quibus potenti© perficiuntur in ordine ad actus suos. Ordinantur autem sacramenta ad quosdam speciales artus in vita Christiana necessarios : sicut baptismus ordinatur ad spiritualem regenerationem, qua homo moritur vitiis, et fit membrum Christi; qui quidem effectus est aliquid speciale preter actus potentiarum animæ. Et eadem ratio est in aliis sacramentis. Sicut ergo virtutes et dona addunt super gratiam communiter dictam, quamdam perfectionem determinate ordinatam ad actus proprios potentiarum; ita gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam, et supra virtutes et dona, quoddam divinum auxilium ad consequendum sacramenti finem. Et per hunc modum, gratia saeramentalis addit super gratiam donorum el virtutum·»— Hæc ille — Ex quibus patet quod arguens falsum assumit, scilicet quod eadem et nullo modo diversa secundum speciem gratia conferatur in omnibus sacramentis. Et ideo, cum in sacramentis imprimentibus characterem conferatur aliquis habitus gratuitus distinctus specie ab habitibus collatis in sacramentis non imprimentibus characterem, nil mirum si per quædam sacramenta causetur dispositio quæ dicitur ornatus tantum, in aliis vero causetur dispositio quæ non solum dicatur ornatus, verum etiam character. Cujus rationem ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* diet. 4, q. 1, art. 4, q1* 2 : ‹ Sacramenta, inquit, nov© legis suntquædam sanctificationes. Sanctificatio autem duobus modis accipitur : uno modo, pro emundatione, quia sanctum idem est quod mundum; alio modo, pro mancipatione ad aliquod sacrum, sicut dicitur altare sanctificari, vel aliquid hujusmodi. Omnia autem sacramenta sunt sanctificationes primo modo; quia omnia dantur in remedium contra aliquem defectum. Sed quadam sunt sanctificationes etiam secundo modo; sicut patet pracipue in ordine, quia ordinatus mancipatur ad aliquod sacrum. Non autem omnia; sicut patet de pœnitentia. Quicumque autem mancipatur ad aliquod sacrum spirituale exercendum, oportet quod habeat spiritualem potestatem ; et solum talis (a). El ideo non omnia sacramenta nov© legis characterem imprimunt; sed quædam, quæ etiam secundo modo sanctificationes dicuntur. » — Hæc ille. — Similiter dicit, 3 p., q. 63, art. 6, per totum. — Ex quibus apparet quod multiplex est dispositio ad gratiam gratum facientem : quia quædam per modum actus secundi, puta cum quis per actum liberi arbitrii se disponit ad gratiam; quædam vero per modum actus primi vel habitus, utputa cum quis sine actu secundo proprio justificatur, suscipiendo sacramenta. Et in quolibet istorum generum sunt mult© species : quia multiplex est dispositio ad gratiam per actum secundum, qui est motus liberi arbitrii ; et multiplex est dispositio ad gratiam per actum primum, quia quædam est ornatus tantum, alia vero est ornatus el character, ut patet ex dictis.

II. Ad argumenta Scoti. — Ad argumenta Scoti contra eamdem conclusionem tertiam, nunc oportet dicere. Et quidem

Ad primum, negatur minor. Licet enim gratia sit terminus creationis, non tamen dispositio ad gratiam, quam dicimus characterem, aut ornatum. El de hoc Petrus de Palude multum bene ad propositum, prima quaestione hujus distinctionis, sic inquit, arguendo : « Illa quæ ©qualiter sunt in potentia passiva el activa, ©qualiter inde educuntur, sive per creationem, ut virtutes infusæ et dona, sive per generationem, ut form© corporales, licet una sit perfectior altera. Sed gratia et character sunt hujusmodi; quia ‘neutrum est in potentia activa nature, nec per consequens in potentia passiva materi©. Ergo ©qualiter causantur vel generantur, et ©qualiter uni a creatura produci vel non produci. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod, quantum ad potentiam passivam, major esi vera, el minor est falsa; quia

(a) *talis. — talem* Pr.

dissimiliter sunt in potentia passiva. Quia, sicut in potentia passiva naturali simpliciter praoxsislit aliquid respectu primi cœli, quod potest produci virtute ipsius propria (sicut forma non vivens), aliquid autem pneexsistit minus in potentia, quod potest produci acmlo in virtute divina (sicut anima corporalis), et aliquid in sola potentia materia? obediential), quod non (X)lesl produci aliqualiter nisi virtute divina et .sola (sicut anima rationalis); sic aliquid simpliciter est in potentia naturali animæ (ut quæ naturaliter acquiruntur), aliquid vero simpliciter totaliter in sola (nitentia obcdientiali (ut ea quæ a solo Deo recipit, sicut sunl gratia et gloria, quæ dicuntur proprie creari, vel concreari), aliqua vero medio modo, qua· possunt produci a natura virtute Dei (ut character et ornatus): ut processus gratiæ correspondent processui nature, quo supremum est a solo Deo principaliter et instrumentaliter, infimum autem est a natura principaliter et instrumenlaliler, medium autem a natura instrumentaliter, a Deo autem principaliter. — Quantum autem ad aliam partem, de plentia activa, dicendum quod major est vera de his quæ sunt essentialiter in latentia principali et instrumental) (a), non de altera lanium. Minor nutem sub hoc sensu est falsa : quin, licet gratia et character sint æqualiter extra potentiam principalem creatura, non tamen supra potentiam instrumentalem. Et ratio hujus est : Qpia quod non excedit limites creatura, potest communicari creatura; et quod competit uni creatura per naturam principaliter, si conceditur alteri instrumentaliter, non dicitur creari, sed vel naturaliter produci, si ordo naluræ hoc commiserit : sicut producere animam vegetativam et sensitivam competit naturaliter et principaliter planta? et animali, quin e.-t secundum suam dispositionem ; unde, quia communicatum est cudo sine planta et animali quasdam animas hujusmodi producere, inquantum semen deest in natura, ñor propter hoc animæ illa· creantur, quamvis sine semine producantur. Illud autem quod excedit limites creatura, nec competit alicui creatura naturaliter et principaliter, nec in se, nec in suo simili, non est communicabile etiam instrumentaliter; unde, cum producere gratiam sic excedat limites creatura·, ut nulli competat per naturam principaliter, nec in se, nec in simili vel majon, nulli est communicabile, ve) saltem nulli communicatum e-t, etiam instrumentaliter. Econ- Irario autem, cum libero arbitrio competat principaliter ĕ ad gratiam disponere, et facere id quod est immediata dispositio ad gratiam, si dispositionem ad gratiam facere communicatur sacramento instrumentaliteri non erit hoc creare, nec creaturam extra ĸimit - suos ponere. Verum est quod in huc est dissimile, quod anima quæ per putrefactionem generatur a co.do, est ejusdem rationis cum illa quæ per semen generatura particulari agente, quamvis aliqui dixerint oppositum ; dispositio autem quæ est character, non est aliquid unius rationis per essentiam cum dispositione quæ est actus liberi n-bitrii, quamvis sit unius rationis per efficientiam, etiamsi sit alia gratia in sacramentis ab illa quæ est in virtutibus et donis, quia character et ornatus saeramenlalis principaliter disponunt ad gratiam gratum facientem, quæ est una in omnibus. Sed nec illa dissimilitudo obstat. Quia etiam sunt animæ aliquæ imperfectæ, quæ a solo coelo producuntur; sed non creantur, quia nobiliores ab animato producuntur. Et sic est in proposito, si (a) dispositio quæ est per liberum arbitrium, est nobilior quam illa quæ esi per sacramentum, et efficacior : tunc enim si dispositio nobilior competit per naturam principaliter uni creatura, alia, quæ est inferior, poterit instrumentaliter alicui creatura etiam inferiori communicari. Si autem dispositio sacramentalis est nobilior «piam liberi arbitrii, adhuc sequetur idem, ut probabitur. — Praterea (6) : Quod est supernaturale secundum genus suum totum, illud creatur; nec ejus productio aliquo modo creatura» communicatur. Sed quod non est supernaturale secundum genus suum, licet secundum esse speciei sit supernaturale, potest ejus productio communicari creatura, saltem instrumentaliter. Sicut aliqui dicunt, quod charitas, quæ, secundum totum genus suum, est supernaturalis, et gratia, non possunt produci virtute create; sed diligere Deum super omnia, est naturale secundum genus suum; diligere autem meritorie, est supernaturale secundum speciem suam, sive quoad efficaciam (γ), sive quoad substantiam, ut quidam dicunt; tamen hoc potest creatura per virtutem Dei, vel immanentem, sicut est charitas, vel in motu, ut Magister dicit. — Ex his ergo patet quod illud quod ex natura sui generis principaliter competii alicui creatura, poteSt supernaturaliter communicari alicui alii etiam inferiori instrumentaliter : vel idem specie (sicut cum cœhim in virtute Dei producit animam perfectam corporalem, quam animal perfectum producit ex natura); vel differentem specie, sive excellentiorem (ut in exemplo de dilectione meritoria dictum est), vel inferioris speciei (sicut coelum in virtute divina animam animalis imperfecti, quod generare non potest natura nisi per putrefactionem). Et hujus ratio e>l : quia, sicut videmus in naturalibus, quod aliquis effectus est in virtute unius causæ naturaliter univoco, qui quidem est in virtute superioris causa· æquivoce, sicut calefacere esta calore univoce, et a sole æquivoce, non uliqlic nisi ordinatione Dei ;

(») uuhmnimtali. — Om Pr.

(d) «i. — xic eiiam Pr.
(6) *PfMtftea.— Puta* Pr.
(γ) ii· e *'/ιωνά efficaciam,* — Om. Pr.

Bic nulla contradictio apparet, si illud quod una creatura habet naturaliter et est perfectionis, virtute Dei detur alteri creatur.».· supernaturaliter. Propter (a) quod, cum Christus dicat, Mallh. ultimo (v. 18), *Data est mihi omnis potestas in ccelo et in ten a,* nullum inconveniens videtur, si omnem potentiam alteralivam quam liabel quodcumque corpus, habuit corpus Christi : ut sic tactu suo curaret omnem morbum, quem herba vel gemma curaret suo tactu; et fimbriis vestimenti ejus, aut umbra» Petri, hire virtus potuit communicari, si eam aliqua umbra habuit vel corpus. Unde de Christo dicitur (Luc. 6, v. 19), quod *virtus de illo exibat ac sanabat omnes.* Et sic veri fleatur verbum Gregorii, 2. *Dialogorum* (cap. et 31), quod sancti viri aliquando ex potestate miracula faciunt. Et similiter (6), anima Christi omnem virtutem motivarn causæ et cor|M)ris su permaturaliter habuit, quam habet quicumque angelus naturaliter. — Item : Si illam virtutem (γ) quam habet una creatura naturaliter, jrotest alia a Deo obtinere supernaturaliter, multo magis aliam minus perfectam. Unde, cum liberum arbitrium, ex sua natura, possit disponere se ad gratiam perfectius el nobilius quam sit illa dispositio quæ datur in sacramento, sive sit ab eo, sive non (propter quod nobilius dicitur adultus salvari per dispositionem a se factam proprio motu, quam parvulus per dispositionem a sacramento susceptam); igitur sic disponere potest communicari sacramento, cum melius disponere sil a libero arbitrio. Immo, etiamsi dispositio habitualis sacramenti esset nobilior quam actualis liberi arbitrii, propter hoc quod ipsa manet et alia non. adhuc, ex similitudine generum supradicta, illa potest communicari; sicut de dilectione Dei meritoria, quæ nobilior est. Sed, simpliciter loquendo, dispositio liberi arbitrii est melior : quia, illa posita, non potest esse obex ad gratiam, sicut potest esse cum charactere; forma autemquæ est dispositio, et cujus a (c) natura finis est disponere, tanto simpliciter est molior, quanto est dispositio efficacior el infallibilior. d — Hæc Petrus, in forma. — Ex quibus apparet quod minor prius negata, est falsa. Non enim character, aut ornatus, aut dispositio quam sacramentum instrumentaliter causât, est forma simpliciter supernaturalis, ita ut ejus productio creatio dici mereatur.

Ad secundum dicitur quod dispositio causata per sacramentum, sive sil character, sive alia dispositio ad gratiam, causatur el producitur in instanti, sicut et gratia. Et ad hujus improbationem, dicitur quod, sicut oratio prolata, in ultimo instanti prolationis sua·, causal perfectam significationem in anima proferentis, aut alterius, si sil capax (el hoc, sire in ill<> instanti permaneat aliqua pars divisibilis ^oni, sive aliquod indivisibile se habens ad totum sonum sicut mutatum esse ad motum, vel instans ad tempus, ut non sit pars totius successivi, sed terminus intrinsecus, quomodocumque hoc sit); sic (x) in illo instanti datur virtus orationi, el actio respectu effectus ad quem instrumentaliter attingit. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dial. 8, q. 2, art. 3, arguit, sexto loco : ‹ Faciens el factum, causa cl causatum, debent esse simul : quia quod non est, non potest aliquid facere, nee causa alicujus exsistere. Seil cum conversio praedicta fiat in instanti, et verba forrnæ successive proferantur, quando fit conversio, verba ilia non possunt simul esse, nisi secundum aliquid minimum sui. Igitur virtute aliqua quæ sil in illis verbis, non potest fieri conversio. n Ecce argumentum. Sequitur responso : u Dicendum quoi virtus conversiva quæ est in his verbis, cum sit sacramentalis, sequitur significationem. Significatio autem exsistentis conversionis, cum importet ordinem unius ad alterum, non potest fieri per dictionem; sed oportet quod per orationem fiat, cujus partes, quamvis successive proferantur, tamen significatio est tota simul, quam tunc complet ultima orationis particula, ad modum differentiæ ullimæ in diffinitionibus. Et hac significatione exsistente, in ultimo prolationis instanti fit transsubslantiatio. » Hem, septimo loco,arguit sic : « Verba ista non habent virtutem ex Beipsis; hoc planum est. Si ergo habent aliquam hujusmodi virtutem, oportet quod sil eis data divinitus. Oportet autem hanc virtutem ess·· simplicem, cum ejus effectus sil in instanti. Simplex autem virtus non potest successive dari, et ejus subjectum oportet esse simplex. Cum ergo praedicta verba successionem habeant, non potest ipsis talis virtus esse coilata. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : «i Dicendum, inquit, quod, significatio orationis, quamvis, relata ad partes quibus fit significatio, videatur composita, tamen, relata ad rem significatam, simplex est, inquantum significat unum quid, scilicet compositionem hujus cum hoc; sicut etiam Philosophus dicit, 5. *Metaphysics·* (1. c. 19), quod *substantia senarii* non *est bis tria, sed semel sex,* quam ibi qualitatem nominat. Unde sicut ad hanc qualitatem senarii pe habent partes ejus ut dispositiones materiales, non ut qualitates partium, sicut partes unius totius qualitatis; ita significationes partium sunt dispositiones ad significationem totius orationis, quæ consurgit ex significatione partis in ordine ad omnes praecedentes. Sed quia virtus conversiva sequitur significationem, ideo in ipso complemento significationis datur illa virtus toti ora·

(a) *hoc.* — Λ<1. Pr.
(β) *similiter. — tie* Pr.
(γ) *illam virtutem. — illa virtus* Pr.
(?) (i. — Om. Pr.

(a) iic. — Om. Pr.

tioni, ito quod singula» partes se habent materialiter tantum ad illam virtutem. › — Ila?c ille. — Simile ponit, 3 p., q. 78, art. 4, in solutione tertii, ubi sic dicit : ‹ Verba quibus fit consecratio, sacramentaliter operantur. Unde vis convertira, quæ est in formis horum sacramentorum, sequitur significationem, quæ in prolatione ultimæ dictionis terminatur. Et ideo in ultimo instonti prolationis verborum prodicto verba consequuntur hanc virtutem, in ordine tomen ad procedentia. Et hcec virtus est simplex, ratione significati; licet in ipsis verbis exterius prolatis sit quædam compositio. » — Haec ille. — Et in multis aliis locis ponit eamdem sententiam. Ex quo patet responsio ad argumentum.

Cum autem dicit arguens, quod sacramentum non halæt actionem suam naturalem in instonti, ergo nec supematuralem; quia, secundum nos, etc.; — dicitur quod sicut motus corporis non est in instonti, tomen mutatum esse ejus est in instanti; sic actio corporis, dato quod non esset tota simul in instanti, tomen aliquid ejus, puta actum esse, vel egisse, aut aliud ejus indivisibile, se habens ad lotam actionem sicut mutatum esse ad motum, vel instans ad tempus, aut punctus ad lineam, potest esse in instanti. Item: sicut sol illuminat in instanti, et sensibile causal aliquid in sensu in instanti ; sic sermo, vel vox, potest causare in anima aliquid in instanti, puta completam significationem orationis, prasupposite prolatione procedentium vocum aut Syllabarum. Item : dato quod nec oratio, nec aliqua ejus pars divisibilis, nec aliquid ejus indivisibile orationem terminans, posset habere aliquam actionem naturalem in instanti, cum hoc stat quod effectus ejus causatus in tempore remanet in instanti, puta ablutio ex parte aquæ, vel significatio plena ex parte verborum, aut aliquid hujusmodi ex tali prolatione derelictum; el hoc sufficit ad hoc quod possil virtute supernatural», et actione supernatural!, agere in instonti.

Cum vero ulterius dicit arguens, quod fictio est dicere quod aliqua syllaba formetur in instonti, etc.; — dicitur, ut prius, quod sicut motus localis non fit in instanti, sed in tempore, tamen indivisibile terminans motum, puto mutatum esse, fit et habet exse in instonti; sic proportionaliter, dato quod littera vel syllaba formetur in tempore, et non in instonti, tamen terminus ejus indivisibilis fit et habet esse in instonti» Et hoc sufficit ad propositum, •cilicet quod syllaba, secundum aliquid sui divisibile vel indivisibile, habeat esse in instanti.

Cum vero ulterius dicitur, quod si aliqua syllaba efficit lotum effectum sicrarnenti, tunc illa sola est -aeramentum, et alis non faciunt ad sacramentum, etc.; — dicitur quod consequentia non valet : quia, sicut post latius dicetur, sacramentum habet significare et efficere; et ideo, dato quod alise syllabœ nihil efficerent ad inductionem grntiæ, tamen agereni ad complementum significationis sacramenti; et ita faciunt ad sacramentum, et ejus integritatem. Tamen non oportet ad hoc fugere : quia eo modo quo faciunt ad complementum significationis, agunt mediale vel immediate, complete vel dispositive, ad effectum sacramenti, qui sequitur completam significationem totius orationis.

Cum vero ulterius dicitur, quod ultima syllaba non potest agere in virtute procedentium, quia ex illis nihil relictum est, etc.; — dicitur quod falsum est : quia, sicut recitatum est ex dictis sancti Thomæ (4. *Sentent.,* dist. 8, q. 2, art. 3, ad 6om et 7om ; el, 3 p., q. 78, art. 4, ad 3um), procedentes syllabæ reliquerunt partiales significationes, quæ se habent ad totalem significationem totius orationis sicut dispositiones. Et ita patet quod tota deductio hujus argumenti, elsi multum videatur habere apparentia?, tamen vacua est, apud recto considerantes, veritatis et exsistentia?; sicut postea ex dictis Petri de Palude melius ostendetur.

Ad tertium dicitur quod in sacramento Eucharistia? ponenda est prodicta causalités utroque modo, quam tangit arguens. Et ad hujus improbationem, dicitur primo, quod, licet species panis non agat instrumentaliter ad realem exsistentiam corporis Christi in sacramento, neque ad aliquam dispositionem praviam, adhuc (a) tamen verba consecrationis instrumentaliter attingunt ad aliquam dispositionem praviam transsubstantiation!, non ordine temporis, sed natura vel rationis. Et ad hujus improbationem, dicitur quod illa dispositio ad quam attingunt verba consecrationis Eucharistiæ, non oporlet quod sit qualitas aut accidens positivum; sed forte est dispositio privativa, vel negativa; sicut expulsio unius formæ a subjecto, est dispositio ad introductionem formæ opposita? vel incompossibilis. Sic in proposito : imaginandum est quod verba sacramentolia, virtute divinitus collata, attingunt instrumentaliter in sacramento Eucharistiæ ad hanc dispositionem, quod substantia panis desinat esse sub speciebus panis; non quidem ad hoc quod substantia illa desinat esse simpliciter, nec ad hoc quod transeat in corpus Christi; sed ad hoc quod non sit sub illis speciebus : ut, sicut per agens naturale, propria virtute, efficit quod materia, vel aliquod subjectum, aut passum, desinit informari aliqua forma substantiali vel accidentali; ita, in hoc sacramento, verba consecrationis, virtute divinitus collata, ad hoc instrumentaliter pertingunt, quod species prius informantes substantiam panis aut vini, desinant prodictam substantiam informarc, et tollant prodictam inhærentiam accidentium ad totum procedens; non autem quod faciant accidentia sine subjecto subsistere, nec ad hoc quod corpus Christi sit sub prodictis accidentibus. Et ad hunc sensum

(e) *adhuc. — ad hac* Pr.

videntur milii inlellîgenda dicta sancti Thomæ, 4. *Sentent.*, prima distinctione, q. 1, art. 4, q|· 1, in solutione sexti, ubi sic dicit: ‹ In trnnssubMan-lialione, cum sit quidam moins seu mutatio, duo sunt, scilicet recessus a termino, et accessus ad terminum. Verba igitursacramenlalia pertingunt instrumentaliter ad transsubstantiationem, quantum ad recessum a termino a quo; sed quantum ad accessum a‹L terminum ad quem, non pertingunt instrumentaliter, nisi dispositive, sicut accidit in aliis sacramentis. » — Hæc ille. — Item, 4. *Sentent.*, dist. 8, q. 2, art. 3, aie dicit, in solutione argumenti quinti: ‹ Hæc virtus, inquit, agentis principalis respicit principaliter terminum ad quem. Sed virtus causae instrumentalis quandoque non attingit ad terminum ad quem, sed habet operationem suam in his quæ sunt citra terminum; sicut qualitates aelivæ dementares non attingunt ad animæ rationalis introductionem. Et similiter hic contingit: quia virtus illa instrumentalis quæ est in verbis, habet operationem suam supra substantiam panis, quia *verbum ad elementum accedit ut fiat sacramentum,* secundum Augustinum (tract. 80 sap. Joan.); non est autem aliquo modo causa eorum quæ sunt in termino ad quem, sicut quod sint accidentia sine subjecto, vel aliquid hujusmodi. * Et simile ponit in multis aliis locis. Ex quibus patet quoi! illa dispositio ad quam pertingunt instrumentaliter verba consecrationis Eucharistiæ, non est subjective, neque in corpore Christi, neque in substantia panis aut vini, sed potius in speciebus remanentibus. Efficiunt enim quod hujusmodi species desinant informare proprium et primum subjectum, et quod substantia panis aut vini non sit sub eis, et quod desinat præcedens informatio et inhæsio.

Dicitur secundo, quod, sicut arguens non reputat fictionem, quod hæc verba, *Hoc est corpus meum.* sint causa *sine qua non* conversionis panis in corpus Christi, potius quam alia verba; ita nullus catholicus debet reputare fictionem, sed potius veritatis expressionem, quod prædicta verba sint causa *per quam* instrumentalis et dispositiva ad dictam transsubstantiationem.

Dicitur tertio, quod, in instanti complete prolationis verborum, sonus tangit speciem panis aut vini aliquo tactu, aut corporali, aut inlentionali vel virluali, aut aliquo alio, sicut prius dictum fuit (ad 2um Durandi, et ad 2"" Scoti); et idcirco tunc possunt agere. Dictum autem Philosophi intelligendum est de multiplicatione reali ipsius soni; quia illa fit in tempore, cum consequatur motum localem. Secus est de multiplicatione specierum et intentionum soni; quia illa potest fieri in instanti, sicut multiplicatio spccierum colorum. Tamen, quidquid sit de hoc, sufficit quod in ultimo instanti verborum prolationis verba illa contingant speciem panis et vini aliquo contactu, nec requiritur quod sit corporalis, ut prius dictum est (ad 2^ Durandi). — Item, posito quod requireretur contactus corporalis agentis instrumentalis ad species Eucharistiæ in transsubslantiatione, potest dici quod, in ultimo instanti prolationis verborum, licet sonus non tangat corporaliter Eucharistiam, tangit tamen aerem contiguum Eucharistiæ; et sic, eodem instanti, virtus datur sono, quæ multiplicata, per medium, in eodem instanti, pertingit ad hostiam, licet sonus in eodem instanti ad hostiam non pertingat. Idem enim est aerem tangere hostiam, ac si sonus eam tangeret, ex quo aer vehit virtutem de sono ad hostiam. — Potest etiam dici, et forte verius, quod, cum dicit quod sacramenta sortiuntur effectum in ultimo instanti complete prolationis verborum sacramentalium, illa completa prolatio intelligenda est quando verba, aut æquipollens verbis, attingunt suscipientem sacramentum, vel materiam, et non ante. Et mullis aliis modis illud sophisma potest declinari. Petrus tamen de Palude sic dicit : ‹ Si verba cessant antequam motus aeris deveniat ad illam rem in qua debet esse effectus, species soni, in eodem instanti, defertur ad illam rem cum qua subjective est virtus in aere; alias esset sine subjecto, cum sonus sit accidens, cujus subjectum est solus aer. * — Hæc ille. — Et redit in idem cum prima solutione.

Dicitur quarto, quod, posito, sed non concesso, quod verba Eucharistiæ non haberent quamcumque efficaciam circa transsubstantiationem, adhuc stat quod species manentes post prolationem verborum habeant efficaciam inslrumentalem dispositivam respectu graliæ inducendæ in accedente digne ad sacramentum.

Ad quartum dicitur primo, quod ponere dispositionem ad gratiam causari per sacramenta novæ legis, non est superfluum, sed necessarium, si sacramenta dicantur esse aliquo modo causa gratte. Et cum dicit arguens, quod fictio est ponere in Eucharistia talem dispositionem, etc. ; — dicitur quod nos non ponimus aliquam dispositionem positivam inter specieset exsistentiam corporis Christi, sicut dictum est supra (ad3em); ponimus tamen virlule specierum sacramentalium causari in digne accedente ad sacramentum dispositionem ad gratiam. Unde illud argumentum peccat per fallaciam consequentis. — Dicitur secundo, quod in sacramentis non imprimentibus characterem, imprimitur vel causatur ornatus disponens ad gratiam, sicut in sacramento pœnitentiæ. El ad rationem ad oppositum, — dicilur quod consequens finaliter illatum, non est inconveniens. Illud enim concedit sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, dist. 17, q. 3, art. 4, q|· 1, ubi sic dicit : α Confessio est actus virtutis, et est pars sacramenti. Secundum autem quod est actus virtutis, est actus meritorius proprie; et sic confessio non valet facta sine charitatc, quæ est principium

merendi. Sed secundum quod est pars sacramenti, sic ordinat confitenlem ad sacerdotem, qui habet claves Ecdesiæ, qui per confessionem conscientiam corifitentis cognoscit (a); et. secundum hoc, confessio potest esse in eo qui non est contritus; quia potest peccata sua sacerdoti innotescere, et clavibus Ecclesia se subjicere. Et quamvis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen, recedente fictione, percipere incipiet, sicut etiam est in aliis sacramentis. Unde non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit; sed tenetur postmodum suam fictionem confiteri. » — Hœc ille. — Et similia ponit in aliis locis. — Dicitur tertio, quod nullum inconveniens esset dicere quod sacramenta non imprimentia characterem, in ficto talia suscipiente non causant aliquam dispositionem remanentem post susceptionem (δ) sacramenti; sicut videtur dicere de sacramento Eucharistia sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 3, ari. 2, q|* 3, ubi arguit sic, tertio loco : ‹ Sicut, inquit, aliquis ficte accedit ad baptismum, ita et ad sacramentum Eucharistia Sed, recedente fictione, Eucharistia effectum non percipit, qui prius fidus accesserat. Ergo nec etiam recedente fictione, aliquis baptismi effectum percipit. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod in Eucharistia non imprimitur character, cujus virtute |>ossel aliquis efficaciam sacramenti percipere, fictione recedente; et ideo (γ) non est simile. >— Hæc ille. — Si tamen ex hoc arguatur quod si sacramentum Eucharistia non causât dispositionem ad gratiam in accedente ficte, ergo nec in accedente congrue, et sine quacumque fictione, et in dispositione contraria, — apparet quod est fallacia consequentis.

III. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum /Vureoli contra eamdem tertiam conclusionem, dicitur quod minor est falsa. Et ad ejus probationem, dicitur quod responsio ibidem recitata, bona est; et eam ponit sanctus Thomas (4. *Sentent.,* dist. 1, q. i, ari. 4, q|· 1 ; et dist. 8, q. 2, art. 3, ad 5, ut visum fuit supra (ad 3“" Scoti). — Et ad improbationem dicta· responsionis, dicitur quod responsio illa intelligenda est in secundo sensu, et non in primo, sicut superius visum fuit (ad 3e® Scoti). Et sic

Adprunam improbationem responsionis secundo modo intellecte, dicitur, negando majorem, si generaliter intelligatur, potissime ad hunc sensum, quod, quacumque actione receditur a termino a quo, accedatur ad terminum ad quem, inductive et perfectissime. Si autem intelligatur quod, quacumque actione receditur a termino a quo, accedatur ad terminum ad quem, dispositive, vel perfective, aut quocumque modo, tunc major est vera; sed nec ipsa, nec conclusio illata, ad hunc sensum intellecta sunt ullatenus contra nos; concedimus enim quod virtus verborum consecrationis agit dispositive ad exsistentiam corporis Christi sub speciebus, non autem perfective vel immediate terminum ad quem inducendo. Et sciendum etiam quod alia est mutatio qua desinit terminus a quo, et alia qua incipit terminus ad ipiem. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 28, art. 1, sic dicit : « Differentia est inter motum et mutationem. Nam motus unus est quo aliquid affirmative significatum abjicitur, et aliud affirmative significatum acquiritur : est enim motus de subjecto in subjectum, ut dicitur, 5. *Physicorum* (t. c. 9); subjectum autem intelligitur hic aliquid affirmative monstratum, ut album et nigrum; et ideo unus motus alterationis est, quo album abjicitur, et nigrum acquiritur. Sed in mutationibus quæ sunt generatio et corruptio, aliter est : nam generatio est mutatio de non subjecto in subjectum, ut de non albo in album; corruptio vero est mutatio de subjecto in non subjectum, ut de albo in non album; et ideo in abjectione unius affirmati, et acceptione alterius, oportet esse duas mutationes, quarum una sit generatio, et alia corruptio, vel simpliciter, vel secundum quid. Si ergo in transitu qui est de albedine in nigredinem, consideretur ipse motus, idem motus significatur per ablationem unius et inductionem alterius; non autem significatur eadem mutatio, sed diversa; tamen se invicem concomitantes, quia generatio unius non est sine corruptione alterius. › — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod cum alia mutatio sit qua abjicitur terminus a quo, et alia qua inducitur terminus ad quem, nil mirum si aliqua actio potest esse ad primum, quæ non erit ad secundum, nisi dispositive.

Ad secundam improbationem prædictæ responsionis, dicitur, negando primam consequentiam ibi faciam. Non enim oportet quod, si verba sacramentalia agunt ad desinitionem panis sub speciebus, quod eorum actio sit annihilativa : quia, ut supra dictum fuit (ad 3,ua Scoti), verba illa non agunt directe ad hoc quod substantia panis desinat esse simpliciter aut in se, sed ad hoc quod desinat esse sub speciebus sacramentalibus, et quod desinat esse informatio et inhaerentia illarum ad substantiam panis; hoc enim non transcendit activitatem creatura , cum per agens naturale possit tolli talis inhærenlia et informatio, ut cum de calido fit non calidum, et tamen non dicitur annihilare. Item, dato quod verba sacramentalia agant instrumentaliler ad desinilionem forma substantialis panis, non propter hoc actio illa erit annihilativa; quia agens naturale propria virtute naturali hoc posset facere, sicut patet de virtute digestiva animalis convertentis panem in carnem. Et forte in proposito verba sacramentalia

(*) *cognowt.* — *cognovit* Pr.
(C) *imccphonem.* — *sumptionem* Pr.
(γ) *ideo.* — Qm. Pr.

agunt ad desinitionem formæsubstantialis panis. Non tamen erodo quod agant.ad desinitionem malcriæ; quia solus Deus hoc potest. Agunt Lunen, ut dixi, ad hoc quod panis et quælibet ejus pars essentialis desinat esse sub speciebus. — Utrum autem dcl<at concedi quod substantia pani- desinat ose in hoc sacramento? Dicitur quod sic. Nam sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* (list. 11 , q. I, art. 2, arguit sic, tertio loco : « Si unum contradictoriorum est falsum, reliquum de necessitate erit verum. Sed, facta conversione, hæc est falsa, Punis *est aliquid,* vel, *De pane est aliquid.* Ergo hæc est vera. *Nihil ent de pane.* Ergo panis est annihilatus. > Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, quamvis panis non sit aliquid, tamen illud in quo panis est conversus, est aliquid, conversione facta; et ideo non sequitur quod panis sit annihilatus. > — Hæc ille. — Item, quarto loco, arguit sic : « Illud dicitur annihilari, quod ner in se neque in alio manet. Sed panis substantia non manet in se, facta conversione; neque manet in corpore Christi, quia sic corpus Christi augeretur. Igitur penitus annihilatur. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, quamvis non maneat (a) panis in se, neque in alio, manet tamen corpus Christi, in quod conversus est; et ideo non sequitur quod sit annihilatus. » Idem ponit in 3 p., q. 75, art. 3, in solutione primi et tertii. Ex quibus apparet quod secure potest dici et asseri quod in consecratione Eucharistia? substantia |>anis desinit esse. Et hoc iterum patet per expositionem hujus verbi *desinit.* Hæc enim copulativa est veni: *In ultimo instanti prolationis verborum sacramentalium, substantia panis prius exsistentis sub his speciebus, nunc non est; et eadem substantia immediate ante hoc instans fuit.*

Ad tertiam improbationem prædiclæ responsionis, dicitur quod delicii in duobus. Primo, quia supponit quod verba sacramentalia non possint aliter agere in Eucharistia, quantum ad torminum a quo, nisi causando desinitionem simplicem substantial panis; hujus autem Oppositum superius est ostensum (ad 3um Scoti; et hic, ad 2* iinprob.). Secundo, quia assumit unam falsam conditionalem et consequentiam, scilicet quod, si verita sacramentalia agant ad hoc quod Deus subtrahat influxum ad esse panis, (6) etiam possent agere ad hoc ut Subtraheret influxum alterius creatune ad esse. Patet enim quod ista conditionnas non habet aliquam apparentiam : quia verba sacramentalia ordinantur ad conversionem et transsubstantiationrm panis, non autem lapidis aut ligni; nec applicantur tanquam instrumentum a Deo principali convertente ad conversionem lapidis, sed panis et vini. Conceditur tamen quod Deus posset conferre virtutem converrivam lapidis in corpus Christi aliquibus verbis, sicut contulit verbis sacramentnhbus virtutem conversivam jianis et vini in corpus et sanguinem Christi. — Ad confirmationem, dicitur primo, quod contradicit verbis precedentibus, ubi negabat desinitionem substantiae panis, quam hic assent. Dico secundo, quod opinio notra non ponit quod verl>a sacramentalia agant ad totalem desinitioneni substantis ponis, sicut arguens fahe putat; sed, ut sepe dictum est, agunt inslnimentaliter ad desinitionem formæ substantialis panis, velad desinitionem informationis et inhærentiæ specierum pants et vini ad sua subjecta praecedentia. Non autem ponimus quod agant ad desinitionem materiae. Sicut enim, in mutationibus naturalibus, duæ formæ bulistantiales, aut accidentales, succedunt sibi invicem in eodem subjecto; ita, in transsubstantiaUone sacramenlali, duæ substantiae succedunt sibi sub eisdem accidentibus, licet talia accidentia non inhæreant secundæ substantial sicut inbærebant primæ. Et de hac successione ŝanctu Thomas, 3 p., q. 75, ait. 8, diffuse loquitur; et. 4. *Sentent.,* dist. 11, q. 1, art. 4.

Ad quartam improbationem illius responsionis, concessis duabus suppositionibus ibi positis, dicitur quod actio verborum sacramentalium qua agunt ad desinitionem formæ substantialis panis, vel ad desinitionem inhærcntiæ cl informationis accidentium ad substantiam panis, vel ad hoc quod substantia panis desinat esse sub accidentibus, duo nnportit. sicut et quælibet actio corruptiva. Primum est forma quæ jær talem actionem abjicitur; secundum est habitudo de genere actionis. Et quidem, quantum ad secundum, est subjective in agente, puta in verbis sacramentalibus, non autem in passo, puta substantia panis, vel in corpore Christi. Sed quantum ad primum, puta desinitionem formæ, vel quoad ipsam formam desinentem, quæcumque illa sit, non habet quodeumque subjectum, proprieloquendo: cum talis forma desinat in instanti tota simul, et, pro illo instanti «pio desinit, ipsa non sil, et primo non sit. vel incipiat non esse; formæ autem desinenti esso, et incipienti non esse, non ojiortel assignare subjectum, cum nihil sit; potissime quia non solum talis forma, in proposito nostro, et de qua l(M|uimur. desinit esse, immo etiam snum subjectum desinit esse, licet non per actionem verborum sacramentalium. sed solius Dei. Licet autem prædicta actio non habeat subjectum, non tamen est subsistens : quia nihil est, vel non est aliquid; et sic nec est inhærens, nec subsistens, sed purum non ens, sicut corruptio lucis in nere est non ens, scilicet (a) ipsa lux corrupta, licet habeat subjectum illo modo quo negatio vel privatio habet subjectum.

(a) fiiciriCiiL — *Vianet* 1T
(C) *quod.* — Ad. Pr.
i) «ci/icrZ. — Om. Pr.

Nec minim si omnia ista, vel multa ex illis, sint miraculosa quia creatura bene potest concurrere effective instrumentaliter ad opus miraculi; sicut ostendit sanctus Thomas, *de Potentia Dei,* q. 6, art. 4; et, 2 2 q. 178, art. 1. Et de hoc fuit in *Tertio* (dist. 15, q. 1) diffusius dictum.— De responsione vero quam arguens recitat, et de ejus improbatione, non oportet laborare : quia non ponimus quod substantia panis desinat illo modo quem arguens fingit, puta quod sil dare ultimum instans esse panis; sed potius primum instans sui non esse. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 75, ari. 7, in solutione primi, sic dicit: « Hæc conversio perficitur per verba quæ a sacerdote proferuntur; et ita ultimum instans prolationis verborum est primum instans in quo est in sacramento corpus Christi. In toto autem tempore praecedente, est ibi (a) substantia panis. Cujus temporis non est accipere aliquod instans proximo præcedens ultimum; quia tempus non componitur ex instantibus consequenter se halantibus, ut probatur in 6. *Physicorum* (t. c. 70). Et ideo est dare quoddam instans in quo primo est ibi corpus Christi; non est autem dare ultimum instans in quo sil ibi substantia panis, sed est dare ultimum lernpus. Et idem est in mutationibus naturalibus, ut patet per Philosophum, in 8. *Physicorum* (t. c. 72). » — Hæc ille. — Et similia dicit, 4. *Sentent.,* dist. 11, q. 1,art. 3, qu2, in solutione secundi. — Quod autem prædicta superius sint de mente sancti Thomæ, potissime qualiter actio verborum habeat subjectum vel non, apparel. Ipee quidem, 4. *Sentent.,* dist. 8, q. 2, art. 3, in solutione secundi, sic dicit : « Virtus creata praesupponit materiam in qua operetur. Quod quidem contingit esse dupliciter. Uno modo, ita quod sit mutationis subjectum; sicut accidit in conversionibus naturalibus. Alio modo, ita quod subsit termino a quo, non autem mutationi; sicut accidit in dicta mutatione. Sed creatio neutro modo materiatn præsupponit. Et ideo magis potest aliquid Deo coopcrari (6) insirumenialiter in hac conversione, quam in opere creationis. » — Hæc ille· — Ex quo palet quod illa mutatio non habet subjectum; et per consequens, nec actio verborum, ex ea parlé qua est eadem molui vel mutationi. Qualiter autem actio et passio sint unus et idem motus, et qualiter motus et mutabo sint idem quod forma acquisita vel perdita per motum, diffuse visum fuit in 2. *Sentent.,* in prima distinctione (q. 2).

Ad secundum principale, negatur antecedens. Et ad ejus probationem, dicitur quod nostra positio melius salvat efficaciam et activitatem sacramentorum novæ legis, quam opposita opinio ponens ea esse causas tine *quibus non,* et nihil penitus efficere in anima ad collationem et susceptionem gratiæ. Tunc, ad primam rationem in oppositum, dicitur, negando principalem minorem, scilicet quod character, vel ornatus, quem ponimus causari instrumentalitcr effective per sacramenta, non sit magis ex natura rei dispositio ad gratiam quam extrinseca natura vel operatio sacramenti, puta ablutio vel unctio. Cujus ratio multiplex posset assignari : potissime quia totaliter apparet improbabile quod dispositio ultimata ad gratiam sit subjective in corpore exterius; et quod sacramentum novæ legis non causel aliam dispositionem ad gratiam quam hujusmodi exteriorem ablutionem vel unctionem, quam posset facere sacramentum veteris legis, vel alia res corporea quæ nullo modo est sacramentum; vel quod aliquid sit dispositio ad gratiam, quod potest esse subjective in asino vel in lapide.

Tunc ad primam probationem hujus minoris jam negate, dicitur, negando consequentiam ibi factam; non enim oportet quod quicumque habet gratiam, habeat characterem. Et cum dicitur quod habens formam in summo, etc.;— dicitur quod hoc est verum loquendo de dispositione convertibili cum forma ad quam disponit, sic scilicetquod forma non potest haberi sine tali dispositione, nec econtra dispositio sine forma; character autem non sic est dispositio ad gratiam, et praesertim quia non disponit ad gratiam de proximo et directe, sed ad aliquid aliud. De hoc beatus Thomas, 3 p., q. 03, ari. 4, in solutione primi, sic dicit : α Subjectum alicui accidenti (a) attribuitur secundum rationem ejus ad quod propinque disponit, non autem secundum rationem ejus ad quod disponit remote vel indirecte. Character autem directe quidem et proxime disponit animam ad ea quæ divini cultus sunt exequenda. Et quia hæc idonea non fiunt sine auxilio gratiæ, quia ut dicitur, Joan. 4 (v. 24), *eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare,* oportet ex consequenti quod divina largitas recipientibus characterem gratiam largiatur, per quam digno impleant ea ad quæ deputantur. Et ideo characteri magis est attribuendum subjectum secundum rationem actuum ad divinum cultum pertinentium, quam secundum rationem gratiæ. n — Hæc ille. — Item, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, art. 1, arguit sic, in quarto et (β) quinto loco : ‹t Ea quæ sunt in sacramentis novæ legis, ordinantur ad gratiam causandam. Sed character non videtur posse causare gratiam ; quia mulli characterem habere dicuntur, qui carent gratia. Ergo non videtur in sacramentis aliquis character imprimi. Si dicatur quod est dispositio ad gratiam, — Contra : Agens infinitum non requirit materiam dispositam; cum e.rgo gratia sit ab agente infinite virtutis, videtur

(i) ibi. — in Pr.
(€) œrperan. — contparan Pr.

( ) *accidenti,* actimtaH Pr.
( ) *quarto et,* — Om. Pr.

quod non oportet characterem dari in sacramentis ad disponendum ad gratiam. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod character est dispositio ad gratiam per quamdam congruitatis dignitatem. Ex hoc enim ipso quod homo mancipatus est divinis actionibus, et inter membra Christi connumeratus, fit ei quædam congruitas ad gratiam suscipiendam : quia Deus perfecte in sacramentis homini providet; unde simul cum charactere, quo datur homini ut possit exercere actiones spirituales fidelium, vel passiones seu receptiones, datur gratia, qua hoc læne possit. » — ll.ee ille. — Ex quibus patet quod character directe et proxime dispernit ad aliud quam ad gratiam. — Ulterius, sciendum quod character non est dispositio nisi ad gratiam participatam et imperfectam, et est dispositio annexa imperfectioni; ideo non competit Christo. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 63, art. 5, sic dicit : α Character sacramentalis est quædam participatio sacerdotii Christi in ejus fidelibus : ut scilicet, sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles ejus ei configurentur (a) in hoc quod participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacramentorum ct eorum quæ pertinent ad divinum cultum. Et propter hoc etiam Christo non competit habere characterem; sed potestas sacerdotii ejus comparatur ad characterem sacerdotum, sicut illud quod est plenum et perfectum, ad aliquam sui participationem. › — Hæc ille.— Item,4. *Sentent.,* dist. 4,q.1, art. 3, ql' 5, sic dicit : c Quidam dicunt quod Christus non habuit characterem baptismalem, quia a baptismo nihil accepit; habuit autem characterem ordinis, qui perlinet ad quemdam eminentiæ statum. Sed melius est ut dicatur quod Christus nullum characterem habuit : quia ipse habuit potestatem plenitudinis in sacramentis, quasi ea instituens, et eis efficaciam præbcns; unde, sicut |»oterat inducere effectum sacramenti in aliquo sine sacramento exteriori, ita ex parte ipsius non requirebatur aliquod sacramentale interius. » — Hæc ille. — Ex quibus apparat quod licet character sit dispositio ad gratiam, non tamen convertibilis et adæquata; et ideo non sequitur quod Christus habuerit characterem, quamvis haberet summam gratiam.

Ad secundam probationem principalis minoris, patet per prædicta. Quia character non est dispositio ad gratiam, ex natura rei, convertibilis et adæquata, sed per quamdam congruentiam, et ex consequenti, et remote. Proxime autem disponit ad aliqua quæ antiquis patribus nullatenus congruebant; et ideo characterem non habuerunt. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, art. 4, qu i, sic dicit : « Sicut dicit Philosophus, 2. *Ethicorum* (cap. 2), virtue *ex quibus innascitur, ea operatur,* loquens de virtute acquisita; et similiter in omnibus virtutibus quæ ex aliquibus actibus aliquo modo causantur. Unde, cum character sit virtus, seu potentia spiritualis, ad sacramentales actiones ordinata, si ex aliquo quod per nos fiat, imprimi debeat character, oportet quod per sacramenta novæ legis imprimatur, et per ea tantum, quia ad illas actiones tantum directe illa potentia ordinatur. » — Hæc ille.

Ad tertiam probationem ejusdem minoris, patet ex dictis : quia procedit de dispositione convertibili et adæquata ; character autem non est talis dispositio.

Ad quartam probationem, negatur antecedens, si intelligatur de gloria et beatiludine quæ est actus secundus, scilicet visio vel fruitio : quia gratia est subjective in essentia anima?, gloria vero, vel beatitudo, quæ est actus secundus, recipitur in anima mediantibus suis potentiis, quæ sunt intellectus et voluntas : et ita non eodem modo recipiuntur in anima. De hac materia plura dicta sunt, 2. *Sentent.* (dist. 26, q. 1); et de hoc plura suo loco dicentur in sequentibus. Ratio vero in oppositum adducta, magis est ad oppositum quam ad propositum : quia imago Trinitatis non attenditur in anima immediate ratione essentia;, sed ratione potentiarum, vel habituum, vel actuum, secundum quod ostendit sanctus Thomas, 1 p., q. 93, art. 7. — Item, concesso consequente illius argumenti, nihil habetur contra nos : quia nos non ponimus quod character sit talis dispositio quæ mediet subjective inter gratiam et essentiam animæ; immo sanctus Thomas ponit quod gratia est subjective immediate in essentia animæ, character vero in intellectu, vel voluntate, sicut apparet, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, art. 3, in solutione primæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : e Natura pro|>ortionaliterspirilualitati substernitur, sicut perfectihile lærfectioni. Unde, sicut gratia, quæ est spiritualis vite principium, est in essentia animæ sicut in subjecto; ita et character, qui est spiritualis potentia, est sicut in subjecto in naturali potentia animæ. et non in essentia animæ, nisi mediante potentia, d — Hæc ille. — Item, ibidem, arguit sic (arg. I) : ‹ Dispositio et habitus sunt in eodem subjecto. Sed character disponit ad habitum gratiæ. Cum ergo gratia sit in essentia animæ sicut in subjecto, videtur quod etiam character. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum › inquit, quod dispositionem esse in eodem subjecto cum eo ad quo‹l disponit, non est necessc, nisi (piando dispositio postea fit perfectio : sicut scientia quæ prius fuit dispositio, postea fit habitus; et ideo disposito quæ est scientia, et habitus qui est scientia, sunt in eodem subjecto proximo. Non autem oportet hoc quando dispositio et perfectio differunt per essentiam ; sed possunt esse in diversis subjectis; et pnecipue quando illa habent ordinem ad

(λ) e» *configurentur, — ct configurantur* Pr.

invicem : sicut operatio sensibilis, est dispositio nd inteUigibilem operationem; et similiter character est dispositio ad gratiam. › — Hæc ille.

Ad confirmationem, dicitur quod dispositio quæ est necessitate (α) ad formam, potest esse duplex : quædam quæ importat omne positivum et omne negativum necessarium ad inductionem forma»; alia vero est, quæ includit omne positivum, sed non omne negativum, vel privativum, puta remotionem omnis obici» et impedimenti. Loquendo de prima dispositione, major argumenti est vera. Sed argumentum in hoc sensu non procedit contra nos : quia non dicimus quod character sit illo modo dispositio qu.p est necessitas; quia, licet character includat omne positivum necessarium ad gratiam, non tamen omne privativum,puta remotionem fictionis, aut peccati mortalis; immo stat cum illo. Loquendo vero do dispositione secundo modo dicta, negatur major argumenti, cl conceditur quod character est illo modo dispositio quæ est necessitous ad gratiam. Et quod dicta distinctio sit ad mentem sancti Thoniæ, patet; quia, 4. *Sentent.,* dist. i, q. 3, ari. 2, qh 2, sic dicit : α Ad hoc quod aliquid effectum alicujus agentis jiercipcre debeat, oportet quod se habeat in debita dispositione ad causam agentem, et ad effectum percipiendum. Et ideo indispositio voluntatis, quæ ultimum effectum baptismi impedit, est duplex : una secundum ordinem ad sacramentum ipsum; alia secundum ordinem ad effectum sacramenti. Ad ipsum autem sacramentum, contingit voluntatem esse indispositam dupliciter : uno modo, per subtractionem necessarii; alio irodo, pei positionem contrarii. Similiter, per com;»arationem ad effectum baptismi, oportet quod disponatur aliquis adhibendo necessarium, et removendo contrarium, etc. › — Hæc ille. — Ex quibus patet quod |>erfecta dispositio quæ est necessitate (6) simpliciter ad formam, duo requirit : scilicet remotionem contrarii, et positionem necessarii. Quod autem character sil dispositio secundo modo, et non primo modo, salis patet. Unde sanctus Thomas, i. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, ari. 1, in solutione quarti, sic dicit: « Character est causa sacramentalis gratiæ; et quod quidam cum charactere gratiam non recipiunt, est ex eorum indisposition!· ad gratiam suscipiendum. » — Hæc ille.— Item, q. 3, ari. 2, qu 3, sic dicit : ‹ In baptismo imprimitur character, qui est immediata causa disponens ad gratiam, cl ideo, cum fictio characterem non auferat, recedente Actione, quæ effectum characteris inrq>edicbat, character, qui est pnrsens in anima, incipit haltere suum effectum; et ita baptismus recedente fictione, effectum suum consequitur. › – HI ' ille.

ti; iWrtiMilana. — *ntcvitilOM* Pr.
(<) ťu riiilaH·. — *nn tuita»* Pr.

Patet ergo, ex omnibus supradictis, quod character est dispositio ad gratiam, non solum ex divino beneplacito formaliter, verum etiam aliqualiter ex natura rei, per modum cujusdam congruentia»; licet non sil dispositio convertibilis et adæquata ipsi gratiæ, nec disponat immediate, proxime et directe ad gratiam, sed ad aliquos actus qui non possunt congrue exerceri sine gratia. Patet similiter quod non ita probabiliter ponitur quod sola operatio exterior naturalis sacramenti sit totalis dispositio ad gratiam causata per sacramentum, sicut de charactere vel ornatu causato in anima; et quod j>ositio Aureoli non ita bene salvat activitatem vel causalitalem sacramentorum respectu gratiæ sicut opinio nostra. Et consequenter prima ratio pro principali assumpto secundi principalis argumenti non procedit.

Similiter nec secunda ratio pro eodem assumpto valet. Cum enim dicit quod positio nostra non salvat efficaciam sacramentorum nisi cum multis et pluribus pactis quam opinio opposita, etc. ; — dicitur quod omnia pacta qu® positio nostra ponit, sequuntur ex dictis Sacra» Scriptune, vel Sanctorum, aut Doctorum, aut ex recta et probabili ratione. Opinio vero contraria negat pacta sequentia ex praedictis; immo est improbabilior, et minus consona dictis Sanctorum. —Dicitur secundo, quod opinio contraria tot et forte plura pacta habet ponere quam nostra. Primo namque habet ponero tale pactum, quod, verbo accedente ad elementum, divina virtus agit in suscipiente sacramentum. Secundo, quod, in casu posito de tribus hostiis coram sacerdote, divina virtus solum agit in illam ad quam dirigitur intentio sacerdotis. Tertio, quod in baptismo divina virtus non confert effectum sacramenti, vel gratiam, quousque verborum prolatio et aqua» ablutio sint completas. Quarto, quod habenti ablutionem baptismi divina virtus confert gratiam. Et ita tot pacta habet ponere opinio contraria ex parte divino» virtutis assistentis, quot nostra ex parte virtutis inhierenlis sacramentis. — Dicitur tertio, quod ex positione nostra nulla inconvenientia sequuntur, sicut supra patuit. Ex opinione autem contraria inulta sequuntur, sicut ostendit sanctus Thomas in probatione duarum ultimarum conclusionum, et etiam sicut supra deductum fuit : puta quod sacramenta nullam spiritualem dispositionem causant plus quam sacramenta veleris- legis, nec plus quam aqua quaahiuitur rapui asini, aut oleum quo unguntur sotulares; et ulterius, quod baptismus, aut confirmatio, non confert suscipienti quamcumque dispositionem, cujus similis non sit Capax creatura irrationalis. Et inulta alia deliramenta, salva reverentia taliter opinantium, ex illa opinione sequuntur. — Dicitur quarto, ad primani confirmationem, quod ultima syllaba verborum sacramentalium causal effectum sacramenti, et non

precedentes. Cujus causa superius dicta et assignata fuit (nd 2um Scoti) : quia tunc est completa significatio totius orationis, et non prius. Nec valet quod dicitur de novo pacto; quia consimile pactum habet ponero opinio contraria, ut supra dictum est. — Dicitur ergo ad secundam confirmationem, quod virtus collate verbis sacrarnentalibus est subjective in vocibus et sonis verliorum uno modo, sed alio modo est subjective in eodem subjecto in quo est vox vel sonus. Nec valet quod dicitur, qualitatem non esse subjectum qualitatis. De hoc sanctus Thomas, *de Virtutibus,* q. 1, art. 3, sic dicit « Subjectum tripliciter comparatur ad accidens. Uno modo, sicut præbens ei sustentamentum : nam accidens per se non subsistit, fulcitur vero per subjectum. Alio modo, sicut potentia ad actum : nam accidenti subjicitur, sicut quædam potentia suo actui; unde et accidens forma dicitur. Tertio modo, sicut causa ad effectum : nam principia subjecti sunt principia per se accidentis. Quantum ergo ad primum, unum accidens subjectum alterius esse non |»otesl : nam cum nullum accidens perse subsistat, non potest alteri sustentamentum præbere; nisi fortasse dicatur quod, inquantum quod est a subjecto sustentatum, aliud accidens sustentat. Sed quantum ad alia duo, unum accidens se habet ad aliud per modum subjecti : nam unum accidens est in potentia ad alterum, sicut diaphanum ad lucem, et superficies ad colorem; unum etiam accidens jiotesl esse causa alterius, ut humor saporis. Et per hunc modum, unum accidens dicitur esse subjectum alterius accidentis : non quod accidens possit alteri accidenti sustentamentum præbere; sed quia subjectum est receptivum unius accidentis, altero mediante. Et per hunc modum dicitur potentia animæ esse subjectum habitus : nam habitus ad potentiam animæ comparatur ut actus ad potentiam, cum potentia sit indeterminata, quantum est de se, et jxr habitum determinetur (a) ad hoc vel illud; ex principiis etiam potentiarum habitus acquisiti causantur. Sic ergo dicendum est pOtentias animæ esse virtutum subjecta; quia virtus inest animæ, mediante potentia. n — Hæc ille. — Ex quibus patet quod una qualitas potest dici subjectum alterius qualitatis.

Ad tertium principale, negatur principale assumptum, scilicet quod instrumenta non recipiant a principali agente aliquam virtutem, sed solum motum localem. Et ad probationem, dicitur quod similitudo inducta de motu locali et aliis motibus valde inepte applicatur ad propositum; quia similitudo, si debite applicetur, falsum assumit, vel nihil contra nos concludit. Quod patet. Si enim intendat sic arguere : Sicut est in aliis motibus, etc.; sed, in illis motibus, puta qui sunt ad formam, forma inducta per agens vel movens non agit nec expellit aliam formam effective, sed solum formaliler; ergo, a simili, in motu locali, *ubi* acquisitum ipsi mobili per suum movens, non expellit aliud *ubi* ab eodem subjecto effective, sed formaliter, — tunc ratio bene concludit, sed non contra nos. Item, si arguitur sic: Sicut est in aliis motibus, sic est in motu locali; sed, in aliis motibus, mobile non agit nec expellit aliud mobile effective, sed tantum formaliter; ergo, in motu locali, mobile non agit nec expellit aliud mobile effective, sed solum formaliter,— patet quod similitudo directe procedit, et consequentia est bona; sed minor est falsa, sicut patet, quia ignis calefacit aerem, et aer manum; ideo nil mirum si conclusio sit falsa. Si vero intendat sic arguere : Sicut est in aliis motibus, etc.; sed, in aliis motibus, forma non agit effective, sed solum formaliter; ergo, in motu locali, mobile non agit effective, sed formaliter, — apparet quod similitudo false applicatur : quia in una propositione comparatur forma ad formam, et in alia mobile ad mobile; quæ similitudo nulla est : quia alio modo se habet mobile ad mobile, quam forma ad formam, quantum ad hoc quod est movere, vel agere, vel expellere effective; quia forma» inhærenti, et nullatenus sulisistenli, non competit agere effective, sed mobili motu locali, cujusmodi est baculus, ve) serra, aut aliud instrumentum artis, potest competere agere, et movere, et expellere aliud corpus «le loco suo et de suo *ubi,* non quidem solum formaliler, immo etiam effective, et per virtutem impressam a movente. Unde hæc est expresse mens Philosophi et sui Commentatoris. 8. *Physicorum,* pari. 82, ubi Aristoteles, loquens de motu projectorum in aere aut aqua, sic dicit : *Primus motor esi qui hoc facit : verbi gratia, qui movet acrem, aut aquam, aut aliud quod natum est moveri et movere. Sed non debet simul quiescere ab hoc quod moveat et moveatur; immo cessat moveri, ab hoc quod moveatur, cessante ejus motore a motione, et postea remanet movendo. Unde unum* (i) *movet aliud sibi succedens, ct procedit istud aliud etiam* (6) *hoc eodem processu. Motus autem illius quiescit, cum virtus movendi diminuitur in successione paulatim; et ultimo cessat, quando motor penultimus pervenit ad hoc quod nihil agat, sed solum moretur* (γ). — Hæc Aristoteles. — Ubi Commentator sic dicit : e In motu aquæ a lapide projecto in illam, videmus partem quæ sequitur lapidem moveri undique; deinde transfertur motus ab illa parte ad partem consequentem; deinde illa ad aliam, quousque cesset. Partes tamen aquæ non simul moventur, sicut moventur partes figurati corporis. Et hoc patet in circulis qui in aqua fiunt, (piando lapides cadunt in

(a) deleniiinrfur. — *terminetur* Pr.

( ) unum. — Om. Pr.
( ) *etiam.* — *et* Pr.
(y) mnretur. — morcfit Pr.

cam. Motus autem hanim partium idcx) quiescit, quia virtus motiva non cessat diminui et deprimi (i) in illis partibus quæ movent se invicem successive, adeo (5) quod in ultima parte non remanet movere, sed solum moveri. » — Hæc ille. — Similia dicit, 3. *de Anima,* com.65. Ex quibus apparet : Primo, quod in talibus corporibus se invicem moventibus, puta partibus aquae, vel lapide, et aqua, primum movens non movet effective immediate omnia sequentia; sed primum effective movet secundum, et secundum effective movet tertium, et non solum formaliter. Secundo, apparet quomodo tam Philosophus quam Commentator senserunt quod, in motu violento, secundum movens habet a primo non solum motum localem,quinimmo virtutem movendi tertium; et hoc idem habet tertium a secundo, et quartum a tertio, donec virtus totaliter sit diminuta in penultimo moto. Tertio, apparet quod movens principale tribuit suo instrumento artificiali duo, scilicet motum localem et virtutem motivam; et consequenter, quomodo tota deductio hujus tertii principalis falso innititur fundamento; et quod distinctio nostra de agente principali et instrumentali stat in sui veritate.

Et hæc sufficiant ad argumenta Aureoli contra tertiam conclusionem.

§ 4. — Ad argumenta contra quartam conclusionem

I. Ad argumenta Durandi. — Ad argumenLi contra quartam conclusionem nunc dicendum est. Et quidem

Λ«I primum Durandi contra eamdem conclusionem (γ), respondet læatus Thomas. 4. *Sentent,,* dirt. 1, q. I, art. 4, q'· 2, in solutione quarti. Arguit enim sic : ‹ Omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis; et inde est quod virtus spiritualis non potest esse in re corporali. Sed hæc virtus, quæ ordinatur ad gratiam inducendam, est maxime spiritualis. Ergo non potest esse in rebus corporalibus. » Ecco argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum est, inquit, quod in re corjiorali non potest esse virtus spiritualis secundum esse completum. Potest tamen ibi esse |x?r modum intentionis : sicut in instrumentis motis ab artifice, ert virtus artis; cl sermo *undibilis exsistens causa disciplina,* ut dicitur, *de Sensu ct Sensato (cap.* 1), continet intentiones animæ quodammodo; et etiam in motu est virtus substantial separate moventis, secundum philosophos; et semen agit in virtute animae, ut dicitur in 2.' *de General, animal, (è)* (cap. I et 3). a — Hæc ille. — Hem, ibidem, in solutione quartæ quæstiunculæ, sic dicit : α Sicut se habet agens ad virtutem activam, ita se habet ad continendum formam effectus. Et quia agens instrumentale non habet virtutem agendi ut aliquod ens completum, sed per modum intentionis, ideo et forma introducta continetur in eo per modum intentionis, sicut sunt species colorum in aere, a quibus aer non denominatur coloratus. Et hoc modo gratia e>t in sacramentis, sicut in instrumento, non complete, quantum ad quatuor. Primo, quia in instrumento non est forma effectus secundum completam rationem speciei, sicut est in effectu jam completu, et in causa univoca. Secundo, quia est in eo per modum intentionis, et non secundum esse completum in natura, sicut forma effectus est in causa principali non univoca secundum perfectum esse in natura. Tertio, quia non est in eo per modum intentionis quiescentis, sicut sunt intentiones rerum in anima, sed per modum intentionis fluentis duplici fluxu : quorum unus est de potentia in actum (sicut etiam in mobili est forma, quæ est terminus motus, dum movetur, ut fluens de potentia in actum), et inter hæc cadit medium motus, cujus virtute instrumentum agit ;aliusdeagenlein patiens, inter quæ cadit medium instrumentum, prout unum est movens, et alterum est motum. Quarto, quia sacramentum etiam instrumentaliter non attingit directe ad gratiam ipsam. » — Hæc ille. — Simile dicit, 3 p., q. 62, ari. 4, in solutione primi : u Virtus, inquit, spiritualis non potest esse in re corporea per modum virtutis permanentis et compléta?. Nihil tamen prohibet in corporo esse virtutem instrumentalern, inquantum scilicet corpus potest moveri ab aliqua substantia spirituali ad aliquem effectum spiritualem inducendum; sicut et in ipsa voce sensibili ert quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit a conceptione mentis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis, inquantum ordinantur a Deo ad aliquem effectum spiritualem. * — Hæc ille. — Item, *de Veritate,* q. 27, ari. 4, in solutione quarti, sic dicit : q Sacramenta non operantur ad gratiam per virtutem propriæ fonnæ; sic enim operarentur ut per se agentia; sed operantur per virtutem principalis agentis, scilicet Dei, in eis exsistentem. Quæ quidem virtus non habet esse completum in natura, sed est quid incompletum in genere entis. Quod patet ex hoc quod instrumentum movet inquantum movetur; motus autem est actus imperfectus, secundum Philosophum (3. *Physicorum,* t. c. 15); unde, sicut illa quæ movent (a) inquantum sunt jam quasi in termino motus assimilata agenti, movent per formam perfectam, ita illa quæ movent prout sunt in ipso moveri, movent per virtutem incompletam. Et hujusmodi virtus est in aere ad

(a) deprimi. — *de* pnnii· Pr.
adeo. — ideo Pr
(γ) dicendum. — Ad. Pr.
(ξ 2. de *Generat animal.* — II *dc Animalibus* Pr.

(a) motent. — motentur Pr.

movendum visum, secundum quod immutatur a colore parietis ut in fieri, non ut in facto esse; unde species coloris est in aere per modum intentionis, el non per modum entis completi, sicut est (a) in jmriete. Similiter sacramenta operantur ad gratiam, prout sunt quasi mota a Deo ad hunc cflealum. Qui quidem motus attenditur secundum institutionem, sanctificationem, ei applicationem ad eum qui accedit ad sacramenta. Unde habent virtutem non |»er muduin entis completi, sed quasi incompleti. Et sic non est inconveniens quod virtus spiritualis sit in re corporali et materiali, sicut species colorum sunt spiritualiter in aere. » — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione quinti, sic dicit: « Virtus illa neque potest dici corporea, neque incorporea, proprie loquendo; corporeum enim et incorporeum sunt differential entis completi. Sed proprie dicitur virtus ad incorporeum, sicut etiam motus magis dicitur ad ens quam ens, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod in re corporea et materiali potest esse virtus spiritualis, per modum intentionis fluentis; et quod virtus quæ est in sacramentis, habet hujusmodi esse fluens el intentionale. Et sic, non obstante quod sit spiritualis formalitcr et per essentiam, non solum ratione eflectus spiritualis ad quem ordinatur, tamen potest informare subjectum materiale et corporale.

Dicitur secundo, quod responsionem quam arguens recitat, non habemus necessario sustinere, puta quod illa virtus sit quædam qualitas formaliter et per essentiam extensa et corporalis, nec dicatur spiritualis nisi solum ratione sui eflectus spiritualis, quem instrumentaliter causât in anima; quia, sicut apparet ex prædiclis, sanctusThomas ponit eam esse mere spiritualem tam per essentiam, quoin per efficientiam. Verumtamen prædiclam solutionem Peints de Palude probabiliter sustinet, dicens(4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1): u Secundum veritatem, illa virtus est qualitas corporalis, essentialiter et formalitcr, non nata esse in spiritu subjective (δ). Tamen ratio non cogit: quia non sequitur, *Est forma in corpore, igitur est corporalis;* quia anima rationalis est actus corporis, et tamen est non solum spiritualis, sed spiritus per essentiam et per efficientiam, quia habet operationes et habitus spirituales. Si dicatur quod hoc est quia ipsa est forma substantialis, quæ trahit ad se materiam, et non trahitur a materia, et natura procedit esse corporeum; — dicendum quod dona, ct virtutes morales infusæ, immo etiam acquisita), videntur esse spirituales effecti ve, licet sint corjxn ales subjecti ve, quia faciunt obedi re rationi, quæ est spiritualis. Et cum dicitur quod virtus spiritualis nun potest esse in corpore in esse fluenti, quia nihil est subjectum rubedinis in transitu, sicut rubescunt verecundati, nisi quod est ejus subjectum in esse permanenti; — si, inquarn, sic dicatur, non cogit : quia non est intentio dicere quod sit una virtus spiritualis, quæ possit permanere ad horam et non diu in corpore; seri, sicut forma scamni est in dolabra in fluxu, non formaliter, ned virtute, et in fluxu nonnisi quamdiu movetur, sic etiam character, qui manet in anima, ed etiam in sacramento virtute solum quamdiu sacramentum est in usu, id est, in conjunctione materiæ ad formam a ministrante applicatae suscipienti. Similiter, cum dicitur quod, sicut in spiritu non est corporalis virtus subjective, nec esse potest, sic nec e converso spiritualis in corpore; — dicendum quod, sicut virtus corporalis formaliter non potest esse in spiritu subjective, sic nec virtus spiritualis formaliter potest esse in corpore subjeci.ve, nisi ut dictum est. Sed, sicut virtus spiritualis potest agere corporale (a), et in corpus; sic. e converso, virtus corporea potest agere (6) spirituale, et in spiritum. Sed in boc est differentia : quia illa in propria virtute, quia hoc est infra, et non supra suam speciem; haec autem in aliena. Item, cum dicitur quod illa virtus non potest esse corporalis, quia agit in spiritum; — dicendum quod falsum est; immo virtus exsistens in corpore potest agere in spiritum, ct aliquid spirituale, sicut phantasma in intellectum passibilem : quia ab agente universali et indeterminato in passum indeterminatum non sequitur actio determinata, nisi concurrente agente particulari et determinato; unde, cum intellectus agens sit potens omnia facere quæ possibilis est potens fieri, nisi phantasma determinatum concurrat agendo(quia non potest concurrere patiendo), nunquam sequeretur determinata intellectio. Item, sicut phantasma est motus factus a sensu secundum actum, sic videtur intellectio esse mutatio facta a phantasmate secundum actum. Et sic falsum est quod assumitur : cum etiam ignis inferni agat in spiritum; et coelum in virtute Dei producat animam sensitivam, quam Gregorius vocat *spiritum, qui corpore tegitur, et cum corpore moritur;* et cum calor aliquid possit in virtute animæ, quod non potest in virtute ignis vel alicujus inferioris, puta generare carnem; ideo quod aliquod corpus nihil possit plus in virtute Dei quam quod |>ossel in virtute sua, vel alterius corporis aut creatura, non videtur probabile. -Sed utrum sit rvalis virtus, et qualis? Posset imaginari quidem quod virtus sacramentalis supra virtutem naturæ non est aliqua una res : sicut nec virtus in phantasmate, per quam dicitur movere intellectum possibilem in virtute intellectus agentis, est aliqua res addita propriæ natura; sicut etiam virtus in ctelo, per quam gene·

(e) r«E — *sunt* Pr.
(6) *subjective, — univoce* Pr.
(3) *corporale. — in corpore* Pr.
(6) *potest agere.* — m Pr.

rat vivum in virtute Dei, non est aliud a sua forma naturali. Igitur, sicut Deus, secundum cursum natura, aliquibus corporibus ab origine pneslitit ut in virtute sua aliquid faciant, quod in virtute propria non possunt: sic non est inconveniens quod, in cursu graliæ, supernaturaliter aliquibus rebus in casu hoc faciat. Quod enim calor calefaciat, hoc non habet nisi a divina voluntate, unde, quando Deus voluit i calor non combussit 1res pueros in camino ignis. Si ergo Deus vellet, frigus calefaceret. Quamvis enim ad actionem principalis agentis oporteat in agente esse proprium principium formam absolutam, non tamen ad actionem instrumenti oportet in ea esse illam formam .per quam producitur forma ad quam pertingit ut instrumentum; et sicut de creatura fit quidquid Deus vult passive, sic quidquid vult fit a creatura active, dum tamen non excedat limites creature. Sei istud non videtur : quia nihil agit nisi secundum quod est in actu; unde, sicut Deus non potest facere aliquid esse de novo in actu nisi per novam formam, sic nec |>olest facere aliquid realiter agere quod prius non poterat, nisi per novam formam. Nec est simile de instrumento conjuncto secundum esse, sicut est phantasma, quod est idem subjecto, vel saltem supposito, cum intellectu agente, et de sacramento, quod non est conjunctum Deo secundum esse. Item, nec est simile de forma cœli, quæ a principio habuit illam formam quæ est illa virtus, et de sacramento, quod de novo incipit habere illam virtutem, non utique per nihil. Nec est simile de potentia passiva quæ ab alio transmutatur, et de activa quæ ex se transmutat. Unde non ita facit creatura quidquid vult Deus eam facere sine virtute addita, sicut (it ex creatura quod Deus vult ex ipsa et iu ea fieri sine additione alicujus procedentis (?) illam factionem. Item, quando sacramentum applicatur, ille motus non est formaliter illa virtus quæ causât : quia, cum sit idem motus in ludente sicut in baptizante, esset eadem virtus in utroque; et quod non idem faceret, Deus impediret; sicut eadem virtus ignis fuit in camino puerorum; quod est absurdum. Unde nihil habet realem virtutem ad aliquid agendum ad quod prius non habebat, nisi capiat formam realem de novo, quam prius non habebat, quæ est illa virtus per essentiam; vel nisi per essentiam ipsa forma flat perfectior quam prius, per intensionem suiipsius, sicut forma intensa aliquid potest, quod non potest remissa; quod non habet locum in sacramento. Unde illa virtus non est ipsa motio sacramenti, prout esta Deo, sed aliquid aliud. Et magis credo quod est alia aliqua (C) forma : quia, si calor per essentiam est potentia caletactiva, quidquid habet calorem, habet virtutem calefactiva m ; unde, cum in ludente sit idem motus specie qui in non ludente, uterque n Deo essentialiter effective, ita esset ibi virtus sicut hic;quod non videtur. » — Mæc Petrus, in forma. — E.\ quibus apparet : primo, quod virtus corporalis formaliter, et per essentiam, et subjeclive, potest agere aliquem effectum spiritualem, et in passum spirituale, potissime instrumentaliter, quando agens principale est spirituale, vel spiritus; secundo, quod deductio Aureoli (4. *Sentent.,* dist. I, q. I. art. 2) (α), qua asserit exteriorem ablutionem, vel unctionem sacramentalem, esse lotam dispositionem ad gratiam quam confert sacramentum baptismi, vel confirmationis, et sic de aliis sacramentis, est vana. Vcrunitainen, quamquam pradicta responsio sit multum probabilis, et mulla vero ad nastne positionis declarationem contineat, teneo sicut prius, scilicet quod virtus quæ est in sacramentis instrumentaliter ad gratiam dispositiva, et characteris vel ornatus causativa, non est virtus corporea vel extensa, sed mere spiritualis, sicut ponit sanctus Thomas (4. *Sentent.,* diet. 1, q. 1, art. 4, q,a 2, ad 4UB'; 3 p., q. 62, art. 4, ad 1""'; *de Veritate,* q.27, art. 4. ad ium et 5ew), et ut prius recitatum est (€).

Ad secundum principale Durandi, respondet sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, ari. 4, <|u 2, in solutione quinti, ubi sic dicit : α Sicut virtus absoluta non est complete in quolibet congregatorum ad unam actionem quam nullus per se perficere potest, sicut est de tractu navis, sed est in omnibus simul, inquantum omnes sunt loco unius agentis, et sic virtus in eis exsistens suam retinet unitatem; ita etiam est de instrumentis, quando unum non sufficit. Et sic etiam est in inultis aliis quæ ad sacramentum exiguntur: quia in omnibus est illa virtus simul acceptis complete, in singulis autem incomplete. » — llæc ille. — Item, dist. 8, q. 2, art. 3, in solutione noni, sic dicit : « Quando aliquod opus perficitur pluribus instrumentis, virtus instrumentalis non est complete in uno, sed incomplete in utroque; sicut manu cl penna scribitur. Et similiter contingit in proposito : quia virtus instrumentalis ad faciendum prædictam conversionem non est tantum in verbo vel (γ) in sacerdote, sed (5) in utroque complete; quia nec sacerdos sine verbo, nec verbum sine sacerdote conficere potest. Et quia sacerdos est similior principii agenti quam verbum, quia gerit ejus figuram, ideo, simpliciter loquendo, sua virtus instrumentalis est major et dignior; unde etiam permanet, et ad mullos hujusmodi effectus se habet; virtus autem verbi transit, et ad semel tantum est. Sed secundum quid est potior virtus verbi, inquantum efficitur propinquior, quasi signum ipsius; sicut etiam penna est

( ) prwcedeniit. — *pirctpientie* Pr.
( ) quod *ctt alia* aliqwa. — *quod alta* Pr.

( ) Cir. ari. pnec., $3, HI, arg. 2.
( ) Cir. primam partem hujuscc responsionis.
(γ) rei. — wd. Pr.
(ĭ) »cd. — Om. Pr.

scripture propinquior, sed manus scribenti, η — I llæc ille. — Simile dicit, 3p., q.62, art. 4, in solutione quarti : α Sicut, inquit, eadem vis principalis agentis instrumenlaliter invenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectum, prout sunt quodam ordine unum ; ita etiam eadem vis sucramentalis invenitur in rebus et verbis, prout ex verbis cl rebus perficitur unum sacramentum. » — llæc ille. — Similia ponit, *de Veritate,* q. 27, ari. 4, in solutione decimi.

Hanc solutionem explicat Petrus de Palude (dist. 1, q. 1) dicens : « Potest dici quod est eadem virtus (or) specie in rebus et in ministro et in verbis. Quia, licet proprium accidens habeat unam propriam potentiam receptivam, tamen accidens non proprium non oportet non solum habere remotam (6) (sicut eadem albedo specie est in cygno et nive), nec etiam immediatam (γ), cum lux sit in cœlo et in aere, et non sit eadem diaphaneitas specie hic et ibi. Saltem ! de accidente supernatural! certum est hoc. Quia non est ejusdem speciei anima et $uæ potentiæ cum substantia angedi et suis potentiis, per eamdem rationem : quia, si sunt idem quod essentia, certum est quod essentia» differunt specie; si vero differunt, tunc differunt propria susceptiva, et consequenter proprietates naturales. Et tamen constat quod virtutes infusas viæ et patriæ non differunt specie in hominibus et angelis, alios non possent æquari homines angelis. Unde, cum virtus quæ est in sacramentis sil supematuralis, nihil prohibet ipsam esse ejusdem rationis, et in diversis concur rentibus ad sacramentum, quamvis differant specie vel genen». — Similiter potest dici quod sunt diversarum rationum. Nec obstat quod habent unum effectum : quia, sicut conveniunt quatuor elementa ad unum mixtum, et qualitates prima? ad medias; sic multa et diversa instrumenta concurrunt ad unum effectum, sicut hic. Una enim constellatio, quæ producit unum effectum, est cx concursu diversarum virtutum, et in eodem genere causæ.— Tamen potest dici quod non est virtus in ministro, nisi inquantum adhibet res virtutem habentes; nisi in solo Christo, qui sine rebus hoc poterat; et ideo in eo erat eadem virtusquæ in rebus, et major. Tamen virtus est in ministro quem (3) specialiter sacramentum requirit, quæ est alterius rationis sicut character sacerdotalis in unctione, pœnitentia et Eucharistia, et episcopalis in confirmatione et ordine; licet ista causa mediate (c) agat. — Est ergo virtus non in omnibus quæ sunt de essentia sacramenti. Quia, in l>aptismo, non est virtus in ministro plus quam in homine adhibente ignem ad comburendum domum; nec est in suscipiente, qui per naturam est susceplivus; sed eat in verbis et in aqua. In confirmatione autem, est virtus in ministro, scilicet character episcopiis, et in verbis et in materia (et similiter in ordine); in suscipiente autem est plentia passiva, character baptismalis. In punientia, tota virtusert in ministro et in verbis absolutioni^; potentia receptiva, ut prius, est character baptismalis, non confessio, quia ⁂ desinit quando incipit absolutio. (Potest tamen dici in satisfactione, prout e>t a sacerdote injuncta, esse virtutem; sed hoc non videtur, quia una pars satisfactionis c^t eleemosyna, quæconsistit in agendo in aliud, non in recipiendo.) In extrema unctione, similiter in ministro, verbis et unctione et oleo est virtus (z); potentia receptiva, character baptismalis. In matn monio autem est una (6) potentia recepti va, etiam (γ) in non baptizato, si est verum sacramentum; ?ed tamen forte, licet sit verum matrimonium, sine charactere baptismati non est verum sacramentum, cum baptismus sil janua sacramentorum); sed virtus est in forma, quæ fit per verba, vel aliqua signa, ita quod, cum hoc sacramentum consistat in suscipiendo, non in agendo, verba viri causant in muliere llain dispositionem et e converso. In Eucharistia vero est virtus in verbis et materia et ministro, ad conversionem; sed virtus immediate dispositiva ad gratiam, est in solis speciebus, post consecrationem. Unde virtus sacramentalis quandoque est in sola forma, sicut in matrimonio; quandoque in sola materia, sicut, post consecrationem, remanet in speciebus virtus disponens ad gratiam suscipientem; quandoque est in sola forma et ministro, sicut in pœnitentia; quandoque in forma et materia et ministro, sicut in aliis; nisi quando ex commissione Pap.c alius confirmat, vel ordinat; tunc enim commissio Papæ non potest realem virtutem in commissario causare. › — llæc Petrus, in forma. — Ex quibus patet solutio ad argumentum in parte.

Cum autem dicit arguens quod illæ diverse virtutes essent incompleta·, etc., — patet, ex supradictis, quod ubi agens principale agit per unicum instrumentum, tunc virtus instrumentalis completa et totalis potest esse in illo instrumento simplex, et non composita ex partibus diversarum rationum. Sed ubi concurrunt diversa instrumenta, oportet totalem virtutem comj»oni ex partibus diversarum talionum et ex multis virtutibus incompletis. Sic nutem est in sacramentis. Ideo argumentum non valet.

Λ<l tertium principale (3) patuit superius, in solutionibus argumentorum Scoti et Aureoli contra ronchisionein tertiam, quid dicendum. Conceditur

( ) in. — Ad. Pr.
( ) *habere renudam. — remotum* Pr.
(γ) *immediatam, — immediatum* Pr.
(o) *quem, — quam* Pr.
(c) *mediale. — mediante* Pr.

ii) *rirtifj.* -- Om. Pr.
(ÜJ) *eit una. — non* eif Pr.
(γ) *ehatn.* — Om. Pr.
(ê) *vonh a hatonem tertiani.* — Ad- Pr.

enim quoi virtus forma? verbalis, est in ultima syllabo, in ordine tamen ad pracedenles; quia tunc completur significatio orationis, et non prius. — Nec valet quod adducitur de ultima gutta aquæ, etc. Dicitur enirn quod sola illa aqua baptismatis habet virtutem sacramentalem, quæ tangit corpus baptizali, in ultimo instanti prolationis verborum : quia forma non prius agit quam materia, nec econtra; sed forma et materia simul agunt, et non unum sine alio; ideo oportet quod simul proferantur verta et corpus abluatur. — De prædictis sanctus Thomas, de *Veritate,* q. 27, art. 4, in solutione decimi, sic dicit : ‹ Quædam sacramenta sunt, in quibus requiritur materia sanclifirala, sicut in extrema unctione et confirmatione; quædam vero sunt, in quibus non requiritur de necessitate sacramenti. In omnibus eqjo verum est quod virtus sacramenti non consistit in materia tantum, sed in materia et forma simul, quæ duo sunt unum sacramentum. Unde, quanlumrumque applicetur materia sacramenti ad hominem, sine debibi forma verborum et aliis quæ ad hoc requiruntur, non sapiitur sacramenti effectus. Sed in sacramentis quæ indigent materia sanctificate, manet virtus sacramenti in materia po>l usum sacramenti partialiter. licet non complete. In sacramentis vero quæ non indigent materia sanctificate, nihil remanet post sacramenti usum. Undo aqua in qua celebratus est kiptismus, nihil plus habet quam alia aqua, nisi forte propter permixtionem chrismatis, quod tamen non est de necessitate sacramenti. Nec hoc est inconveniens ut virtus illa Stetim cesset : quia virtus illa se habet ut in fieri exsistens, et in moveri; et hujusmodi cessant, cessante motione moventis; statim enim (piando movens cessat movere, et mobile cessat moveri, x — Hæc ille.

Ad quartum principale dicitur quod major universaliter intellecta, falsa est. Non enim oportet instivimentum agere naturaliter aliquam actionem, et virtute propria, circa quamcumque materiam circa quam agit supernnturalilcr et in virtute alterius sufficit enim quod agat suam naturalem actionem circa idem suppositum. Et sic «st in proposito. Aqua enim agit circa hominem naturaliter, et supernaluraliter, et in virtute propria, et in virtuti· Dei; non tamen oportet quod in virtute propria agat circa illam partem hominis circa quam agit in virtute Dei, scilicet circa animam. Hanc solutionem dat sanctus Thomas, de Veritate, ubi supra (q, 27, art. in solutione undecimi, quod est tale: ‹ Agens prasUntius est patiente; unde Augustinus prolat, 12 Nuper Gen. mi *litteram* (cap. 10), quod corpus non imprimit in animam similitudines quibus cognoscit. Sed magas est remotum ut corpus non conjunctum animas causât in anima formam gratiæ supemaluralem, quam quod corpus conjunctum unitum causet in ea effectum naturalem. Ergo nullo modo videtur possibile quod hujusmodi corporalia elementa, quæ sunt in sacramentis, sint rausa gratiæ. n Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, quamvis corporale elementum sit ignobilius anima, et, propter hoc, non possit (a) aliquid efficere in anima virtute propriæ natura; potest tamen aliquid efficere in anima, prout esi instrumentum agens virtute divina, *d* — Hæc ille. — Item, decimo septimo, arguit sic : σ In omni instrumento requiritur sua naturalis actio, quæ aliquid conferat ad effectum intentum a principali agente. Sed materialis elementi naturalis actio nihil facere videtur ad effectum gratia·, quem Deus in anima efficere intendit : ablutio enim non magis de prope respicit a nimam3quarn ipsa aqua in baptismo. Ergo hujusmodi sacramenta non operantur ad gratiam per modum instrumenti. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod actio naturalis materialis instrumenti adjuvat ad effectum sacramenti, inquanlum per eam sacramentum applicatur suscipienti, et inquanlum sacramenti significatio per actionem praedictam completur, sicut significatio baptismi per ablutionem. » — Hæc ille. — Ex quo palet falsitas majoris argumenti principalis. Non enim oportet omne instrumentum sua naturali actione attingere omne illud quod attingit in virtute agentis principalis; sed Sufficit quod attingat idem suppositum illa duplici actione, sive secundum eamdem partem, sive secundum aliam et aliam.

De responsione vero quam arguens recitat, non est curandum. Nec oportet illam necessario sustinere, licet Petrus de Palude eamdem videatur ponere. Ait enim sic (dist. **1,q. i)** : ‹t Corpus quod exterius attingit compositum, agit, eo mediante, etiam in partem separatam, actionem quam sequitur [tassio quæ est salus et perfectio; quia intellectus intelligil corpus per contactum sensatum, et voluntas inde gaudet aut dolet. Sed actionem cujus passio sit qua· magis facta abjicit a substantia, non : tum quia anima illius capax non est; tum quia anima unitur corpori propter sui perfectionem, et non propter sui coi ruptionem. Et similiter, sacramentum per corpus quod attingit, agit in intellectum, characterem, qui est salus et perfectio, et non aliquid aliud. › — Hæc Petrus. — Nec militat contra eum replica Durandi. Nam Petrus negaret minorem ulms, scilicet quod anima. ut est Misceptiva characleris, non communicat cornposito vel corpori in aliqua conditione pertinente ad compositum, etc. Hoc enim falsum est : quia tam species quam corpus communicant in ista conditione quæ est posse pati, passione qU® est salus et jwrfeclio, sicut patet de intellectione et sensatione. Item, responsio Petii non dicit quod universaliter quidquid agit in com-

te) poMif — pn'Q'f Pr

positum, agat in quamlibet partem compositi ; sed quod illud quod agit in corpus, potest, mediante corpore, in animam, et in ejus potentias, ɑquantum cumque abjectas, actione perfective, nihil abjiciente. Item, prædiclain solutionem confirmat Petrus (ibid,), infirmando rationem Durandi (a), probando scilicet quod corpus possit agere in animam, ut instrumentum Dei. Et hoc sic : ɑ Non minus potest corpus ut instrumentum divinæ misericordiæ,quam ut instrumentum divinæ (6) justitiae. Sed ignis purgatorii, vel inferni, propter hoc habet vim affligendi spiritum. Ergo sacramentum justificandi. Nec valet solutio distinguens de actione immissiva et detenliva, quod scilicet corpus potest agere in spiritum detinendo, non autem immittendo. Quia, sicut supra naturam corporis est aliquid immittere in spiritum, sic spiritum detinere; et plus : quia, in immittendo, corpus prævalet spiritui creato (quia omne corpus habet aliquam virtutem immissivam alicujus forma' realis, spiritus autem nullam); sed in movendo localiter, vel detinendo in loco, spiritus prævalet corpori, quod sibi obedit ad nutum in motu et quiete; nec est contra naturam spiritus recipere, sicut detineri invitum in loco. Si igitur corpus, inquanlum est instrumentum divinæjustitiæ, piitesl spiritum detinere in loco, multo magis, inquanlum est instrumentum divinæ misericordia», potest in spiritum immittere. Hem. potest dici quod si corpus separatum nihil immittit in spiritum, nihilominus corpus conjunctum secundum esse immittere potest. Sicut e converso, spiritus separatus non immittit formam, nec immediate movet ad formam (dico spiritus creatus); ad nullam enim volitionern angeli sequitur immediate calefactio, vel affectio, aut passio qtiæcumque in corpore humano, sine motu locali; spiritus autem conjunctus corpori immittit formam, quia ad solam volitionern ǎnima conjuncte, sine omni motu locali, sequitur affectio, passio, aIteratio in appetitu sensitivo. Ergo similiter e converso; maxime quia totus homo, qui est præslanlior qualibet sui parte, movet unam per aliam. Et sic movens principale, est nobilius molo. Non oportet autem de instrumental! : sicut animal per potentiam generalivam generat potentiam sensitivam, quæ est nobilior. Si autem dicatur quod potentia activa, secundum quod hujusmodi, est nobilior passiva; — dicendum quod hoc est bene verum, licet non simpliciter semper. Quin senSUS exterior, secundum quod habet actu speciem, (piam interior babel tantum in potentia, est nobilior, rl sic movet illum. Et similiter, potentia calefactiva, respectu tactus, est activa; et tamen esi ignobilior simpliciter, sed nobilior secundum quid, quia habet virtute illud quod habet tactus in potentia. Et tunc dicam quod corpus movetur a sacramento secundum qualitatem corporalem quam habet in |totontia; et sensibile. in virtute naturali intellectus agentis, movet intellectum ad speciem; in virtute autem supernatural! sacramentali, movet ad characterem vel ornatum; intellectus autem agens est nobilior omni potentia animæ, secundum communem opinionem. Item, cum unus spiritus agit in alium, saltem illuminando, potent communicari corpori supernaturaiiter quod agat in spiritum, ul (x) videtur, ita quod afflictio et dolor, qui positive est in damnatis, sil effective, licet instrumentalifcret supernaturaliter, ab igne. Hem, cum ignis sit natus causare dolorem in spiritu conjuncto, licet mediante corpore, potest ei Deus conferre ut sine tali medio agat : quia in \irlute Dei non minus potest quam poterat in virtute intellectus agentis; et sic, in virtute Dei, potest sine coipore medio, quod de se non poterat sine illo. Elsie in inferno est immissio, et non solum detentio. » — Hæc Petrus. — Ex quibus patet quod ulraque præmissarum quarti principalis Durandi potest rationabiliter negari. Verumtamen in dicta solutione sunt aliqua dubia, puta quod anima per suam volitionern possit immediate alterare corpus sibi conjunctum, non pnrcedente nec mediante motu locali coniis. Et quædam alia continet dubia, et contra opinionem sancti Thomæ.

Ad quintum principale dicitur *primo,* quod falsum assumit in hoc quod dicit de instrumento localiter molo. Quia, sicut ostensum fuit superius (6), ex dictis Philosophi, 8. *Physicorum* (t. c. 82), et sui Qnnmentaloris, movens localiter violente, non solum causal in mobili motum localem, immo etiam virtutem motivam, sicut patet in motu projectorum, et in motu partium aquæ post projectionem lapidis in eam : quia, sicut dicunt tam Philosophus quam Commentator, in talibus, aliquid, postquam cessavit movere, adhuc movet, et habet virtutem movendi. Igitur, secundum eorum intentionem, aliud est virtus motiva quam motus localis, cum unum ipsorum desinat esse, alio remanente. — Quod etiam in talibus instrumentis recipiatur non solum motus localis, verum etiam forma artificiali, et virtus artificis, aliquo modo, testantur philosophi. Unde Albertus in suo primo libro *de Intellectu et intrlliyihili,* tractatu primo, cap. 4, sic dicit : « Forma artis, quæ est in mente artificis, hanc exequitur manus; et cadit in instrumentum; el hanc suscipit ferrum. Quæ proportionaliter in omnibus illis est eadem Sed tamen est magis determinata ad materiam in manu quam in mente, el iterum in malleo quam in manu. Maxime autem in ferro est determinata, eo quod ferrum materin-

(a) *tciliret.* — Ad, Pr.
(C) uf irwlrtmienfuni dirm.r. — Om Pr.

( ) ul. — nrc Pr.
( ) Cfr. § pr.vc., III, ad tertium Aureoli.

liter («) suscipit eam. › — Hæc ille. — Item, in 11. *Metaphysic#,* tract. 2, cap. 33,similia «licit; el in ꝑnulti aliis locis.

Cum autem dicit arguens, quod per motum localem nulla forma acquiritur mobili, — dicitur quod hoc est falsum : quia per talem motum acquiritur forma ‹!e prrdicamento *ubi,* non solum locus exterior; alias talis motus non esset subjective in mobili, sed in corpore locante mobile. Hursus, per motum localem quandoque acquiritur gravitas actualis, vel impetus; sicut patet, quia grave descendens de alto, continue velocitat motum suum. El iterum, nos non dicimus quod forma artis, vel virtus, acquiratur instrumento per motum localem, sed simul cum motu locali, per quemdam influxum artis in manum et in instrumenta; qui quidem influxus non est proprie motus, aut transmutatio physica. Unde sanctus Thomas, *de Potentia Dei,* q. 5, art. 8, sic dicit : e Corpus habet actionem duplicem. Unam quidem secundum proprietatem corporis, ut scilicet agat per motum; hoc enim est proprium corporis, ut motum moveat et agat. Aliam autem habet actionem, secundum quod attingit ad ordinem substantiarum separatarum, et participat aliquid de modo ipsarum; sicut natura inferiores consueverunt aliquid participare de propria natura superioris, ut apparet in quibusdam animalibus, quæ participant aliquam similitudinem prudentia·, qu.e est propria hominis. Hæc autem est actio corporis, quæ non est ad transmutationem materiæ, sed ad quamdam diffusionem similitudinis fonnæ in medio,secundum similitudinem spiritualis intentionis quæ recipitur de re in sensu vel in intellectu. Et hoc modo sol illuminat aerem, et color multiplicat speciem suam in medio. › — Hæc ille. — Ex quibus palet quod corpus aliquid participat de (C) modo actionis substantiarum separatarum, diffundendo, sine transmutatione, suam similitudinem in aliud corpus. Non ergo est inconveniens si anima humana, quæ vicinior est substantiis separatis secundum natura ordinem, participat illum modum agendi el influendi : ut scilicet intentionem suue forms influat membris, et, mediantibus membris, influat instrumentis et materiæ exteriori intentionem forms artis.

Dicitur iccundo principaliter, quod illud quod dicit arguens de instrumento secundo modo dicto, manifeste falsum est : nam agens primarium videmus influere in secundarium, sive sit conjunctum, sive separatum. Et de separato patet : nam coelum influit lumen et virtutem activam corporibus inferioribus; magnes influit virtutem ferro, ita ut ferrum confricatum vel tactum a magnete habeat virtutem trahendi aliud ferrum; sensibilia imprimun mediis virtutem immutandi sensum; animal imprimit virtutem formativam semini, et similiter planta grano.

De predictis sanctus Thomas, *de Potentia Del, q.* 3, art. 7, sic dicit : ‹i Secundum ordinem causarum invenimus esse ordinem effectuum; quod necesse est, propter similitudinem effectus et causae. Nec causa secunda jiolest in effectum primæ per virtutem propriam, quamvis sit instrumentum primæ causæ respectu illius effectus. Instrumentum e.iim est causa quodammodo effectus principalis cause, non per formam vel virtutem propriam, sed inquantum participat aliquid de virtute principalis causai per motum (a) ejus; sicut dolabra non est causa rei artificiatæ per formam vel virtutem propriam, sed per virtutem artificis a quo movetur, el eam quoquo motio participat. Unde quarto modo unum est causa actionis alterius, sicut principale est causa actionis instrumenti. Et hoc modo etiam oportet dicere quod Deus est causa omnis actionis rei naturalis. Quanto enim aliqua causa est altior, tanto est communior et efficacior; et quanto est efficacior, tanto profundius ingreditur effectum, et de remotiori potentia ipsum reducit ad actum. In qualibet autem re naturali invenimus quod est ens, et quod est res naturalis, et quod est talis vel talis natura. Quorum primum commune est omnibus entibus; secundum omnibus rebus naturalibus; tertium omnibus exsistentibus in una specie; el quartum, si addamus accidentia, est proprium huic individuo. Hoc ergo (C) individuum agendo non l›otebl constituere aliud in simili specie, nisi prout est instrumentum illius causæ quæ respicit totam speciem et ulterius totum esse natura inferioris. Et. propter hoc, nihil agit ad speciem in istis inferioribus, nisi per virtutem corporis cœlestis; nec aliquid agit ad esse, nisi per virtutem Dei. Ipsum enim esse est communissimus effectus primus el intimior omnibus aliis effectibus; el ideo soli Deo competii, secundum virtutem propriam, talis efferius, unde, ut dicitur in libro *de Causis* (prop. 9), intelligenlia non dat esse, nisi prout est in ea virtus divina. Sic ergo Deus est causa cujusiibet actionis, prout quodlibet agens est instrumentum divinævirlutis operantis. Sic ergo, si consideremus supposita agentia, quodlibet agens particulare, est immediatum ad suum effectum. Si vero consideremus virtutem qua fit actio, sic virtus superioris causæ erit immediatior effectui quam virtus inferioris : nam virtus inferior non conjungitur effectui nisi per virlutem superioris; unde dicitur in libro *de Causis* (prop. 1), quod virtus causæ primæ prius influit in causatum, et vehementius ingreditur in ipsum. Sic ergo oportet virtutem divinam adesse cuilibet rei

(i) materialiter. — naturalite» Pr.
(4) tie. — Orn Pr.

(s) molum. — mot/uni Pr.
ṷ) rryo. — enim Pr.

agenti, sicut virtutem corporis cœloBtisad cuilibet corpori dementari agenti. Sed in hoc differt : quia ubicumque est virtus divina, est essentia divina; non autem essentia corporis coelestis est ubicumque est sua virtus; et iterum Deus est sua virtus, non autem corpus coeleste. Et ideo potest dici quod Deus in qualibet re naturali operatur (?) inquantum ejus virtute quælibet res indiget ad agendum ; non autem potest proprie dici quod cœlurn semper agat in corpore dementari, licet ejus virtute corpus dementare agat, etc. » — Hæc ille. — Item, in solutione septimi, sic dicit : « Virtus naturalis quæ est in rebus naturalibus in sui institutione collata, inesl eis ut quadam forma habens esse ratum el firmum in natura. Sed illud quod a Deo fit in re naturali, quoactualiler agit, est ut intentio sola, habens quoddam esse incompletum, per modum quo colores sunt in aere. Sicut igitur securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari potuit quod vis artis esset in ea quædam forma permanens, nisi haberet intellectum; ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens, non autem vis qua agit ad esse ut instrumentum primæ causæ, nisi daretur ei quôd esset universale essendi principium. Nec iterum virtuti naturali conferri potuit ut moveret seipsam, nec ut conservaret se in esse. Unde patet quod, sicut instrumento artificis conferri non potuit quod operaretur absque motu artis, ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur absque operatione divina. » — Hiec ille. — Ex quibus patet quod agentia naturalia inferiora, pneter proprias virtutes naturales, accipiunt virtutem activam instrumentalem, et a Deo, et a corpore cœlesti. — Simile ponit 1 p., q. 115, ari. 3, in solutione secundi, ubi dicit quod α quidquid in istis inferioribus generat el (6) movet ad speciem, est (γ) sicut instrumentum corporis cœlestis, secundum quod dicitur, 2. *Phyeicôrum* (l. c. 26), quod sol et homo generant hominem d. Item, q. 66, art. 3, in solutione secundi, sic dicit : « Cœlurn empyreum influit in primum cœlurn quod movetur, non aliquid transiens et adveniens per motum, sed aliquid fixum et stabile, puta virtutem continendi el causandi, vel aliquid hujusmodi ad dignitatem pertinens. » Item, *de Potentia Dei,* q. 5, art. 8, postquam distinxit de duplici actione corporis, de qua supra dictum est, subdit : « Uterque autem modus actionis in istis inferioribus causatur ex corporibus coelestibus. Nam ignis calore suo transmutat materiam, ex virtute corporis cœlestis; et corpora visibilia multiplicant suas species in medio, virtute luminis, cujus fons est in cœlesti corpore. Unde, si utraque actio corporis cœlestis cessaret, nulla actio in istis inferioribus remaneret. Sed, cessante motu coeli, cessabit prima actio, sed non secunda. Et ideo, cessante motu cœli, erit quaedam actio in istis inferioribus illuminationis et immutationis medii a sensibilibus; non autem actio per quam transmutatur materia, quam sequitur generatio el corruptio. » — Hæc ille.

Quod autem magnes influat virtutem motivam ferro, testatur Commentator, 7. *Physicorum,* com. 10, ubi sic dicit : « Attractio autem in qua attrahens est quiescens, et attractum est motum, non est attractio in rei veritate; sed attractum movetur ex se ad attrahens, ut perficiat se : ut lapis movetur ad inferius, et ignis ad superius. El similiter oportet hoc intelligent de inolu ferri ad magnetem, et alimenti ad membra (e) : verbi gratia, de motu sanguinis ad superiora corporis, el universaliter nutrimenti arboris ad superiora. Sed est differentia inter illa et illa qua moventur ad locum proprium : quoniam illa moventur ad locum, sive fuerit propinquus. aut remotus; nutrimenta vero non moventur ad nutriendum, nisi cum fuerint in aliqua dispositione determinata. El similiter ferrum non motetur ad magnetem, nisi cum fuerit in aliqua qualitate de magnete. Et ideo magnes, quando fricatur (6) cum allio, amittit virtutem : nam ferrum tunc non acquirit de lapide in illa dispositione qualitatem per quam innatum est per se ferri ad lapidem. Et hoc manifestum est in (γ) cacabo, quod alti ahii paleam, quando calefit. Ergo modus ille motionis, si dicatur attractio, non intendebatur ab Aristotele in hoc nomine *attractio,* cum collocetur in eis quæ moventur ex se. » — Hæc Commentator. — Ex quo patet quod, secundum eum, ideo ferrum movetur ad lapidem illum, quia lapis ille imprimit ferro aliquam qualitatem et virtutem motham.

Item, quod animal vel planta imprimat semini suam virtutem, testatur sanctus Thomas, *de Potentia Dei,* q. 3, art. 9 (ad 9,n), ubi sic dicit : « In semine, a principio suæ decisionis, non est anima, sed virtus animæ, quæ fundatur in spiritu qui (o) in semine continetur, quod de natura sui spumosum est, et per consequens corporalis spiritus contentivum. Ista autem virtus agit disponendo materiam, el formando ad susceptionem (t) animæ, etc. » Item, art. 11, in solutione quinti, sic dicit : « Instrumentum inlelligitur moveri a principali agente, quamdiu relinet virtutem a principali agente impressam. Unde sagitta tamdiu movetur a sagittante, quamdiu manet \is impulsus projicientis. Sicut etiam generatum tamdiu movetur a generante, in

(a) *operatur, — operetur* Pr.
(δ) *'jefierai rt, — generatur* Pr.
(γ) *eit. — Οπι* Pr.
(s) *membra. — membrum* Pr.
(6) *fricatur, — fertur* Pr.
(y) in. — Om. Pr.
(B) </ui. — *quod* Pr.
(<) *tu^ceptionem, — turi eisionrm* Pr.

gravibus ct levibus, qiiamdiu retinet formam traditam m!)› a generante· Unde el semen Lundin intelligitur moveri ah anima generanti», qiiamdiu remanet virtus impressa ab anima, licet corporaliter sit divisum. Oportet autem movens et motum esse simul, quantum ad principium motus, non tamen quantum ad totum motum, ut patet in projectis. » — H.ec illo. — Item, l p., q. 118, art. I. in solutione tertii, sic dicit ; « Illa vis activa quæ est in semine, ex anima generantis derivata, est quasi quædam motio ipsius animae generantis; neque est anima, aut pars animæ, nisi in virtute; sicut in serra, vel securi, non est forma lecti, sed quædam motio ad talem formam. El ideo non oportet quod ista vis activa habent aliquod organum in actu, sed fundatur in ipso spiritu incluso in semine, quod est spumosum, quod etiam attestatur ipsa albedo ejus; in quo etiam spiritu est quidam calor ex virtute corporum cœlestium, quorum virtute agentia inferiora agunt. Et quia in hujusmodi spiritu côncurrit virtus animæ cum virtute coelesti, dicitur (s) quod homo *generat hominem, et sol.* Calidum autem dementare se habet instrumcnlaliter ad virtutem animæ, sicut etiam ad virtutem nutrilivam, ut dicitur m 2 *de Anima* (t. c 50). » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod animal generans imprimit virtutem instrumento suo, quod est semen. Et idem patet de planta generante plantam.

Quod autem sensibilia imprimant medio intentiones formarum suarum, quarum virtute medium movet sensum, patet ex 7. *Phytieorum,* comento 12, el per totum secundum librum *dc Anima.*

Ex quibus apparet falsatas illius dicli arguentis, quo dicit quod agens secundarium separatum nullam virtutem accipit a primario agente, nisi suam propriam formam substantialem, et accidentia naturalia ilLm consequentia.

Utrum autem agens secundarium conjunctum, vel principium agendi, quod est qualitas activa, recipiat aliquam virtutem ab agente principali, quod est forma substantialis in eodem subjecto vel supposito exsistens, puta calor ab anima rationali vel sensitiva? Dicitur quod sic, ad hunc sensum : quia calor ille alienus speciei est quam sit calor exsistens m non viventibus, aut non sentientibus, aut non rationalibus; ita quod virtus addita tali calori non intelligatur esse aliqua qualitas distincta essentialiter a calore, sed osse quædam differentia specifica addita ipsi generi caloris, ad constituendum speciem quamdam caloris distinctam ab aliis caloribus. Posset etiam dici quod virtus animæ influxa calori animalis, quæ est instrumentum animæ vegetativæ, rsset quedam virtus calori illi superaddita, sicut ct calor coelestis inclusus in semine, concurrens ad generationem animalis. Nec valet ratio quam arguens in oppositum inducit, quod esset processus in infinitum. Hunc enim processum non oportet timere: quia dicetur faciliter quod illa virtus calori naturali superaddita non agit ultra suam speciem, quia continet in virtute totam speciem animæ vel animalis, non autem calor naturalis dementaris. Verumlamen, quidquid sil de calore et de similibus qualitatibus, tamen, sicut in 2. *Sentent.* (dist. 3, q. 2) diffusius ostensum est, intellectus agens influit in phantasmata, el una potentia animæ in aliam, et habitus in habitum.

El hæc sufficiant ad quintum principale Durandi.

Ad sextum dicitur quod prima conclusio ibidem deduda, optime sequitur ex promissis, scilicet quod sacramenta novæ legis, sicut non sunt signa gratiæ nisi ex divina pactione, vel institutione, vel ordinatione, ita nec sunt causa ğratia nisi ex tali ordina-» tione. Et illa conclusio conceditur tanquam vera. Sed secunda conclusio quæ ibidem infertur, scilicet quod sacramenta novæ legis non sint causa gratiæ per aliquam virtutem inhaerentem, nullo modo sequitur ex præmissis; ideo negatur tanquam falsa, et impertinens argumento. Plus enim requiritur ad rationem causæ, potissime causæ perse, quam ad rationem signi ad placitum instituti; cujusmodi sunt sacramenta novæ legis. — Item, secundum illum modum arguendi, probaretur quod nullum signum esset causa per aliquam virtutem inhærenlein; quod est falsum. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 1, ql' 1, in solutione quinti, sic dicit : < Signum, quantum in se est, importat quid manifestum quoad nos, quo manuducimur in cognitionem alicujus occulti. Et quia, ut frequentius, effectus sunt nobis manifestiores causis, ideo signum quandoque contra causam dividitur : sicut demonstratio *quia* dicitur per signum a Commentatore in I. *Physicorum* (com. 2); demonstratio autem *propter quid* est per causam. Quandoque autem causa est manifesta quoad nos, utpole cadens sub sensu; effectus autem occultus, ut si quid expectatur in futurum ; et tunc nihil prohibet causam signum sui effectus dici. » — Hæc ille.

AU septimum, negatur minor. Unde Petrus de Palude (dist. I, q. 1) ad hoc argumentum sic respondet : « Licet circumcisio non imprimeret characterem, tamen dispositionem imprimebat : (juin, secundum Bedam, agelmt ad originale tollendum; quia erat perfectius quam quodeumque aliud sacramentum. » — Hæc ille. — Et huic solutioni satis concordat sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 2, art. 4, q'l 1, in solutione tertii, ubi sic dicit : x Sicut in baptismo manet character spiritualis, ratinne cujus, fictus, deposita fictione, offectum l>apti<mi recipit; ita manebat character exterior in circumcisione, quæ hoc idem officiebat, b — Hæc ille. — Aliter dicitur, et melius, quod similitudo

(i) dicitur. — *Dei* Pr.

data de Kiptismo ct circumcisione non valet : quia, ut dicetur in sequenti quæslioiu», circumcisio nihil causabal effective; secus est de baptismo.

Ad oclavum respondot Petrus de Palude (dist. 1, q, 1) in hunc modum, dicens quod non valet similitudo. « Quia legis non est facere, sed docere; unde legis perfectioris non est facere quod imperfectior non finit, sed perfectiora praeopta aut consilia dare, el imperfecta mutare. Et sic se habet lex nova ad veterem. Sed sacramentum dicitur a sacrando. Unde imperfectum est sacramentum quod sanctitatem significat et non causal; perfectum autem debet aliquo modo causare. Ideo, etc. — Vel dicendum quod aliqua promissa (a) in lege veteri, solvuntur in nova, |>er ipsammet legem novam, sicut declaratio veritatis et gratiæ. Quod enim lex vetus docebat obscuro, et promittebat docendum clare, hoc clare docet lex nova, sicut articulos de humanitateChrisli, el hujusmodi. Aliqua vero (€) Deus exhilæt in ea, sicut quæ sunt gratiæ; aliqua post eam, sed per eam, sicut quæ sunt gloriæ (γ). Et similiter est de sacramentis : quia gratiam quam vetera promittebant, Deus exhibet in novis, scilicet (c) per ea dispositionem ad gratiam causât. › — Ilæc ille, et bene, et concordi ler sancio Thomæ, *de Veritate,* q. 27, art. 4, ubi sic dicit : « Sacramenta novæ legis esse aliqualiter causam gratiæ, necesse est poni. Propter hoc enim lex vetus occidere dicebatur, et transgressionem augere, quia cognitionem peccati faciebat, gratiam voro adjutricem contra peccatum non conferebat. Si igitur nova lex gratiam non conferret, similiter occidere diceretur, ct transgressionem augere; cujus contrarium doctrina apostolica profitetur. Non autem confert gratiam per solam instructionem, quia lex vetus hoc habebat;sed per sua sacramenta gratiam aliqualiter causando. Unde Ecclesia non est contenta calechismo, quo instruit accedentem; sed ei superaddit sacramenta, ad gratiam habendam. Quam quidem sacramenta veteris legis non conferebant, sed tantum significabant. Significatio vero ad instructionem perlinet. Sic ergo, quia velus lex tantum instruebat, ejus sacramenta erant gratiæ solum signa; quia vero lex nova instruit et justificat, ejus sacramenta sunt causa gratiæ el signa. » — Hæc illo.

Dicitur ulterius, quod excellentia nova' legis et suorum sacramentorum, quam eis arguens attribuit supra sacramenta veleris legis, nulla est, aut multum insufficiens : quia ex quo sacramenta novæ legis nihil penitus efficiunt ad justificationem plus quam sacramenta veteris legis, sequitur quod lex nova non plus justificat quam vetus, sed solum quod alio rnodo significat gratiam quam vetus, et quod Deus justificat in ista, et non in illa. De hoc beatus Thomas, *de Veritate,* ubi supra (q. 27, ari. 4), sic dicit : « Quomodo autem sacramenta sint causa gratiæ, non eodem modo omnes tradunt. Quidam enim dicunt quod sunt causa gratiæ, non quia aliquid ad gratiam habendam operentur per aliquam virtutem cis inditam, sed quia in eorum susceptione gratia datura Deo. qui (a) sacramentis assistit, ut sic dicantur causa gratiæ per modum causae *sine (μια non.* Et ponunt exemplum de hoc quod aliquis Italiens denarium plumbeum, accipit centum libras: non ideo quod denarius plumbeus sil rausa faciens ad acceptionem centum librarum; sed quia sic est statutum ab eo qui potest dare, ut quicumque defert talem denarium, accipiat Liniam pecuniam. Similiter statutum esta Deo ut quicumque accipiat sacramenta non fictus, gratiam accipiat, non quidem a sacramentis, sed ab ipso Deo. El hoc idem dicunt sensisse Magistrum in 4. *Sentent.,* dist. 1, cum dixit quod *accipiens sacramentum, quænt salutem in inferioribus se, etsi non ab illis.* Hæcautem opinio non videtur sufficienter dignitatem sacramentorum novæ legis salvare. Si enim recte consideretur exemplum ab eis positum, et alia similia, non invenitur quod causa quam dicunt sine *qua non,* se habeat ad effectum, nisi sicut signum. Denarius plumbeus non est nisi signum acceptionis pecuniæ, et baculus polesLvlis quæ (6) confertur abbati. Unde, si sic se habent sacramenta novæ legis ad gratiam, sequitur quod sint solum signa gratiæ, et ila nihil habebunt præ sacramentis veleris legis; nisi forte quis dicat quod sacramenta novæ legis sint signa gratiæ simul cum eis dalæ, sacramenta vero veteris legis gratiæ promisse. Sed hoc magis pertinet ad conditionem temporis quam ad dignitatem sacramentorum : quia in tempore illo promittebatur gratia, nunc autem est tempus plenitudinis gratiæ, propter reparationem humanæ nature jam faciam; unde, secundum hoc, sacramenta ista, si tunc fuissent, cum toto eo quod nunc habent, nihil plus fecissent quam illa, nec illa nunc minus facerent quam (γ) ista, etiam nulla additione eis facta. › — Hæc ille.

Λ<l nonum dicitur primo, quod, sicut supra visum fuit, ex illa diffinitione Augustini bene intellecta arguitur quod sacramenta sunt causa gratiæ instmmontalis, aliquo modo effectiva gratiæ, cum dicit quod divina virtus in eis operatur. Et, dato quod prima facie appareret alicui quod (J) Augustinus in diffinitione quam allegat arguens, non dicat sacramentum esse causam gratiæ, tamen ex

( ) promiwi. — *permiua* Pr.
( ) Aliqua vero. — *Aha vera* Pr.
(γ) *qlorur.* — *gratur* Pr.
(δ) *scilicet.* — *sed* Pr.

(a) *qui.* — *qur* Pr.
(<δ> 7U7T. — *qui* Pr.
(γ) *quam.* — *pro* Pr.
(δ) *licet.* — Ad. Pr.

multis dictis ejus hoc habetur (e), utputa eum dicit aquam baplismalem abluere cor, et habere tantam vim ad hoc : si enim nihil faceret ad justificatio nem, sed esset tantummodo signum, non diceret illam habere tantam vim; sicut de denario plumbeo non recte dicitur quod habeat vim. nec quod det centum libras. — De hoc Gratianus, cans. **I**, q. **I**, can. *Detrahe,* sic dicit : *Detraho verbum* aqua?, quid r-t. niri aqua? *accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Unde ista est tanta vir·tus mpue, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? non quia hoc dicitur, $cd quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud est sonus transient, aliud virtus permanens.* — Hæc ille.— Et sunt verba Augustini, super illud Joan. 15 (v. 3), Voa *mundi estis propter sermonem,* etc., ubi multa dicit de virtute verbi et baptismi, quæ nullo modo possunt bene intelligi de causa *sine qua non,* quæ nihil penitus efficit respectu effectus cujus dicitur causa. — Item, *de Consecratione,* dist. 4 (can. 2): *Per baptismum agitur ut caro peccati evacuetur.* Et sunt verba Augustini, *dc Baptismo parvulorum* (lib. 1, cap. 39). — Item, ibidem (can. 4) : *Non potest quis gratiam vitte cxlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pivnitentix confessionem. per donum baptismi salutaris Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi.* Et sunt verba Chrysostomi *(llotnil. dc Pamilent.).* —liem, ibidem (can. 8) : *Parvuli baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem, ct offerentis responsionem.* Et sunt verba Augustini, *de Baptismo parvulorum* (lib. 1, cap. 32). — Item, ibidem (can. 9) : *Per aquam baptismi transitus est de terrenis ad coelestia. Ideo Pascha dicitur transitus. Hic transitus est dc terrenis ad coelestia, de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento* (β) *ad sanctificationem. Qui per hanc aquam transit, non moritur, sed resurgit.Non omnis aqua sanat, sed illa qux habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio. Non sanat aqua, nisi Spiritus Sanctus descendat in cam, ct aquam diam consecret.* El sunt verba Ambrosii, *de Sacramentis* (lib **I**, cap. 4). — Item, ibidem (can. 10) : *Nunquam baptismi aqua purgare peccata credentium posset,* nisi *tactu dominici corporis* «an*ctificata fuisset.* Et sunt verba Chrysostomi (γ). — Item, ibidem (can. 13): *Proprie* in *morte crucifixi, ft* in reittrrt'diww *a mortuis, potentia baptismi novam creaturam condidit ex cetere.* Et sunt verba Leonis Papæ universis episcopis per Siciliam constitutis (epist. 4, cap. 3) (a). El multa similia ibidem recitantur. — Hem, Ambrosius, in quodam sermone de Epiphania, qui incipit, *Intelligent possumus, Fratres, etc.,* sic dicit : *.Sicut post partum glorificato est Marite castificatio; ita, post baptismum Christi, aqu:c est purificatio comprobata ; nisi quod majori munere quam Maria hæc unda ditata est. Illa enim sibi tantum meruit castitatem; ista etiam nobis contulit sanctitatem. Illa meruit ne peccaret; ista ut peccata portaret. Illa propria delicta a se repudiat ; ista in se, per Dei gratiam, aliena condonat. Illi est collatu virginitas; isti donata fecunditas. Illa unum procreavit , ct pura est; ista generat plures, et virgo est. Illa, prirter Christum, filium nescit; ista, cum Christo, mater est populorum.* — Hæc Ambrosius.— Item. Augustinus, ut recitat sanctus Thomas, 3 p., q. 62, art. 4, in solutione tertii, in quodam sermone de Epiphania, sic dicit : *Nec mirum quod aquam, hoc est, substantiam corporalem , ad purificandam animam dicimus pervenire. Pervenit plane, et penetrat conscientiae universa latibula. Quamvis enim ipsa sit subtilis et tenuis, benedictione tamen Christi subtilior, occultas vitie causas ad secreta mentis subtili rore pertransit.* — Hæc ille. — Item sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 7, q. 1, ari. 3, qh 1, in solutione secundi, sic dicit : ‹t Dionysius dicit, in line *Ecclesiasticæ Hierarchix* (cap. 7) : *Consummativas autem invocationes,* id est, verba quibus perficiuntur sacramenta, *non est justum Scripturis interpretari* (6), *neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad com·mune adducere ; sed, ut (γ) nostra traditio habet, sine pompa,* id est, occulte, *ea edocens,* etc. Ex quibus verbis Iria possumus accipere. Primo, quod Apostoli in sacramentis utebantur certa forma verborum : quia ipse alibi (eod. libr., cap. 1) dicit quod tradit ritum sacramentorum sicut Apostoli docebant. Secundo, quod in occulto tradebantur hujusmodi sacramentalia in primitiva Ecclesia. Tertio, quod in ipsis verbis est quædam virtus ; quod quidam negant. » — Hæc ille. — Item, 3 p., q. 73, art. 1, in solutione secundi, sic dicit : α Aqua baptismi non causal aliquem spiritualem effectum propter ipsam aquam, sed propter virtutem Spiritus Sancti in aqua exsistentem. Unde Chrysostomus dicit super illud Joannis5(v. 4), *Angelus Domini secundum tempus,* etc. : *In baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cum Spiritus Sancti susceperit gratiam, tunc omnia solvit peccata,* n — Hæc ille.—

(s) *habetur. — haberetur* Pr.
(6) irw;umanunio. — inquinato Pr,
(γ| itnmo Chroautii, in cap. 3 Math., tract. 1 (Cfr Cnr-*p »» Jun» lanomci,* «dit. Lipsirns. 2, vol. 1, pag. 1363, noi. 116).

(*) Leoni» Pαρκ unirenb *Episcopu per Su iham constilutis* (rpiii. 4, *cap.* 3). — Siririi *I*apx, in concilio Terraconenn* Pr.
(6) *Scripturi» interpretari. — Scriptura» interpretantibus* Pr.
(γ) ut. — Om. Pr.

Ex quibus omnibus, et multis aliis sanctorum dictis, quæ adduci possent, apparet manifeste quod, cum Magister addit diffinitioni Augustini, sacramenta esse causam graliæ, non addit ex propriis, sed ex dictis Augustini et aliorum sanctorum, et quod in hoc sequitur mentem eorum. Item, apparet quod opinio Durandi et aliorum dicentium sacramenta nihil efficere ad justificationem vel gratiæ susceptionem, nec habere aliquam virtutem eis inditam ad hoc efficiendum, mullum extranea et discors est a mente sanctorum; el quod detrahit nova· legi el suis sacramentis, ponendo ea infirma, egena, et nullius activitatis, sicut erant sacramenta veleris legis.

Dico secundo, quod glossa quam dat arguens ad dicta Magistri, nihil valet, cum sil contra mentem Magistri el sanctorum, el forte contra dicta Christi et Apostolorum. Christus enim dicit, Joan. 3(v. 5): Nisi *quis renatus fuerit ex aqua,* etc.; constat autem quod ly *ex* non potest importare ibidem solam causam *sine qua non,* nisi summe abusive loquendo. Item, Paulus, *Ephcsior.* 5 (v. 2G) : *Mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.* Item, Petrus, 1. Petri,3(v.21) : *Salvos facit baptisma.El* inulta talia, quæ Augustinus recitat, Joan. 15. el applicat ad propositum nostrum et suum.

Dicitur tertio, quod distinctio quam facit arguens de duplici accidente, non valet ad propositum. Tum quia, ut visum est, sacramentum non se habet ad causandum gratiam solum per modum causæ par accidens, nihil omnino efficientis. Tum quia, licet accidens proprium, vel inseparabile (quod ideo dicitur accidens quia inhæret ei cujus dicitur accidens), possit poni in descriptione subjecti vel diffinitione *quid nominis;* tamen accidens quod non dicitur accidens ab inhærendo, sed ex sola concomitantia ad illud cujus dicitur accidens, nec fluit ex principiis ejus, nec notifiait ejus essentiam, nec virtutem, immo potius ducit in errorem circa pnedicta, nullo modo debet poni in ejus descriptione vera, sicut in vera diffinitione *quid nominis.* Sic autem esset in proposito, si sacramentum nihil omnino efficeret respectu gratiæ : quia causalitas graliæ non inhæreret sacramento, sed concomitaretur illud; nec notificarel ejus essentiam aut virtutem, sed potius abduceret ab ejus notitia, cum non causa diceretur esse causa, el non efficiens, efficiens; sicut si quis vellet describere quantitatem, dicens eam esse principium motus el quietis corporum physicorum, quia scilicet talia non fiunt sine quantitate.

Ad decimum dicitur primo, quod arguens false glossal Augustinum. Nam, quantumcumque garruletor, non potest evadere quin Augustinus dicat quod aqua baptismi cor abluit; quæ ablutio non Iit sine gratia. Hem, Augustinus dicit quod esf *tanta vis in illa aqua;* quod non diceret, si sentiret illam solum esse causam *sine qua non* et per accidens, el nihil omnino efficere, sed significare; quia in signo et in causa per accidens et *dnequa non,* non (?) oportet |K>nere vim nec virtutem ad abluendum aut efficiendum. Hern, quia non solum Augustinus dicit hoc semel, sed saepissime, sicut et alii sancti, post Christum el Apostolos.

Dicitur secundo quod false exponit Dedam et alios sanctos post quos Beda locutus est, ut patet ex prodictis. Et cum dicit arguens, quod dictum Bedæ est contra nos, quia caro Christi non est passio Christi, etc., — dicitur quod passio Christi non causât virtutem sacramentalem ut passio est, sed ratione subjecti sui, quod fuit can) Christi unita divinitati, vel ratione sui suppositi, quod est Christus. Et ideo et caro Christi et passio causant illam virtutem; sed immediatius caro, ex parte principalis agentis; passio nutem fuit immediatior effectui, ut supra in simili dictum fuit. — De prodictis sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 27, art. 4, sic dicit : « Nec sacramentum, nec aliqua creatura potest dare gratiam per modum perse (ζ) agentis; quia hoc solius divins virtutis est. Sed sacramenta instrumentaliter ad gratiam operantur. Quod sic patet. Damascenus *(de Fid. Ort.),* enim, tertio libro (cap. 15), dicit quod humana natura erat vehit organum divinitatis. Et ideo humana natura aliquid communicabat in operatione virtutis divina· : sicut quod Christus tangendo leprosum mundavit; sic enim tactus Christi causabat instrumentaliter salutem leprosi. Sicut autem humana natura in Christo communicabat ad effectum divina» virtutis instrumentaliter in corporalibus effectibus, ita etiam in spiritualibus. Unde sanguis Christi, pro nobis fusus, habuit vim ablutivam peccatorum; *Apocalgps.* 1 (v. 5) : *Lavit nos a peccatis nostris* in *sanguine sim;* et, *Roman.* 3 (v. 24 el 25) : *Justificati in sanguine ipsius.* Elsie humanitas Christi est causa instrumentalis justificationis. Quæ quidem causa nobis applicatur spirilualiter per fidem, el corporaliter per sacramenta : quia Christi humanitas et spiritus el corpus est, ad hoc ut effectum sanctificationis, qua» est per Christum, in nobis percipiamus. Unde illud sacramentum est perfectissimum, in quo corpus Christi realiter continetur, scilicet Eucharistia; el est omnium aliorum consummativum, ut dicit Dionysius in *dc Ecclesiastica Ilierarchia* (cap. 3). Alia vero sacramenta (γ) participant aliquid de \irlute illa qua humanitas Christi instrumentaliter operatur ad justificationem ; ratione cujus sanclificalus baptismo sanclificatus in sanguine Christi dicitur ab Apostolo, *Hebræor.* 10. Unde el passio Christi in sacramentis dicitur operari. Et sic sacramenta novæ legis sunt causa graliæ, quasi

non. — Om. Pr.
(C) per *te.* — *pertuiiti* Pr
(γ) i/uir. — Ad. Pr.

instrumentaliter operantia ad gratiam. a — Hæc ille. — Ex quibus patet quod el Christi humanitas el ejus passio operantur in sacramentis. Sed specialiter circa sacramentum baptismi, de quo vertitur quaestio, a quo habeat efficaciam, utrum carne Christi, vel ejus passione, sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 3, q. i, art. 5, dicit sic, in solutione secundæ quaestiunculae : c Multiplex, inquit, fuit baptismi institutio. Fuit enim primo institutus, quantum ad materiam, in baptismo Christi : tunc enim vim regenerativam aquis contulit. Et aliquo modo forma fuit figurata per praesentiam trium personarum in signo visibili; quia Pater apparuit in voce, Filius in carne, Spiritus in columba. Et similiter fructus baptismi ibidem praefiguratus fuit; quia coeli aperti sunt super eum. Sed necessitas ejus fuit declarata Joan. 3 (v. 5), ubi dixit : A'ist *quis renatus fuerit,* etc. Sed usus ejus fuit inchoatus quando misit discipulos ad praedicandum et baptizandum, ut patet, Matth. 10. Sed efficaciam habuit ex passione Christi, quantum ad ejus ultimum effectum, qui est apertio januae. Sed divulgatio ejus quantum ad omnes nationes, praecepta fuit Matth. ull. (v. 19), ubi dixit : *Euntes docete omnes gentes,* etc. › Ex quibus patet quod baptismus accepit virtutem instrumentaliter el ex contactu camis Christi, et ex ejus passione, sed diversimode. Item, 3 p., q. 66, art. 2, in solutione primi, sic dicit : ‹ Ante passionem Christi, baptismus habebat efficaciam a Christi passione, inquantum ipsam praefigurabat; aliter tamen quam sacramenta veteris legis; nam illa erant figurae tantum, baptismus autem ab ipso Christo habebat virtutem justificandi, per cujus virtutem etiam ipsa passio salutifera fuit. › — Haec ille. — Ex quo palet quod false dicit arguens, quod Christi contactus nullam vim aquis contulit; et temerarie negat dicta sanctorum. — Cum vero dicit ulterius, quod, secundum nos, sacramenta non habent virtutem nisi quando applicantur ad usum, etc.; — respondet sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 4, qu 2, in solutione secundi : ‹ Instrumento (a), inquit, dur virtus agendi instrumentaliter dupliciter. Uno modo, quasi inchoative, quando constituitur in specie instrumenti; el ideo dicit Hugo de S. Victore, quod continent gratiam ex sanctificatione. Alio modo datur complete, quando actu (6) movetur a principali agente, sicut quando carpentarius utitur serra; et similiter complete datur virtus sacramentis in ipso usu sacramentorum. Nec est inconveniens si virtus quæ motui proportionatur, datur rei slatim vel post modicum desiturae. › — Hæc ille. — Item, in 3 p., q. 66, art. 2, sic dicit : ‹ Sacramenta ex sui institutione habent quod conferant gratiam. Unde tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accepit, baptismus, quando Christus est baplizatus. Unde tunc vere baptismus institutus fuit, quantum ad ipsum sacramentum. fi — Hæc ille. — Ex quibus patet quod aqua accepit virtutem sacramentalern inchoative in ipso baptismo Christi, quo caro sua aquas tetigit ; sed completive accepit virtutem in ipso usu sacramenti, accedente verbo ad elementum. Et sic concordari possunt dicta sanctorum.

Dicitur ulterius, quod circumcisio non causabat gratiam effective, sicut causal baptismus, el alia sacramenta novæ legis; sicut priusdictum est (a), et in sequentibus latius explicabitur. Sed verum est quod in circumcisione rite collala et suscepta conferebatur gratia a Deo, non circumcisione, nisi sicut a causa *sine qua non.* Ideo non est simile hic el ibidem.

Dicitur ultimo, quod auctoritas Christi quam arguens affert, est gladius Goliæ, suum decapilans vectorem. Christus enim expresso dicit (Joan. 3, v. 5) : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,* etc.; ubi ostendit aquam regenerare baplizatum,elconsequenter aliquid agere ad ejus justificationem, quæ fit per gratiam. Nec valet quod dicit arguens, quod Christus postea totam efficaciam attribuit Spiritui Sancto, etc. Licet enim attribuat efficaciam Spiritui Sancio, tanquam agenti principali, non tamen negat, immo praemittit, aquam aliquid in suo ordine agere, tanquam instrumentum.

Et ista sufficiant ad objecta Durandi contra quartam conclusionem.

II. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra eamdem quartam conclusionem, dicitur quod virtus quam ponimus in sacramentis, secundum quod sonant dicta sancti Thomæ, est forma spiritualis per essentiam, et non solum ratione effectus quem in anima causât. Et cum quærit arguens, an sit in sacramento di visibiliter, — dicitur quod est ibi indivisibiliter, id est, tota in toto, et lota in qualibet ejus parte. Et ad hujus improbationem, dicitur quod, licet inter formas perficientes materiam corporalem per modum entis completi, sola anima intellectiva ponatur talis, id est, tota in toto, et tota in qualibet parte maleriæ suæ; tamen nihil prohibet mullas alias formas spirituales, se habentes per modum entis incompleti et intentionis tluentis, illo modo perficere, non quidem corporalem materiam, sed reni corpoream el subjectum corporeum, sicut superius (ad 1om Durandi) fuit saepius recitatum ex dictis sancti Thomæ. Nec est nova ista positio. Nam Avenues, in 3.deAnima,com.5, ponit phantasmata corporalia, esse subjectum speciei intelligibility,

(*) Intlrumento. — *In sacramento* Pr.
(β) adu. — *actio* Pr.

(a)Cfr. f 3,1, ad 1·«

quam constat esso indivisibilem, ol penitus inextensam, et omnino spiritualem. In quo, licet falsum dixerit, tamen, ut apparet, apud eum non orat inconveniens accidens spirituale et indivisibile, »·—e in subjecto extenso el divisibili coi|>orali.

Ad secundum patet responsio pei pnedicla. Quia virlus quam ponimus in verbis sacramentalibus, est subjective duntaxal in ultima syllaba, vel in actu ejus ultimo, sive illud sit divisibile, sive indivisibile. Nec tamen precedentes syllabæ superfluunt : quia, liret non maneant in ultimo instanti prolationis et totius orationis in se, manent tamen in <uo effectu, scilicet in completa significatione totius orationis, ad quam causandum aliquid efficit quælibet syllaba. De hoc Petrus de Palude, in suo *Quodlibeto,* q. 2, sic dicit : < Nullum inconveniens sequitur, si ponatur quod virtus sicramenlalis sit tantum in ultima syllalm verborum, el in ultima gutta aqua» : quia, licet praecedentes syllabæ, vel precedentes parles aquæ, nihil efficiant ad causandum effectum sacramenti, tamen facerent ad significandum seu repraesentandum; el utrumque est de ratione sacramenti, scilicet significare et (a) efficere; et ideo aliæ syllabæ, el aliæ parles aquæ, non superfluerent, quia facerent aliquid ad hoc quod est de ratione sacramenti, scilicet significando el repra»·sentando. Si autem ponatur quod virlus conferatur cuilibet syllaba;, aut cuilibet parti aqu&», adhuc non sequitur aliquod inconveniens. Et hoc patet primo de aqua. Nam, esto quod illa virlus conferretur toti nquie a principio lotionis, et ultimus effectus, scilicet character, non habeatur nisi in ultimo instanti in quo completa est lotio, tamen non frustra confertur virlus illa partibus aquæ fluentibus ante lotionem completam : quia, sicut dicetur infra, sacramentum exercendo propriam actionem circa compositum (quod est necessarium ad hoc quod agat ad offectum principalis agentis), effectus ille proprius instrumenti, quod est sacramentum, sive sil mundatio, sive infrigidatio, sive quodeumque aliud, manet, dato quod paries motus quo homo lavatur non maneant; et ideo, manente effectu, agitur ad effectum principalis agentis; qui quidem effectust^t character. Et idem potest dici de verbis. Ad cujus evidentiam, sciendum est quod verbum, quantum ad sonum causatum in aere moto, non est proprie quantitas, sed qualitas nata movere organum auditus; sed mensura motus quo talis qualitas generatur, est quantitas discreta, successiva, composita ex diversis instantibus, (piorum tamen unum succedit alteri, sicut est in quolibet tempore discreto; et ideo talis qualitatis effectus potest manere in composito, sicut est organum auditus, transeuntibus primis partibus orationis vel dictionis, sicut dictum est de partibus lotionis; et ideo, etiam quantum ad causalilatem, non superfluunt tales partes ꝑcedente quia effectus earum manet. — Sed contra Iioc posset objici. Quia, qua ratione ꝑote manere effectus partium priorum lotionis vel orationis, transeuntibus primis partibus lotionis vel orationis, eadem ratione, Iranseunte lota lotione vel oratione, potest remanere effectius in compo>ito. Sed hoc est incwHeniens : quia in ultimo instanti quo completur lotio vel oratio, habetur effectua principalis ȃgenti scilicet character; ct ideo frustra maneret ille effectus in composito, in comparatione ad effectum principalis (a) agentis. — Secundo, ad idem. Quia, sicut communiter dicitur, non est dare ultimum instans in quo res ultimo sit; sed est dare primum instans in quo res primo non est, quod est ultimum instans temporis in quo res fuit. Sed effectus «aeramenti lit in instanti : non in instanti in quo incipit usus sacramenti, sed in instonti in quo terminatur talis usus. Sed, in illo instanti, ner est usus, nec virtus collata; sed, in illo instanti, virtue collito sacramento, el usus ejus, primo non esi. Sd nihil agit quando non est. Ergo virtus illa nihil agit ad characterem; quia tunc primo est character, quando illa virtus primo non est. — Ad pnrnuin istorum, dicitur quod non est inconveniens quod effectus lotionis et orationis maneat in composito, transeunte tola lotione vel oratione. Nec tamen frustra, licet habeat suum effectum in ultimo instanti quo completur oratio vel lotio: quia, licet maneat dum nihil efficit, hoc est quia natura rei hoc facit, quod nulla res potest manere in «olo instanti temporis continui; sed bene potest aliquid manere vel stare in solo instanti temporis discreti; el tunc esse in solo *nunc* temporis discreti, est es>e in aliqua parte temporis continui; et potest manere postquam habet suum effectum, absque hoc quod sit frustra; quia nec esse potuit habere, nec agere, nisi esset in aliqua parte temporis continui. Sed, secundum eos qui ponunt quod aliqua res potest esse in instanti temporis continui, effectus qui fit in composito, habet «•sse completum in solo *nunc* tempons continui, nec estante, nec post; in quo *nunc* haberet effectum, si character est. — Ad secundum, facile esset respondere, secundum eosdem : quia, secundum eos, est dare ultimum instans temporis continui, quo res habet esse ultimo; et sic non sequeretur (puni illa virlus ageret cum primo non est, sed quando ultimo esV; hoc autem non est inconveniens, quod res agat quando est ultimo, loquendo de actione instanlanea. Loquendo autem secundum communem opinionem, dicitur quod quando dicitur quod non est dare ultimum instans in quo res ultimo sil, hoc intelligilur de nunc lem|K)ris continui, non autem de nunc tcm|>oris discreti; nunc autem ita est, quod virlus illa collata sacramentis, vel effectus

(x) *ntjiiificarc* — Om. Pr.

(a) *pcinctpatu.* — principalem Pr.

causatus in composito, non mensuratur tempore continuo, vel nunc ejus, sicut propria mensura, sed *nunc* temporis discreti, quod potest coexistera parti temporis continui; et ideo non oportet quod agat quando ultimo est, vel quando primo non est, quantum ad primum el ultimum acceptum secundum nunc temporis continui ; sed agit quando ultimo est secundum nunc temporis discreti, in quo est dare ultimum nunc in quo ultimo res est; quod quidem nunc coexsistil alicui parti temporis continui, quæ habet *nunc* primum et *nunc* ultimum, in quorum primo habet suum effectum illa virtus, et in ultimo habet primo non esse, d — Hæc Petrus in forma, et bene» nisi quod recurrit ad instantia temporis discreti, ubi non apparet necessitas; potissime quia sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* diet. 11, q. 1, art. 3, q|" 2, in solutione secundi, ponit quod ‹ conversio panis in coquis Christi sequitur motum prolationis verliorurn, qui habet reduci ad mensuram motus coeli; sicut illuminatio sequitur ad motum localem quo defertur illuminans. Et ideo oportet quod instantia accipiantur in hac conversione secundum mensuram motus cœli. » — Hæc ille. — Et similiter dicit, 3 p., q. 75, art. 7, in solutione secundi. El ideo dicendum est, sicut alias, tam in *secundo* quam in *tertio* (a) dictum est, quod non est inconveniens talia entia incompleta, cujusmodi sunt relationes, mutationes, generationes, corruptiones, puncta, instantia, mutata esse, et alia hujusmodi, quæ non proprie fiunt nec generantur nec corrumpuntur, sed consequuntur aliorum factiones, durare per unicum instans temporis continui; inter quæ jwitest connumerari virtus sacramentalis, quæ consequitur prolationem verborum sacramentalium, el cujus operatio dural persolum inslans temporis continui; ideo non oportet eam amplius durare. Omnia enim argumenta quæ possunt adduci contra hoc quod dicimus illam virtutem durare per solum instans temporis continui, possunt adduci contra hoc quod ejus operatio, puta productio characteris vel ornatus, vel cooperatio ad Iranssulrtanlialionem panis in corpus Christi dicitur durare per solum instans temporis continui; et tamen argumenta contra secundum inducibilia non valent; et consequenter nec inducibilia contra primum oportet multum formidare.

Ad tertium principale Scoti, patet responsio per prædicta ad argumenta Durandi. Quia virtus sacramentalis datur inchoative rebus sacramentalibus, aute usum sacramenti; sicut aquæ baptismali, in ipso contactu corporis Christi, fuit collata vis regenerative. Et consimiliter, aliis rebus sacramentalibus collata fuit virtus justificandi inchoative, in ipsa institutione sacramentorum a Christo. Tamen completive hanc virtutem accipiunt in ipsa applicatione sacramenti ad usum proprium. — Nec valent objecta in oppositum. Nam prima collatio non est aliter miraculosa quam institutio sacramentorum, in qua Christus fecit perpetuum pactum cum Ecclesia de assistendo et cooperando sacramentis. Similiter tunc dedit idoneitatem sacramentis, ad hoc ut essent instrumenta habilia ad causandum dispositionem ad gratiam. Non est etiam inconveniens, si agens principale plus confert instrumento dum utitur actualiter eo ad inductionem sui principalis effectus, quam ante usum talis instrumenti : quia, etiam secundum arguentem, confert ei aliquam portionem, quam antea non conferebat.

Ad quartum, negatur consequens. Pluralitas enim quam opinio nostra ponit, sequitur ex fide, scilicet ex dictis Christi et Apostolorum et sanctorum doctorum : scilicet quod talis virtus causativa dispositive ad gratiam, sit in sacramentis, ut patuit ex pnedictis. Omne namque agens oportet agere per aliquam virtutem. Unde sanctus Thomas, 4. *Sententent.,* dist. 1, q. 1, art. 4, q,a 4, sic dicit : a Quia omne agens agit sibi simile, ideo effectus agentis oportet quod aliquo modo sit in agente. In quibusdam enim est idem secundum speciem; el ista dicuntur agentia univoca; sicut calor est in igne calefaciente. In quibusdam vero est idem secundum proportionem vel analogiam; sicut cum sol calefacit : est enim idem in sole aliquid quod ita facit eum calefacientem sicut calor facit ignem calidum; el, secundum hoc, calor dicitur esse in sole æquivoce, ut dicitur in libro *de Substantia* orbis (cap. 2). Et ex hoc palet quod illud quod est in effectu ut forma dans esse, est in agente, inquantum hujusmodi, ut virtus activa. Et ideo, sicut se habet agens ad virtutem activam, ita se habet ad continendam (a) formam effectus. Et quia agens instrumentale non habet virtutem agendi ut aliquod ens completum (δ), sed per modum intentionis, ideo et forma introducta continetur in eo per modum intentionis; sicut sunt species colorum in aere, a quibus aer non denominatur coloratus. Et hoc modo gratia est in sacramentis, sicut in instrumento, non complete, quantum ad effectum, etc., b ut prius allegatum fuit (γ). — Cum autem dicit arguens, quod, si esset in sacramentis talis virtus, non causaretur in eis nisi ex divina pactione, etc.; — dicitur quod Deus pepigit dare gratiam per talia instrumenta. Unde sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 27, ari. 4, in decimosexto loco, arguit sic : ‹ Habere auxilia signum est impotentia agentis. Sed instrumenta coadjuvant ad actionem principalis agentis. Ergo Deo, qui est intentissimum agens, non competit ut per sacramenta, quasi per instrumenta, gratiam conferat. b Ecce argumentum. Sequitur responsio :

ta) Cfr pra icrUin 2. *Sentent.,* dt»l. 2, q. 2, art. 3.

(»} continendam. — *<ontinnandum* Pr.
(C) romptetiml. — ronipontimi Pr.
(γ) Cfr. .t<(primum Durandi.

« Dicendum, inquit, quod Deus non utitur instrumentis vel causis mediis in sua actione propter sui indigentiam, sed propter effectuum convenientiam. Conveniens enim est ut nobis divina remedia exhibeantur secundum modum nostrum, id est, jær sensibilia, ut dicit Dionysius, 1 cap. *Ecclesiasticae Ilicrarchiae,* el 2 cap. *Cœlesl. Hierarch,* (α). » — Hæc ille.

Ad quintum, negatur antecedens. Nam exempla quæ brains Thomas adducit, sufficientia sunt ad hoc ad quod inducuntur.

Et ad primani improbationem *primi exempli,* de sermone audibili, dicitur quod sermo doctorum continet virlualiter conceptionem intelligibilem, ad quam excitat discipulum. Eleum dicit arguensquod impositio vocum vel scriptorum non potest dare voci aut scripto aliquam formam absolutam, etc. — dicitur quod , licet non det voci aliquam formam absolutam, habentem esse completum, potest tamen dare sibi formam habentem esse intentionale fluens, scilicet virtutem excitandi audientem, ut reducat se de actu primo in secundum, et ut conceptionem quam habet habitu, consideret in actu. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 11, art. **I**, arguit sic. undecimo loco : « Scientia nihil aliud esse videtur quam descriptio rerum in anima, cum scientia esse dicatur assimilatio scientis ad scitum. Sed unus homo non potest in anima alterius describere rerum similitudines : sic enim interius operaretur (6) in ipso; quod solius Dei est. Ergo unus homo alium docere non potest. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod in discipulo describuntur forma» intelligibiles, ex quibus scientia per doctrinam accepta constituitur, immediate quidem per intellectum agentem, sed mediate per eum qui docet. Proponit enim doctor rerum intelligibilium signa, ex quibus intellectus agens accipit intentiones intelligibiles, et describit eas in intellectu possibili; unde ipsa verba docloris audita, vel visa in scripto, hoc modo se habent ad causandum scientiam in intellectu, sicut res quæ sunt extra animam; quia ex utrisque intellectus agens intentiones intelligibiles accipit; quamvis verba docloris propinqUlps se habeant ad causandum scientiam quam sensibilia extra animam exsistentia, inquantum sunt signa intelligibilium intentionum, n — Hæc ille. — Item, duodecimo loco, arguit sic : α Boetius dicit in libro *de Consolatione* (lib. 5, pros. 5), quod per doctrinam solummodo excitatur mens hominis ad sciendum. Sh I ille qui excitat intellectum ad sciendum, non facit eum sciro; sicut ille qui excitat aliquem ad videndum corporaliter, non facit cum videre. Ergo unus homo non facit alium scire; el ita non proprie potest dici quod eum doceat. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, quod non est omnino simile de intellectu el visu corporali. Visus enim corporalis non est vis collativa, ut ex quibusdam suorum objectorum in alia proveniat; sed omnia objecta sua sunt ei visibilia, quam cito ad illa convertitur. Unde habens potentiam visivarn, se habet hoc modo ad omnia visibilia intuenda, sicut haliens hahitum ad ea quæ habitualiter scit consideranda. Et ideo videns non indiget alio excitari ad videndum, nisi quatenus pei alium ejus visus dirigitur in aliquod visibile, ut digito, vel aliquo hujusmodi Sed potentia intellectiva, cum sit vis collativa, ex quibusdam in alia devenit. Unde non æqualiter se habet ad omnia intelligibilia consideranda ; ěd quædam statim videt, ut quæ sunt per se nota, in quibus implicite continenturquirdam alia, quæ intelligero non potest, nisi, |»er ofhcium rationis, ea quæ in principiis implicite continentur. explicando. Unde ad hujusmodi cognoscenda, antequam habitum habeat, non solum est in |)otenlia accidentali (i), sed etiam in potentia essentiali : indiget enim motore, qui reducat eum in actum (€) per doctrinam, ut dicitur in 8. *Physicorum* (1. c. 32); quo non indiget ille qui habitualiter aliquid novit. Doctor igitur excitat ad intelligendum vel sciendum illa quæ docet, sicut molor essentialis (ɣ),et educensde |>otentia in actum ; sed (o) ostendens rem aliquam visui corporali, excitat eum sicut motor per accidens, prout habens habitum scientic |>ote>l excitari ad considerandum de aliquo. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quomodo verba vel scripta habent excitare mentem discipuli ad reducendum se de potentia in actum, et ad formandum conceptiones et intentiones intelligibiles ;el consequenter habent aliquam vim ad hoc, ut prius deductum est, in solutione quarti; quia omne agens agit sibi simile, el aliquo modo continet formam sui effectus.

Sciendum est etiam quod illud quæ! dicit arguens, scilicet quod per sermonem non intelligimus res, nisi quarum species prwhabebamus, el quod per voces nulla nova s|»e< ies potest in nobis causari, — hoc siquidem potest et debet rationabiliter negari : quia, licet per vorem non possit causari species rei totaliter nova, sic quod nec ipsa, nec aliquid ejus pr.rcesserit in intellectu audientis, nec actu, nec habitu, nec virtute, nec in se, nec in suo simili, nec secundum lotum, nec secundum partem; tamen per vocem et sermonem doc loris auditor potest formare in seipso Speciem aut conceptum perfeclioivm et magis specialem el determinatum quam prius haberet, ut quilibet in seipso experiri |»otest, p̊otis

(i) *et* 2 cnp. *Ctrleit.* //trnin Λ. — Om. Pr.
(6) *operaretur.* - *opera rrritur* Pr.

(a) <ir< *utentali.* — *actuali* Pr.
(δ) *actum.* — *actu* Pr.
(γ) *nent motor eurnhaltJ.* — *non neuf motor iiaturahf* Pr.
{1} m ut. — Ad. Pr

sime circa objecta insensibilia vel nunquam sensata, puta circa substantias separatas, et animam rationalem, et ejus potentias et habitus, et similia. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 11, art. **I**, ubi sic, tertio loco, arguit : « Si aliquarum rerum signa alicui proponantur per hominem : aut ille cui proponuntur, cognoscit res illas quarum sunt signa; aut non. Si quidem res illas cognoscit, de eis non docetur. Si vero non cognoscit, ignoratis autem rebus, nec eorum signa aut significationes cognosci possunt : qui enim non cognoscit hanc rem quæ est lapis, non potest scire quid hoc nomen *lapis* significet. Ignorata vero significatione signorum, non potest per signa aliquid addiscere. Si ergo homo nihil aliud faciat ad doctrinam nisi signa proponere, videtur quod homo ab homine doceri non possit, n Ecce argumentuin. Sequitur responsio : α Dicendum est, inquit, quod illa de quibus per signa edocemur, cognoscimus quidem quantum ad aliquid, et quantum ad aliquid ignoramus : utpole, si doceamur quid est homo, oportet quod de eo praesciamus aliquid, scilicet rationem animalis, vel substantias aut saltem ipsius entis, quæ nobis ignota esse non potest. Et similiter, si doceamur aliquam conclusionem, oportet praescire de subjecto et passione quid sunt; et principia, per quæ docetur conclusio, esse praecognita. *Omnis* enim *disciplina* /it *cx prxexwtenli cognitione,* ut dicitur, 1. *Postcrio*rum (cap. 1). » — Hœc ille. — liem, et mullum ad propositum, 2' 2 q. 173, art. 2, sic dicit : < Repraesentantur monti humanæ res aliquae secundum aliquas species, et secundum naturæ ordinem. Primo ergo oportet quod species repraesententur sensui; secundo, imaginationi; tertio, intellectui possibili, qui immutatur a speciebus phantasmatum secundum illustrationem intellectus agentis. In imaginatione autem non solum sunt furina? rerum sensibilium, secundum quod accipiuntur a sensu; sed transmutantur diversimode, vel propter aliquam transmutationem corporalem (sicut accidit in dormientibus et furiosis), vel etiam secundum imperium rationis disponuntur aliqua phantasmata, in ordine ad id quoti € intelligendum. Sicut autem ex diversa ordinatione enrumdem litterarum accipiuntur diversi intellectus; ita etiam, secundum diversam dispositionem phantasmatum, resultant in intellectu diverse species intelligibiles. Judicium autem humanæ mentis fit secundum vim intellectualis luminis. Per donum autem prophetiæ confertur aliquid humanæ menti supra id quod pertinet ad naturalem facultatem, quantum ad utrumque : scilicet et qusntun» ad judicium, per influxum intellectualis luminis; et quantum ad acceptionem, seu repræ^ntationein rerum, quæ Iit quantum ad aliquas species. Et, quantum ad hoc secundum, potest aSMtnilari doctrina humana revelationi prophetiae; non autem quintum ad primum. Homo enim suo discipulo repraesentat aliquas res per signa locutionum; non autem potest interius illuminare, sicut facit Deus. » — Hœc ille. — Simile dicit, *de Veritate,* q. 12, art. 7, per totum.

Ad secundam vero improlmtionom *hujus exempli,* dicitur quod major est falsa. Quia, dato quod sit idem agens principale et instrumentale sufficiens, non oportet quod sequatur eadem actio, nisi passum sit æqualiter dispositum. Modo græcua et latinus audientes emndem doctorem latinum, et eadem verba latina, non sunt æqualiter dispositi ad susciendum offectum doctoris; cum unus sit in potentia essentiali respectu conceptus significati per verba, et alius in plentia accidentali. Sicut autem dictum est, sermo non habet vim educlivam de potentia essentiali, sed solum de potentia accidentali, ipsum audientem ad formandum intelligibiles conceptiones. — Cum autem dicit arguens quod sermo audibilis, e>t signum remotum respectu conceptuum rerum, etc. ; — dicitur quod, hoc concesso, qualitercumque sermo excitet audientem, tamen oportet concedere quod habet in se aliquam vim causati vam, mediate vel immediate, alictijus conceptus, sive sui, sive rei quam significat, sive utriusque, cum quodam ordine et collatione; aliter unus homo non posset dici doctor alterius. — Similem responsionem dat Petrus de Palude ad consimilem rationem. Arguit enim sic : « Si virtus ponatur in sacramentis : aut ista virtus ageret ex necessitate naturæ; aut ex electione. Non ex necessitate naturæ : quia tunc æqualiter ageret in dormientem et vigilantem, cl in fictum et non fictum. Nec etiam ex electione : quia illa villus non est in potestate liberi arbitrii. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod illa ratio habet multiplicem defectum. Primo, quia virtus agens de necessitate naturæ, non agit indifferenter et æqualiter in subjectum qualitercumque dispositum. Et ideo non oportet quod virtus sacramenti, si ageret de necessitate nature, ageret indifferenter et æqualiter in fictum et non fictum, in vigilantem et dormientem; sicut non oprtet quod ignis indifferenter agat in cadum et in aerem. Secundo deficit, quia operatio illius virtutis potest dici operatio agentis ex electione, inquantum illa virtus nihil potest agere, nisi €00 perante agente principali, qui agit ex electione. Et ideo illa virtus non agit indifferenter in quodeumque, sed tantum in illud ad quod ordinatur ex electione principalis agentis; sicut securis non agit in quodeumque (<x), sed in illud circa quod movetur a principali agente, quod est agens per electionem. » — Hæc Petrus.

Ad improbationem secundi *exempli,* dicitur primo, quod non oportet formam artis profluentem ab intellectu artificis in instrumentum conjunctum

quo<fcum«/t<e. — '/uortmiqiie pr.

vel remotum, esse formam spiritualem; quin illa ordinatur ad effectum mero corporalem. Secus est de virtute instrumental! ordinata ad gratia? susceptionem vel inductionem, quæ est offectus sumine spiritualis. — Dicitur secundo, quod non majus inconveniens est formam artis causari frequenter in instrumentis artificis, quam idem instrumentum frequenter moveri ab artifice ad inducendum diversas formas in diversas materias. De hoc Albertus, 11. *Mclaphysicœ* (tr. 1, cap. 11), sic dicit : « Movens ad sanitatem, est ars medicina»; et est movens non conjunctum. Movens autem conjunctum sanitatis, est medicina sumpta. Et movens non conjunctum domus, est ars aedificatoria; et movens domus conjunctum, est ars in manibus et instrumentis architecti secundum actum aedificantis, ỉ» — Hæc ille. — Et similia dicit in pluribus locis, scilicet quod movens conjunctum semper est aliquo modo univocum cum suo effectu.

Ad improbationem *tertii exempli,* dicitur quod motus cœli est formale principium vel instiOinentum producendi omnia generabilia et corruptibilia naturaliter. Et de hoc multa dicta sunt in 2. *Sententt,* (x), quæ hic non oportet repetere. Sed hic precise adduco dictum Alberti, qui, II. *Metaphytirie* (tract. I, cap. 8), sic dicit : a Omnis forma educitur de potentia ad actum, movente aliquo, quod est conveniens in nomine et ratione. Hoc autem quod verum sit, patet, si ponamus quæ et quot circumstant generationem substantiæ sensibilis. Sunt autem illa, ut in communi dicatur, quinque. Quorum primum et principale est, quod omne quod generatur, educitur de potentia ad actum; et hæc (C) potentia de qua educitur, est intra materiam; et tamen nihil est de substantia materia·. Secundum est, quod omne quod educitur de potentia ad actum, extrahitur per aliquid movens, quod, aut genito est univocum, aut reducitur ad univocum. Tertium est, quod omnis motus inferior, qui est in materia generabilium, reducitur ad motum cœli, qui est causa et mensura hujusmodi motus per formam inlelligentiæ moventis motum illum, et per formas stellarum et orbes, et per virtutes radiorum. Quartum est, quod nihil fit ex nihilo penitus secundum naturam; sed quæcumqùe fiunt, procedunt ex indeterminatis et confusis inchoationibus suarum essentiarum, quæ sunt inditae (γ) materiæ. Quintum est, quod non quodlibet fit ex quolibet; sed omne quoi fit, procedit ex aliquo sui generis; et hoc genus ambitu suo cl extensione ambit id quod fit, et suum contrarium; et ideo contraria sunt unum in radice sui generis. Plato igitur, considerans quod movens primum, non conjunctum materiæ, est inlelligentia. per formam motus cœli causons molum materiæ, et formans et regulans totam generationem, dicit omne quod generatur sic, fieri ab univoco, quia forma illa qua? (α) regulat et format generationem, est haliens virtutem seminis in efficiendo et formando et regulando. Et hanc dicit esse ideam ab hac materia separatam. Et quoad hoc l>ene dixit, tangendo primam causam et universalem, et non propriam et proximam. Et ideo dictum est, in 2. *Perigeneteot,* quod sol ct circulus declivus sunt causa generationis et corruptionis. Sed in hoc male dixit, quod posuit quod hæc forma in materiam induceretur; quia hoc non est verum, etc. »

Ad sextum principale Scoti, negatur antecedens, et conceditur oppositum, scilicet quod instrumenta artis, non solum formaliter, sed effective, sunt activa : puta serra, gladius, martelhis, et hujusmodi. Et nil primam probationem antecedentis jam negati, dicitur primo, quod serra non solum habet in mj quantitatem, et figuram, et motum localem, dum actu movetur ab artifice; immo, prater hoc, habet in se virtutem movendi localiter aliud corpus, et expellendi illud de loco suo, sicut sæpius supra dictum est. Habet ulterius in se formam artis, quam artifex inducit in materiam extariorem; et hoc per inodum entis incompleti et intentionis fluentis, et non per inodum entis completi» ut saepe dictum est. — Dicitur secundo, quod, licet figura et quantitas non sint forma? activae primo ct per se respectu naturalium transmutationum, tamen non omnino de per accidens se habent ad illas. De hoc beatus Thomas, in simili, 1 p., q. 78, ari 3, in solutione secundi, sic dicit : « Magnitudo, et figura, et hujusmodi, quæ dicuntur communia sensibilia, media sunt inter sensibilia per accidens et sensibilia propria, quæ sunt objecta sensuum. Nam sensibilia propria primo et per se immutant sensum, cum sint qualitates alterantes; sensibilia vero communia omnia reducuntur ad quantitatem. Et do magnitudine quidem et numero, patet quod sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quantitatem, cum ratio figura? consistat in terminatione magnitudinis. Motus autem et quies sentiuntur secundum quod subjectum uno modo vel pluribus se habet secundum magnitudinem subjecti vel localis distanti®, quantum ad motum augmenti et motum localem, vel etiam «ecundum sensibiles qualitates, ut iu motu alteratmnis; et sic sentire motum et quietem, est quodammodo sentire unum et multa. Quantitas autem est proprium subjectum qualitatis alterativæ, ut superficies colons. Et ideo sensibilia communia non movent sensum primo et per se, sed ratione sensibilis qualitatis, ut superficies ratione coloris. Nec tamen sunt sensibilia per accidens : quia hujusmodi sensibilia aliquam diversitatem

(a) Cfr. prascrlim 2. *Sentent.,* «list· II, q I.
(ô) *hæc.* — *de* Pr.
(γ) ôn/(Or. — *induclæ* Pr.

(a) Çioe. — Pr.

faciunt in immutatione sensus; alio enim modo immutatur sensus a magna superficie, et a parva; quia etiam ipsa albedo dicitur magna et |iarva, et omnino dividitur secundum proprium subjectum. › — Haec ille. — Et sicut ipse dicit de immutatione sensus, ita potest dici de aliis naturalibus mutationibus : quia alitor agit calor in parva quantitate, et aliter exsistens in magna; et aliter movet gravitas corpus acutum quam corpus obtusum, vel rotundum, aut latum. Unite Aristoteles, 4. *Caeli ct Mundi,* ultimo capitulo (t. c. 42), sic dicit : *Figura autem non sunt causa ejus quod est ferri simpliciter, aut deorsum, aut sursum; sed ejus quod est velocius, aut tardius,* etc. Ubi Albertus sic dicit (4. *de Cœloet Mundo,* tract.2, cap. 10) : «Quamvis figura? non sint causa? motus, tamen figura ad facilitatem motus facit, per medium aeris vel aquæ, sicut diximus, 4. *Physicorum,* tractatu *de Vacuo,* quia acutum facilius penetrat quam latum. Inquiramus igitur de hoc <le quo antiqui philosophantes inquirebant. Et est una quæstio eorum : quare corpora terrestria lata, vel concava, natant super aquam, sicut ferrum latum, et plumbum tenue et latum, et vasa concava et clausa; longa autem et stricta, non concava, merguntur in ipsa, etiamsi sint minora quam prius memorata, sicut acus, vel aliud tale corpus, etc. ? n Sequitur : < Dicamus autem na< solventes quæstionem inductam, quod corporum continuorum quædam sunt facilis divisionis, et quaedam difficilis ; aer enim citius dividitur quam aqua, i Et quanto fuerint aliqua corpora subtiliora et rariora, tanto facilius dividuntur; quanto vero fuerint spissiora, tanto dividuntur difficilius, et difficilius penetrantur; quia omne penetrans per alterum, dividit ipsum. Similiter autem dividentium et penetrantium quædam dividunt et penetrant faciliter, et quædam difficiliter ; quanto enim aliqua fuerint acutiora et graviora et duriora, tanto dividunt et penetrant facilius; et quanto fuerint obtusiora et minus gravia et molliora, Unto dividunt et penetrant difficilius et tardius. Dico autem divisionem facilem per transitionem et penetrationem : quanto enim aliquid facilius dividit, tanto facilius penetrat et pertrancit. Et potentia dividens active optime congregatur ex tribus dictis, scilicet acuto et gravi et duro; et quantum deficit in his Iribus, tantum deficit a bonitate potenti® divisionis. Similiter autem bonitas potentia? divisionis passive congregatur ex humido et raro; et quanto fuerit humidum rarius, tanto facilius dividitur; et quantum de his duobus deficit, tantum deficit de bonitate potentia? divisionis passive. Revertentes ergo ad solutionem quæstionis, dicimus quod aer facilius impellitur et dividitur quam aqua, et aqua facilius quam terra : quia | quanto aliquid fuerit subtilius et huinidius, tanto facilius recipit impulsionem, divisionem et penetrationem. Si ergo hæc ita se habent, tunc dicimus | quod corpora latæ figurae, tenua, non gravia mullum, licet sint dura et terrestria, tamen, quia non dividunt bene, propter defectum acuminis et defectum gravitatis, natant super aquam, quæ non adeo de facili sicut aer dividitur : quin, cum jacent super aquam, tangunt late aquam, et mullam aquæ superficiem non ita possunt comprimere sicut paucam; et ideo natant super aquam, et non profundantur velocius sub aqua. Et hujus signum est, quia, cum merguntur, non cadunt sub aqua, sequendo superficiem latam, sed potilis inclinantur super latus strictum, et super illud aquam dividunt. Corpora autem longa et stricta, eo quod non tangunt aquæ superficiem nisi parum, non comprimunt sub se mullam aquam; et ideo facile dividunt eam, ct cito merguntur sub aqua, etc. » — Hæc ille. — Et similia dicit beatus Thomas, su|K»r eodem textu. — Ex quibus apparet quod figura non omnino de per accidens se habet ad motum localem naturalem et alias naturales transmutationes, potissime divisionem et penetrationem coqiorum ; et quomodo acuties est pars potenti® active divisivæ.

Et tunc, cum arguens objicit contra hoc : quia tunc mathematicus considerans quantitatem et figuram, non abstraheret a motu, etc.; — dicitur quod consequentia non valet. Quia, licet talia de per se faciant ad motum et actionem naturalem, non tamen primo, ut supra dictum est, nisi ex adjunctione qualitatum activarum et passivarum, puta gravitate, duritie, et hujusmodi. Et, sicut dictum est quod de per se faciunt ad motum naturalem ratione adjuncti, sic de per se faciunt ad motum violentum et artificialem ratione impulsus impressi instrumento vel mobili : sicut patet de acumine sagitta? projecta», et gladii, vel securis, aut serra. Unde in virtute artificis possunt inducere hanc qualitatem, quæ est figura. Cujus rationem tangit sanctus Thomas, *de Potentia Dei,* q. U, ari. 7. in solutione decimitcrtii, ubi sic dicit : « Figura est quædam forma, quæ jær abscissionem materia», et condensationem, vel rarefactionein, vel divisionem, aut aliquem (a) hujusmodi motum, in materia fieri potest. › — Hæc ille.

Cum autem dicit arguens, quod durities non est qualitas formaliter activa, etc.; — dicitur quod proliatio hujus non valet. Quia, in illo casu quem ponit arguens, Deus supplet vicem duritiei. Quod patet : quia durum dicitur quod non cedit comprimenti, sed tenet figuram suam; in illo autem casu, Deus facit illa duo. Et ideo per hoc non probatur quod durities nullo modo sit activa respectu divisionis ct compressionis, potissime addita gravitati etacutiei, vel impulsui violenter moventis.

Cum ulterius dicit quod unum corpus motum non expellat aliud corpus ab eodem *ubi* effectivo, sed

(s) altr/uem. — aliquid Pr.

tantummodo formaliter, etc.; — patet quod illa lota deductio vana est, sicut ostensum est respondendo ad argumenta Aureoli contra tertiam conclusionem, quæ in eadem vanitate fundantur. Instrumentum enim, vel aliud corpus motum violenter localiter a movente ex Irinseco, non solum recipit motum a suo motore violento, imrno impulsum et vim motivam expulsivam aliorum corporum de suis sitibus.

Dicitur ulterius, quod ponere sacramentum nihil penitus efficere in anima disponens ad gratiam, nec habere aliquam vim regenerativarn aut justificativam, sed solum ose quemdam effectum ordinatum ad gratiæ susceptionem, est derogare dignitati sacramentorum novæ legis, et ipsi novæ legi, et dictis Christi et Apostolorum, et doctorum sanctorum. Et ideo illa positio videtur temeraria, et præsumptuosa, et conveniens legi veteri, sicut supra beatus Thomas deduxit.

III. Ad argumentum Aureoli. — Ad argumentum quod est Aureoli, dicitur primo, quod virtus dispositiva instrumentaliter ad gratiam in sacramento matrimonii, est subjective in verbis, vel in aliquo signo æquipollente verbis, qualecumque sil illud; el hoc, si tale matrimonium sit sacramentum novæ legis; quia alias non oportet. Unde, in illo casu quo sacramentum matrimonii efficeretur per verba de futuro cum carnali copula, concurreret aliquod signum axjuipollens verbis de praesenti. — Dicitur secundo, quod virtus prædicta causât in contrahentibus et suscipientibus sacramentum dispositionem ad gratiam, quæ dicitur ornatus, et obligationem mutuam, quæ est quid respeclivum, el potestatem utendi corpore conjugis, et petendi debitum, quæ non est solus respectus rationis, aut, si sil, ille potest consequi aliquem motum vel actionem aliquam aut passionem ; et ideo respectu illius potest poni virtus activa. Verumtamen de hoc erit sermo latior, loco suo, Domino concedente.

Ad argumentum principale contra quæstionem, respondet sanctus Thomas, 3 p.. q. 62, art. 4, in solutione quarti, sic dicens : « Sicut eadem vis principalis agentis instrumentaliter invenitur in omnibus instrumentis ordinalis ad effectum, prout sunt quodam ordine unum; ita etiam eadem vis sacrarnentalis invenitur in verbis el rebus, prout ex verbis et rebus perficitur unum sacramentum. » — Hæc ille.

Et hæc de quoostione sufficiant.

QUÆST10 II.

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS CAUSENT GRATIAM

, circa eamdem distinctionem, quærîtur ; Utrum sacramenta veteris legis causent gratiam.

El arguitur quod sic. Quia dicit Beda, circumcisionis : *Idem salutifera curationi auxilium, circumcisio, in lege, contra originalis peccati vulnus, agebat, quod baptismus agere, revelatx grutix tempore, consuevit.* Sed baptismus nunc confert gratiam. Ergo et circumcisio gratiam conferebat. Et, pari ratione, alia sacramenta legalia ; quia, sicut baptismus est janua sacramentorum no\æ legis, ita circumcisio erat janua sacramentorum veleris legis; propter quod Apostolus dicit, *Galatar.* 5 v. 3) : *Testificor omni circumcidenti se, quoniam debitor est universa legis facienda.*

In oppositum arguitur. Quia dicitur, *Galatar.* 4 (v. 9) : *Convertimini iterum ad infirma elementa et egena.* Glossa: *Id est, ad legem, qua dicitur infirma, quia non perfecte justificat.* Ergo sacramenta veteris legis non conferebant gratiam.

In hac quaestione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, res|>on>iones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod sacramenta veleris legis non conterebant gratiam ex aliqua virtute eis Inlnerrnte, sicut faciunt sacramenta novæ legis.

Hanc ponit beatus Thomas, 3 p., q. 62. art. G, ubi sic dicit : α Non potest dici quod sacramenta veteris legis conferant gratiam justificantem per seipsa, id est, propria virtute; quia sic non fuisset necessaria passio Christi, secundum illud *Galatar.* 2 (v. 21) : Si *ex lege est justitia, Christus gratis mortuus est.* Sed nec potest dici quod ex passione Christi virtutem haberent conferendi gratiam justificantem. Sicut enim palet ex praedictis (ibid. art. 5), virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem el sacramenta; differenter tamen : nam continuatio quæ est per fidem, fit per actum animæ interiorem; continuatio autem quæ· est per sacramenta, fit per usum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id

quod est posterius tempore, antequam sit, movere, secundum quod praecedit in actu anima'; sicut iniis, qui est posterior tempore, movet agentem, secundum quod est apprehensus et desideratus ab eo. Sed illud quod nondum est in rerum natura, non movet secundum usum exteriorum rerum. Unde causa efficiens non potest esse |»oslerior in esse, online diiralionis, sicut causa finalis. Sic ergo inanifestam ℓ quod a passione Christi, quæ est causa humana? justificationis, convenienter derivatur virtus justificatif ad sacramenta novæ legis, non autem ad sacramenta veteris logis. Et tamen per fidem passionis Christi justificabanturantiqui patres, sicut et nas. Sacramenta autem veteris legis erant quædam illius fidei protestationes, inquanlum significabant passionem Christi et effectus ejus. Sic ergo I>atel quod sacramenta veteris legis non habebant in µ · aliquam virtutem, qua operarentur ad consequendum gratiam justificantem; sed solum significabant fidem, per quam justificabantur. » — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. i, ari. 5, in solutione prima? quæstiunculæ, sic dicit : « In sacramento est duo considerare : scilicet ipsum sacramentum, et usum sacramenti. Ipsum sacramentum dicitur aliquod opus operatum; usus autem sacramenti est ipsa operatio, quæ a quibusdam dicitur opus operans. Cum ergo dicitur sacramentum, per ee loquendo, gratiam conferre vel non conferre, justificaro vel non justificare, referendum est ad opus operatum. De opere autem o]>erato in sacramentis veteris legis duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod in illis sacramentis opus operatum, erat signum sacramentorum nova· legis, et passionis Christi, a quo efficaciam habent; et ideo illud opus operatum, erat cum quadam protestatione fidei; cl ideo indirecte, et ex consequenti, habebant justificare, quasi mediantibus nostris sacramentis per ea | significatis, a Deo sanctificationem habentia, ut dicit Hugo de Sancto Victore (de *Sueram.,* lib. 1, part. 11, cap. 1 et 2 h Nostra autem sacramenta directe et immediate justificant, quia ad lioc directe sunt instituta. Sed hæc opinio non videtur convenire dictis sanctorum : dicunt enim quod lex erat occasio mortis, inquantum ostendebat peccatum. et gratiam adjutricem non conferebat. Nec differt, quantum ad hoc, qualitercumque, directe vel indirecte, gratiam conferrent. Et præterea («), secundum hoc, nulla e-M l vel modica præeminentia sacramentorum nova· legis ad sacramenta veteris legis; quia etiam sacramenta nova.· legis a fide et .significatione causandi efficaciam habent, ut dictum est. Et ideo aliqui dicunt, et melius, quod nullo modo ipsa sacramenta veteris legis, id est, opus Operatum in cis, gratiam conferebat, excepta circumcisione, de qua |»ostea dicetur. * — Hæc ille.

(a) *prxtma* — propera Pr.

Ex quibus potest formari talis ratio pro ℭonclusione : Nullum sacramentum non agens in virtute Verbi incarnati, aut passionis Christi, esi aut fuit efficienter gratiæ causativum, per virtutem sibi inhærentem. Sed omnia sacramenta veleris legis erant hujusmodi. Igitur nullum tale causabat gratiam efficienter, per aliquam virtutem sibi inluerrnlem.

Secunda conclusio est quod In circumcisione conferebatur oralia, licet non virtute circumrisionis.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 70, ari. 4, ubi sic dicil : « Ab omnibus communiter dicitur quod in circumcisione peccatum originale remittebatur. Quidam tamen dicunt quod non conferebatur gratia, sed solum remittebatur peccatum; quod Magister ponit in prima distinctione 4. *Sentent.;* et *ad Boman.* 4, in Glossa. Sed hoc non])otest esse; quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud *Roman.* 3 (v. 24) : *Judi/icati gratis per gratiam ipsius* ,etc. Ideo alii di xerunt quod per circii incisionem conferebatur gratia, quantum ad effectus privativos remotionis culpæ, sed non quantum ad effectus positivos, ne dicer·· cogerentur quod gratia in circumcisione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, et ita superfluus fuisset adventus Christi. Sed etiam hæc po<ilio stare non potest. Primo quidem, quia per circumcisionem dabatur pueris facultas suo tempore perveniendi ad gloriam, quæ est ultimus effectu·· gratiæ positivus. Secundo, quia priores sunt naturaliter, secundum ordinem causæ formalis, effectus positivi, (piam privativi, licet, secundum ordinem causæ materialis, sil econlra : forma enim | non excludit privationem, nisi informando subjectum. Et ideo alii dixerunt quod in circumcisione conferebatur gratia, etiam quantum ad aliquem effectum positivum, qui est facere dignum vita ætema, sed non quantum ad omnes effectus, quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec etiam ad implendum mandata legis; quod etiam aliquando mihi visum est (4. *Sentent.,* dist. 1. q. 2, art. 4, q'l 3). Sed diligenter consideranti apparet quod non est verum. Quia minima gratia potest resistere concupiscential, et vitare omne peccatum mortale,quod committitur in transgressione mandatorum legis : minima enim charitas plus diligit Deum quam cupiditas millia auri et argenti. Et ideo dicendum est quod in circumcisione conferebatur gratia, quantum ad omnes gratiæ effectus; aliter tamen quam in liaptismo. Nam in baptismo Confiatur gratia ex virtute ipsius baptismi, quam habet inquantum est instrumentum passionis Christi jam perfectæ; circumcisio autem conferebat gra- | tiam, inquanlum erat signum fidei passionis Christi

futuro, ita scilicet quod homo qui accipiebat circumcisionem, profitebatur se «UBcipero talem fidem, vel adultus pro se, vel alius pro parvulis. Unde et Apostolus dicit, *ad Romanos, l* (v. 11) : *Abraham accepit signum circumcisionis, signaculum justitio fidei;* quia scilicet justitia erat ex fide significata (e), et non cx circumcisione significante. Et quia baptismus operatur instrumentaliter in virtute passionis Christi, non autem circumcisio, ideo baptismus imprimit characterem incorporantem homini Christo, et copiosiorem gratiam confert quam circumcisio; major enim est effectus rei jam presentis quam spei. » — Hæc illo.

Item, ibidem, in solutione primi, dicit quod < ex circumcisione non erat justitia aliter quam per fidem passionis Christi >.

Similia dicil, 4. *Sentent.,* prima distinctione (q. 2, art. 4), quoad hoc quod circumcisio non erat ullo modo causa gratiæ justificantis, licet in circumcisione Deus conferret gratiam accedenti non ficto. Ibidem tamen ponit aliqua, quæ j>ostea retractant in *Summa,* ut prodictum est. Ait enim (<jla 3) : <Circa hoc multiplex est opinio.Quidam enim dixerunt quod circumcisio, quantum est de se, culpam tollebat, sed gratiam non confereliat, innitentes cuidam Glossæ quæ habetur *Roman.* 4, quæ dicit : *In circumcisione peccata remittebantur, sed non per eam gratia prostabatur.* Dicebant enim quod cum originale nihil aliud sit quam concupiscentia intensa cum carentia debitæ justitiœ, circumcisio, sine hoc quod gratia conferretur, poterat auferre debitum, auferendo reatum, ut per hoc quod homo illam justitiam non habebat, non imputaretur ad pœnam. Sed hoc non potest esse : quia, manente inordinatione culpa·, nullo modo potest non imputari ad pœnam a Deo, cum culpæ inordinatio per pœnam ordinetur. Et ideo oportet, si imputatio ad pœnam tollitur, quod inordinatio tollatur; quod sine gratia fieri non potest. — Et ideo alii dicunt quod circumcisio ex sua virtute culpam tollebat, et gratiam circumciso conferebat, non ex vi circumcisionis, sed ex divina liberalitate, ablato gratiæ impedimento. Sed hoc non potest.esse. Quia, quamvis ex part recipientis prius sit expulsio contrarii quam introductio formæ, tamen ex parte agentis prius est introductio formæ; quia non expellit contrarium, nisi introducendo formam. Et ideo, nisi circumcisio aliquo modo gratiam conferret, nullo modo culpam tolleret. — Et ideo alii dicunt quod circumcisio conferebat gratiam quantum ad effectus privativos, qui sunt privare culpam, sed non quantum ad effectus positivos. Sed hoc nihil est : quia effectus ultimus positivus gratiæ cet facere dignum vita ætema;quod flebat per circumcisionem; sicut nunc fit per baptismum. — Et ideo alii dicunt, et probabilius, utvidetur, quod dabat gratiam, quantum ad effectus privativos culpæ et reatus, et quantum ad quondam effectus positivos, sicut ordinare animam, et facere dignum vita cetema; non tamen quantum ad omnes quos habet gratia baptismatis : quia illa sufficit ad reprimendum totaliter concupiscentiam, et ad meritorie agendum: ad quod gratia in circumcisione data sufficere non valebat. Et secundum, hoc intelligitur Glossa inducta. > — Hæc ille.

Item, in solutione primi, sic dicit : < Sicut in Sacramento Altaris est aliquid ex vi sacramenti, aliquid nutem ex naturali concomitantia; ita circumcisio principaliter erat ordinata ad ablationem culpæ, sed ex consequenti ad collationem gratiæ. > — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione, quoad primam sui partem : Illud «aeramentum in quo culpa remittitur, et dantur effectus gratiæ, tam positivi quam privativi, confert gratiam, vel tanquam causa *sine qua non,* vel tanquam causa efficiens. Sed circumcisio erat hujusmodi. Ergo, etc. — Pro secunda parte conclusionis, arguitur sic : Sacramenta veleris legis non habebant virtutem causativam gratiæ, nec tanquam agens principale, nec tanquam instrumentum passionis Christi. Sed circumcisio fuit hujusmodi. Igitur, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Aureoli. — Quantum dd secundum articulum arguitur contra conclusiones. Et quidem, contra primam arguit Aureolus (dist. 1, q. 3, art. 1), probando quod differentia inter sacramenta veteris et novæ legis inconvenienter assignetur per hoc quod sacramenta novæ legis causant gratiam per virtutem eis inhivrentem, alia vero non,

Primo sic Nobilitas instrumenti, et cujuslibet ordinati in finem, sumitur ex ratione utilitatis : quoniam quanto instrumentum est utilius, tanto est nobilius. Sed tante utilitatis esset circumcisio sicut est baptismus, si per utrumque detur gratia in æquali, qnantumcuinque detur alio et alio modo, sive per unum sacramentum detur gratia per virtutem inhærentem, et per aliud ex solo pacto divino, sive per unum detur principaliter, et per aliud ex consequenti : quantumcumquo enim fiat variatio de modo, dum tamen utrobiquo detur æqualis gratia in eodem gradu. erunt æque utilia. Igitur sacramenta nov;e legis et veleris erunt æqualis nobilitatis, si tantum modo differant, ut tu ponis. Pro-

(a) *šignificata — signata* Pr

baturminor dupliciter: primo, inductione; secundo, ratione. — Primo sic : Onto quod in circumcisione nulla sit virtus infusa, in baptismo autem sit virtus infusa, deinde gratia conferatur utrobique in eodem gradu, quid ad me de tali virtute inhærenle? Verbi gratia, in simili : si ista medicina conferat mihi sanitatem in eodem gradu et æque faciliter sicut illa, quid ad œgrum vel medicum, si ista medicina non agit |M»r aliquam virtutem a tota specie sicut alia, sed aliunde? Undecumque veniat talis operatio, æqualis utilitatis judicabuntur. — Batione probatur sic idem : Nobilitas illius quod nullam Imbet appetibilitatem propter se, sed propter aliud, debet pensari ex nobilitate illius a quo habet totam suam appetibilitatem. Sed tota appetibilitas sacramentorum est ex ratione effectus, scilicet gratiæ quam conferunt. Ergo, si conferant gratiam in æquali gradu, dato quod eam conferant differenter quantum ad modum, pubi quod unum per virtutem infusam, aliud ex pacto, unum principaliter, aliud ‘X consequenti, erunt æqualis nobilitatis in ratione instrumenti. — Confirmatur. Quia ubi unum propter alterum, utrobique tantum unum, 2. *Topicorum.* Sed nobilitas sacramenti est propter nobilitatem effectus. Igitur, etc. — Confirmatur. Quia virtus infusa non est ponibilis in sacramentis. Si etiam ponatur talis virtus, illa non est propter se diligibilis; non enim sacramenta diligo propter virtutem, sed propter effectum. Et si eorum effectus est æqualis, nobilitas erit æqualis. Nun ergo |>er hoc salvatur differentia sacramentorum veteris et novæ legis, quantum ad eorum dignitatem.

Dicetur forte, quod differunt, quia sacramenta novæ legis conferunt gratiam in majori gradu, puta baptismus quam circumcisio. — Contra, quia hoc non suflkit. Quia major debet poni differentia inter baptismum et circumcisionem, quam inter baptismum et baptismum. Sed inter baptismum ct baptismum est differentia majoris et minoris gradus a parte effectus, scilicet gratiæ et aliarum virtutum in baptismo infusarum. Probatio : Quis enim dubitat quin Paulus receperit majorem gratiam et virtutem abundantius in baptismo, quando baptizatus fuit, quam unus parvulus quando baptizatur? Secundo : Quia in illis quæ sunt alterius rationis in sanctificando, oportet åssignare effectus alterius rationis. Sed sacramenta veleris et novæ legis sunt alterius rationis in sanctificando. Igitur eis corresponde! effectus alterius rationis in sanctificando. Sed gratiæ majoris et minoris gradus non sunt alterius rationis : mugis enim et minue non diversiiicant speciem. Igitur, etc. — Hæc Aureolus, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I Argumenta Scoti Contra secundam con- l clusionem arguit Scotus (disl. 1, q. 6), probando quod, de potentia Dei absoluta, possibile est culpam originalem deleri sine gratiæ infusione; cujus contrarium innuitur in probatione dictæ conclusionis.

Primo sic. Quæcumque sibi invicem repugnant circa aliquod subjectum, mutuo se excludunt circa illud. Ergo cui repugnant plura circa aliquod subjectum, illud potest per quodlibet illorum expelli vel excludi ab illo subjecto. Sed culpæ originali repugnat rectitudo in puris naturalibus, etiam sine gratia. Patet de facto, secundum Magistrum ponentem hominem a Deo sic conditum. Patet etiain de possibili, per rationem : Quia, si non posset natura fieri recta rectitudine naturali sine gratia, tunc gratia esset naturalis, licet non naturae lapsæ, tamen naturae in sua propria rectitudine institutæ. Illud enim est naturale, quod consequitur naturam secundum se. Ergo sequitur quod per solam rectitudinem naturalem, et sine gratia, potest culpa expelli.

Si dicatur quod rectitudo absolute potuit esse in natura absque gratia, tamen post culpam non potest restitui absque gratia collata; — Contra illud, et simul ad principale,arguitur sectindo(x). Forma non habens esse alterius rationis, non habet aliam irreparabililalem a quocumque : quia enim est talis forma, et talc esse habens, ideo est reparabilis vel irreparabilis a quocumque. Sed forma non habet esse alterius rationis in subjecto, ex hoc quod ejus oppositum praecessit in eo, ut patet de frigore et calore circa aquam. Ergo forma non habet aliam irreparabilitatem a quocumque per hoc quod ejus oppositum praecessit in subjecto, ut patet. Sed rectitudo naturalis, si non praecessisset suum oppositum. posset reparari (&), per te. Ergo, etc.

Tertio sic. Qualemcurnque secundum formam absolutam jbotest Deus hominem creare, etiam secundum talem formam absolutam potest post culpam reparare. Sed in pura rectitudine naturali potest Deus hominem creare. Igitur, etc. Major patet : quia culpa non facit naturam in se esse aliam, nec quin sit capax illius cujus prius fuit capax; agens autem divinum potest illi imprimere quodcumque cujus est capax, et hoc sine alio quocumque quod non includitur in ratione illius impressi, et maxime si id inclusum sit posterius ipsa forma impressa (γ); sed gratia est hujusmodi respectu ju titiæ vel rectitudinis naturalis; ergo, etc. Sed si instetur contra majorem : quia Deus non potest de non virgine facere virginem, secundum Hieronymum, et tamen a principio potest creare hominem virginem;— non valet instantia. Quia in majori dictum est quatcnicumquc *secundum formam absolutam,* et sic non est instantia : quia quod·

( ) sectiwfo. — Otn. Pr.
( ) reparari. — *teparan* Pr
(γ) a verbi» *ct numme* usque ad inipreua, otn. Pr.

cumque absolutum importatum per virginitatem, sive ait perfectio in mente, sive dispositio in carne, lotum potest Deus reparare; sed ultra, ista virginitas dicit quamdam negationem actus prwteriti, scilicet nunquam cecidisse mente vel carne in peccatum carnis; ex quo autem actus præleriit, non potest Deus facere quin praterierit. Unde Philosophiis, 6. *Ethicorum,* cap. 3, commendat dictum Agathonis dicentis : Hoc solo privatur Deus ingenita facere quæ facta sunt. Et ratio est : quia nulla factio potest esse non entis, vel de non aliquo ente; quia, maxime extendendo factionem, quælibel est vel entis de non ente, vel non entis de ente, ut in annihilatione ; proteritum autem non est ens, et ipsum non præteriisse est aliud non ens; ergo non potest ex proterito fieri non protentum.

Quarto. Quia gratia non opponitur formaliter peccato originali; nec modo dimittitur illud peccatum per collationem gratiæ, nisi quia gratia includit æquivalenter vel principaliter in acceptationedivina justitiam originalem, quæ formalitcr opponitur peccato originali. — Hæc Scotus, in forma.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem arguit Aureolus (dist. 1, q. 2, art. 4).

Primo 'α) sic. Quandocumque aliquod subjectum est tale quod ipsum est susceptivum oppositorum et medii inter illa opposita non immediata, non videtur repugnantia quin aliquod agens possit illud reducere de uno extremo opposito ad medium, non reducendo ipsum ad aliud extremum. Sed status purorum naturalium est status medius inter culpam et gratiam : quia alias ǧa esset ex puris naturalibus, et sequeretur error Pelagii ; vel peccatum inesset ex puris naturalibus, et sequitur error Manicbæi. Ergo, cum anima sit susceptiva culpæ et gratiæ, et similiter status medii, sequitur quod non est repugnantia quod Deus omnipotens faciat animam transire de statu culpæ ad statum naturalem, non deducendo ipsam ad gratiam.

Secundo arguit (ibid., q. 3, ari. 2), probando quod baptismus et circumcisio non differant penes hoc quod Imptismus prius delet culpam, et circumcisio prius remittit obligationem ad pœnam.

Primo, Quia ubi unum sequitur et inesl propter aliud ut propter causam propriam, non convenienter aufertur secundum, non ablato primo : verbi gratia, medicus volens curare morbum, conatur proscindere prius causam; nec possibile est morbum curari, causa relicta. Sed culpa, in habente originale, erat causa obligationis ad carentiam visionis. Ergo Deus, qui est medicus ordinatissime sanansanimam, prius curat causam morbi. Ergo prius delet culpam.

Secundo. Quia, si circumcisio prius deleret obligationem quam culpam, sequitur quod in aliquo instanti rationis esset aliquis dignus visione et in peccato originali. Per te enim, quodam ordine rationis est prius alisolutus ab obligatione ad carentiam visionis, quam sit deleta culpa originalis; et tunc, in instanti quo culpa esset remittenda (a), inesset simul utrumque, scilicet culpa et spes divinæ visionis; quod est impossibile. Igitur, etc.

III. Argumenta Durandi. — Contra eamdem conclusionem, potissime contra aliqua contenta in probatione, arguit Durandus (dist. 1, q. 7)

Primo. Quia, ut dicit, culpa originalis, vel actualis, non est privatio gratiæ formaliter et directe, sed solum meritorie: quia, propter mentum culpæ, vel potius demeritum, Deus aufert gratiam, si peccans prius eam habebat; propter demeritum etiam Adæ, Deus abstulit gratiam ab omnibus de stirpe ejus descendentibus per viam naturalis generationis, quam gratiam Deus omnibus illis infudisset, si Adam non peccasbet; sal ipsa culpa originalis, vel actualis, non est formaliter privatio gratiæ, ut tua ratio assumit.

Prolerea. Privative oppositorum, alterum necesse est messe subjecto apto nato. Sed Deus posset facere quod aliquis esset sine culpa originali et actuali, et sine gratia : sicut si quis miraculose formaretur de limo terra, ut Adam; talis enim non haberet culpam originalem neque actualem, neque esset necesse quod Deus daret ei gratiam (quod etiam aliqui aestimaverunt de Adam in sua creatione). Gratia ergo et culpa originalis, vel actualis, non opponuntur privative, ut necesse sit semper alterum inesee subjecto. — Hæc ille.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR RESPONSIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Aureoli. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem

Ad primum Aureoli contra primam conclusionem, dicitur primo, quod sacramenta veteris legis non Conferebant gratiam ex opere operato, ut dictum fuit in probatione conclusionis; sacramenta veronovæ legis illo modo conferunt gratiam, et non solum ex opere operanto, vel ex devotione suscipientis. — Dicitur secundo, quod nec in sacramentis veteris legis conferebatur regulariter gratia, nisi in circumcisione : ita quod circumcisio erat causa sine *qua*

(a) *Primo-* — Oin. Pr.

(a) *rtnuUcnda,* — Oin, Pr.

non, el non causa per *quam,* vel aliqualiter effectiva collationis graliæ; alia vero sacramenta neutro modo erant causativo gratiæ ex opere operato; licet usus eorum, et devota susceptio, esset meritoria accedentibus ad ea cum diaritate, ut diffuse «licit sanctus Thomas, præsenti distinctione, «j. 1, art. 5, in solutions secundæ quæstiunculæ, et 3 p., q. 62, ari. 6. — Dicitur tertio, quod, posito, sed non concesso, quod omnia sacramenta veteris legis conferrent gratiam Unquam causa *sine qua non,* el sacramenta novæ legis conferant gratiam per virtutem eîsinhærenlcm, adhuc sacramenta novæ legis arguuntur esse excellentiora el digniora, et utiliora sacramentis veteris legis. Et ad prolationem in oppositum, dicitur quod minor est manifeste falsa : quia illa sacramenta quæ nullo modo causant (x) gratiam, nec introductive, nec diapositive, nec principaliter, nec instnimentaliler, nullo modo sunt dicenda utilia ad susceptionem graliæ; licet usus talium possit osse utilis ad hanc; el sic opus operans erit utile, sed non opus operatum. Sicut enim dicit sanctus Thomas, 1 p., q. 5, art. G, in solutione secundi : ‹ Illa proprie dicuntur delectabilia, quæ nullam habent aliam rationem appetibilitalis nisi delectationem, cum aliquando sint noxia et inhonesta. Utilia vero dicuntur, quæ non habent in se unde desiderentur, sed desiderantur solum ut sunt ducentia in alterum, sicut sumptio medicina' amara. Honesta vero dicuntur, quæ in Miipsis habent unde desiderentur. » — Hæc ille. — Ex «pio plet quod nihil dicitur utile, nisi ducat in alterum, et |M?r consequens sil causa aliqualiter effectiva vel dispositiva illius ad quod ducit.

Tunc ad primam prolationem hujus minoris, dicitur quod si aliqua medicina nullo modo causal nec efficit .sanitatem, sed solum in sumptione illius datur sanitas, non tamen per illam, constat quod illa nullo modo est utilis ad sanitatem; licet aliquid concomitans illam sit utile ad sanitatem, puta illud quod sanitatem aliqualiter efficit, vel principaliter, vd (6) dispositive. Medicina autem quæ aliquo modo efficit sanitatem, utilis est, illo modo quo efficit.

Ad secundam probationem dictæ minoris, dicitur quod sacramenta quæ nihil efficiunt ad gratiæ susceptionem, nec habent respectu illius aliquam veram causalitatem, non habent appetibilitatem veram et propriam ratione sui effectua, ex «juo nullum habent effectum, proprie loquendo, aed sunt signa effectus alieni, el nullo modo sui. Usus vero talium, qui dicitur opus operans, habet illam apptibilitatem et utilitatem. Et conseqqenter, talia sacramenta possunt dici appetibilia et utilia, ratione sui usus. El sic, remote, el multum de pr accidens, sunt appetibilia, propter gratiam, non cujus sint causa, sed occasio.

Ad primam confirmationem, patet ex prodictis : quia sacramenta veteris legis nullum habent effectum spiritualem gratificum. Ideo omnia ista argumento falsum implicant, el contradictoria, dum ex una parte dicunt sacramenta veteris legis habere effectum, et ex alia tollunt omnem effectivi talem et causalitatem veram ab eis, ut dictum est.

Ad secundam confirmationem, dicitur quod in sacramentis novæ logis est ponenda virtus inhaerens, ut patuit in quaestione procedenti. — Dicitur secundo, quod virtus illa diligibilis el appetibilis el utilis est propter suum effectum; sed sacramenta nullam virtutem habentia, nullum habent effectum, et consequenter nullo modo sunt diligibilia propter suum effectum. — Dicitur tertio, quod positio quæ ponit sacramenta novæ legis habere veram rationem causalitaliseflectivæ respectu graliæ, et quod habent veraciter effectum gratificum, verius salvat dignitatem et excellentiam eorum supra sacramenta veleris legis, quam contraria opinio, quæ nullo modo potest salvare prodicta.

Cum vero ulterius arguens recitat quamdam responsionem ad dicta sua, dicitur quod non necessario habemus sustinere prodictam responsionem; quia non lego alicubi sanctum Thomam illam responsionem posuisse, scilicet quod sacramenta veteris legis differant a sacramentis novæ legis principaliter el dunlaxat in hoc quod nova conferunt gratiam in majori gradu quam vetera, sed potius quod nova conferunt gratiam effective, vetera vero nequaquam. Item, quin in susceptione novorum datur gratia excellentior, el forte alterius speciei quam in susceptione veterum, appellando largo gratiam characterem et ornatum et alios effectus sacramentales in novorum susceptione collatus. El per hoc palet responsio ad ambas improbationes dictæ responsionis, si eam oporteat sustinere. Verumlamen, sicut recitatum fuit in probatione (a) secundæ conclusionis, sanctus Thomas, 3 p., q. 70, art. 4, dicit quud copiosiorem gratiam confert baptismus quam circumcisio, ct quod imprimit characterem, quem non conferebat circumcisio. Et sic ex prodictis patet quod quidquid conferciatur in sacramentis veleris legis, confertur in sacramentis noro legis, et adhuc plus. Item, quod sacramenta novæ legis conferunt gratiam, et ex opere operato, el ex opere operante, in adultis rite suscipientibus ea; el duplam gratiam conferant, vel in duplici gradu, ad gratiam collatam in sacramentis veteris legis, in «piibus solum conferebatur unica gratia, vel simpla, scilicet ex opere operante. El sic patet quod opinio nostra salvat convenienter differentiam ulrorumque Sacramente-

la) α»Λ — Ad. Pr.
(<) rei. — *el* Pr.

ls) *probatione, — improbatione* Pr.

rum, cl excellentiam novorum super vetera. El plura alia circa hoc dicehlur in sequenti quaestione.

§ 2.— Ad argumenta contha secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra secundam conclusionem, dicitur primo, quod responsio ibi data, est bona et sufficiens. Illam enim ponit sanctusThomas in mullis locis. Nani, *de Veritate,* q. 28, art. 2, arguit sic, in quarto loco : α Contrariorum mediatorum unum potest removeri sine hoc quod aliud inducatur; sicut nigredo potest expelli absque inductione albedinis. Sed inter statum culpæ et statum graliæ est aliquod medium, scilicet status naturo condilæ, in quo, secundum quosdam, homo neque gratiam habuit neque culpam. Ergo non est necessarium ad remissionem culpæ quod aliquis gratiam accipiat. uEcce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, supposita illa opinione, quod Adam aliquo tempore neque gratiam neque culpam habuerit (quamvis hoc a quibusdam non concedatur), dicendum est quod nihil prohibet aliqua contraria esse mediata resjiectu a lieujus subjecti simpliciter accepti, quæ sunt immediata quantum ad tempus determinatum; sicut cæcum el videns sunt mediata incane, non tamen post nonum diem. Similiter el homini, respectu status natura condilæ, gratia et culpa comparantur ut contraria mediata; sed post illud tempus cpio Adam gratiam accepit, vel accipere potuit, ita etiam quod in omnes ejus posteros transiret, nullus caret gratia nisi per culpam actualem vel originalem. » — Hæc ille. — Item, Ɨ 2l·, q. 113, ari. 2, in solutione primi, sic dicit : α Plus requiritur ad hoc quod offendenti remittatur offensa, quam ad hoc quod simpliciter aliquis non offendens non habeatur odio. Potest enim apud homines contingere quod unus homo aliquem alium nec diligit nec odit; sed, si eum offendat, quod ei dimittat offensam, hoc non potest contingere absque speciali benevolentia. Benevolentia autem Dei ad hominem reparari dicitur per donum gratiæ. El ideo, licet, antequam homo peccet, possit esse sine gratia el sine culpa; tamen, post peccatum, non potest esse sine culpa, nisi gratiam habeat. » — Hæc ille. — El est responsio directe ad argumentum prarecilatum. — Similem responsionem ad simile argumentum |>onit, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. I, art. 3, qll I, in solutione secundi, ubi sic dicit : α Quamvis non sequatur positio ğratia ad remotionem vel negationem culpæ, tamen destitutio čulpa prius exsistentis non potest fieri nisi per gratiam. Quia illa innocentia? bonitas, qu® inter utcumque media videtur, non sufficeret ad hoc quod dignum redderet immunitate ab infinita offensa commissa prius; quamvis sufficeret ut immunem redderet illum in quo (^peccatum non processit. In eo enim qui peccavit, requiritur quod non solum peccatum absit actu, ǂd (diam quod peccatum prius commissum expietur, el quodammodo tegatur; quod fieri non potest, nisi ab aliquo habente infinitam virtutem. » — Hæc ille.— Unde, ad hujusmodi declarationem, notandum est quod ipse, in principali responsione, sic dicit : « Necessitas ponendi habitus virtutum infusos in anima, est ex hoc quod illi actus qui homini necessarii sunt ad vitam alernam consequendam, sunt supra humana? naturæ facultatem : quia propriæ vires non sufficiunt ad merendum infinitum bonum. Sicut autem læatitudo summa habet infinitatem ex objecto, et per consequens actus suos meritorios oportet esse aliquo modo infinite virtutis, ut sint tali fini pro|»orlionati ; ita offensa in Deum commissa habet quamdam infinitatem ex eo in quem commissa est. Ideo ad culpæ remissionem non sufficit humana natura; et, propter hoc, oportet quod ad ejus remissionem, sicut ad merendum vitam æternam, gratia infundatur. › — Hæc ille. — Item, 1' 2'', ubi supra (q. 113, ari. 2), sic dicit (in corp, art.) : « Homo peccando Deum offendit. Offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc quod animus offensi pacatur offendenti. El ideo secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quod Deus nobis jiacatur. Quæ quidem pax consistit in dilectione qua Deus nos diligit. Dilectio autem Dei, quantum est ex parte actus divini, est ælerna el immutabilis; sed, quantum ad effectum quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, prout scilicet ab ipso quandoque deficimus, et quandoque iterum recuperamus. Effectus autem divin® dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo fit dignus vita ælerna, a qua peccatum mortale excludit. Et ideo non posset inlelligi remissio culpa·, nisi esset infusio graliæ. › — Hæc ille. — Item, in soluliono secundi, sic dicit : ‹ Sicut dilectio Dei non solum consistit in actu voluntatis divin®, sed etiam importat quemdam graliæ effectum; ita etiam hoc quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quemdam effectum in illo cui (?) peccatum non imputatur. Quod enim alicui non imputatur peccatum a Deo, ex divina dilectione procedit. » — Hæc ille. — Item, *dc Veritate,* ubi supra (q. 28, art. 2), sic dicit : α Remissio peccatorum nullo modo sino gratia gratum faciente esse potest. Ad cujus evidentiam, sciendum est quod, cum in peccato sint duo, scilicet aversio et conversio, remissio et relentio peccati non respiciunt conversionem, sed magis aversionem, el illud quod ad aversionem sequitur. Et ideo, cum aliquis desinit habere voluntatem peccandi, non ex hoc ipso est sibi peccatum remissum,

( ) guo. — *quem* Pr.
( ) eu·, — *cuju9* Pr.

etiamsi in contrariam transeat voluntatem. Dicit enim Augustinus, in libro *de Nuptiis et concupiscentia* (lib. 1, cap. 26) : Si α *peccato desistere hoc esset non habere peccata, sufficeret ut hoc nos moneret Scriptura* (Eccli., cap. 21, v. 1) : α *Fili, tu peccastif non adjicias iterum.* » *Non autem sufficit, sed addidit :* ‹ *Et de pristinis deprecare, ut tibi remittantur.* › Secundum hoc ergo peccatum remitti dicitur, quod aversio, et ea quæ consequuntur illam, ex actu peccati praterito consequens, sanatur. Sunt autem tria ex parte aversionis, sese concomitantia, ratione quorum sine gratia |æccatorum remissio fieri non potest : scilicet aversio, offensa Dei, et reatus. Aversio autem inlelligitur a bono incommutabili, quod quis poterat habere, respectu cujus se impotentem fecit; alias aversio non esset cul|>abilis. Non ergo potest praedicta aversio removeri, nisi fiat conjunctio ad Itonum incommutabile, a quo homo per peccatum discessit. Hæc autem conjunctio non est nisi per gratiam, per quam Deus mentes inhabitat, et mens ipsi Deo per amorem charitatis inhæret. Unde ad sanandum praedictam aversionem requiritur gratiæ et charitatis infusio; sicut ad sanationem cæcitatis requiritur restitutio potentiæ visivæ. Offensa etiam, quæ ex peccato sequilur, sine gratia aboleri non potest; sive accipiatur offensa ex parte hominis, inquantum homo peccando Deum offendit; sive ex parte Dei, secundum quod peccatori est offensus, secundum illud Psalmi (5, v. 7) : *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Quicumque enim rem aliquam digniorem indigniori supponit, injuriam ei facit; et tanto amplius,quanto res est dignior. Quicumque autem ια) in re temporali finem (δ) sibi constituit (quod facit omnis mortaliter peccans), ex hoc ipso, quantum ad effectum suum, praponit creaturam Creatori, diligens plus creaturam quam Creatorem : finis enim est quod maxime diligitur. Cum ergo in infinitum Deus creaturam excedat, erit (γ) peccantis contra Deum infinita offensa ex jiarte dignitatis ejus cui per peccatum quodammodo fit injuria, dum ipse Deus contemnitur, et ejus praeceptum. Unde ad hanc offensam abolendam non sufficiunt vires humans, sed requiritur munus divinæ gratiæ. Ipse etiam Deus dicitur peccatori offensus, vel eum odire, non odio quod opponitur amori quo diligit omnia (sic enim nihil odit eorum quæ fecit, ut dicitur, *Sapien.* 11, v. 25), sed quod (δ) opponitur amori quo diligit Sanctos, bona æterna eis praeparando. Hujus autem amoris effectus est donum gratiæ gratum facientis. Unde offensa qua Deus homini offenditur, non removetur nisi per hoc quod gratiam dat. Reatus etiam peccati non solum est obligatio ad pœnam sensibilem, sed praecipue ad damni poenam, quæ est carentia gloriæ. Unde reatus non tollitur quamdiu non datur homini unde possit ad gloriam pervenire. Hoc autem est gratia. Ideo sine gratia peccatorum remissio fieri non |>otest. d — Hæc ille. — Item, ibidem, sexto loco, arguit sic : « Peccatum, postquam actu transit, dicitur remanere, secundum Augustinum, libro *de Nuptiis et concupiscentia* (lib. 1, cap. 26), inquantum actus peccati praeteritus imputatur ad pœnam. Ergo, e converso, dicitur remitti, secundum quod non imputatur ad pœnam, secundum illud Psalmi (31, v. 2) : *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Sed imputare vel non imputare ponit aliquid tantum in Deo imputante vel non imputante. Ergo ad remissionem peccati non requiritur gratia in eo cujus jieccalum remittitur, d Ecce argumentum. Sequilur responsio : « Dicendum, inquit, quod sicut dilectio Dei qua diligit nas, consequenter aliquem effectum in nobis relinquit, scilicet gratiam, per quam digni reddimur vita æterna, ad quam nos diligit; ita hoc ipsum quod est Deum non imputare nobis delicta, ex consequenti relinquit aliquid in nobis, per quod a reatu prædicto digni simus absolvi; et hæc est gratia, u — Hæc ille. — Ex quibus patet quod anima creatura rationalis potest creari sine culpa, et sine gratia; tamen, ex quo peccavit, non potest esse immunis a culpa, et reatu et offensa Dei, et ab aversione, sine infusione gratiæ gratum facientis. Et puto, sine temeraria assertione, quod hoc non solum est impossibile potentiæ Dei ordinatæ, immo potentia) Dei absolute. Tamen, ut securius loquamur, restringamus dicta et dicenda ad potentiam Dei ordinatam.

Et tunc, ad improbationem pradictæ responsionis, et a‹l secundum principale, juxta verba arguentis, dicitur primo, quod argumentum peccat in forma, cum sit ex puris negativis..— Dicitur secundo, quod, dato quod posset reduci ad bonam formam, major est falsa, scilicet quod forma non habens esse alterius rationis, non habet aliam irreparabilitatem, si loquatur de irre|)arabilitate quocumque modo dicta. Constat enim quod vita nullo modo potest reparari per naturam in eodem subjecto, in quo mora praecessit, nisi per multa media; et idem est de cæcitate, post visum; et de multis habitibus, post suas privationes. Et de hoc Aristoteles, in fine 8. *Metaphysicst* in illo cap. Cum *autem quædam* (t. c. 14); ubi sanctus Thomas (lect. 4), sic dicit : a Quæcumque sic transmutantur ad invicem, sicut ex vino fit acetum,et ex animali fit mortuum, non fit conversio transmutationis, nisi redeatur ad materiam. Sicut si ex mortuo debet fieri animal vivum, oportet quod redeatur in materiam primam, inquantum carpus mortuum resolvitur in elementa; et iterum, ordine debito, venitur ad constitutionem

(s) *autem. — mini* Pr.
(€) finem. — fratrem Pr.
(γ) erif. — *erunt* Pr.
(4) *quod* — Om. Pr.

animalis. Et simile est de acelo et vino. Et hujus ratio est, quia materia-quandocumque se hnhet ad diversa secundum ordinem, non potest ex posteriori redire in id quod præcessit secundum ordinem : sicut, in generatione animalis, ex cibo fit sanguis, et ex sanguine fit menstruum et semen, ex quibus generatur animal; non |X)test autem mutari ordo, ut scilicet ex semine fiat sanguis, aut ex sanguine cibus, nisi per resolutionem in primam materiam, eo quod cujuslibet rei est determinatus modus generationis. Et similiter, quia materia vini non comparatur ad acetum nisi per vinum, scilicet inquantum est corruptio vini. Et similiter est de mortuo et vivo, et de cæco et vidente, et caderis hujusmodi. Et ideo a talibus privationibus non fit reditus ad habitum, nisi per resolutionem ad primam materiam. Si autem sit aliqua privatio ad quam materia ordinatur immediate, quæ scilicet nihil significet nisi negationem forma? in materia, sine ordine ad formam, a tali privatione potest fieri reditus ad formam, sicut a tenebris ad lucem, quæ nihil aliud sunt quam absentia lucis in diaphano. « — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod aliquam irreparabilitatem habet forma, ex hoc quod suum oppositum et sua privatio præcessit in eodem subjecto; potissime ubi talis privatio importat non solum negationem form® in subjecto, immo depravationem, corruptionem, inhabililatem subjecti ad talem formam; tunc enim forma non potest re|mrari, nisi subjectum prius reparetur, et habilitetur, et idoneum reddatur ad recipiendum formam. Sic autem est in proposito. Nam privatio naturalis rectitudinis per peccatum originale, importat negationem talis rectitudinis in anima; et, cum hoc, tria indisponentia animam ad recipiendum naturalem rectitudinem, scilicet aversionem a Deo, offensam Dei. et reatum pœnæ; ad quorum abolitionem requiritur infusio gratiæ gratum facientis, ut patet per pra> dicla. Et ideo argumentum non concludit quod naturalis rectitudo reparari post peccatum sine gratiæ infusione. Conceditur tamen qiipd potest reparari cum infusione gratiæ. Et ideo non est simpliciter irreparabilis; sed est irreparabilis secundum quid, quia scilicet non sino addito, nec immediate

Dicitur ulterius, quod, posito, sed non concesso, quod rectitudo naturalis posset restitui vel reparari sine gratiæ infusione, non tamen sequilur ex hoc quod peccatum originale pOssit remitti simpliciter et perfecte sine gratia? gratum facientis infusione. Cujus ratio est quia, ut dictum est. tale peccatum non solum importat negationem talis rectitudinis, verum etiam quaulam alia; et ideo positio naturalis rectitudinis non tolleret peccatum originale simpliciter, sed secundum quid, utputa quantum ad deordinalionem subjecti in se, non quoad deonlinationem subjecti in online ad Deum, nec quoad reatum pœnæ exlrinsecæ. Sciendum autem quod rectitudo naturalis ănima rationalis potest intelligi et accipi tripliciter : primo modo, prout importat aliquid positivum absolutum, vel respectum naturalem animæ humana? ante peccatum Adæ, sine pluri; secundo modo, prout importat prodictum positivum, et, cum hoc, negationem et carenliam omnis obliquitatis culpæ originalis et actualis in potentiis animæ susceptivis vitii et peccati ; tertio modo, prout importat duo prodicta, et, ultra hoc, carantiam cujuslibet effectus et sequels peccati, sive sit macula, sive reatus, she diminutio l>oni naturæ, sive inclinatio habitualis vitiosa, sive offensa Dei, aut quodeumque aliud ex peccato derelictum. Hac distinctione praemissa, dicitur quod naturalis rectitudo primo modo dicta, potest a Deo post peccatum reparari sine infusione gratiæ gratum facientis; et de illa probant argumenta Scoti, quæ prætendunt rectitudinem naturalem esse quamdam formam absolutam, sine cujuscumque respectus aut negationis importatione. Sed rectitudo naturalis secundo et tertio modo dicta, non potest ƀo peccatum reparari sine infusione gratiæ gratum facientis; nec de tali rectitudine procedunt argumenta Scoti; quia rectitudo taliter dicta non est quid pure positivum absolutum, seri quædam alia includit. Et ex hoc melius intelliguntur prodicta et post dicenda. Et sic potest patere responsio ad primum principale Scoti, et similiter ad replicaro contra responsionem sancti Thoma?, et ad secundum principale contra secundam conclusionem.

Λıl tertium principale contra eamdem, dicitur primo, quod forte forma arguendi peccat per sophisma figura? dictionis, quia mutatur *quid* in *quale :* quia major loquitur de forma absoluta, et minor de forma pure et precise accepta; ideo non recte subsumilur minor sub majori. — Dicitur secundo, quod si forma arguendi debite ordinetur, oportet quod major sic intelligalur, quod, secundum qualemcunique formam absolutam, et solam præcisatn puram, potest Deus hominem creare, secundum talem solam praecisam puram, hoc est, sine pluri, jwtest illum post culpam mortalem, originalem vel actualem, recreare, absque aliquo addito. El in hoc sensu major negatur, ut patet per prædicta. Nec valet probatio majoris, cum falsum assumat, scilicet quoti culpa non reddat naturam aliquo modo incapacem illius cujus prius capax fuerit, loquendo de capacitate immediata : quia, ut prius visum fuit, natura ante culpam fuit capax immediate innocentia? a culpa, et immunitatis a pœna; |»ost culpam autem non est capax talium, nisi mediante gratia gratum faciente, et, per consequens, nec rectitudinis naturalis, quæ læditur per peccatum tam originale quam actuale (ut ostendit sanctus Thomas, ŧ ℣ q. 85, ari. 3), nec sanatur nisi per gratiam (ut idem ostendit, ibidem, q. 109, art. 2). — Dicitur tertio, qubd, posito quod Deus recrearet

hominem secundum rectitudinem naturalem, hoc est, cum omnibus formis absolutis in quibus creatus fuit, hoc non sufficeret ad remissionem vel deletionem peccati originalis postea subsecuti simpliciter dictam, ut sæpe dictum est : quia, adhuc cum omnibus illis, possentstare illa quæ sunt principalia in peccato originali, scilicet aversio, offensa, el reatus pœnæ; et ideo, ad perfectam deletionem peccati originalis, vel actualis mortalis, requiritur restitutio non solum formarum absolutarum prius habitarum, vel consimilium in specie, verum etiam multarum negationum et respectuum, qui sine gratia gratum faciente nequeunt reparari, ut dictum est. — Dicitur quarto, quod, licet virginitas eoq>oralis, importans solam integritatem carnis, possit post ejus amissionem per Deum reparari sine gratia gratum faciente; non tamen virginitas spiritualis, si contingat eam per culpam mortalem amitti, potest sine prædicta gratia reparari, sicut nec aliæ virtutes, vel status virtutum Deo accepti. Vel, brevius, ad hæc, et ad omnia praecedentia in hoc argumento, dicitur, juxta praemissam distinctionem de rectitudine naturali, quod hoc argumentum solum concludit quod Deus potest reparare virginitatem sicut el naturalem rectitudinem, si utrumque horum importet precise formam absolutam, sine infusione gratiæ, non autem si dicant absolutum cum negatione : quia rectitudo naturalis, hoc modo sumpta, nullo modo sine gratia potest reparari; virginitas autem nec cum gratia nec sine gratia reparari potest.

Ad quartum ejusdem, dicitur quod, qualitercumque gratia gratum faciens opponatur peccato originali, sive formaliter, sive viriualiter, sive demeritorie, aut alio modo, tamen constat quod ad peccatum originale et actuale mortale consequuntur multa, quæ sine gratiæ gratum facientis infusione deleri et aboleri non possunt.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, [valet solutio per superius dicta (ad tum Scoti). Quia, licet status culpæ et gratiæ non sint contraria immediata respectu humanæ nature simpliciter accepta», sunt tamen contraria immediata post tempus innocentiae, el in statu nature lapsæ, et tempore nunc currenti, quoad descendentes ab Adam modo naturali. Nec propter hoc sequitur quod gratia sit naturalis homini ; nec culpa. — Dicitur secundo, quod argumentum non est proprie contra conclusionem. Quia, dato quod aliquis de statu culpæ transferretur ad statum rectitudinis naturalis, quoad omnia absoluta quæ includit, non transeundo per statum gratiæ, non tamen ex hoc habetur quod peccatum mortale, originale vel actuale, sine gratia gratum faciente possit deleri : quia pura naturalia tali puritate, scilicet per remotionem quorutneumque positivorum absolutorum contrariorum natura, non excludunt peccatum mortale praeteritum, quoad omnes ejus effectus relictos; quidquid sit de peccato mortali praesenti.

Ad secundum ejusdem, dicitur primo, quod illud dictum quod arguens impugnat, non continetur formaliter vel viriualiter in nostra conclusione. Verumtamen illud dictum ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent,,* praesenti distinctione, q. 2, ari. 4, in solutione secundæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : « Peccatum quod ex alio contrahitur, conveniens est ut per alium tollatur. El ideo, in quocumque statu, post peccatum, fuit aliquod remedium, per quod originale peccatum ex virtute passionis Christi tolleretur. Et iterum, quia non poterat puer natus, antequam haberet usum liberi arbitrii, se ad gratiam praeparare, ne omnino sine remedio relinqueretur, oportuit aliquod remedium dari, quod ex ipso opere operato peccatum aboleret; el tale remedium fuit circumcisio. Et ideo ab omnibus conceditur quod peccatum auferebatur, sicut significabat (x) ablationem. El in hoc cum sacramentis novæ legis quodammodo conveniebat, quod efficiebat hoc quod figurabat. Operabatur autem circumcisio peccati dimissionem a posteriori. In peccato enim originali sunt tria : scilicet culpa, reatus carentia; (6) divinæ visionis, et fomes. Prima duo totaliter tolluntur; sed tertium per sacramenta diminuitur. Et ideo circumcisio,quæ erat particularis abscissio, directe significabat et causabat diminutionem fomitis, el per consequens auferebat reatum carentiæ divinæ visionis, et per consequens culpam. In baptismo autem est e converso : quia prius destruit culpam, cujus ablutionem significat ablutio exterior, et etiam causât, et per consequens destruit alia, n— Ilæc ille. — Verumtamen hunc modum loquendi non legi in *Summa,* nec aliis dictis suis ubi loquitur de efficacia circumcisionis. Ideo tale dictum non habemus necessario sustinere, ratione pracedenlium conclusionum.

Dicitur secundo, quod qui vult dictum illud sustinere, potest probabiliter dicere quod ille ordo quem praetendunt dicta beati Thomæ inter sublationem reatus el deletionem culpæ, non est ordo durationis, sed ordo natura, vel rationis et naturalis inlelligenliæ, vel figurationis, aut alicujus significationis voluntarie a Deo instilutæ. Et si contra istum ordinem objicitur, dicitur

Ad primam objectionem, quod quia causalitas Dei est realis effectiva et principalis, ideo Deus prius delet culpam, quam tollat reatum. Sed quia causalitas circumcisionis respectu talium effectuum erat mere significativa, vel figurati va, et non realiter effectiva, ideo, sicut prius secundum naturam et rationem significabat diminutionem fomitis quam sublationem reatus, et prius sublationem reatus

( ) ιιψιι/π *aboi, — signi/ical* Pr.
( ) carenfia:* larentut Pr.

quam deletionem culpæ, ita et prius dicebatur hoc quam illud causare vel officere.

Ad secundam objectionem dicitur quod, secundum pnedicta, nihil aliud concludit, nisi quod in aliquo instanti rationis, vel nature?, significatur sublatio reatus, in quo non significatur deletio culpæ ; et hoc non est inconveniens. Sciendum etiam est, quod non est inconveniens aliquid esse prius secundum ordinem causæ materialis, quod est posterius secundum ordinem causa» efficientis ve) finalis, ut sæpe dicit sanctus Thomas (α) de remissione culpæ et infusione gratiæ. El similiter, non est inconveniens aliquid esse prius secundum ordinem causæ instrumental^, quæ non efficit nisi significando, quod tamen est posterius secundum ordinem causæ principalis, etc.

III. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 1, q. 5, art. 4), dicens quod ‹ illa objectio non valet. Quia, licet culpa actualis et gratia non opponantur privative, sed demeritorie; tamen culpa originalis nihil aliud est formaiiter nisi privatio gratiæ, propter peccatum Adæ. Et non est meritum aliquod, nec demeritum in parvulo, qui, sicut propter alienum et non suum meritum salvatur, sic propter alienum et non suum demeritum damnatur. Et licet posset Deus de limo terne producere hominem sine culpa et gratia, in puris naturalibus; tamen Deus dedit Adæ, pro se, et pro sua tota posteritate, gratiam infundendam, et justitiam transfundendam, sub pacto non peccandi. Unde quicumque est de posteritate Adæ, aut est in peccato Adæ, aut suo, aut habet gratiam. Et ideo, mox ut sibi aufertur culpa, datur gratia. d — Hæc Petrus, in forma; et quidem bene, et conformiter dictis sancti Thomæ, *de Veritate,* q. 28, art. 2, in solutione quarti, quæ recitata fuit superius, in solutione primi argumenti Scoti contre secundam conclusionem. Verumtamen quod dicit Petrus, *peccatum originale non esse aliud formaiiter nisi privationem gratiæ, propter peccatum Adæ,* oportet sane intelligi. Dicit enim sanctus Thomas, I" 2 q. 82, art. 3, quod « privatio originalis justitio?, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in]>eccato originali; omnis autem alia inordinatio virium animæ se habet in peccato originali sicut quoddam materiale. Inordinatio autem aliarum virium animæ præcipue in hoc attenditur, quod inordinate convertuntur ad iKinum commutabile; quæ quidem inordinatio communi nomine potest dici concupiscentia. El ita peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaiiter autem defectus originalis juslitiæ. d — Iliec ille. — Et, I p., q. 95, art. 1, ostendit quod originalis justitia includebat donum gratiæ gratum facientis. — Ex quibus apparet quod nec peccatum originale, nec actuale, est formaiiter sola privatio gratiæ; licet omne peccatum mortale, actuale vel originale, includat talem privationem, in recto vel in obliquo, intrinsece vel extrinscce.

Et cum dicit arguens quod probatio nostra conclusionis fundatur in hoc quod peccatum originale et gratia privative opponuntur; — dicitur quod ad probationem conclusionis sufficit quod peccatum originale includat privationem gratiæ aliquo modo; et ideo tolli non potest sine collatione gratiæ; præsertirn quia omne peccatum mortale, originale aut actuale, relinquunt in anima quædam, quae sine infusione gratiæ tolli non possunt, sicut sæpedictum est (a). Ultra hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 28, art. 2, arguit sic, quinto loco : ‹ Plus potest Deus in reparando, quam homo possit in corrumpendo. Sed homo potuit a statu naluræ, in quo gratiam non habebat, corruere in statum culpæ. Ergo Deus potest hominem a statu culpæ reducere in statum natura?, sine infusione gratiæ. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod, etsi Adam, in statu sua conditionis, gratiam non habuerit, secundum quosdam; ponitur tamen ab eisdem, quod, ante casum, gratiam adeptus est. Unde a statu gratiæ cecidit, et non solum a statu nature?. Et, si a solo statu nature» cecidisset. nihilominus,ad expiationem infinita? offensa?, donum divinæ gratia? requireretur. » — Hæc ille.

Ad secundum Durandi, patet per pnedicta.

Ad argumentum pro quæslione, respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 62, ari. 6, in solutione tertii, ubi sic dicit : ‹ De hot', inquit, multiplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt quod per circumcisionem non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum. Sed hoc non potest esse, quia homo non justificatur a peccato nisi per gratiam, secundum illud *Romanor.* 3 (v. 24), *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Et ideo alii dixerunt quod per circumcisionem conferebatur gratia quantum ad effectus remotivos culpæ, sed non quantum ad effectus positivos. Sed hoc etiam videtur esse falsum : quia per circumcisionem dabatur pueris facultas perveniendi ad gloriam, quæ est effectus ultimus positivusgratiæ. Præterea, secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positivi quam privativi, licet, secundum ordinem causæ materialis, sit e converso; forma enim non excludit privationem nisi informando subjectum. Et ideo alii dicunt quod circumcisio conferebat gratiam etiam quantum ad aliquem effectum itivum, qui est facere dignum vita æterna, non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum; quod aliquando etiam mihi

(a) Cfr. pnesertim *de Ventate,* q. 28

(a) Cfr. ad 1« ct ad 2em Scoti, el ad IuB> Aureoli, contra hanc secundani conclusionem.

visum est. Sed diligentius consideranti apparet hoc etiam non esse verum : minima enim gratia potest resistere cuilibet concupiscentia», et mereri vitam aeternam. Et ideo melius dicendum videtur quod circumcisio erat signum Dei justificantis. Unde Apostolus dicit, *Rom.* 4 (v. 11), quod *Abraham accepit signum circumcisionis, signaculum justitiaefidei.* Et ideo in circumcisioneconferebalurgratia, inquanlum erat signum passionis Christi futura·. » — Haec ille. — Et nota quod non dicit quod circumcisio causaret gratiam, vel daret, aut conferret; nec quod per eam daretur, aut conferretur; sed quod in ea conferebatur; quia sic erat signum, et non efficiens, nisi sicut causa *sine qua non.* Similia dicit, q. 70, art. 4, prout recitatum fuit in probatione secundæ conclusionis. — In *de Ventate* autem, q. 28, ari 2, in solutione duodecimi, sic dicit : ‹ Sacramenta significando causant;hoc enim causant, quod figurant. Et quia circumcisio habet significationem in removendo, ideo ejus efficacia directe ordinabatur ad remotionem culpæ originalis, sed ex consequenti ad gratiam : sive ex virtute circumcisionis gratia daretur, per modum quo datur ex virtute baptismi, ut quidam dicunt, sive daretur a Deo concomitante circumcisionem. Et sic remissio culpæ non fiebat sine gratia. Tamen illa gratia non ita perfecte reprimebat concupiscentiam sicut gratia baptismatis. Unde difficilius erat concupiscentia» resistere circumciso quam baptizato; et, occasione hujus, lex vetus dicebatur occidere occasionaliter; quamvis circumcisio intra legis mosaics sacramenta non contineatur, eo quod non *est ex Moyse, sed ex patribus,* ut dicitur, Joan. 7 (v. 22). Et sic, si in (x) circumcisione aliqua gratia dabatur, non est contra hoc quod dicitur, quod lex vetus non justificabat, b — Hæc ille. — Item, in presenti distinctione, q. 2, art. 4, in solutione primi argumenti tertia» quaestiunculae (G), sic dicit, ut prius (in probat. 2 conci.) recitatum fuit : n Sicut in Sacramento Altans est aliquid ex vi sacramenti, aliquid autem ex naturali concomitantia; ita circumcisio principaliter ordinata erat ad ablationem culpæ, sed ex consequenti ad collationem gratiæ. ® — Hæc ille. — Ex quibus omnibus apparat quod, licet sanctus Thomas, in aliquibus locis, visus fuerit sensisse quod circumcisio, ex opera operato, et per virtutem inhærentern, delebat culpam, vel conferret gratiam, aut utrumque; tamen, in tertia parte, determinavit quod nec circumcisio, nec aliquod sacramentum veteris legis contulit gratiam, nec abstulit culpam ex opera operato, nec per virtutem inhærentein. Tamen in circumcisione remittebatur culpa, et conferebatur gratia, ex divina virtute concomitante; non autem in aliis sacramentis veleris legis. Aliter autem est in baptismo et aliis sacramentis novæ

(a| tn. — Om Pr
C) in idulwn/' ;»» imi *argumenti tertia: qutritiunrul^.* — in *wlutiiinr* frrtur r/uotiunculr, ret primi nn/unierih iUiuj Pr.

Tunc, ad dictum Bedæ, qui videtur assimilare circumcisionem baptismo in modo conferendi gratiam, dicitur quod dictum illud est sic inlelligendum, quod scilicet in utroque datur vel dabatur gratia, non tamen per utrumque : quia in baptismo datur per baplismufn, sicut per coefficiens instrumentale dispositivuin gratiæ; non autem in circumcisione, quæ nihil penitus coefficiebat.

Et hæc de quæslione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

QUÆSTIO III.

UTRUM SACRAMENTA VETERIS LEGIS POSSINT POST PASSIONEM CHRISTI SINE PECCATO MORTALI OBSERVARI.

ferum, circa primam distinctionem 4. *Sententiarum,* et duas sequentes, quærilur : Utrum sacramenta veteris legis possint post passionem Christi sine pec-

El arguitur quod sic. Non enim credendum esi quod Apostoli, post acceptionem Spiritus Sancti, mortaliter peccaverunt : ejus enim plenitudine sunt induti virtute ex alto, ut dicitur, Lucæ ultimo (v.49). Sed Apostoli, post adventum Spiritus Sancti, legalia observaverunt : dicitur enim, *Actuum* 16 (v. 3), quod Paulus circumcidit Timotheum; et. *Actuum* 21 (v. 26), quod Paulus, secundum consilium Jacobi, *assumptis viris, purificatus est, cum eis intravit templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.* Ergo sine peccato mortali possunt post Christi passionem legalia sacramenta observari.

In oppositum arguitur. Quia dicit Apostolus, *Galatar.* 5(v, 2): Si *circumcidimini, Christus nihil vobis proderit.* Sed nihil excludit fructum Christi, nisi peccatum mortale. Igitur circumcidi, el alia sacramenta legalia observare, post Christi passionem, est peccatum mortale.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo (tonentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones objectorum.

ARTICULUS L

PONUNTUH CONCLUSIONES

Quantum ad primurn articulum, sit

Prima conclusio : Quod saerumriita veteria legis, et iilim cieremonlæ legales, cessaverunt, quoad vim obligandi, et quoad utilitatem eorum, in adventu Christi.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 4. *Sen·tent.,* dist. 1, q. 2, art. 5, q,a 2, ubi sic dicit :< Triplex est præcipua ratio cessationis legalium. Una esi, quia lex fuit instituta ad significandum gratiam novi Testamenti, quæ per Christum facta est; el ideo, adveniente Christo, cessare debuerunt, sicut, veniente corpore, cessat umbra. Et hanc causam tangit Apostolus, *Hebr.* 10 (v. 1): *Umbram habens futurorum bonorum,* etc. Alia est ex imperfectione quia in legalibus gratia non conferebatur, quam oportebat in novo Testamento dari. Sicut enim virtus rei naturalis rei naturali proportionatur, ita virtus sacramentalis sacramento; unde oportuit alia sacramenta institui, in quibus amplior gratia conferretur. Et hanc causam assignat Apostolus, *Heb. I* (v. 18) : *Reprobatio quidem fit prioris mandati, propter infirmitatem et inutilitatem.* Tertia accipitur ex parte eorum quibus lex data est, qui erant parvuli; et ideo erant paulatim a pristina consuetudine idolatriæ abstrahendi, ut sic eis concederetur ea offerre Deo, quæ prius idolis obtulerunt, vel offerri viderunt, sicut Rabbi Moyses dicit. Sed po>l-modum, quando ad perfectam ælatem genus humanum pervenit, debuit ab his observantiis liberum esse. Et hanc causam tangit Apostolus, *Galat.* 3 et i, et Petrus, *Actuum* 15, ostendens illa legalia in onus esse imposita populo rudi. » — Hæc ille.

Hem, ibidem, in solutione ṗrima quæstiunculæ, sic dicit : «Cum venit quod perfectum est, sic evacuari debet quod ex parte est, si ad idem ordinetur: quia gratia non facit per «luo quod potest facere per unum, sicut nec natura. Circumcisio autem imperfecta erat respectu baptismi tripliciter. Primo, quantum ad significationem : quia non ita expresse significabat emundationem totius hominisab immunditia culpæ originalis, sicut ablutio baptismatis. Secundo, quantum ad efficientiam : quia non tam abundans gratia ad bene operandum et reprimendunr fomitem dabatur in circumcisione sicut in baptismo. Tertio, quantum ad utilitatem : quia non erat ejus utilitas ita communis sicut baptismi ; cum halæret determinatum populum, determinatum sexum, determinatum membrum, et tempus;sed in baptismo non ita accidit. El ideo, adveniente tempore plenitudinis, debuit cessare, baptismo substituto. > — Hæc ille.

Eamdern conclusionem ponit, ‡·2 q. 103,art. 3.

Ex quibus potest formari multiplex ratio pro conclusione.

Secunda conclusio ₵ quod sacramenta legalia non possunt observari pro nunc nine peccato mortali.

Hanc ponitsanclusThomaSj praesenti distinctione, ubi supra (q. 2, art. 5), in solutione tertia? quæstiunculæ : a Hæc, inquit, quæstio videtur habere difficultatem ex quibusdam conlrarietatibus, quæ super hoc inveniuntur, tam in canone, quam in dictis Sanctorum. Quandoque enim inveniuntur legalia esse observata tempore gratiæ, quandoque autem prohibita. Et de hoc etiam Petrus a Paulo redargutus videtur, *Galatar.* 2 (v. 11, etc.). Et ideo super hoc Hieronymus et Augustinus diversa sensisse videntur. Volebat enim Hieronymus, quod legalia, statim post passionem Christi, quantum ad illos ad quos gratia novi Testamenti manifeste divulgata erat, fuerunt mortifera; sed Apostolos, quadam pia dispensatione, his usos fuisse, ad vitandum scandalum Judsorum. Et ideo Petrus judaizans non peccavit, dispensatorie id faciens, secundum quod ‹l ici tu r, 1. *Corinth.* 9 (v. 22) : *Omnibus oɳıniafactus sum.* Et similiter, Paulus dispensatorie eum redarguit, ne Gentiles, exemplo Petri, quorum ipse Apostolus erat, sacramenta illa quasi necessaria quærereni; quia et ipse invenitur pia simulatione ea servasse. Et sic uterque excusatur, et Petrus a culpa, el Paulus a procaci reprehensione. Sed quia non videtur conveniens quod Apostoli contra veritatem doctrinæ fecissent, ad vitandum scandalum Judæorum, nec iterum videtur conveniens quod Paulus in Epistola ad Galatas aliquid simulate diceret, ubi dicit Petrum fuisse reprehensibilem (a); ideo Augustinus (epist., ad Hieron.) (6) dicit aliter, el melius, quod, ante passionem, legalia fuerunt observanda, ex necessitate ₫ivina jussionis, el habuerunt adhuc effectum; sed, post Christi passionem, ante divulgationem Evangelii, oliservari poterant a Judæis ad fidem conversis, non spem in illis ponentibus, quasi alicujus virtutis essent, aut quasi sine eis gratia Christi non sufficeret ad salutem, sed ne omnino videretur lex vetus reprobanda, si statim quasi idolatria fugeretur; et hoc modo erat deducenda mater synagoga ad tumuljim cum honore. Sed, jiosl divulgationem Evangelii, non solum non sunt salutifera, sed mortifera. Medio ergo tempore, Petrus et Paulus, el alii A|x>sloli, legalia observabant, non simulatorie, sed vere. Petrus tamen incaute se habuit in observatione legalium, nimis condescendens Judæis

( ) *et.* — Ad. Pr.

( ) Hæc cpiütola in Operibus S. Augustini, cura Monachorum Congregationis S Mauri editis, invenitur sub numero 10.

filis qui legalia illa observanda esse dicebant, ita lit aliqui exemplo ejus inducerentur ad ea observanda quasi necessaria; el ideo vere reprehensibilis erat, el aliquam levem culpam incurrit; el Paulus vere et non dispensative ipsum reprehendit, ỉ» — Hæc ille.

liem, ibidem, in solutione primi, sic dicil : « Ante Christi passionem, quando Christus ea servavit, non erant mortua, nec mortifera, sed salutifera; tempore vero Apostolorum, ante divulgationem Evangelii, erant quidem mortua, quasi nullius exsistentia ȳtilitati sed non mortifera· » — Hire illo.

Item, i» 2 q. 103, ari. 4, ƒnit eamdem conclusionem, ubi sic dicil : ‹ Omnes acremoniæ sunt quædam protestationes fidei, in qua consistit interior fidei cultus. Sic autem fidem interiorem potest homo protestari factis, sicut verbis; et in utraque protestatione, si aliquid falsum homo protestatur, peccat mortaliter. Quamvis autem eadem sil tides quam habemus de Christo, et quam antiqui Paires habuerunt, tamen, quia ipsi processerunt Christum, el nos sequimur, eadem fides diversis verbis significatur a nobis, cl ab ipsis : nam ab eis dicebatur (Isai.e 7. v. 14), *Ecce virgo concipiet et pariet filium,* quæ sunt verba futuri temporis; nos autem idem repræsentamus per verba pneterili temporis, dicentes quod *concepit et peperit,* El similiter, cæremoniæ veteris legis significabant Christum nasciturum el passurum; nostra autem sacramenta significant ipsum ut natum el passum. Sicut ergo peccaret mortaliter, qui nunc, suam fidem protestando, diceret Christum nasciturum, quod antiqm pio el veraciter dicebant ; ita etiam peccaret mortaliter, si quis nunc cæremonias observaret, quas antiqui pie et fideliter observabant. El hoc est quod Augustinus dicit contra Faustum (lib. 19, cap. 10): *Jam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabant; sed annuntiatur quod natus sit, passus sit, resurrexit, quod lire sacramenta quæ a Christianis aguntur,* jam personant. j» — Hæc ille.

liem, ibidem, in solutione primi, sic dicit : «Circa hoc diversimode sensisse videntur Hieronymum el Augustinus. Hieronymus enim (epfet. 75, olim 11, interop. Aug.; el .super illud *Galat.* 2, Sed *cum vidissem)* distinxit duo tempora. Unum tempus ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, quasi non habentia vim obligatoriam aut expiatoriam pro suo modo; nec etiam mortifera, quin non pcccalxmt ea servantes. Statim autem post passionem Christi, inceperunt esse non solum mortua, quasi non habentia virtutem el obligationem, ȳ etiam mortifera, ita scilicet quod peccabant observantes ea. I nde dicebat quod Ajiustpli nunquam legalia observaverunt jiosl passionem Christi, secundum veritatem, sed solum quadam piasimutalione, scilicet ne scandalizarent Judæos, et eorum conversionem impedirent. Quæ quidem siuiulofio sic inltdligemla e»l, non quidem ita quod illos actus secundum rei veritatem non facerent, sed quia non faciebant Linquam legis cæremonias observantes : sicut si quis pelliculam membri virilis abscinderet propter sanitatem, non causa legalis circumcisionis observaridæ. Sed quia indecens videtur quod Apostoli ca occultarent propter scandalum quæ pertinent ad veritatem vitæ et doclrinæ, el qimd simulatione uterentur in his quæ pertinent ad salutem fidelium, ideo convenientius Augustinus (epistola 40, ohm 9) distinxit tria tempora : scilicet unum quidem ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, nec mortifera; aliud autem tempus post Evangelii divulgationem, in quo legalia sunt et mortua el mortifera; tertium autem est tempus medium, scilicet a passione Christi usque ad divulgationem Evangelii : in quo legalia fuerunt quidem mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea observare tenebatur; non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui conversi erant ad Christum ut Jud.ei, poterant illa legalia licite observare, dum tamen non sic ponerent spem in eis, ul ea reputarent sibi necessaria ad salutem,quasi sine legalibus fides Christi justificare non posset. His autem qui convertelianlur ex Gentilitate ad Christum, non erat causa ut ea observarent. El ideo Pauluscircumcidit Timotheum, qui ex matre Jmkra natus erat; 'filum autem, qui ex Gentilibus genitus oral, circumcidere noluit. Ideo autem voluit Spiritus Sanctus ut non statim protijberetur his qui ex Judæis convertebantur, observatio legalium, sicut inhibebatur his qui ex Gentilibus convertebantur, gentilitatis ritus, ut quædam differentia inter hos ritus ostenderetur : nam gentilitatis ritus repudiabatur tanquam omnino illicitus, et a Deo semper prohibitus; ritus autem legis cessabat, tanquam impletus per passionem Christi, utpole a Deo in figura Christi constitutus, vel institutus. ỉ» — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis nitio pro conclusione : Esse mendacium in protestatione fidei catholicæ, est peccatum mortale. Sed observatio legalium, inquantum hujusmodi, præsenti tempore facta, est mendacium circa protestationem fidei. Ergo, etc.

Tertia conclusio est quûd baptismus non obittinvlt ad sui susceptionem, nec cadebat sub pneccpto, ante passionem Chrlsll.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 2, q, 1, ari. 4, qu 3, ubi sic dicil : u Sacramenta novæ legis dupliciter instituta sunt. Primo, ad documentum el exercitium quoddam; el >ie potuerunt esso ante passionem Christi. Secundo, quantum ad necessitalem et obligationem; el sic eorum institutio non I fuil ante passionem, quia adhuc legalia non fuerunt

moiiua. Unde a tempore prædicationis Christi neque ad passionem, sacramenta novæ legis simul ℭurre liant cum legalibus, el utraque ad salutem operabantur. Sic. ergo, quantum ad ❡ecundum modum institutionis, omnia simul in passione Christi instituta sunt. Sed, quantum ad primum, oportuit ut primo instituerentur illa quæ sunt majoris necessitatis. Unde, statim in principio prædicationis, prædicavit pœnitentiam, ut legitur, Matth. 4 (v. 17); el baptismum docuit, ut legitur, Joan. 3. Alia sacramenta processu tempori instituit et docuit, ‡ — Hæc ille.

Item, 3 p., q. 66, art. 2, sic dicit : « Sacramenta ex sua institutione habent quod gratiam conferant. Unde tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum, liane autem virtutem accepit baptismus, (piando Christus est baptizabis. Unde tunc vere baptismus institutus fuit, quanturn ad ipsum sacramentum. Sed necessitas utendi hoc sacramento indict i (7) fuit hominibus post passionem el resurrectionem : tum quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta, quibus succedit baptismus, et alia sacramenta novæ legis; tum etiam quia per kiptisrnuin figuratur homo passioni et resurrectioni Christi, inquantum moritur peccato, el incipit novam vitam justitiæ. Et ideo o|»oiluil Christum pati prius el resurgere, quam hominibus indiceretur necessitas se configurandi morti el resurrectioni ejus. » — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicil : α Homines non debebant multiplicibus figuris arctari (C) per Christum, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre. Et ideo, ante passionem suam, haptismum institutum non posuit sub praeopto, sed voluit homines ad ejus exercitium assuefieri, et præcipue in populo Judaeorum, apud quem omnia facta liguralia erant, ut Augustinus dicit contra Faustum (lib. 4, cap. 2). Post passionem vero et resurrectionem, non solum Judicis, sed etiam Gentilibus, suo pr.eceplo necessitatem baptismi imposuit, dicens (Matth. 28, v. 19) : *Euntes docete omnes gentes.* » — Hæc ille.

Hem, ibidem, in solutione tertii, sic dicil : α Sacramenta non sunt obligatoria, nisi quando sub præcepto ponuntur. Quod quidem non fuit ante passionem. Quod enim ante (Missionem Dominus dixit Nicodemo, Joann. 3 (v. 5), ΛΓ'μ *quis renatus /uerit ex aqua et Spiritu Sancto.* non *potest introire in regnum Dei,* magis videtur ad futurum respicere (piam ad pnesens tempus. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Sacramenta novæ legis non cadebant sub pnecepto, nec erant obligatoria, durantibus legahbus sacramentis. Sed sacramenta legalia obligabant usque ad passionem et resurrectionem Christi. Ergo, etc.

Quarta conclusio est quod sacramenta novæ leyis conferunt gratiam alterius rationis quam Rtt gratia donorum et virtutum.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 62, art. 2, ubi sic dicil: « Gratia secundum se considerata perficit essentiam anima», inquantum participat quamdam similitudinem divini esse (1). Et sicut ab anima fluunl ejus potenti»·., ita et a gratia fluunl quædarn perfectiones ad potentia-animæ, quæ dicuntur dona el virtutes, quibus potentiæ perficiuntur in ordine ad suos actus. Ordinantur autem sacramenta ad quosdam effectus speciale nccessai ios in vita Christiana : sicut baptismus ordinatur ad quamdam spiritualem regenerationem, qua humo moritur vitiis, et fit membrum Christi; qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus |)oteiiliaruin animæ. El eadem ratio est in aliis ❡acramentis Sicut ergo virtutes et dona addunt super gratiam communiter dictam, quamdam perfectionem detenuinale ordinatam ad proprios actus potentiarum; ita gralia sacramenlalis addit super gratiam communiter dictam, et suprn virtutes et dona,quuddam divinum auxilium ad consuendum sacramenti finem. El jier hunc modum gralia sacnimenlalis addit super gratiam donorum el virtulum. » — Hæc ille.

Similia dicit, i. *Sentent.,* dist. 1.q. I, .ari i, in solutione quinlæ quæstiunculæ. ul fuit recitatum prima quaestione hujus distinctionis.

Ex quibus |>olest formari talis ratio pro conclusione : Ad speciales effectus gratificos, distinctos a communibus actibus potentiarum animæ, requiritur speciale principium gratificum. Sed sacramenta nova» legis ordinantur ad tales effectus. Ergo conferunt s|)eciale principium gratificum. Hoc autem dicitur gratia, communi nomine.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam et secundam CONCLUSIONES

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem, contra primam et secundam conclusiones arguit Scolus (dist. 3, q. i). Ipse namque primo vult pro-

ta) *lHthlftl, — uuliuhl* Pr.
(6) uniori. — *i/ituitt tcrizart* Pr.

(»J cwe. — Om. Pr

liare quod circumcisio non aliter obligavit post mortem Christi quam ante, el quod Judæi non aliter tenebantur, vel non tenebantur, usque post Christi ascensionem.

Primo. Quia nullus aliter se habet ad aliquam legem, nisi quia est sibi aliter promulgata. Sed, post passionem Christi, antequam Apostoli prædicassenl baptismum, non fuit Imptismus aliter promulgatus quam ante. Ergo, per consequens, non habuerunt se aliter ad circumcisionem quam ante.

Secundo. Quia ab eodem habent præcepla vim obligandi, et medendi, el curandi. Patet perBedam, super illud Johan. 3 (et ponitur in littera, dist. l), *Nisi quis renatus fuerit.* etc. : Qui (i) *nunc per Evangelium suum terribiliter ac salubriter clamat,* ‹ Ntsi quis *renatus fuerit,* » etc. *(terribiliter* dicitur propter arctam obligationem, *salubriter* propter enicarem medelam), *ille dudum clamabat per legem ((lenes.* 17, v. 14) : ir *Musculus, cujus caro præputii circumcisa non fuerit, peribit Miima ejus de populo suo.* i› Sed circumcisio habuit vim obligandi usquequo revocaretur. Ergo per idem habuit vim (6) medendi usque ad ejus revocationem. Sed per solam Christi mortem non est aliter revocata quam prius : patet ex ratione precedent!, quia non erat aliter promulgata.

Tertio. Post mortem Christi, usque ad tempus promulgationis, Judæi tenebantur circumcidere parvulos suos; quia nullo modo constabat eis de revocatione circumcisionis. Non autem quis (γ) contulit eam parvulo, nisi ut utile ct necessarium ad salutem ; quia tenebatur (o) ponere spem in ea, sicut prius tenebatur (c) necessario habere firmam opinionem de circumcisione; quod nihil est dictu, quia Deus nullum decipit, nec obligat necessario ad decipiendum.

Quarto. Nunquam fuit homo relictus >ine remedio certo, de quo esset certus quod erat remedium certum. Sed illo tempore, post passionem, ante publicationem Evangelii, nullum fuit certum remedium Judæis datum de novo, quia nec publicatum. Ergo remansit idem quod prius, æque certum remedium sicut prius. — Hæc Scotus.

II Alia argumenta Scoti. — Ulterius (ibid.) vult pndmre, directe contra secundam conclusionem, quod, post publicationem Evangelii, poterant sine peccato legalia observari.

Primo. Quia, *Actuum* 2i, legitur de Paulo, «piod ascendit in Hierusalem, et ibi. de consilio Jacobi et aliorum fratrum, post quartam synodum habitam Hierosolymis, pufrificalus secundum legem, axendit templum, et obtulit sacriliciupi prose. Quod autem Evangelium esset ibi solemnitor publicatum, patet. *Acinum* 21. Dixit Jacobus (v. 20) ; *Vide quot millia hominum in Judœa credide-runt, ct omnes ;emulatores sunt legis.* Ergo, stante tanta publicatione Evangelii ibi, el ipso Paulo et Judæis conversis, approbatur observatio legis, el ipse Paulus ibi inter tot Christianos opus legis implevit. Quo autem tempore fuerit ista Pauli conversi (a) purificatio ct obligatio secundum legem, convinci potest partim ex processu Actuum, partim ex Magistro historiarum. Istud enim fuitante captionem Pauli, per sex dies, sicut patet, *Actuum* 21. Ista autem captio fuit circa principium regis Neronis; quia, tertio anno Neronis, venit Romam, secundum Magistrum historiarum. Nero autem incepit regnare circa vigesimum annum post passionem Christi. In tanto autem tempore videtur Evangelium salis publicatum, ubi tamen Paulus maxime servavit legalia. — Hæc Scotus.

§ 2. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclusionem arguit Scotus (dist. 3, q. 4), probando quod, si. ante passionem Christi, baptismus fuit sub consilio, tunc circumcisio non fuit sub pnecepto.

Primo. Quia, si unum pneceptum impositum revocat totaliter aliud, consilium, seu monitio do uno, facit aliud non necessarium : quia cujus artus pneceptum est alterius prohibitio, ejusdem actus consilium esi licentia de non observando reliquum. Ergo, si pneceptum de baptismo erat prohibitio circumcisionis, quantum ad fructum, sequitur quod (Onsilium de baptismo erat reddens circumcisionem non necessariam.

Secundo. Quia, si, ante passionem aliquis Judæus, ad pnedicationem Christi vel Petri, parvulum baptizaret, et non circumcidisset, si parvulus fuisset mortuus, fuisset salvatus; quia recipisset gratiam in Imptismo; a prima enim institutione baptismus contulit gratiam. — Si dicatur <piod parvulo suffecisset baptismus, sed pater peccassel non circumcidendo illum; — Contra : Pater ante octavum diem potuit parvulum suum baptizare; et ex quo ille habuit remedium contra originale, el hoc pater credidit (6) (nam credidit baptismum efficacem ad hoc), tunc videtur quod non tenebatur necessario providere parvulo de alio remedio. — Ilæc Scotus, in forma.

§ 3. — Contra quartam conclusionem

Argumenta quorumdam. — Contra quartam conclusionem arguitur a nonnullis, «piorum dicta recitat Petrus de Palude (dist. 2, q. 3), sic

(b) Qui. — queut Pr
(4| verbo o/ibgn»idi usque ad rini. om. Pr.
(t) </u »·· — Om Pr.
(δ) *lenetelur.* — *tenebantur* Pr
(<) *teneboiur.* — *tenebuntur* Pi.

(?) rtmverfi. — *conwno* Pr.
(o) credidil. — ‹ red*uhuel* Pr.

Primo. Sicut se habet sanitas per artem restituta mi sanitatem per ñaturam sic gratia sacramentalis ad virtutes; quia sacramenta sunt quædam medi-činа Sed illa est eadem, 7. *Metaphyaicœ* (t. c.23). Ergo, etc.

Secundo. Per idem tollitur malum, inquantum privat bonum oppositum, et inquantum Ledit subjectum, diminuendo habilitatem ad illud; undent visus miraculose restitutus, qui tollit cæcitatem et indispositionem, est unus el idem cum visu naturali. Sed peccatum unum et idem est quod privat gratiam et corrumpit potentias animie |>er maculam. Ergo eodem tolleretur formaliter, quantum ad utrumque.

Tertio. Quia eodem tollitur defectus potentiæ, et perficitur potentia. Cum enim defectus potentiæ dicat puram privationem perfectionis, quæest im]>erfeclio, positione habitus destruetur imperfectio (a), primo quidem ex parte materiæ, secundo perficietur potentia; sicut eodem lumine expellitur tenebra, el illuminatur aer.

Quarto. Quia, licet uni secundum diversa opponantur plura, ut æquali majus et minus, 10. *Melaphysicte* (t. c. 17); tamen, sicut unum est peccatum quod habet inordinationem actus el imperficit potentias animie, ita una est virtus quæ habentem perficit et opus ejus bonum reddit.

Quinto. Quia per idem recedit aliquid ah uno termino, el tendit ad oppositum : ut. per levitatem, a centro sursum.

Nec valet solutio, qua dicitur quod ut opponitur virtuti, et ut vulnerat. — Quia, si oppositio ad virtutem esset formaliter per aliud quam per vulnus, bene requireretur aliud et aliud remedium (sicut in vulnerato, qui, cum hoc, habet febrem, duplex requiritur sanitas); sed quando utrumque est per idem, utrumque tollitur per idem. Verbi gratia: aer est tenebrosus per absentiam luminosi, et per interpositionem opaci; unde requiritur lux formaliter expellens tenebrain, el removens opacum interpositum, quod causal inhabilitatem ad lucem; sed, si sola absentia lucis causât tenebrain, sola restitutio ejus tollet umbram, quantum ad omnem ejus effectum. Et sic est in proposito : quia peccatum non corrumpit potontiaid ǎnima per habitum aliquem vel privationem differentes ab habitu el privatione oppositis virtuti. Et ideo sola virtus intitula sufficit quoad utrumque, etc.

Nec valet quod dicitur, quod gratia sacramentalis non erat necessaria in statu innocentias, sed gratia virtutum tunc erat necessaria; et sic videtur quod non sint idem. — Quia, licet gratia sacramentorum et virtutum sil una, tamen fuit necessaria hæc, el non illa, in statu innocentia.», inquantum hujusmodi; sed tamen id quod est(x) utraque, fuit necessarium : sicut sanitas per rnedicinain restituta, non est necessaria ei qui nunquam fuit infirmus; est tamen necessaria infirmo; el tamen non differt a naturali, nisi pent-s causam extrinsecam et accidentalem. — Vel dicendum quod gratia sacramentalis non fuit necessaria in statu innocentiæ, inquantum confertur per sacramenta, nec inquantum ordinatur ad sanandum; sed inquantum ordinatur ad bene operandum, fuit necessaria.

Nec obstat secundo, illud quod dicitur, quod scilicet non contritus rei ipil gratiam sacramentalem, m non fictus accedat; non contritus autem non habet virtutem pœnitentiæ, nec per consequens alias virtutes; el sic videtur quod non sunt idem. — Quia, licet nullus adultus recipiat gratiam nisi non fictus, tamen non lictus potest carere gratia el virtutibus, ut si sil attritus et non contritus; nec tunc erit sine peccatu et gratia, iinmo erit in peccato morlali. Sed, virtute sacramenti, attritio mutabitur (C) in contritionem, et suscipiet gratiam virtutum et sacramenti. Sic enim dicit F. Thomas, super 4. *Sen*tent., dist. 6 (q. 1),art.3, qll i,in ultimo argumento, quod sufficit attritio præcedens, ad excludendum fictionem. Si autem sit contritus, tunc suscipiet gratiam sacramentalem, non per infusionem novae gratiæ, sed per augmentum præexststentis, sicut in illo qui bis vere pœnituit de eodem peccatu : nam iü secunda susceptione sacramenti constat quod nuHa gratia nova sibi infunditur, sed sola praeexsistens augetur; quia noviter infusa, esset ejusdem rationis cum prima.

Nec valet quod tertio dicitur, quod virtutes sunt connexa», sed gratiæ sacramentales non; ergo non sunt idem. — Quia non est simile : virtutes enim habent connexionem, quia fluunt ab una gratia, quæ sine eis esse non potest; sed sacramenta non fluunt a gratia, quæ sine eis esse potest.

Nec valet quod quarto consuevit argui : quia diversorum effectuum sunt diverse cause; sed effectus sacramentales, sunt diversi; ergo a diversis gratiis, et sic non est una. — El dicendum quod diversa sacramenta habent diversos effectus, qui sunt characteres, vel ornatus; non autem graliæ. — Vel dicendum quod ad diversitatem causarum formalium sequitur diversitas effectus, non autem ad diversitatem efficientium, maxime instrumentalium sicut enim una est sanitas, qua» diversis infirmitatibus potest tolli, el sic diversis medicinis reparari; ita una est gratia, quæ diversis peccatis tollitur, et diversis sacramentis reparatur. — Hæc ille Petrus, recitans dicta contraria» opinionis.

El in hoc secundus articulus terminatur.

(a) a verbis *qutr est* usque ad *imperfectio,* om. Pr.

(α) *est — in* Pr.
(β) *mutabitur. — mutabatur* Pr.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES OBJECTORUM

§ 1. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM ET SECUNDAM CONCLUSIONES

I Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. El quidem

Ad prlinnin eorum quæ primo loco Scotus arguit contra duas primas conclusiones, dicitur primo, quod circumcisio, quantum est ex parte sui, non obligavit Judæos post passionem Christi, sicut obligabat ante passionem. Cujus ratio est : quia circumcisio, sicut caetera legalia, in passione Christi revocata fuit, ct terminum accepit. De hoc sanctus Thomas. 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 2, art. 5, qh 2, ubi arguit sic, tertio loco : < Pneceptum non potest revocari nisi |>er æqualem, vel superiorem. Sed Deus nunquam legitur revocasse pneceptum de <acramenli> legalibus in nova lege. Ergo adhuc durant. > Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod Dominus ipso facto revocavit, adimplens quæ in figuram praeceperat observanda; et ideo insui passione dixit : *Consummatum est,* Joan. 19 (v. 3(1). * — Hæc ille. — Item, 1· 𝟚 q. 108. ari. 3. in solutione secundi, sic dicit : < Mysterium redemptionis humana completum fuit in passione Christi. Unde tunc Dominus dixit : *Consummatum est,* ut habetur. Joan. 19 (v. 30). El ideo tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi jam veritate eorum consummata. In cujus signum, in passione Christi, velum templi legitur &e scissum, Malth. 27 (k 51). Et ideo, ante Christi passionem, Christo prædicante et miracula faciente, currebant simul lex et Evangelium; quia jam mysterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. Et, propter lux, mandavit Dominus, ante passionem suam, leproso, ut legales ceremonias observaret. » — ll.ee ille. — liem, ibidem, in principali responsione articuli, sic dicil : < Omnia pnveepta cæremonialia veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata. Exterior nutem cultus debet proportionari interiori cultui, qui consistit in fide, spe eteharitate. Undo, secundum diversitatem interioris cultus, debuit diversificari cultus exterior. Poti 4 autem distingui triplex status interioris cultus. Primus quidem, secundum quem haliclur tides rl spes de bonis cœlestibus, el de his per quæ in cœlêstia introducimur; de utrisque quidem sicut de <|uihuxlam futuris; ct talis fuit stilus fidei el spei in veteri lege. Alius autem est status interioris cultus, in quo habetur fides et spes de cip|e4ibus ɓoni eicut de quibusdam futuris, sed de his per quæ introducimur in coelestia, sicut de pnesentibus vel praeteritis; et fete est status novæ legis. Tertius autem status est, in quo utraque habentur ut pnesentia. el nihil creditur ut absens, nec speratur ut futurum; el iste est .stains beatorum. In illo autem statu beatorum, nihil erit figurate ad divinum cultum perlinens, sed solum gratiarum actio et vox laudis. El ideo dicitur, *Apocal.* 21 (v. 22), de civitate beatorum : *Templum non vidi in ea, Dominus Deus omnipotens templum illius est,* Pari ratione, ℭeremonia primi status, per quas figurabatur ct secundus el tertius, veniente secundo statu, cessare debuerunt, et aliæ eæremoniæ induci, quæ convenirent illi statu cultus divini, pro (a) tempore illo in quo bona cadestia sunt futura. beneficia autem Dei, per quæ ad codestia introducimur, sunt praesentia. > Hæc ille. — A<l hoc sunt expresse rnnlla dicta sanctorum Augustini et Hieronymi, el communis opinio sanctorum doctorum, quod legalia omnem vim obligandi et omnem utilitatem perdiderunt in passione Christi. Ex tpiibus patet quod circumcisio non ita obligavit post passionem Christi sicut ante, etiam loquendo pro tempore medio inter passionem Christi et ejus ascensionem, vel publicationem Evangelii et baptismi.

Dicitur secundo, quod nec Judæi, pro illo tempore, eodem modo obligabantur ad oliscrvalionem circumcisionis, sicut ante passionem Christi : quia, tem|»ore illo, non obligabantur ad circumcisionem ex alitpia vi circumcisionis, nec ex divino præcepto quod erat renovatum in passione Christi ; sed obligabantur ex quadam erronea conscientia, qua credebant circumcisionem adhuc obligatoriam et salutiferam esse, el ex ignorantia, qua nesciebant solum baptismum esse salutiferum, immo oppositum credelrnnt. Et forte in talem erroneam conscientiam et ignorantiam mulli merito peccatorum praecedentium inciderant. Conscientia autem erronea obligat ad non faciendum contre illam, sicut ostendit sanctus Thomas, I' 2m, q. 19, ari. 5, ubi sic dicit : a Cum conscientia sil quoddam dictamen rationis (est enim quædam applicatio scientia; ad actum), idem est quærere, *Utrum voluntas discordans a ratione errante.sit nuda,* quod cslquærcre, *Utrum conscientia* erru ns oMif/cf. Circa quoti «I it, u i distinxerunt tria genera actuum : quidam enim sunt boni ex genere; quidam sunt indifferentes; quidam sunt mali ex genere. Dicunt ergo quoti, si relio vel conscientia dictat aliquid esse faciendum, quod sil lionum ex genere, non est ibi error. Similiter, si didat aliquid non e<se faciendum, quod est malum ex suo genere : eadem enim ratione præcipiuntur Ixina, qua prohibentur mala. Sed, si ratio vel conscientia dictat alicui quod illa qua; sunt secundum se mala, homo teneatur facere ex præcepto, vel illa quæ sunt secundum se terna, sint prohibita, erit I ratio ve! conscientia errans. El similiter, si con-

ia) *quo.* — Ad. Pr

scientia vel ratio dictat alicui quod illud qnod est secundum se indilfereus, ut levare festucam de terra, sil prohibitum vel pneceptum, erit ratio vel conscientia errans. Dicunt ergo quod ratio vel conscientia errans circa indifferentia, sive praecipiendo, sive prohibendo, obligat : ita quod voluntas discordans a tali ratione vel conscientia errante, est mala el peccatum. Sed ratio vel conscientia errans, praecipiendo ea quæ sunt per se mala, vel prohibendo ea quæ sunt per sc bona et necessaria ad salutem, non obligat; unde, in talibus, voluntas discordans a ratione vel conscientia errante, non est mala. — Sed hoc irrationabiliter dicitur. In indifferentibus enim, voluntas discordans a ratione vel conscientia errante, est mala aliquo modo, propter objectum, a quo bonitas vel malitia voluntatis dependet; non autem propter objectum secundum sui naturam, sed secundum quod per accidens a ratione comprehenditur ut malurn ad faciendum vel vitandum. Et quia objectum voluntatis est id quod proponitur a ratione, ex quo aliquid proponitur a ratione ut malum, voluntas, dum in illud fertur, accipit rationem mali. HOC autem contingit non solum in indifferentibus, sed etiam in perse bonis vel malis. Non enim solum illud quoti est indifferens, potest accipere rationem boni vel mali per accidens; sed etiam id quoti est bonum, potest accipere rationem mali, vel id quod est malum, rationem boni, propter apprehensionem rationis. Puta, abstinere a fornicatione bonum quoddam est; tamen in hoc lænuin non fertur voluntas, nisi secundum quod a ratione proponitur. Si igitur proponitur ut malum a ratione errante, fertur in hoc sub ratione mali. Unde voluntas erit mala, quia vult malum, non quidem illud quod est per se malum, sed per accidens, propter apprehensionem rationis. El similiter, credere in Christum est per se bonum, el necessarium ad salutem; sed voluntas non fertur in hoc, nisi secundum quod a ratione proponitur. Unde, si a ratione proponitur ut malum, voluntas fertur in hoc ut in malum, non quia sil malum secundum se, sed quia est malum per accidens ex apprehensione rationis. Et ideo Philosophus dicit, 7. *Ethicarum* (cap. 9), quod, *per se loquendo, incontinens est qui non sequitur rectam rationem; per accidens autem, qui non sequitur etiam falsam.* Unde simpliciter dicendum est, quod omnis voluntas discordans a ratione, sive recta, sive errante, semper est mala. » — Hæc ille. — Et similia ponit in multis aliis locis. Ex quibus apprêt quod Judæi habentes conscientiam erroneam, dictantem legalia post passionem Christi esse obligatoria et salutifera, obligabantur ad non faciendum contra talem conscientiam.— Utrum autem, sequendo talem conscientiam, essonl a peccato excusati, est idem quærero quod *Utrum conscientia erronea excuset.* De quo dicit sanctus Thomas, ibidem, ait. β : α Sicut quæstio qua quæritur, *Utrum conscientia erronea liget,* est eadem cum quæstione praecedente, scilicet, *Utrum voluntas discordans n ratione errante sit mala ;* ita quæstio qua quæritur, *Utrum voluntas concordans rationi erranti sit mala,* est eadem cum illa qua quæritur, *Utrum conscientia erronea excuset.* Hæc autem quæstio dependet ab eo quod supra de ignorantia dictum est. Dictum est enim supra (I-II q. 6, art. 8) quod ignorantia quandoque causal involuntarium, quandoque autem non. El quia bonum et malum morale consistit in actu inquantum est voluntarius, manifestum est quod illa ignorantia quæ causât involuntarium, tollit rationem l>oni et mali moralis; non autem illa quæ involuntarium non causal. Ignorantia autem quæ est aliquo modo volita, sive directe, sive indirecte, non cau^at involuntarium. Et dico ignorantiam directe voluntariam, in quam fertur actus voluntatis; indirecte autem, propter negligenliam, ex eo quod aliquis non vult illud scire quod scire tenetur. Si igitur conscientia errat errore voluntario, vel directe, vel propter negligenliam, quia est error circa id quod quis scire tenetur, tunc talis error rationis vel conscientiæ non excusat quin voluntas concordans rationi vel conscientiæ sic erranti sit mala. Si autem sit error qui causet involuntarium, proveniens ex ignorantia alicujus circumstantiae, absque omni negligcnlia, tunc talis error rationis vel conscientiæ excusat, ut voluntas rationi erranti concordans non sil mala. Puta, si ratio errans dictat quoti homo teneatur ad uxorem alterius accedere, voluntas conconlans huic rationi erranti est mala, eo quod error iste provenit ex ignorantia legis Dei, quam scire tenetur. Si autem ratio errat in hoc quod credit aliquam mulierem subnubam, esse suum uxorem, el, ea petente debitum, velit eam cognoscere, excusatur voluntas ejus, ut non sit mala; quia error iste ex ignorantia circumstantia? provenit, quæ excusat, et causât involuntarium, p — Hæc ille. — Ex quibus potest deduci quod illi Judæi qui ignorabant involuntarie tempus cessationis circumcisionis, et tempusobligationis baptismi, ponentes spem in circumcisione, el eam observantes ut necessariam ad salutem, excusabantur a peccato; non autem qui voluntarie ignorabant, et pertinaciter errabant, vel Christi doctrinam aut Apostolorum repulerant, aut contempserant, aut neglexerant.

Dicitur tertio, quod istud primum argumentum Scoti, licet non probet quod circumcisio æqunliter obligaret Judæos, tempore medio inter passionem et publicationem Evangelii vel sacramentorum novæ legis, sicut ante; tamen satis bene probat quod, illo tempore, baptismus non obligabat eos : quia nondum pneceptum de baptismi susceptione erat promulgatum; et ideo non obligabat eos, apud quos nondum erat promulgatum actu vel proxima poten-

tii. Unde sanctus Thomas, 1l 2 q. 90, art. 4, sic dicit : i Lex imponitur aliis per modum regulæ et mensure. Regula autem et mensura imponitur per hoc quod applicatur his qui regulantur et mensurantur. Unde ad hoc quod lex virtutem obligandi obtineat, quod est proprium legis, oportet quod applicetur hominibus qui secundum eam regulari debent. Talis applicatio iit per hoc quod in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione. Unde promulgatio necessaria est ad hoc quod lex suam habeat virtutem. › — Haec ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : ɑ Illi coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem servandam, inquantum in eorum notitiam devenit per alios, \el devenire jwtest, promulgatione facta. » — IliDcille. — Ex quibus patet quod dictum est, scilicet quod baptismus non obligabat (i) Judaeos antequam praeceptum de illius susceptione esset eis promulgatum actu vel potentia proxima.

Quod si dicatur contra pnedicla, quod, sicut præceptum de baptismi susceptione non habuit vim obligandi ante suam promulgationem, sic praceptum de circumcisionis observantia non perdidit vim suam ante revocationis promulgationem, el ita non statim in passione Christi perdidit vim obligandi, sed solum tunc primo (piando revocatio legalium el institutio baptismi publicati fuit; — dicitur ad hoc, quod non est simile : quia plura requiruntur ad construendum quam ad destruendum, et ad hoc quod sententia aliqua vel pneceptuin sujierioris liget, quam ad hoc quod non liget; quia ad secunlum sufficit sola revocatio, ad primum autem non sufficit sola institutio, sed requiritur promulgatio. Verum, licet sola revocatio praecepti tollat ei vim obligandi, tamen subditus cui datum est istud praeceptum, ligatur ad illud observandum, donec sibi innotescat revocatio, non quidem virtute præcepti, sed propter dictamen ℭonscientia ut supra dictum esi. Palet igitur, ex praedictis, quid sil dicendum ad primum Scoti.

Àd secundum ejusdem, negatur minor. Dicitur enim quod, per solam mortem Christi, circumcisio fuit revocata, el penitus mortifera : quia ex tunc non habuit vim obligandi, nec medendi. Nec valet quod dicitur de promulgatione : quia illa non est necessaria ad revocationem legis, sicut est necessaria ad ejus efficaciam, ut supra dictum est. Licet possit dici quod Christus verbo el facto promulgavit revocationem legis in sua passione, dicens (Joann. 19, v. 30) : *Consummatum est.*

Ad tertium dicitur quod, lempore medio inter passionem Christi et promulgationem revocationis et cessationis legalium, Judæi non tenebantur ex di tino praecepto ad circumcidendum parvulos suos, nec ad ponendum spem in circumcisione, quasi in remedio salutifero; sed tenebantur et obligabantur aliunde, ut sæpe dictum fuit (in solutione primi).

Ad quartum dicitur quod , tempore illo intermedio, Judæi habebant certum remedium contra originale parvulorum, scilicet fidem parentum, sine qua circumcisio non valebat, el a qua sola erat tota utilitas circumcisionis. Unde, illo tempore medio, circumcisio exterior, cum fide interiori, erat remedium contra originale parvulorum, sicut ante passionem Christi : non quidem ita quod, tempora medio, circumcisio aliquam virtutem effectivam haberet (quia nec talem unquam habuit ante passionem Christi), nec obligatoriam ex divino pneceplo, sicut habuit ante passionem; sed propter fidem interiorem, cujus circumcisio protestatio erat, licet falsa pro tunc; et similiter ex obedienlia et opere operante circumcidentis puerum, qui in hoc arbitrabatur obedire se divino pneceplo, licet false. Et pro hac solutione facit illud quod dicit sanctus Thomas, 3 p., q. 70, art. 4, in solutione secundi, ubi sic dicit : s Sicut ante institutionem circumcisionis fides Christi futuri justificabat tam pueros quam adultos, ita etiam circumcisione data. Sed antea non requirebatur aliquod signum protestativum hujusmodi fidei, quia nondum homines fideles seorsum ab infidelibus separati poterant adunari ad cultum unius Dei. Tamen probabile est quod parentes pro parvulis natis, et maxime in periculo exsistentibus, aliquas preces Deo funderent, vel benedictionem aliquam eis adhiberent, quod erat quoddam signaculum fidei, sicut adulti pro seipsis preces et sacrificia offerebant, u Hæc ille. — Ex quo apparet quod principale justificativum et remedium contra originale ex parte hominis erat, tam ante institutionem circumcisionis quam lempore circumcisionis, non ipsa exterior circumcisio, sed fides Christi futuri. Et ideo nil mirum, si, lempore illo intermedio, fides illa profuit parvulis, cum illa exterior» falsa sed obedienti protestatione fidei, modo pneexposilo.

Nec est mirandum, si obedientia habens aliquam falsam opinionem adjunctam, possit alicui prodesse, non quidem ratione falsitatis, sed ratione obedienliie et amore veritatis. Quia, sicut dicit beatus Thomas, 2· 2q. 1, art. 3(ad 1um):tQuia verum est bonum intellectus, non est autem bonum appetilivæ virtutis, ideo omnes virtutes quæ perficiunt intellectum, excludunt totaliter falsum; quia de ratione virtutis est qupd se habeat solum ad bonum. Virtutes autem perficientes partem appetilivamnon excludunt btaliter falsum : potest enim aliquis secundum justitiam aut temperantiam agere, aliquam falsam opinionem habens de eo circa quod agit, n — ll.ee ille. — Hem, 3. *Sentent.,* disl. 24, q. t. art. 1, qu 3, arguit sic, quarto loco : « Latria per fidem dirigitur. Sed inactu lalriæaliquis potest errare; sicut qui credit esse hostiam consecratam,

(a) *obltgabal. — oblignt* Pr,

quæ non est consecrata, el cam adoral. Ergo el fidei potest subesse falsum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum est quod fides non esi de hac hostia rile consecrata; sed quod hæc hostia sil rite consecrata, hoc est human® aestimationis; el ex hac parte polesl accidere error in latria. » — Hæc ille. — Sic in proposito, dico quod, tempore intermedio inter passionem el promulgationem baptismi ac renovationis legalium, Judæi quibus nondum erat facta promulgatio prædiclorum, habebant sufficiens remedium contra peccatum originale parvulorum, videlicet fidem interiorem et obedientiam parentum; licet ipsi adhiberent circumcisionem falsam protestationem fidei, ad quam non tenebantur ex praecepto divino, sed ex dictamine conscientia· errantis, ut supra dictum est.

Quod si dicatur quod fides eorum interior falsa erat, cum crederent Christum futurum, qui tunc erat praeteritus; et ita illa falsa fides nullo modo poterat parvulum justificare, nec ei prodesse; — respondetur quod illa aestimatio falsa non procedebat ex habitu fidei theologicæ, nec justificabat puerum. Sed illa æslimatio qua credebat Christum aliquando nasci, vel ante, vel tunc, vel post, illa procedebat ex habitu fidei; et erat vera, el justificabat parvulum. De hoc sanctus Thomas, 24 2·, q. 1, art. 3, arguit sic, tertio loco : « Fides antiquorum fuit quod Christus esset nasciturus; et hæc fides duravit in multis usque ad praedicationem Evangeiii. Sed, Christo jam nato, antequam praedicare inciperet, falsum erat Christum nasdturum. Ergo fidei potest subesse falsum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod hoc ad fidem credentis pertinebat, post Christi nativitatem, quod crederet eum quandoque nasci. Sed illa determinatio temporis, in qua decipiebatur, non erat ex fide, sed ex conjectura humana. Possibile est enim hominem fidelem, ex conjectura humana, falsum aliquid æstimare. Sed quod ex fide falsum æstimel, hoc est impossibile. » — Hæc ille.

II. Ad alia argumenta Scoti. — Ad primum eorum quæ secundo loco objicit Scotus contra primas duas conclusiones, et directe contra secundam, dicitur quod publicatio Evangelii duplex fuit. Prima quidem imperfecta, qua scilicet per Apostolos, aut alios, praedicatum fuit mysterium incarnationis, et passionis, resurrectiottis, ascensionis, el alii articuli fidei ad Christi divinitatem et humanitatem pertinentes, et necessitas observandi sacramenta novæ legis, el Christi praecepta, et hujusmodi. Alia vero publicatio Evangelii dicitur perfecta, qua scilicet non solum praedicata sunt supradicla, verum elinrn sufficientia et virtus nova· legis sine observatione legalium, et inutilitas veterum legalium, et eorum nocumentum. Et quod ista distinctio sil recte facta, palet ex Glossa super *Actuum* 21, el Magistrum in historiis, ubi distinguuntur quatuor synodi Hierosolymis celebratae. Ex quo potot concludi quod non omnia pertinentia ad Evangelium fuerint simul promulgata, sed per vices. Dicit enim Magister : « Sic distingue quatuor synodos in primitiva Ecclesia Hierosolymis cælebraûs : primam, de substitutione Matthiæ; secundam, de electione septem diaconorum; tertiam, de legalibus, quando statutum est conversis ad fidem ex gentibus non esse imponendum onus legalium, quando ascenderunt Paulus et Barnabas de Antiochia in Hierusalem; quartam, de qua hic agitur, quando constitutum est non prohibere Judæos ab observantiis legalibus, dummodo non ponerent spem in eis. » — Hæc Magister. — Et similia ponit glossa Rabani, *Actuum* 21. Ex quo patet quod , tempore quart® synodi, nondum virtus Evangelii erat perfecte publicata. Oportet ergo quod fieret post, quando determinatum fuit legalia esse non solum mortua, sed mortifera; quod quando facium sil, non legi. Dicitur ergo quod, post primam publicationem Evangelii, legalia sine peccato potuerunt observari a Judæis non ponentibus spem in eis (et hoc modo Paulus legalia observavit, ut probal Scotus); non autem post secundam completam el perfectam publicationem; nec tunc Paulus observavit ea; nec hoc arguit Scotus.

§ 2. — Ad argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, dicitur quod major nullam habet apparentiam, nisi in illis praeceptis quæ sunt de opponitis actibus, vel de aliquibus incompossibilibus : utputa de virginitatis observatione et matrimonio, vel de statu religiosi et laid, el similibus. Tunc enim consilium de uno, facit aliud non necessarium, el tollit ejus obligationem. Ubi autem praecepta dantur de actibus nec oppositis nec incompossibilihus, sed solum se habentibus ut perfectum et imperfectum, vel ut bonum et melius, tunc consilium de uno talium actuum non revocat praeceptum de alio, nec tollit ejus obligationem : sicut patet, quia consilium de chantato perfecta non tollit obligationem praecepti de habenda qualicumque dilectione Dei el proximi. Sic autem est in proposito: quja baptismus et circumcisio non se habebant, tempore illo, sicut actus incompossibiles aut oppositi, sed sicut perfectum el imperfectum; ut ostendit sanctus Thomas, 3 p., in multis lucis (a), et 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 2, ari. 5, in solutione prima? quinculæ. — Hem, potest did quod major est vera, (piando consilium sequitur praeceptum revocativum alterius, non autem si prae-

(a) Cfr. praesertim q. 62, ari. 6.

cedat illud. Sic autem fuit in proposito : quin, ante passionem Christi, non fuit datum pneceptum revocativum circumcisionis. Ideo non valet.

Ad secundum dicitur quod responsio ibidem recitata, est sufficiens. Et ad improbationem ejus, dicitur quod poter qui baptizasset filium ante octavum diem, licet providisset filio de remedio efficaci, tamen non providisset sibiipsi de observatione legis et praecepti; ct ideo tanquam transgressor legis peccasset mortaliter, nisi circumcidisset (a) puerum octavo die, si puer adhuc vinsse! (i). De hoc sanctus Thomas, k *Sentent.,* dist. 1, q. 2, art. 3, in solutione primæ quœstiunculæ, sic dicit: ‹ Circumcisio et erat præceptum, et erat sacramentum. Octavus ergo dies erat de necessitate circumcisionis, quantum ad obligationem prœcepti, ita quod reus transgressionis erat qui illud tempus non observabat. Sed non erat de necessitate ejus, quantum ad efficaciam sacramenti; quia, alio etiam tempore circumcisio facta suum effectum sacramentalem habebat, etc. › — Hæc ille. — Et quod istud argumentum non valeat, ostendit sanctus Thomas, in simili modo aiguendi, 3p., q. 68, art. 1, ubi arguit sic. tertio loco : ‹ Baptismus datur ad hoc quod aliquis per gratiam a peccato mundetur. Sed hoc consequuntur illi qui sunt sanctificali in utero sine baptismo. Ergo non tenentur ad suscipiendum baptismum. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Illi, inquit, qui sunt sanctificati in utero, consequuntur quidem gratiam emundantem a peccato originali; non tamen ex hoc ipsn consequuntur characterem quo Christo configurentur; et, propter hoc, si aliqui nunc sanctificantur in utero, necesse est eos baptizari, ut per susceptionem characteris aliis membris Christi conformentur. » — Hœc ille. — Similiter dico in proposito : Quamvis parvulus kiplizatus, esset mundatus a culpa originali per gratiam, non Limen sine circumcisione erat conformatus Abrahœ et residuo populo Dei, nec protestabatur passionem Christi futuram signo ad hoc instituto; ideo paler ejus tenebatur illum circumcidere, quantumcumque esset sanctificatur (γ). De hoc sanctus Thomas, 3p., q. 68, art. 1, in solutione primi, sic dicit : ‹ Nunquam homines potuerunt salvari, etiam ante Christi adventum, nisi fierent membra Christi : quia, ut dicitur, Acluum 4 (v. 12), *Non est aliud nomen datum hominibus*, in *quo oporteat nos salvos fieri.* Sed, ante adventum Christi, homines incorporabantur Christo per fidem futuri adventus; cujus fidei signaculum erat circumcisio, ut Apostolus dicit, *Roman.* 4 (v. 11). Ante vero quam circumcisio institueretur, sola fide (3), ut Gregorius dicit (4. *Moralium,* cap. 3), cum sacrificiorum oblatione, cum quibus suam fidem antiqui patres protestabantur, homines Christo incorporabantur. Post adventum Christi etiam, homines per fidem Christo incorporantur, secundum illud *Ephesior.* 3 (v. 17) : *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* Sed alio signo manifestatur fides rei jam præsentis, quam demonstrabatur quando erat futura; sicut aliis verbis significatur presens, præteritum et futurum. Et ideo, licet sacramentum baptismi non semper fuerit necessarium ad salutem, fides tamen, cujus baptismus est sacramentum, semper necessaria fuit, a — Hæc ille. —Ex quibus palet quod, ante passionem Christi, Judæi tenebantur protestari passionem Christi futuram, significatione circumcisionis; nec sufficiebat aliud signum, puta baptismus.

§ 3. — Ad argumenta contra quartam CONCLUSIONEM

Ad argumenta quorumdam. — Ad argumenta contra quartam conclusionem, respondet Petrus do Palude, in tertia quaestione secunda? distinctionis, ubi sic dicit : α Singularis (a) opinio Thomæest in contrarium. Et sic posset concordari, quod ipse, in *quarto,* dicit sacramenta non attingere ad gratiam, sed ad ornatum, quod verum est de gratia gratum faciente; et, in ultima parte, dicit quod attingit ad gratiam, quod verum est, sacramentalem, quæ differt a prima. Sed Thomas videtur velle quod ista gratia sacramentalis non solum differat a gratia gratum faciente, et virtutibus acquisitis et infusis, et donis, sed etiam ab ipso ornatu vel charactere : quia dicit quod gratiœ sacramentales fluunt a gratia sicut et virtutes, et sic supponunt gratiam gratum facientem; quod non facit character, nec ornatus. Et pro ista opinione est : quia unumquodque sacramentum est introductum(C) in speciale remedium contra specialem defectum, sive sit culpa, sive pœna ex culpa derelicta, sive quodeumque aliud; unde, cum effectus particularis reducatur in causam particularem, non universalem immediatam, cum commune sit sacramentis nova? legis gratiam et virtutes conferre, speciale vero sit unicuique, supposita gratia, remedium praebere conlra specialem defectum, videtur quod unumquodque sacramentum habet aliquem specialem effectum contra suum proprium defectum. Et hoc patet in singulis : sicut pernitentia contra omne peccatum actuale; baptismus contra peccatum originale; matrimonium contra concupiscentiam; confirmatio contra timiditatem ct verecundiam. In confirmatione igitur audacia major (γ) formaliter est

(ƒ circumcidUi/f. — *circumcideret* Pr.
(6) rtt uc/t. — virerer Pr.
(γ) «arvUi/iraiui. — *baphzatui* Pr.
(I» *fide* — *fidet* Pr.

(i) Singulam. — StnguL>rurn Pr.
(6) *introductum.* — *introductivum* Pr.
(γ) *major.* — *manifeda* Pr.

1

per gratiam sacramenlalern, et non solum per virtutem fortitudinis, quax major datur in sacramento quod plus confert de gratia, sicul in Eucharistia el online. El similiter, in Eucharistia major temperantia infunditur quam in matrimonio; sod in matrimonio specialis gratia sacrarnentalis datur, ut sciat unusquisque vas suum possidere. Ergo in confirmatione esi aliquod robur, gratia gratis data, supponens tamen gratiam gratum facientem. El similiter in matrimonio. In online voro datur specialis gratia exequendi suum officium. Et sic de aliis. — Si dicatur quod per unum sacramentum plenius habetur efleclus alterius spedalis, sicul per baptismum actualia plenius remittuntur quam per poenitentiam: ergo, a simili, non est inconveniens per aliud sacramentum plenius mederi contra concupiscentias quam per matrimonium; et sic de aliis; — hoc non valet : quia illud est per accidens, istud autem per se, scilicet collatio virtutum et augmentum in Eucharistia. Unde, si specialia remedia in aliis sacramentis essent per se ex gratia gratum faciente, et virtutibus per se, non per accidens, Eucharistia plus remediaret ad omnia quam cætera; et sic alia superfluerent.

‹ Ad quinque autem rationes pro alia opinione, quæ sunt contra istam, est simul respondendum per interemptionem illius quod supponitur. Quia in omni sacramento datur remedium contra Specialem defectum diversum, cui non subvenitur per gratiam gratum facientem, per se et immediate, nec per ejus augmentum, cum se compatiantur. Sicut (7) licet per gratiam gratum facientem tollatur culpa, et macula mortalis, et pœna æterna, quia ista non possunt simul stare; tamen nec culpa venialis, nec pœna temporalis, nec verecundia, nec concupiscentia, nec mulli alii defectus inclinantes ad peccatum, qui stant cum ea, etiam intensa, per eam tolluntur, quia nihil corrumpitur nisi a suo contrario. Ergo est alia gratia contraria isti defectui, vol istis defectibus, per quam tolluntur, vel remittuntur. Utrum autem ex uno sacramento iterato profluat gratia una tantum specie, an diversa»? Dubium est. Et posset dici probabiliter, quod (piando defis tus est unius speciei, tunc ot una; sicut in matrimonio, et similibus. Sed (piando defectus est unius generis, licet sit di flerens specie, tunc forte gratia» di flerunt specie: sicut in sacramento poenitentia», de eodem peccato numero vel specie bis confltentes, gratiam eamdem vel augmentum ejusdem reciperent; de diversis diversam. Vel forte, sicul virtus pœnitentia» est do omnibus, sic et hir, una gratia, differens tamen, cum illa major infundatur in Eucharistia. » — Hæc ille, in forma, et convenienter dictis sancti Thoina».

Unde, 3 p.. q. 62, art 2, arguit sic, primo loco: « Per gratiam virtutum et donorum perficitur anima sufficienter, et quantum ad essentiam animæ, et quantum ad potentias. Sed gratia ordinatur ad animæ perfectionem. Ergo gratia sacrarnentalis non potest aliquid addere super gratiam virtutum et donorum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod gratia virtutum et donorum sufficienter perficit essentiam et potentias animæ, quantum ad generalem ordinationem actuum ; sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalia gratia. › — Hæc ille. — Item, secundo loco, arguit sic : ‹ Defectus animæ ex peccatis causantur. Sed omnia peccata sufficienter excluduntur per gratiam virtutum et donorum; quia nullum est peccatum, quod non contrarietur alicui virtuti. Ergo gratia sacrarnentalis, cum ordinetur ad defectus animæ tollendos, non potest aliquid addere super gratiam virtutum et donorum, h Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod per dona et virtutes sufficienter excluduntur vilia, quantum ad praesens ct futurum , inquantuin scilicet impeditur homo a peccando per virtutes et dona; sed quantum ad pnelerita, quæ transeunt actu et permanent reatu, adhibetur homini speciale remedium per sacramenta. › — Hæc ille. — Ex quibus palet ad omnia argumenta.

Primum enim deficit in hoc quod pulal quod gratia sacrarnentalis et gratia virtutum non aliter differant, nisi sicut sanitas per naturam et sanitas per artem restituta. Hoc autem longe est a proposito nostro; quia plus differunt : utputa sicul sanitas per naturam, et aliquis novus effectus alius a sanitate por medicinam collatus.

Nec similiter secundum valet. Quia supponit quod gratia sacrarnentalis non sit propter aliud, nisi ad tollendum inhabilitatem ad gratiam, derelictam ex peccato in potentiis animæ, vel in essentia animæ. Hoc autem falsum est : quia non solum ad illum generalem defectum, sed ad quosdam alios speciales defectus tollendos, ct speciales effectus inducendos, ordinatur. Et ulterius, illud argumentum supponit falsum, scilicet quod gratia sil subjective in |>otentia animæ, el quod formaliter tollat privationem vel vulnus potentiarum, et multa alia falsa et neganda, secundum mentem sancti Thomte. Gratia enim gratum faciens talia non tollit formaliter, sed effective, scilicet causando aliquid in dictis |x»tenliis, per quod talia formaliter tolluntur. Et per idem patet nulhtas sequentium, quæ in eodem falso fundantur.

Nec valet lerilum; quia in eodem falso fundatur, scilicet quod gratia sacrarnentalis solum sit ad tollendum illum generalem defectum |>otentiæ, qui est privatio virtutis aut graliæ.

Nec valet quartum : quia gratia sacrarnentalis non ordinatur ad perficiendum animam illa generali perfectione quæ est per gratiam et virtutes; nec

(7) *tmnpatiantur. Sicul — compatiuntur* Pr.

âd eliciendum bonum opus virtutis, in generali ratione virtutis; >ed ad aliud.

Nec valet quintum: quia gratia sacramentalis non ordinatur solum nec directe ad tollendum illud vulnus generale, quod est privatio gratiæ aut virtutis, sed potius ad tollendum reatum peccati pratenti, sicut in poenitentia; vel ad remittendum et mitigandum concupiscentiam, ut in matrimonio; vel verecundiam et timorem confitendi nomen Christi, ut in confirmatione; vel inordinationem ct indevotionem circa actus latriæ, ut in ordine; et sic de cæleris.

Et potissime omnia ista quinque deficiunt, ut prædictum est, quia gratia gratum faciens nullum defectum tollit immediate et formalitcr ab aliqua potentia animæ, neque est immediatum productivum aut elicitivum alicujus operationis (volentiarum animæ; sed causal et efficit proxima tollentia defectum, et proxima eliciliva operationum. Ideo, prater gratiam gratum facientem, requiruntur habitus virtutum et donorum, et similiter ğratia sacramenlales. Et sicut praedicta quinque argumenta fundantur in falso, ita omnia sequentia, ut per ee patet.

Ad quos autem actus speciales in vita Christiana, et contra quos defectus, ordinentur singula sacramenta, ostendit idem sanctus Thomas, 3 p., q. 65, art. 1, ubi sic dicit : ‹ Sacramenta Ecclesia? ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominem in his quæ pertinent ad cultum Dei secundum religionem vilæ Christian©, et in remedium contra defectum peccati. Utroque autem modo convenienter ponuntur septem sacramenta. Vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut et cætera corporalia similitudinem quamdam habent spiritualium. In vita autem (a) corporali dupliciter aliquis perficitur : uno modo, quantum ad propriam personam; alio modo, quoad respectum ad totam communitatem societatis in qua vivit, quia homo est animal naturaliter sociale. Respectu autern suiipsius, perficitur homo in vita corporali dupliciter : uno modo, per se, acquirendo scilicet aliquam vit© perfectionem; alio modo, per accidens, scilicet removendo aliqua vilæ impedimenta, puta aegritudines, vel aliquid hujusmodi. Per se autem perficitur vita corporalis tripliciter. Primo quidem, per generationem, per quam homo incipit esae et vivere; et, loco hujus, in vita spirituali, est baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud *ad Titum* 3 (v. 5) : *Per lavacrum regenerationis,* etc. Secpndo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem et virtutem; et, loco hujus, in spirituali vita, est confirmatio, in qua datur Spiritus Sanctus ad robur; unde dicitur discipulis jam baptizatis, Lucæ ull. (v. 49) : *Sedete in civitate, quousque induamini virtute ex alto.* Tertio, per nutritionem , qua conservatur in homine vita et virtus; et, loco hujus, in spirituali, est Eucharistia; unde dicitur, Joan. 6 (v. 54) : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis («), et biberitis ejus sanyuinem, non habebitis vitam in vobis.* Et hoc quidem sufficeret homini, si haberet et corporaliter et spiritualité!' impassibilem vitam. Sed quia homo incurrit interdum et corporalem infirmitatem, et spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est hujusmodi curatio ab infirmitate. Quæ quidem est duplex. Una quidem est sanatio, quæ sanitatem restituit; et, loco hujus, in spirituali vita, est poenitentia, secundum illud Psalmi (40, v. 5) : *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Alia autem est restitutio valetudinis pristinas, per convenientem diætam et exercitium ; et, loco hujus, in spirituali vita, est extrema unctio, quæ removet peccatorum reliquias, et hominem paratum reddit ad finalem gloriam habendam; unde dicitur, Jacobi 5 (v. 15) : *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. Uno modo, per hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem, et exercendi actus publicos; et, loco hujus, in spirituali vita, est sacramentum ordinis, secundum illud //ebra?or.7(v.27),quod (6) sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro popul& Secundo, quantum ad naturalem propagationem; quod fit per matrimonium, tam incorporali quam in spirituali vita, eo quod est non solum sacramentum, sed natura officium. Ex his etiam patet numerus sacramentorum, secundum quod ordinantur in remedium contra defectum peccati. Nam baptismus ordinatur contra carentiarn vit© spiritualis; confirmatio, contra infirmitatem animi, quæ in nuper natis invenitur; Eucharistia, contra labilitatem ad peccandum; poenitentia, contra actuale peccatum post kaptisinum commissum; extrema unctio, contra reliquias peccatorum, qute scilicet non sunt sufficienter per |xenitentiani sublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia; ordo, contra dissolutionem multitudinis; matrimonium, in remedium contra concupiscentiam personalem, et contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. » — Hæc ille. — Similia dicit, 4. *Sentent.,* dist. 2, q. 1, ait. 2. Item, 4. *Sentent.,* dist. **I**, q. 1, art. 4, in solutione quintæ qiuestiunculæ, sic dicit : α Gratia gratum faciens est una, et est in essentia animæ sicut in subjecto. Et ab ipsa fluunt virtutes et dona, ad perficiendum potentias animæ, sicut etiam potenti© fluunt ml» essentia; et distinguuntur islæ virtutes, secundum diversos actus ad quos oportet potentias animæ perfici. Similiter etiam a gratia

(») aufeni — enim Pr.

(«) cnmeni Filii Aominü, — Om. Pr.
(6) *quod.* — Om. Pr.

illa quæ est in essentia animæ, fluunt aliqua ad reparandum defectus qui ex peccato inciderant; el hæc diversificantur, secundum diversitatem defectuum. Sed quia hujusmodi defectus non sunt ita noti sicut actus ad quos virtutes perficiunt, ideo e(Tectus ad reparandum defectum non habet speciale nomen sicut virtus,sed relinet nomen ‡ua causæ,et dicitur gratia sacramentalis, ad quhm sacramentum directe ordinatur; quæ tamen non potest esse sine gratia quæ respicit essentiam animæ, sicut nec virtutes. Sed tamen gratia quic est in essentia anima», non potest esse sine virtutibus; et ideo virtutes habent in ea connexionem. Potest tamen esse sine gratia sacramcntali; nam gratiæ sacramenlales connexionem non habent. El ita patet quod gratia quam sacramentum directe continet, differt a gratia quæ esi in virtutibus cl donis; quamvis etiam illam gratiam, per quamdam continuationem, contineat, n — Hæc ille. — Item, *de Veritate,* q. 27, art. 5, in solutione duodecimi, sic dicit : « Sicut diversa· virtutes et diversa dona Spiritus Sancti ad diversos actus ordinantur, ita etiam diversi sacramentorum diversorum effectus sunt, ut diversæ medicina· peccati, et participationes virtutis dominica? passionis; quæ tamen a gratia gratum faciente dependent, sicut virtutes et dona. Sed virtutes et dona nomen speciale habent, propter hoc quod artus ad quos ordinantur, sunt manifesti; unde etiam secundum nomen a gratia distinguuntur. Defectus autem peccati, contra quos sacramenta instituuntur, latentes sunt : unde sacramentorum effectus nomen proprium non habent, sed nomine gratia· nominantur: dicuntur enim gratiæ sacramentales; et penes has sacramenta distinguuntur, sicut penes proprios effectus. Perlinent etiam isti effectus ad gratiam gratum facientem , quæ etiam istis effectibus conjungitur; et sic, cum istis propriis effectibus, halænt effectum communem, qui est gratia gratum faciens, quæ etiam per sacramentum, et non habenti datur, et habenti augetur, d — Hæc ille. — Ex quibus palet quod gratia gratum faciens, sicut non immediate «dicit actum virtutis, sed mediante habitu virtutis; ita non immediate elicit actus ad quos sacramenta ordinantur, nec immediate tollit defectum aut vulnus potentiarum animæ, sed mediante aliquo habitu, vel se habente per modum habitus, infuso in collatione vel susceptione sacramenti. Nec ad talem effectum sacramenti sufficiunt habitus virtutum aut donorum : quia, cum tales habitus infundantur in susceptione baptismi vel cujuslibet sacramenti, sequeretur quod quodliliet sacramentum haberet effectum omnium sacramentorum; et ita non differrent penes effectus suos. Et mulla alia falsa et inconvenientia sequerentur.

Cum autem dicunt arguentes, quod argumentum illud de gratia sacramcntali noti necessaria in statu innocentiæ non valet, etc.; — dicitur quod illud argumentum satis l>ene concludit propositum nostrum. Nec valet solutio: quia gratia virtutum et gratia sacramentorum non solum differunt penes connotationem infirmitatis praecedentis vel non connotationem, mh! sicut causa et effectus, vel sicut sanans fonnaliter immediate (cujusmodi est gratia sacramentalis) et sanans effective et mediate (cujusmodi est gratia virtutum, vel gratia gratum faciens, etc.). — Et similiter gratia sacramentalis non ordinatur ad meritorie operandum, sicut gratia gratum faciens.

Qdod autem inducitur secundo, de attrito et fido, etc., male solvitur : quia non omnis non fidus »>l attritus; ideo aliquis non fictus recipit characterem baptismi, \el confirmationis, vel ordinis, qui non recipit gratiam gratum facientem. Et similiter est de ornatu in poenitentia, ut postea patebit.

Quod vero inducitur tertio loco, est de mente sancti Thoinæ, scilicet quod graliæ sacramentales non sunt connexæ, sicut virtutes vel dona, ut supra patuit (a). — Et quod instatur contra hoc, nihil valet : quia, quæcumque sit causa quare graliæ sacramentales non sunt connexæ. sicut dona et virtutes; tamen, ex hoc solo quod non sunt connexæ, sufficienter arguitur quod gratia sacramentalis non est essentialiter gratia gratum faciens, nec virtus, nec donum, sed aliud a prædictis. Ex quo Lam gratia gratum faciens quam virtutes et dona |>ossunt esse sine gratia sacramcntali (ut patet in sanctificatis in utero),et similiter cum gratiæ sacramentales sint multa·, gratia vero gratum faciens sit una tantum, sequitur quod differunt.

Quod autem ultimo adducitur, male solvitur. — Prima enim solutio non valet. Dicitur enim quod characteres et ornatus sacramentales, sunt gratiæ quædam sacramentales. Nec alias oportet ponere, praeter characteres vel ornatus, per modum actus primi, vel habitus; quidquid sil de actibus secundis. — Secunda vero solutio etiam non valet. Quia, quandocumque diversorum efficientium inslrumentalium specie distinctorum idem est effectus specie, non referi, quantum est ex parte efficientium, quodcumque illorum instrumentorum apponatur ad inducendum ultimum effectum instrumenti ; immoquidqtiid potest induci per unum, potest induci per reliquum. Quo·! in proposito dici non potest : quia tunc omnem effectum sacrarnenlalem quem inducit matrimonium, induceret liaplismiis, vel poenitentia, et econtra; quod est manifeste falsum; et æque valeret contrito suscipere matrimonium, sicut sacramentum pœnilentiæ.

Sed objici potest contra pnedicta. Quia sæpe dicturn est (|ııγμ ! gratia» sacrameti(ales lluunt a gratia gratum faciente, sicut virtutes et dona ; quare ergo

(s) Cfr. textum paulo ante alhlum, i. *Sentent.,* dial. I, q. I. ari. i, qUf».

gratiæ sacramentales non sunt connexæ, sicut virtutes et dona? — Dicitur nd hoc» quod non est simile. Quia virtutes et dona fluunt a gratia gratum faciente sicut a causa totali, in genere causæ efficientis causats; quæ quidem, cum efficiat quidquid efficit immediato mere naturaliter, et habeat semper passum ejusdem rationis, ideo semper efficit i idem dona Spiritus Sancti, et eosdem habitus virtutum. Sed gratia gratum faciens non est totale productivum gratiarum sacramentalium, immo ad hoc concurrunt effective (x) sacramenta; et quia sacramenta sunt diversa, et non connexa, ideo a gratia gratum faciente non simul producuntur omnes gratiæ sacramentales, sed modo una cum baptismo, rnodo alia in pernitentia, modo alia in confirmatione, cl sic de cæteris.

Et hæc sufficiant ad aigumenta contra quartam conclusionem.

Ad argumentum pro quffislhne, patet quid dicendum ex allegatis in probatione secundæ conclusionis : quia scilicet Apostoli nunquam servaverunt sxundum veritatem legalia, |>ost perfectam publicationem Evangchi et revocationis legalium.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus, omne per ævuni. Amen.

D I S IO IV.

QUÆSTIO I.

UTRUM BAPTISMUS CHARACTEREM ALIQUEM IMPRIMAT IN ANIMA

1RCA quartam distinctionem 4. *Sententiarum.* quærilur : Utrum baptismus imprimat aliquem characterem inanima.

Et arguitur quod non. Quia, ut dicit Philosophus, 2. *Ethicorum* (cap. 5), omne quod est in anima, vel est potentia, vel habitus, vel passio. Sed character non est potentia: quia potentiæ omnibus hominibus communes sunt, diameter autem non, cum sit signum distinctivum, sicut ipsum nomen ostendit;et pnelcrea, potentia» sunt a natura, non autem character. Nec iterum est passio : quia pasMones animæ contingunt cum aliqua transmutatione corporali, ut dicitur, I. *de Anima* (t. c. 14); et pertinent ad sensitivam partem, ut dicitur in 7. *Physicorum* (t. c. 19). Nec iterum est habitus; quia habitus ordinatur ad agendum, ut patet per diffinitionem Augustini(deBoHOCOnji(0an,cap.21)! *Habitus est quo quis agit, cum tempus fuerit.* Ergo character non est aliquid in anima. Et sic baptismus nullum characterem imprimit in anima.

In oppositum arguitur. Quia Damascenus *(de Fid. Ort.,* lib. 4, eap. 9; et *Sae. Parali.*, lilt. B, tit. 4) in diffinitione baptismi ponit sigillum. Sed sigillum impressum in aliquo est character quidam. Ergo in baptismo imprimitur character.

In hac quaestione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod uliqua sacramenta noval legis imprimunt characterem.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, art. 1, ubi sic dicit : α Characterem imprimi in aliquibus, omnes moderni confitentur; sed in modo ponendi ipsum in anima, partim differunt, et partim conveniunt. Conveniunt quidem in hoc quod omnes dicunt |>er characterem importari triplicem relationem. Est enim character signum distinctivum et conligurativum. Inquanlum ergo est signum, importat relationem ad id quod significat; inquanlum autem est distinctivum, importat relationem ad ea a quibus distinguit; inquantum autem est conligurativum, importai relationem ad ea quibus assimilai. Differunt tamen in hoc, quia quidam ponunt istis relationibus non subesse aliqüod accidens absolutum, sed immediate in anima fundari istas relationes. Hoc autem esse non potest. Quia signum per formam quam sensibus ingerit, vel intellectui imprimit, facit aliud in cognitionem venire. Similiter etiam nihil distinguitur ab alio, nisi per aliquam formam. Similitudo etiam relatio est, super unitate qualitatis fundata, ut dicitur 5. *Metaphysics* (t. c. 20). Unde patet quod quælibet illarum relationum quas importat character, requirit aliam formam substratam; et, cum non sit forma substantialis, quia forma substantialis in sacramentis non datur, relinquitur quod forma substrata sil qualitas quædam, cujus unitas consi-
gniticationis similitudinem (?) facit. Et ideo quidam dicunt quod non est in aliqua quatuor specierum qualitatis, et tamen est in genere qualitatis, innitentes illi verito Philosophi, in *Prwdicamentis*

(a) r/fevhtt. — e/feUica Pr.

(3) similitudinem. — tiniifcni Pr.

(tract. 2, cap. 4) : *Fortasse,* inquit, *alii appare·* bunt *qualitatis modi.* èc<l hæc est fuga quædnrn : quia, quamvis sini alii modi qualitatist tamen omnes reducuntur ad has species; quod patet ex hoc quod nulla alia species inveniri adhuc potuit. Et ideo dicunt alii, quod est in quarta specie ❡uali tatis : quia ipsa configuratio quam character suo nomine exprimit, importât unitatem figura·, quæ est in quarta specie qualitatis. Et quidam dicunt hanc figuram esse crucem Christi. Sed hoc non potest stare. Quia aut figura proprie accipitur; et sic importat terminationem quantitatis dimensivæ, quam constat in anima non esse. Si autem metaphorice dicatur, tunc oportet quod metaphora reducatur ad aliquam proprietatem : quia res non ponitur in genere per id quod de ea metaphorice dicitur; sicut non dicitur quod Apostoli sint in genere qualitatis, quia eis dictum est, Mattii. 5 (v. 14) : *Vos estis lux mundi.* Nec poterit aliquid in quarta speciequalilalisinveniri, quod sit in anima secundum proprietatem. Unde character, de quo loquimur, non potest fundari supra qualitatem quarta· speciei. Et ideo quidam dicunt quod est in tertia specie, eo quod sensui spirituali infert quamdan? mulcebrem passionem, inquanlum animam ornat et decorat. Sed hoc iterum stare non potest. Quia sicut probat Philosophus, in 7. *Physicorum* (t. c. **ii,** etc.), tertia species qualitatis non est nisi in sensibili parte animæ; character autem a nullo ponitur in hac parle animæ, sed in intellectiva. Et pneterea, illa» qualitates semper habent ordinem ad aliquam transmutationem corporalem, vel quam inferunt, vel a qua causantur. Et ideo alii dicunt quod est in prima specie qualitatis, et est quasi media inter dispositionem et habitum : inquanlum enim esi difficile mobilis, convenit cum habitu; inquantum autem non est ultima perfectio, sed ad gratiam disponit, cum dispositione convenit. Sed hoc non potest dare. Quia, secundum Philosophum, in 2. *Ethicorum* (cap. 5), habitus esi quo habemus nos ad passiones bene vel male. Et universaliter consideranti, hæc apparet differentia inter habitum el potentiam, quia potentia esi qua possumus aliquid, sed habitus esi quo possumus illud bene vel male : sicut intellectus esi quo consideramus, scientia qua bene consideramus; concupiscibilis est qua concupiscimus, temperantia qua bene concupiscimus, intemperantia qua male. Similiter est de dispositione : quia dispositio nihil aliud est quam quidam habitus incompletus. Cum ergo character ordinetur ad aliquid simpliciter, et non ad illud bene vel male (quia sacerdos potest conficere bene el male), non potest esse quod qualitas super (piam fundatur characteris relatio, sil habitus, sed magis potentia. Unde relinquitur quod non sit in prima specio qualitatis; sed magis reducitur ad secundam, ut quidam alii dicunt. El hoc sic palet : sicul enim cujuslibet exsistentis in aliqua natura, sunt aliquæ operatione» propriæ; ita etiam est in spirituali vila regenerati, ut dicit Dionysius, in secundo capitulo *Ecclesiasticas Hierarchise.* Ubicumque autem sunt operationes propriæ, oportet quod sint propria principia illarum operationum. Unde, sicut in aliis rebus sunt potentia· naturales ad proprias operationes, ita elium renati in vitam spiritualem habent quasdam potentias, secundum quas possunt illa opera. Quæ potentis sunt similes illis virtutibus quibus sacramenta efficaciam habent sibi inditam : quia, sicut sacramenta causant gratiam instruinenlaliler, ita recipientes characterem operantur divina per ministerium ; minister autem est sicut instrumentum ejus cujus ministrat; unde dicit Philosophus in 8. *Ethicorum* (cap. 11), quod senus est organuin animatum; et ideo tam virtus sacramenti quam ministri, quæ est character, erit instrumentalis. El quod hujusmodi potentia sil character, patet, si quis diligenter considerat verba Dionysii, a quo primo traditio characteris nobis advenit. Assignans enim mysterium ritus cujusdam qui in primitiva Ecclesia oliservabatur, quando adulti baptizabantur, dicit quod, accedenti ad baptismum, Hierarcha, id est, Pontifex, manum imponebat, et signabat eum signo crucis, et præcipiebal eum describi inter nomina Christianorum, ul de estera ad divina cum aliis admitteretur. Dicil enim (</c *Eccl. Hierarchy* cap. 2) quod *sic accedentem,* scilicet ad vitam spiritualem, *divina beatitude ad suiipsius participationem recipit,* scilicet sacerdos baptizandum, *et de proprio lumine, quasi quodam signo, ipsi tradit,* scilicet sui participationem, *perficiens cum sicut divinum et communicantem divinorum,* etc. Patel ergo quod ipse per hoc signum non aliud intendit quam illud quod facit eum participalivum divinarum operationum. Unde hoc signum nil aliud est quam quædam potentia, qua |M)tesl in actiones hierarchicas, quæ sunt ministraliones cl receptiones sacramentorum, et aliorum quæ ad fideles pertinent. Et ad hoc quod haso|>eraliones bene exerceat, indiget habitu gratiæ, sicut et alia· potentia» habitibus indigeni. › — Hæc ille.

Eamdem conclusionem ponit, 3 p., q. 63, ari. I el 2. Nam, primo articulo, ostendit quod sacramenta imprimant characterem in anima, sic dicens : « Sacramenta nova.· legis ad duo ordinantur : scilicet ad remedium contra peccatum, et ad perficiendum animam in his quæ pertinent ad cultum Dei secundum ritum vilæ christianæ. Quicumque autem ad aliquid certum deputatur, consuevit ad illud (a) consignari; sicul milites, qui ascribebantur ad militiam antiquitus, solebant aliquibus characteribus insigniri, eo quod deputabantur ad aliquid corporale. Et ideo, cum homines per sacramenta depu-

(x) *illud, — aliud* Pr.

tentiir ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, conveniens est quod per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniantur. Unde Augustinus dicit. 2. *Contra Parmenianum* (cap. 13): Si *militi characterem in corpore suo non militans pavidus exhorruerit, et ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa, et venia impetrata, militare jam cceperit, numquid, homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur?* .4n *forte minus hærent* (x) *sacramenta Christiana quam (£) corporalis hac nota?* › — Hæc ille.

Ibidem etiam (arg. Sed contra arguit sic: « Dicit enim, inquit, Apostolus, 2. *Corinth.* I (v. 21 et 22): *Qui unxit nos, Deus* est, *et qui signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Sed nihil aliud importât character quam quamdam signationem. Ergo Deus per sacramenta suum nobis characterem imprimit, d — Hæc ille.

Item, ari. 2, probat quod character sit potestas spiritualis: « Sacramenta, inquit, novæ legis characterem imprimunt, inquantum per ea deputamur ad cultum divinum secundum ritum christianæ religionis. Unde Dionysius, cap. 2. *Ecclesiastics Hierarchize,* cum dixisset quod *Deus quodam signo tradit sui participationem accedent',* subjungit : *Perficiens eum divinum et communicatorem divinorum.* Divinus autem cultus consistit vel in recipiendo aliqua divina, vel in tradendo aliis. Ad utrumque autem horum requiritur quædam potentia : nam ad tradendum aliis requiritur potentia activa; ad recipiendum autem requiritur potentia passiva. Et ideo character importat quamdam potentiam spiritualem, ordinatam ad ea ‹ua sunt divini cultus. Sciendum tamen quod hæc potentia spiritualis est instrurnentalis, sicut virtus quæ est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem competit ministris Dei; minister autem operatur et se habet per modum instrumenti, ut dicit Philosophus, 1. *Politicos* (cap. 3). Et ideo, sicut virtus quæ est in sacramentis, non est in genere perse, sed |>er reductionem, eo quod est quiddam fluens incompletum; ita etiam character non proprie est in genere vel specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis. » — Hæc ille.

Ex quibus possunt elici duæ rationes. — Prima, ad probandum quod in sacramentis novæ legis imprimitur character. Quæ talis est : Quicumque ad spiritualem rnilitiarn et ad spiritualem cultum deputatur,debet peraliquodspiritualesignari,el per spiritualem characterem consignari. Sed per susceptionem sacramentorum novæ legis homo deputatur ad spiritualem militiam et cultum Dei. Ergo, etc.

Secunda est ad probandum quod character sit potentia spiritualis. Et est talis : Quicumquo deputatur ad recipiendum vel tradendum divina mysteria, accipit potentiam spiritualem, activam vel passivam, perquam distinguitur a non habentibus, et configuratur habentibus. Sed recipiens characterem est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod character est subjectivo In potentia animæ, et non Immediate In essentia.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 63, ari. 4, ubi sic dicit : « Character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum vel tradendum aliis ea quæ sunt divini cultus. Divinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem proprie ordinantur potenliæ anima·, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subjecto in essentia animæ, sed in ejus potentia. » — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 1, art. 3, in solutione primæ quæsliunculæ, sic dicit : « Natura proportionaliter spirilualitati substernitur, sicut perfectibile perfectioni. Unde, sicut gratia, quæ est spiritualis vite principium, est in essentia animæsicut in subjecto; ita etiam character, qui est spiritualis potentia, est sicut in subjecto in naturali potentia animæ, et non in essentia animæ, ut quidam dicunt, nisi mediante potentia animæ. » — Hæc ille.

Item, ibidem (arg. Sed contra), arguit sic: «Character configurat trinitatem creatam Trinitati increase, ut patelper quamdam diffinitionem magistralem, quæ talis est : *Character est distinctio a charactere teterno impressa animæ rationali secundum imaginem* (x), *consignans trinitatem creatam Trinitati creanti et recreanti, et distinguens a non configuratis secundum statum fidei.* Sed trinitas creata consistit in potentiis, sicut unitas in essentia· Ergo character non est subjective in essentia anima·, sed in potentiis, d — Hæc ille.

Ex quibus possunt formari multæ rationes pro conclusione, ut patet.

Tertia conclusio est quod character est subjective in potentia Intellectiva.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 4, q. 1, ari. 3), in solutione terliæ ‹uaestiuncula , ubi sic dicit : ‹ Imago principaliter consistit in potentia cognitiva; quia ex memoria et intelligentia oritur voluntas. Unde lota irnago est in parte intellectiva sicut in radice. Et ideo omne quod attribuitur homini ratione imaginis, principaliter respicit intellectivam, el ex consequenti affectivam : quia etiam ex intellectiva parte homo halæt quod

a. *h.rrrnl. — habent* Pr.
(4) *giifUH. — mi* Pi ⟩

(a *imaginem. — inuiginatinncm* Pr.

sil homo; sed ex affectiva habet quod sit bonus vel malus. Et ideo, quia character respicit imaginem, principaliter est in parle intellectiva. › — Hæc ille.

Item, 3 p., q. 63, ari. 4, in solutione tertii, dicit : α Character ordinatur ad ea quæ sunt divini cultus; qui quidem est quædam fidei protestatio per exteriora signa. Et ideo oportet quod character sil in potentia animæ cognitiva, in qua esi fides. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conchi- | sione : Illud quod principaliter respicit imaginem crealam, et cultum divinum, pertinet ad [Olentiam cognitivam vel intellectivam. Sed character est hujusmodi. Ergo pertinet ad [xirtem intellectivam.

Quarta conclusio est quod non omnin Micrnmenta novæ legis Imprimunt characterem, sed solum tria.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 63, art. 6, ubi sic dicit : α Sacramenta novæ legis ad duo ordinantur': scilicet in remedium peccati, et ad cultum divinum. Est autem omnibus sacramentis commune quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc qUod gratiam conferunt. Non autem omnia sacramenta ordinant directe ad cultum divinum : sicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur a peccato; non tamen per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de novo perlinens ad divinum cultum, sed restituitur in pristinum statum. Perlinet autem aliquod sacramentum ad divinum cultum tripliciter : uno modo, per modum ipsius actionis; alio modo, per modum agentis; tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad divinum cultum Eucharistia, in qua principaliter divinus cultus consistit, inquantum est Ecclesiæ sacrificium. El |>er hoc idem sacramentum non imprimitur homini character : quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid ulterius agendum vel recipiendum in sacramentis, cum potius sil finis et consummatio omnium sacramentorum. ut dicit Dionysius, cap. 3 *Ecclesiastica⁽ Hierarchia';* continet tamen in seipso Christum, in quo non est character, sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis perlinet sacramentum Ordinis : <|uia per hoc sacramentum deputantur homines ad tradendum aliis sacramenta. Sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi, per quod homo accipit potestatem recipiendi alia Ecclesiæ sacramenta; unde baptismus dicitur esse janua sacramentorum. El ad idem ordinatur quodammodo confirmatio. Et ideo per hæc tria sacramenta character imprimitur, scilicet Imptismum, confirmationem el ordinem. » — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 4, q. 1), in ari. 4, in solutione secundæ quæstiunculæ, sic dicit ‹ Sacramenta novæ legis sunt quædam sanctificationes. Sanctificatio autem duobus modis accipitur. Uno modo, pro emundatione; quia sanctum esi idem quod rnundum. Alio modo, pro mancipatione ad aliquid sacrum (a); sicul dicitur altare'sanctificari, vel aliquid hujusmodi. Omnia ergo sacramenta sunt sanctificationes primo modo; quia omnia dantur in remedium contra aliquem defectum. Sed quædam sunt sanctificationes etiam secundo modo, sicul patet præcipue in online, quia ordinatus mancipatur ad aliquid sacrum (€); non autem omnia, sicut patet de pœnitentia. Quicumque autem mancipatur ad aliquid sacrum (γ) «piriluale exercendum, oportet quod habeat spiritualem potestatem; el solum talis. Et ideo non omnia sacramenta novæ legis characterem imprimunt; sed quædam, quæ etiam secundo modo sanctificationes dicuntur. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione tertiæquæstiunculæ, sic dicit : e Sicul in naturalibus est potentia naturalis activa, et potentia naturalis passiva; ita etiam in spiritualibus est potentia spiritualis quasi passiva, per quam homo efficitur susceptivus spiritualium actionum. Et talis potentia spiritualis confertur in baptismo : quia non baptizatus effectum aliorum sacramentorum suscipere non posset; unde, per consequens, nec aliis tradere. Et hæc est prima distinctio, qua communiter lotus populus fidelis, cujus est sacramentorum participem esse» ab aliis distinguitur. Aha potentia est activa spiritualis» ordinata ad sacramentorum dispensationem, et aliarum sacrarum hierarchicarurn actionum exercitium. Et hæc potestas traditur in confirmatione et ordine. Et quia in ecclesiastica hierarchia non omnes sunt agentes (utputa purgantes, illuminantes, perficientes), sicul omnes sunt recipientes divina (puta purgandi, illuminandi, perficiendi), ut dicit Dionysius *(de Eccl. Hierarch.,* cap. 6 ; ideo isti duo characteres non distinguunt populum Dei universaliter ab aliis, sed quosdam de populo ab aliis › — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Per illa sacramenta imprimitur character, per quæ mancipatur homo ad aliquod sacramentum exercendum active, vel passive. Sed baptismus, confirmatio el ordo sunt hujusmodi, el non alia. Igitur in istis imprimitur character, el non in aliis.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ I. — Contra primam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secun-

( ) *aliquid tacrum. — aliquod tacramcnlum* Pr.
( ) *aliquid uterum. — aliquod tacramsntuni* Pr.
(y) *aliquid merum. — aliquod tacrameiilum* Pr.

dum articulum, arguendum est contra conclusiones· El quidem, contra primam arguit Scotus (dist. 6, q. 10), probando quod character non sit forma absoluta.

Primo. Quia, si sic, contradicis tibiipsi. Nam, secundum te, diffinitio characteris est talis: *Character est siynum communionis fidei et ordinationis, datum a Ilierarcha;* vel quod est stynuin *communionis divinorum et sacros ordinationis fidelium.* Et quocumque modo, sic vel sic diffiniatur, signum ponitur in diffinitione characteris tanquam genus. Ex hoc arguitur quod character non potest esse forma absoluta. Quia ad quiddilatem forma absolut® non pertinet aliquis respectus; quia tunc illa quidditos esset ad se, et non esset ad se. Nec etiam potest dici quod relatio |>onatur ibi tanquam genus, et non sit vere genus : quia hoc modo ponitur subjectum in diffinitione accidentis; patet autem («) quod relatio non est subjectum absoluti, nec etiam relatio est susceptiva.

Secundo. Quia sicut non sunt ponenda plura sine necessitate, ita, quando (6) aliquid ponitur precise propter aliud, non est illud ponendum perfectius quam requiratur ad illud aliud, vel quam possit ex illo alio concludi : nam illa perfectio ulterior quæ poneretur, frustra poneretur. Sed propter omnia illa propter quæ ponitur character, non est necessc quod sit perfectio absoluta : possunt enim omnia illa sufficienter salvari, si ponatur quod sit forma respectiva. Ergo superfluo, et sine causa, ponitur esM? perfectio absoluta.

Tertio. Quia falsum accipitur, quod nulla relatio noviter adveniat sine novitate absoluti. Hujusmodi enim falsitas patet quadrupliciter (γ).

Primo sic. Respectus (3) non potest magis intrinseca advenire fundamento quam quod necessario sequitur ipsum posito termino : quia omnino non potest inesse fundamento, circumscripto termino; quia tunc non esset respectus, sed forma absoluta. Ergo, ei aliquis respectus potest extrinsecus advenire fundamento, sequilur quod non necessario sequitur fundamentum, posito termino. Ergo iste respectus potest esse novus sine novitate fundamenti vel termini. Ergo ad ejus esse novum potest ewe mutatio, quia non est ad aliquod absolutum. — Quod si dicas aliqutnn respectum extrinsecum advenire subjecto, non fundamento, — hoc nihil est : quia relationes intrinsecae, utpote similitudo quæ consequitur albedinem, et hujusmodi, possunt extrinsecus advenire subjecto, quia fundamentum de novo advenit; ergo, si illic sunt intrinseca, et ălia sunt extrinsecæ, erit differentia earum in comparatione ad fundamentum.

Item : Agens naturale non potest de novo agere, nisi ponatur aliquid novum in ipso, vel in passo, vel habitudo nova illorum. Hoc apparet : quia, omnibus istis uniformiter se habentibus, uniformiter erit actio, cum tale agens agat de necessitate natura; ergo, si aliquod agens naturale habet novam actionem, vel est aliqua forma absoluta ante illam actionem nova in agente, vel aliqua nova in passo, vel nova habitudo agentis ad passum. Sed nec primum nec secundum est necessarium : potest enim ignis de novo agere in lignum, absque hoc quod ante illam actionem ignis recipiat novam formam; vel lignum, quia prima forma absoluta quam recipit lignum, est per illam actionem. Ergo ibi est nova habitudo ignis ad lignum, absque omni novitate formae absoluta».

Hoc *etiam* palet experimontaliter. Quia, activo eodem modo se habente secundum formam activam, et passivo eodem modo se habente secundum potentiam passivam proximam, si fuerit aliquod impedimentum etiam inter illa interpositum, non aget illud agens in passum; amoto autem illo impedimento. sive obstaculo, aget. Ergo ibi nova habitudo agentis ad passum, sine nova forma absoluta, erit.

Item, hoc probatur ex intentione Philosophi, 5. *Physicorum* (t. c. 10, 19, etc.). Quia, licet neget motum esse in *ad aliquid,* prout ad genus *ad aliquid* perlinent relationes intrinsecus advenientes, non negat tamen motum vel mutationem esse in *ad aliquid* extrinsecus adveniens, immo concedit. Concedit enim in genere *ubi* esse motum proprie; et tamen *ubi* non est nisi respectus quidam corporis circumscripti ad locum vel corpus circumscribens.

Quarto principaliter arguit. Quia, ut dicit, aliud falsum ibi assumitur, scilicet quod relatio non possit fundare relationem. Quia, secundum Euclidem, 5. *Geometriæ,* in principio, propoitionnlitas duarum proportionum est similitudo. Ergo super proportionem, quæ dicit formaliter relationem, vel super unitatem ejus, fundatur similitudo. — Et si dicas quod similitudo est unitas in qualitate, secundum Philosophum, 5. *Mctaphysicæ* (t. c. 20),— non valet. Quia, etsi uno molo *quid* approprietur(a) substantiae, et eodem modo *idem* et *diversum* quæ consequuntur aliquid, inquantum *quid* fundatur in unitate substantia?, et *aquale* in unitate quantitatis stricte accept®, et *simile* in unitate qualitatis; tamen, alio modo accipiendo *quid* et *quale,* et *simile,* in omni genere invenitur *quid;* accipiendo rationem illius generis precise ad se, et invenitur *quale,* accipiendo formam in illo genere in ratione forma·, et invenitur *quantitas* virtutis; et sic in omni genero invenitur *unum, simile* et *aquale* : hoc modo enim possunt relationes unius speciei dici similes, secundum unitatem illius relationis,

---

* *aulfin.* — enim Pr.
(C) çuando. — *quod* Pr.
(γ) *quadruphciler. — mulipllciter* Pr.
(i) fïe>pertu> — *Hia* Pr.

(1) *apprupi'iàur. — appropriable* Pr.

bicut habentes unam formam substantialem, sunt similes secundum substantiam.

Item, quod additur dc relatione fundata in charactere, scilicet signi, — illa potest fundari in alia, si signum est (a) quod prater notitiam quarn sensibus ingerit, aliud in cognitionem venire facit (quod est verum non solum do signo sensibili, sed etiam verum est de signo inlelligibili, accipiendo sensum generaliter pro quacumque potentia cognitiva). Nihil autem esi ex cujus cognitione non possit deveniri in cognitionem alterius; saltem ut ex cognitione posterioris (6) in prius; et sic illud posterius potest dici signum prioris. Et sic conceditur quod super aliquam relationem realem potest fundari relatio signi ad aliquid prius, si talis relatio non tantum ducit in cognitionem sui, sed alterius. Et hoc modo, si quis videret paternitatem in suo fundamento, posset esse signum remcmorativum actus generationis prateritæ. Et illo modo in proposito. Et maxime hic non est inconveniens, quia illa relatio signi non est nisi relatio rationis, loquendo de signo instituto ad placitum, cujusmodi est character respectu sacramenti suscepti.

Item, illud quod dicitur de relatione configurationis vel obligationis, — non valet. Potest enim religiosus per votum religionis obligari ad serviendum religioni; et qui facit homagium. peractum faciendi homagium obligari domino suo; et universaliter, in talibus, per promissionem praecedentem. Et tamen non est ibi aliqua forma absoluta, super quam fundetur illa obligatio; nec forte alia relatio, nisi rationis. Et ita bene posset salvari ratio obligationis, sicut si poneretur relatio realis : sicut in lilio posset esse relatio alicujus habitudinis ad patrem, puta obligationis ad dilectionem naturalem, etsi possibile esset filiationem esse solam.

Nec valet probatio de processu in infinitum in relationibus reatibus. Quia aliqua esi ultima relatio realis, in qua non potest fundari aliqua relatio malis : sicut aliquod accidens est ultimum in entibus, quod non potest ulterius esse subjectum alicujus alterius accidentis; et ideo non sequitur, si accidens est in accidente, quod in accidentibus esset processus in infinitum. De relationibus tamen rationis, bene conceditur quod ibi potest esse processus in infinitum : quia quælibet relatio, sive realis, sive rationis, jiotesl ulterius fundare aliam relationem. Ergo, etc.

Quinto principaliter. Quiaalitid (γ) falsum assumitur in probationibus,scilicet quod character sit potentia, isto modo quod habens characterem |>ossil in aliquem actum, in quo sine illo non posset. Nam baplizatus in nullum actum rimpliciter potest, in quem non posset non baptizalus; et hoc, sive loquendo de actu in quem potest active, sive de actu quem quodammodo ab alio recipit : ita enim posset non baptizatus ungi chrismate sicut baptizalus, et ita posset abluere sicut baptizatus. Si autem loquamur de potestate ministri, hoc est, per quam fit conveniens minister alicujus principalis agentis, et sine illa potestate non esset conveniens minister talis principalis agentis, talis potestas non oportet quod sit forma absoluta; immo sufficeret in multis quod sil tantummodo relatio rationis. Proliatur, secundum te. Nam dicis episcopatum non es>e ordinem ultra sacerdotium; et tamen episcopus haliel talem potestatem ministerialem, quam non habet non episcopus : est enirn conveniens minister in aliquo actu, cui Deus assistit, ut in actu ordinandi; et non similiter assisteret, si aliquis non episcopus exequerelur similem actum. Consimiliter, constitutus judex, si ferat sententiam, sententia tenet; prius autem nnn tenuisset, quia sententia a non suo judice lata, nulla est. Nec tamen ille judex, sed nec ille episcopus, habet aliquam formam absolutam realem, nec (1) respectivam forte, nisi rationis tantum: per illam enim relationem rationis, qua ille a principe constituitur judex, voluntas principis ratifiai sententiam ab eo latam, et vult eam observari; non nutem vult servari sententiam alterius non constituti judicis, nec ratifiait illam; et ita iste, per aliquam habitudinem ad voluntatem principis, habet potestatem ministerialem, respectu principiset illius principalis agentis, ad aliquem actum convenienter exequendum ministerialiter, quem sine tali relatione non posset convenienter (6) exequi. Et mullo magis (γ) posset relatio realis poni, si inesset, talis potestas convenienter exequendi ministerialiter aliquem actum : palet enim quod filius, quia filius, |»otest habere aliquam auctoritatem ministerialiter exequendi convenienter (o) in domo patris aliquem actum, quam non habet non filius; et iterum nepos aliquem alium actum, sed inferiorem; et potestas illa sic vel sic in auctoritate praecipiendi vel imperandi, non est nisi cognatio, vel filiatio. Sic etiam apparet ad (t) istas potestates, de quibus arguitur in speciali. Nam potestas ordinali et confirmati, si esi activa, non est nisi ad ministrandum convenienter in tali actu Domino (ζ), ut ipse ad talem actum ministerialem assistat, operando (η) principaliter, eo modo quo pon assisteret simili (0) ministerio exhibito ab alio. Si autem character baptismalis

(3) at fignttni *ett.* — Orn. Pr.
(6) *potleriorii.* — *potierim* uni Pr.
(γ) *aliud.* — *illud* Pr.
(3) nec. — ><·</ Pr.
a verbo *sequendum* usque ad *convenienter,* om. Pr.
(γ) niagû. — *minui* Pr.
(4) a verbis *ahfjueni aclum* usque ad *conienienter,* om. Pr.
(<) *ad.* — Om. Pr.
(ζ) *Domino.* — *divino* Pr.
(r4) *operando.* — *uperanh* Pr.
(b) simili. — simifirer Pr.

ponatur potentia passiva, neque ut receptiva, neque ut ratio recipiendi poni potest : nihil enim potest absolute recipere anima baplizati, quod non posset recipere anima non baptizali. Sed est potestas quædam receptiva decongruoa principali agente, disponente agere in passum habens talem formam,el non in aliud passum. Talis autem ratio receptiva de congruo, respectu principalis agentis voluntarie, potest esse sola relatio; sicut aliquis disponit aliquid agere in aliquem, quia filius vel consanguineus, nolens aliquid simile causare in non habente talem relationem. — Hæc Scolus, in forma.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 4, q. 1, ari. 2), probando quod character non sil potentia activa.

Primo. Quia, si sic, hujusmodi esset character sacerdotalis. Sed nulla potentia activa potest («se in sacerdote respectu consecrationis. Non enim aliqua actio creata attingit terminum ad quem transsubstantiationis, ut etiam tu concedis; quoniam ibi fiunt mulla miracula,ad quæ nullum ordinem potest habere virtus creala. Nec etiam aliqua virtus, quæ sil in sacerdote, attingit ad terminum a quo. scilicet panem. Vel enim attingeret disponendo, ut transeat in corpus Christi facilius; vel faciendo ad ipsius desinitionem.Non primo modo. Quia illa dispositio induceretur in fine prolationis (pro illo enim instanti est precise actio verborum); in illo autem instanti, panis non est;et tunc illa dispositio esset non entis. Tum quia illa dispositio, cum sil creatura, æque distat ab illo transitu, sicut panis. Tum quia non apparet qualis dispositio osH illa, utrum rarefaclio, vel calefactio, vel hujusmodi. Similiter nec secundo modo. Nulla enim actio crealuræ est sine subjecto; nec etiam corruptiva; quælibet enim requirit in quid agat. Tunc quæro : ubi esset illa actio quæ ageret ad desinilionem panis? Non potest dici quod in pane; quia panis non est, quando est illa aclio. Nec in corpore Christi : quia corpus non est terminus illius actionis; nec subjectum cum sil nobilius; nec illa actio attingit terminum ad quem. Item, aclio illa esset absque termino ad quem : ad ipsam enim sequeretur non esse panis simpliciter, absque aliquo termino ultra; et sic illa actio esset annihilativa; quod non potest competere creatura.

Secundo. Quia, si Deus infundit partem illius virtutis in anima, el partem in verbis, ut tu dicis, quare oportet quod illa quæ ponitur in anima, sil permanens, ct non sufficit quod sit virtus quædam transiens? quare etiam ponitur duplex talis virtus, una immanens, alia transiens? Si dicas quod propter nobilitatem sacramenti ; — Contra : Nobilitas non |>onitur ex aliquo inhærente, sed ex termino nobiliori inductu, sicut patet de medicina, posito quod induceret sanitatem non a tota specie sicut alia, æque nobilis esset, si induceret sanitatem sicut alia, illini tamen æque perfectam sanitatem induceret.

Tertio. Quia illa qualitas in verbis, el in anima : aut est ejusdem rationis; aut alterius. Si ejusdem ntionis; — Contra : si sint ejusdem rationis, ita quod quælibet sit imperfecta, et ambæ constituant unam perfectam virtutem, tunc altera poterit tantum intendi, quod sufficeret sine alia ad illam actionem. Dices quod hoc Deus bene posset facere, sed non ordinavit, etc.; — Contra : quia jam venis ad pactum.

Quarto. Idem, inquil, apparet de potestate diaconi et subdiaconi. Non enim oportet in eis ponere qualitatem aqua profluat operatio simpliciter (a); quia sufficit ad hoc intellectus dictans, voluntas imperans, et potentia exequens. Nec quia faciliori modo eliciatur operatio; quia æque bene et faciliter leget epistolam non subdiaconus, sine manipulo. Similiter probatum est prius (6), quod nulla est dispositio in baptismo respectu gratiæ, quæ sil dispositio ex natura rei.

Quinto. Quia, si character baptismi esset potentia suscéptiva, non deberet dici potentia, sed impotentia : nam potentia facile patiendi, quæ ponitur in secunda specie qualitatis, in *Pnedicamcntis* (cap. *de Qualitate et quali),* est impotentia ad resistendum.

Sexto (ibid., ari. 3). Quia, secundum dicta sanctorum, character non est aliud quam quædam qualitas exsistens in anima, quæ est similitudo et propria species animæ Christi, sic quod nullius alterius ĕssentia sit similitudo. Quia enim Christus est princeps el caput fidelium, placuit Deo instituere characterem agni, qui daretur omnibus venientibus ad fraternitatem Christi et familiam, per quam appareant filii et cohæredes regni. Assumptum probatur. — *Primo* per Apostolum, *Galalar.* 3 v. 27): Omnes, inquit, qui in C/iHsfo *baptizati estis, Christum induistis.* Aut ergo liaptizatus dicitur Christum induere, quia induit gratiam et virtutes, quæ in taptismo infunduntur; et hoc non videtur bene dictum, eo quod multi suscipiunt sacramentum, qui non suscipiunt rem sacramenti. Aut quia induit Christum essentialiter; et hoc est impossibile. Ergo non ex alio videtur, nisi quia induit similitudinem animæ ipsius Christi.— *Item, Roman.* 8 (v. 29) : *Quos pricscivit, bos et praedestinavit conformes fieri imagini ejus.* Ergo aliqua imago Christi formatur in nobis ex divina praedestinatione. — *Item* , I. *Corinth,* 15 (v. 49) : *Sicut portavimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis. — Hem,* Dionysius, 2. *de Ecclesiastica Hiérarchie,* vocat characterem *lumen* quo signamur. Istud autem

(3) *Simpliciter» —tlniihter* Pr.
(M Cfr. Aureolum, V. *Sentent,,* dial. t. q. t, ait. 2.

lumen non videtur esse aliud quam pulchritudo el assimilatio. — Similiter, ibidem, vorat characterem *tigillum c/uoddam.* — Potest autem nd hoc talis ratio induci : Sicut omnes qui assumuntur ad familiam principis, portant signum et arma milithe vel politiæ principis et civitati», ut per hoc prolestentur sc esse de tali dominio; nicest rationabile quod in eis qui assumuntur ad Christi familiam, sit signum, sive qualitas, conformans Christo capiti. El sicut in politia exteriori, quanto magis qui approinquat ad principem et dignitatem, sicut milite- et barones, signis specialioribus distinguuntur; sic, infra Christi familiam, milites (cujusmodi sunt qui recte receperunt sacramentum confirmationis), ac (x) principes (scilicet qui receperunt sacramentum ordinis), diversis similitudinibus designantur; ac per hoc alius et alius character in sacramentis infunditur. Ergo character non est aliud quam species el imago prâdicta, et signum distinctivuin familiæ Christi. — Hæc Aureolus, in forma, contra primam conclusionem.

III. Argumenta Durandi. — Contra eamdem conclusionem arguit Durandus (dist. 4, q. 1).

Et primo contra hoc quod conclusio ponit characterem esse potentiam activam, dicens: Quod in ministro sit aliqua virtus sicut in verbis el rebus sacramentalibus, licet habeat aliquam probabilitatem quantum ad characterem ordinis, per quem ordinatus dicitur operari divina per ministerium; tamen nullam probabilitatem habet de charactere baptismi. Quia per Imptismum non efficitur aliquis minister sacramentorum, sed solum receptivus eorum; unde, cum virtusquæ ponitur ab aliquibus in sacramento, sit activa ad producendum aliquid in altero, character, qui ponitur proportionaliler in ministro, debet esse potentia activa ad producendum aliquid in altero; quod non potest dici de charactere baptismati.

De charactere autem ordinis, qui. secundum hanc positionem, dicitur esse potentia activa, licet sil major probabilitas; tamen instantiam habet, etiam Supposita predicts opinione. Quia virtus quæ ponitur in sacramentis, secundum positores hujus opinionis, non est permanens, sed transiens : solum enim ponitur esse in rebus sacramentalibus, pro tempore actualis exhibitionis sacramenti. Ergo, consimiliter, virtus qu© ponitur in ministro, debet esse transiens, et non permanens post exhibitionem sacramenti. Hoc autem, secundum eos. non convenit characteri ordinis, quem dicunt indelebiliter permanere.

Et confirmatur. Quia non kiplizalus potest baptizare, dum tamen servet ritum Ecclesia». el habeat(G) intentionem faciendi quod facit Ecclesia; et tamen non (f baptizatus non habet aliquem characterem. Aut ergo habet aliam virtutem, sibi pro tempore quo baptizat exhibitam, aut non. Si non, ergo in ministro non requiritur aliqua virtus proporiionaliter correspondent virtuti quam dicunt e>v· in su i amentis. Si autem habet, cum illa non frit character, ut dictum est, sequitur quod virtus quæ in ministro correqiondet virtuti exsistenti in sacramentis, non e»l character, sed alia transiens; si tamen aliqua sit. Quod pro tanto dico, quia non sidetur quod aliqua virtus, transiens aut permanens. activa vel passiva, sit in ministro, vel in suscipiente sacramentum, per modum quo isti ponunt. ‹ Dicunt enim quod, sicut gratia est principium vit© spiritualis, sic talis virtus, vel potentia, est principium operationis spiritualis.) Quia quando unique in eodem supposito sunt formaiiter principium quo vivit (o), et principium quo operatur opera vitæ, sive manens in ipso, sive transiens in alterum, impossibile est quod, corrupto principio quo vivit (γ) formaiiter, remaneat in ipso principium operationis vitalis, activum vel passivum. Quamvis enim in semine equi, quod non est vivens, sit virtus instrumentalis vitalis operationis, puta generandi alium equum; tamen, in equo vivente el habente vim generativam alterius equi, impossibile est quod, corrupta anima per quam vivit, remaneat in .eo potentia généralisa. Et idem est de potentia receptiva operationis vitalis, ut e>t visus, vel auditus. Cum ergo, secundum istos, gratia, per quam homo vivit spirilualiter, possit corrumpi in aliquo, remanente in eo charactere ordinis vel baptismi, impossibile est quod gratia et character sic se habeant sicut principium vitæ spiritualis el principium spiritualis ŏperationi : quia principium vitalis operationis non potest esse ubi non est vita, si subjectum sil capax utriusque. — Hæc Durandus, in forma.

§ 2. — CONTIIA SECUNDAM ET TEHTIAM CONCLUSIONES

1. **Argumenta Scoti.** — Ad secundani el tertiam conclusiones arguit Scotus (dist. 6, q 11), probando quod inconvenienter ponatur character subjective in potentiis animæ.

Primo. Quia dispositio ad formam nunquam debet poni in posteriori susceptivo form©. Palet discurrendo per singulas formas, el dispositiones earum. Sed character est, secundum te, dispositio ad gratiam; el gratia, per te. est in essentia animæ. Ergo character non potest poni in aliquo susceptivo posteriori quam essentia animæ, sicut est potentia, quia est accidens ejus.

(a) ac. — rt/ Pr.
(C) *habeat.* — *hanc* Pr.

(a) non. — Om Pr.
(<>) *vint,* — *vivitur* Pr.
(γ) riwr. — vivihrr Pr.

Secundo. Quia ratio tua non valet, cuin sic arguis : Gratia est in essentia animæ; ergo potentia, ve! dispositio ad gratiam est in potentia anime. Immo sequitur oppositum : scilicet quod vel ipsurnmet susceptivum gratiæ sit susceplivum potentiæ, vel dispositionis; vel saltem, si est dispositio, illa non potest esse in aliquo posteriori illo in quo est forma. Hoc etiam patet in aliis: quia habitus supernaturalis non est in habitu naturali, sed in potentia naturali, in qua est habitus naturalis; el hoc ideo, quia potentia naturalis est prior utroque habitu.

Tortio. Quin probatio qua probatur gratiam esse in essentia animæ, non concludit. Quia perfectio naturalis prius inest alicui quam perfectio vel (a) potentia supernaturalis ; nam perfectio (6) naturalis el intrinseca statim sequitur naturam sui perfectibilis. Potentia autem, etsi sit accidens, secundum te, tamen est perfectio intrinseca ipsius animæ. Ergo prius naturaliter inest sibi potentia quam gratia; el, per consequens, posset habere rationem subjecti receptivi.

Quarto. Quia illud quod additur de vita, non concludit. Quin vita spiritualis primo inest animæ ut est conjungibilis Deo; undo, secundum Augustinum, *de Civitate Dei* (1. 19), Deus propter hoc dicitur vita animæ, quia animæ non inest vita nisi in conjunctione ejus ad Deum ut ad objectum. Anima autem non est conjungibilis Deo in ratione objecti, nisi per potentiam.

Quinto. Quia illud quod additur de voluntate, quod ipsa oritur ex intellectu, — non valet. Quæro enim ; aut intellectus habet ad voluntatem lanium prioritatem (γ) generationis, sive originis; et ex hoc non probatur perfectio in intellectu respectu voluntatis, sed imperfectio; universaliter enim imperfectiora procedunt perfectiora, ordine generationis, 9. *Metaphyûcœ* (l. c. 15). Si autem intelligis quod intellectus sil prior vel radix voluntatis, linquam eminenter vel virtual)ter continens voluntatem, hoc improlmlur ex dictis : quia ordinatum ad alterum, ut prius origine, non continet ipsum virtualiter vel eminenter; actus autem intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis, ut probabitur inferius (8).

Sexto. Quin, si character est signum ut fundamentum obligationis animæ ad Deum, rationabile est quoi ponatur in illa potentia cujus est primo obligari, vel esse rationem obligandi. Talis autem est voluntas : quia procipue per ejus actum aliquis obligat principaliter; illa enim quæ concurrunt ex parte intellectus, vel alterius potenliæ, in homine, non sunt nisi præambnla ad firmum (a) vello, ut quædam signa manifestantia illud esse firmum (6). — Hæc Scottis, in forma.

II. Argumenta Durandi. — Contra eamdem conclusionem arguit Durandus (dist. 4, q. 1). proliando quod character non sit in potentia intellectiva lanquam in subjecto.

Primo (γ). Quia illa virtus quæ non perficit hominem quantum ad cognoscere, nec quantum ad appetere, sed solum quantum ad operari, non est ponenda in potentia cognitiva, nec appetitiva, sed solum in potentia executive. Sed character non perficit hominem quantum ad cognoscere, vel appetere, sed solum ordinatur ad operari. Ergo non potest poni in potentia cognitiva, vel appetitiva, sed in potentia exeeuliva, per quam minister applicat formam el materiam sacramenti ad suscipientem. Major palet : ars enim ponitur in potentia intellectiva. quia perficit hominem ad veram cognitionem factibilium; et virtus moralis ponitur in appetitu, quia inclinat ad appetendum prout recta ratio determinat; sed potentia facliva, est in manibus artificis. Minor de se manifesta est : quia character non perficit ad cognoscere, nec ad appetere, sed solum ad administrationem (3) sacramentorum. Unde convenientius poneretur esse in manibus sacerdotis, quibus tenet hostiam consecrandam (et ad hoc consecratio sunt), ve! in ore, vel in lingua proferente verba consecrationis, quam in intellectu; ut sic virtus quæ ponitur in verbis, el virtus ministri, quæ dicitur character, simul unilæ concurrerent ad effectum sacramenti.

Secundo arguit ; Quia dispositio et forma ad quam disponit, délient esse in eodem subjecto. Sed, secundum te, character est dispositio quædam ad gratiam. Ergo debet esse in uno subjecto cum gratia, et non in alio. — Ad hoc dicunt quidam, quod duplex est dispositio. Una qmn disponit subjectum in comparatione ad ulteriorem actum, sive ille actus sil forma, sive operatio; et talis dispositio est in eodem subjecto cum actu ad quem disponit; character autem non est talis dispositio ad gratiam. Alia est dispositio congruilatis; sicut si diceretur quod (c) homo prudens, dispositus est, dispositione quadam congruitatis, quod committatur sibi regimen aliorum; et sic est, ut dicunt, de charactere, quia.cum per characterem efficiatur aliquis dispensator sacramentorum, congruum est quod sibi detur gratia, sine qua non posset ea bene et digne ministrare; et talis dispositio non oportet quod sil in eodem subjecto cum eo ad quod disponit. — Sed

(a) *perfeitia* iyel. — Om. Pr.
(4) *perfectio. — potentia* Pr.
(7' *ad voluntatem tantum prion tutem — talem priori= tatem aut voluntatem* Pr.
(4) Cfr Scotum, I. *Sentent*, dist 19, q. 4.

/irmuni. — *futurum* Pr.
(⧫$) /irnium. — *futuntm* Pr.
(^) Primo. — Om. Pr.
(4) aibninûlrahonmi. — *minietrationem* Pr.
(t) *quod,* — Om. Pr.

hoc non valet, propter duo. *Primum* est, quia dictum eorum, et exemplum per eos adductum, magis est nd oppositum quam nd propositum. Congruum enim est quod digno detur potestas; et quia per prudentiam efficitur aliquis dispositus et dignus nd regendum alios, ideo prudentia est dispositio congruitatis ad regimen aliorum; qui vero non est prudens, expectore debet quod efficiatur prudens vel bonus. Cum ergo character sit potestas administrandi sacramenta, et gratia sit aliquid per quod digne administrantur, rationabile esset dicere quod gratia esset dispositio congruitatis ad characterem, sicut prudentia, vel virtus, est dispositio congruitatis ad habendum regimen aliorum; et non e converso, scilicet quod character sit dispositio congruitatis ad gratiam; sicut non est dicendum quod potestas, vel auctoritas regendi, sil dispositio a<l prudentiam. — *Secundum* est, quia isti videntur divertere a dicto suo de causnlitate sacramentorum. Dicunt enim quod virtus quam ponunt esse in sacramentis, attingit instrumentaliter ad productionem characteris, et, per hoc, attingit dispositive ad gratiam; sicut virtus quæest in semine hominis, attingit instrumentaliter ad aliquam dispositionem corporis, et, per consequens, attingit dispositive ad infusionem animæ rationalis. Quum igitur dis|>ositio ad quam attingit instrumentaliter virtus seminis, sit dispositio ad (x) formam fiendam in eodem subjecto; igitur character, vel quæcutnque dispositio quam faciunt sacramenta instrumentaliter in anima, si sunt dispositiones ad gratiam causandam, sunt in eodem subjecto; aliter non valet eorum similitudo, seu comparatio.

Tertio arguit sic : Sicut nummus sortitur rationem pretii, el merellus (6) rationem signi, ex humana institutione; sic res naturales sortiuntur rationem sacramenti, et homo rationem ministri, ex divina institutione. Sed nummus efficitur pretium, et merellus (γ) signum, per solam relationem rationis humanæ sic instituentis. Ergo res sacra·mentales sortiuntur rationem sacramenti, et homo rationem ministri, per solam relationem rationis divinæ sic instituentis. Cum ergo character sit aliquid quo homo efficitur minister sacramentorum, vel susceptivus eorum, patet quod character non est nisi relatio rationis, ex ordinatione vel pactione divina.

Qiinrto. Quia, cum scriptum sit, *Eccli.* 24 (v. 31), *Qui elucidant me, vitam .vternam habebunt,* ad ea quæ sunt fidei, cum sint satis obscura de se, non est conveniens adducere vias obscuras, et quæ plus habent obscuritatis et difficultatis (piam propositum principale. Sic autem est de virtute qua· ponitur in sacramenti', et de charactere qui ponitur in ministro. Dicere autem quod res naturales habent rationem sacramenti, et homo rationem ministri, ex sola institutione et ordine Dei, qui solus dat gratiam et omnem effectum spiritualem quem recipit suscipiens sacramenta, nihil difficultatis continet apud fideles. Ergo, etc.

Quinto. Quia beatus Dionysius, a quo prima traditio characteris apud nos advenit, videtur idem sentire cum eo quod dictum est dc charactere. Decitat enim *(de Eccl. Hier.,* c. 2) quemdam ritum qui oliservabatur in primitiva Ecclesia quando adulti baptizabantur. Tunc enim accedenti ad baptismum, Hierarcha, id est, pontifex, manum imponebat, el signabat eum signo cnicis, et pnecipiebat eum adseribi inter nomina Christianorum, ut de cætero cum aliis admitteretur ad divina. El iste ritus exterior cum baptismo erat characterizatio sua. Nec de alio charactere locutus est Dionysius. — Hæc Durandus, in forma.

§ 3. — Contra quartam conclusionem

Argumenta Scoti. — Contin quartam conclusionem arguit Scotus (dist. 6, q. 9), probando quod baptismus non imprimat aliquam formam, quæ dicitur character.

Primo. Quia, sicut, sequendo rationem naturalem. non sunt ponenda plura, quorum nécessités non apparet ex notis secundum rationem naturalem; ita, de creditis, vel de sacramentis, non sunt ponenda plura, quorum necessitas non apparet secundum fidem. Sed necessitas talis form® impress» non apparet, etiam secundum ea quæ credita sunt de baptismo. Ergo. etc. Minor probatur. Quia nec Scriptura Sacra illud exprimit esse necessarium in baptismo, nec Sancti explicite. Nec sequitur evidenter ex veritate baptismi credita : quia tota veritas baptismi consistit in sacramento visibili el in effectu invisibili; et effectum invisibilem Augustinus ubique vocat gratiam, specialiter scilicet in littera (x).

Hic (6) dicitur quod Sancti satis tradunt de charactere secundum illum modum quo loquimur, ut patet de Dionysio et do Damasceno. — Sed istæ auctoritates videntur esse vocales, et non ad intentionem Sanctorum. Sicut enim respiciendo translationem el expositionem Vercellensis cap. 2. *Ecclesiasticat Hierarchise,* in parle sexta (γ), in libro

(i)a verbo *infusionem* usque nd *dispositio ad,* om. Pr.
(C) *merellus,* — mrr/ui Pr.
(γ) *merellus.* — *merius* Pr.

( ) Cfr. M.igistr Senfrnf . hb. 4. diiL 4. ubi mullos affert textu» Augustini, in quibus est sermo de sacramento et de re sacramenti ; el, in diet. 5, citat Augustinum, q. B4 *super Leviticum, dicentem : Dominus sanctificat invisibili gratia per Spiritum Sanctum, ubi est totus fructus visibilium Kirrernrnturum; nam ime hac sanctificatione visibilia sacramenta nil prosunt.*

( ) Hic. — *ul>>* Pr.

(γ) H.vc verba In editione Mignc rcpcriunlur cap. 2. part. 3, St

quem vidi, sunt ista verba, quæ allegantur, ubi (a) didi, secundum istam translationem : *Ita* (6) *sursum actum, divina beatitudo ad suiipsius participationem recipit, ct dc proprio lumine, sicut quodam signo, ipsi tradit, divinum faciens, et communicatorem in Deo manentium.* Et sequitur, ibidem : *Sanctum signum, a Hierarcha accedenti data assignatio;* ubi adducunt aliqui, de alia translatione, talia verba, quod *venienti ad baptismum donatura summo sacerdote sacrum signaculum* (γ). Similiter de Damasceno, lib. i, cap. 9, sic adducitur, quod *per baptismum datur nobis regeneratio et sigillum:* per sigillum intalligitur, secundum eos, character. Ibidem autem (cap. 11), dicitur quod *illud est sigillum.* Quod autem istæ auctoritates non adducantur ah intentionem auctorum, patet de prima. Quia, sicut (3) continet planum littera, et Vercellensis exponit, in illa parte sexta capitis secundi (t), declarat de quodam praambulo ad baptismum, secundum ritum gracorum. In primitiva enim Ecclesia, baptizandus primo in Ecclesiam inducebatur, cui Hierarcha manum capiti imponens, signabat eum, praecipiens sacerdotibus quod tam ipsum quam ejus susceptorem (ζ) describant. Illud autem fiebat longe ante baptizationem, sicut apparet ex processu littera ibi ; quia de actu baptizandi determinatur parte illa, sub littera P. Unde et (η) textus ille Dionysii, secundum intentionem illius Vercellensis, truncate adducitur. Pramissoenim *de proprio lumine sicut quodam signo, ipsi tradit, et communicatorem* (0) in *Deo manentium,* etc. (t), de istis subdit : *Quorum est sanctum signum a Hierarcha accedenti data signatio, el sacerdotum (x) salutaris descriptio.* Quorum, inquam, redde singula singulis : scilicet illuminationis tradita sanctum signum est a Hierarcha data signatio, scilicet impositio manuum in capite; quod sit communicator divinorum, signum esi sacerdotum salutaris descriptio, qui scilicet describunt eum, el ejus susceptorem (a), lanquam in communionem Christianorum receptum. Illa autem impositio manuum el descriptio fiebat longe ante baptizationem. Ergo nullo modo illa hic dicta possunt intelligi de aliquo signo impresso in baptismo. Quare, etc. — Similiter auctoritas Damasceni valde inepte adducitur. Quia pars unius orationis adjungitur cum parte alterius sequentis, pratermissa sententia concipienda cum parte praecedente. Jacet enim sic littera in Damasceno : *Per baptismum primitias* (6) *Spiritus Sancti assumimus ;* et est ibi versus; et sequitur alius versus : *Et principium alterius vitie fit in nobis regeneratio;* et tunc sequitur statim : *Custodia, et sigillum, et illuminatio.* Ergo nullo modo vult ipse dicere quod per baptismum fit in nobis sigillum, sed quod *per baptismum sumimus print iliae(y) Spiritus Sancti,* in primo versu; et in alia clausula, quod *regeneratio est principium vitie, ct sigillum,* etc. Ergo ex illa auctoritate non potest haberi nisi quod baptismus sive regeneratio, sit sigillum; non autem quod per baptismum fiat in nobis sigillum. Alia autem auctoritas Damasceni nihil valet. Nam expresse ibi loquitur de cruce, dicens : *Illa nobis signatio in fronte data est, quemadmodum Israeli circumcisio ; per ipsam enim fideles ab infidelibus distinguuntur.* Et sequitur de eadem cruce : *Illa scutum est, arma et troplueum, adversus diabolum ; illud est sigillum, ut non approximet nobis vastator.* Non plus dicere vult, nisi quod impressum est nobis sigillum contra inimicum; et constat hoc non esse ad propositum.

Secundo principaliter arguit. Quia Augustinus, qui tantum tractat ex intentione de baptismo (o) (utpote in septem libris *dc Baptismo, contra Donalistas;* el in uno volumine *de Unico Baptismo;* et in tertio volumine de *Peccatorum meritis et remissione, et de Baptismo parvulorum ;* el, cum hoc, multa *super Joanncm;* et in aliquibus capitulis libri *de Fide ad Petrum),* non tacuisset de charactere, si ipse fuisset immediatus et necessarius effectus baptismi. Et si dicas quod non negat; — dico quod ad propositum sufficit quod non affirmet : quia tanUe investigationis supponitur, quod, si character fuisset res proxima baptismi, alicubi expressisset; nunc autem in baptismo non distinguit nisi sacramentum, hoc est, aliquid visibile, et rem sacramenti, scilicet gratiam; nec unquam dicit fictum recipere rem sacramenti; nec unquam initerabilitatem baptismi ostendit per talem characte-

(i) ubi. — ut Pr.
(Q *Ita.* — *In* Pr.
(y) Verba Dionysii sunt : B'oCwç ή 6tî« μιχβριύτη ti; την Ιχυτή μιτο^τίχν (ΐσδέχ τχι, xat τοΟ οΐxtfoy τηά αύτώ σημιίουΜιο* άζ*τ - xal xoimrvbv τη τώι LMum ά^οχληρώστω χχΐ Ιιρί **xatatî**un» Ιτπ σύμβοϊον lepov η τοΟ Ιιράρχου -φ προσ»4ντ< ΐωρο-μ(ιη σ>ρχγ\ . — Qua? verba, secundum translationem Cordent, ile leguntur Sic *adductum, divina beatitudo ad* sui *admittit comvnunirationem proprixque luci», irutar tigni cujutdam, ip»um participai, Deo* inhmuni *rtddma, a* coiuortem* munerum *divinorum, atque ordini» wcn; quorum tacra eat Icurru, tummi sacerdoti» accedenti datum tignoi ulum* C(r. Migne, *Patrol,* grre. torn I peg. 3». 400.
(B) *tirut* — «te Pr.
(<) *ilia parle icjrla capitia tecundi.* — prima parte, cap. G. î Pr
(') *tu*eplortm.* — ttix *ejdxonem* Pr
{•J *rt* — *tel* Pr
1) communtcalorem. — communirahonrm Pr.
(j *de.* — et tamen Pr.
(x) *taccrdolum.* — snmimenti Pr.
(a,· luiccphn em. — *auacrptionrm* Pr
(6) primitiae. — *primitiva* Pr.
(γ) pnimliui. — pnnitlfaa *Eccleiia·* Pr
(B) rr inlrnhonr *de baptiamo. — de intentione baphtmi* Pr.

rein impressum. — Confirmatur. Quia, *dc Cantecratione,* dist. 4, colliguntur auctoritates Sanctorum de baptismo; nec videtur verisimile quod nullus eorum loculus esset de charactere, si ipse fuisset necessarius effectus baptismi. Et quod videtur magni ponderis, Magister *Sententiarum* nunquam de illo charactere secundum illam intentionem loculus est, cum tamen ipse diligenter auctoritates Sanctorum de materiis quas tractat compilaverit.

Terito. Quia nihil frustra ponendum est in operibus Dei; quia Deus el natura nihil faciunt frustra. Sed character, secundum illum intellectum positus, frustra ponitur. Quod probatur dupliciter : primo, comparando ad effectum principalem baptismi, qui est gratia; secundo, ad illos effectus qui attribuuntur characteri, scilicet assimilate, distinguere, etc.

Quantum ad primum, arguitur sic. Si character requiritur ut dispositio ad gratiam : aut ergo ex parte susceptivi; aut ex parte agentis. Non ex parte susceptivi : quia anima non habens actu peccatum, est summe disposita ad suscipiendum gratiam. Nec ex prie agentis : quia agens est infinite virtutis. Et si dicas quod requiritur ut dispositio permanens ad effectum inducendum quandoque posterius tempore, qui non statim inducitur, ulpote ad hoc quod fictus baptizatus jioslea recipiat effectum baptismi; — Contra hoc autem arguitur : Aut pro illo posteriori, quando recipit ullimum effectum baptismi, requiritur character, ut dispositio ex parte susceplivi; aut ex parte agentis. El stat ratio ut prius.— Arguit etiam hic specialiter. Quia, sine tali signo, posset Deus assistere baptizato, ad causandum effectum Imptismi, recedente fictione, sicut astitisset in ipso baptismo, si non fuisset prius fictus. — Confirmatur. Quia effectus baptismi non datur illi qui ponitur habere characterem, nisi pœniteat vere. Sed per veram poenitentiam, sine tali forma, daretur gratia.

Quantum autem ad alios effectus, probatur propositum. Quia sine forma inhærente posset baplizatus assimilari baptizato, et distingui a non baptizato, per hoc quod recipit baptismum; sicut patet in multis aliis; quia professus in aliqua religione, assimilalur alteri professo, et distinguitur ab altero non professo, non per aliquam formam sibi inhaerentem post professionem, sed quia talem actum habuit in pneterito. — Eodem modo de tertio effectu, scilicet (a) quod ponitur signum configurativum Christo, sive obligativurn. Potest enim aliquis esse obligatus alicui, el ita configuratus illi, quantum ad obligationem configurandi, sine omni forma inhærente : sicut ille qui facit homagiurn, obligatur alteri ad fidelitatem servandam, el ita ad quamdam configurationem vel confederatinnem ; et professus, ex professione tenetur conformari seu configurari pra.dato suo; et tamen nec faciens homagiurn, nec profitons, recipit aliquam formam absolutam, quæ sil signum configurandi («). — De quarto effectu, scilicet quod ponitur signum commemorativum ipsius sacramenti,arguitur. Quia,aut respectu sacramenti ponitur tale signum rememorativum, propter excellentiam sacramenti in se; aut propter aliquam habitudinem ad alios, qui ex signo cognoscant signatum. Non pruno modo : quia excellentiora sunt fides et charités, quam suscepisse baptismum; el tamen illa non habent aliquod signum rememorativum, postquam infuerunt (6). Nec secundo modo. Quia, vel in comparatione ad Deum, vel.ad proximum. Non ad Deum : quia Deus sine omni signo inexsislente cognosceret illum suscepisse sacramentum. Non ad proximum.Quia: vel ad beatum (γ) in gloria, ad majorem gloriam habentis tale (â) signum; vel ad damnatum in inferno, ad majorem confusionem habentis tale signum. Neutrum est dare : quia major gloria est beato habuisse actum charitatis («), quam suscepisse baptismum; et major confusio est damnato cecidisse a charitate, quam a susceptione baptismi; el tamen charitatis, seu actus meritorii, nullum ponitur signum rememorativum in beato, vel damnato. — Specialiter autem arguo de beatitudine. Quia, si illud signum esset in habente ad excellentiam in gloria, sequitur quod solus sacerdos inter omnes Christianos posset habere talem excellentiam in gloria; quia solus sacerdos habet omnes characteres. Sequeretur etiam quod Christus careret illa excellentia in gloria : quia ipse non est sic baptizalus baptismo Christi, nec baptismus Joannis impressit characterem; nec fuit ordinatus ita ut confertur in online sacerdotali, quia non fuit ab aliquo ordinatus; pari ratione, nec confirmatus confirmatione sacramentali. Eliam sequitur (ζ) quod sancti patres et Beata Virgo non haberent illam excellentiam in gloria.

Quarto principaliter arguit sic. Quia non videtur probabile quod alicui, qui non tantum est in peccato mortali, sed etiam actu peccat mortaliter. Deus conferat suum donum. Et hujus (η) probatio est: quia Dei perfecta sunt opera. *Deutero.* 32 (v. 4); et ideo nullum curat, quem non perfecte curat (impium enim est a Deo dimidiam sperare salutem, vel imperfectam veniam); nullum ergo donum suum dat alicui peccanti mortaliter. Sed fictus, in suscipiendo baptismum, peccat mortaliter; quia facit

(i) *scilicet.* — Om. Pr.

( ) *configurandi.* — *profitendi* Pr.
( ) *infuerunt.* — *fuerit* Pr.
(γ) *beatum* — *baptismum* Pr.
habentis tale. — in *habente* Pr.
(c) *charitatis.* — *characters* Pr
(ζ) *sequitur.* — Om. Pr
(η) *hujus.* — *hujusmodi* Pr.

irreverentiam sacramento. Ergo (a) Dens, ex virlute hujus actus quo peccat mortaliter, non dat abi aliquod donum speciale. (6)

Quinto (γ). Quia omne donum Dei datum homini, aut est gratia pratum faciens, vel gratis datum (sic intelligeodo hoc quod est gratum faciens (Ï), vel actuali1er, vel dispositive). Quod brevius dici potest : quod (<) Deus nullum donum dat homini, nisi vel propter lionum ejus, vel propter bonum Ecdesis (cujusmodi est donum linguarum, vel illa de quibus (ζ) loquitur Apostolus, 1. *Corinth.* 12). Sed talis character non potent poni nec dici gratia gratis data, propter bonum Ecclesiæ : quia illud nulli valet (η), nisi tantum habenti; patet etiam quod nullus (9) effectus utilis Ecclesia· sequitur. Sed neces! donum gratum faciens; quia per istud donum non constituitur persona in aliquo gradu acceptionis respectu Dei. Nec etiam tale confertur sine gratia el charilale; quia Deus perfecte sanat.

Sexto arguitur ex modo ponendi characterem, quia scilicet ponitur indelebilis. Et hoc sic: Nulla forma inest animæ, quam non possit delere Deus; quia minus est delere quam creare. Saltem non includeret contradictionem, formam creatam in anima, deleri ab anima. Ergo, si character sil indelebilis, nulla talis forma est in anima baplizata. — Confirmatur istud. Quia, si character est indelebilis, ergo, eadem ratione, illa virtus quam ponis in sacramentis, est indelebilis; quod tu negas.

Septimo. Tu jionis quod circumcisio non imprimebat characterem. — Contra. Quia, secundum te, circumcisio non erat causa gratiae, nisi quia imprimebat dispositionem ad gratiam. Illa autem dispositio videtur character. — Hæc Scotus, in forma.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti.— Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. Et quidem,

Ad primum Scoti contra primam conclusionem, dicitur, negando primam consequentiam ibi factam. El ad probationem, dicitur quod neutra illarum diffinitionum est essentialis aut quiddilativa ; el ideo signum non ponitur ibi tanquam genus characteris, nec ut subjectum ejus, sed illa diffinitio est per posteriora el accidentalia, et est quædam descriptio per respectus consequentes essentiam characteris absolutam : essentia enim characteris e^l qualitas absoluta, de secunda specio qualitatis, quam consequuntur inseparabiliter respectus, sicut et omnes qualitates de secunda specie qualitatis. Unde, sicut in suo simili fuit dictum in *tertio* (x), talis character non est respectus, nec compositum ex respectu el absoluto; sed est absolutum sub respectu. Et potest diffiniri dupliciter : scilicet vel quoad absolutum, vel quoad respectum. Et simile est do omnibus quæ sunt relativa secundum dici. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 21, ari. 6, sic dicit : a Aliquod nomen potest importare respectum dupliciter. Uno modo, sic, quod nomen imponatur ad significandum ipsum respectum : sicut hoc nomen *pater,* vel *filius,* aut *paternitas* ipsa. Quædam vero dicuntur importare respectum, quia significant rem alicujus generis, quam comitatur respectus, quamvis nomen non sil impositum ad significandum ipsum respectum: sicut hoc nomen scientia est impositum ad significandum qualitatem quamdam, quam sequitur quidam respectus, non autem ad significandum respectum. Et per hunc modum ratio boni respectum implicat : non quia ipsum nomen boni significet ipsum respectum solum; sed quia significat id ad quod sequitur respectus, cum respectu ipso, d — Hæc ille. — Similia dicit in mullis locis. — Hanc solutionem magis exprimit, 3 p., q. 63, art. 2, ubi arguit sic (arg. 3) : α Character a quibusdam diffinitur sic : *Character est signum sanctum communionis fidei et* (Ç) *sanctx ordinationis, datum a Hierarcha.* Signum autem est in genere relationis, non in genere potestatis. Non ergo character est spiritualis potestas. › Ecce argumentum· Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod relatio, quæ importatur nomine signi, oportet quod super aliquid fundetur. Non autem relatio hujus signi, quod est character, potest fundari immediate super essentiam animæ. El ideo oportet poni aliquid in anima, super quod fundetur talis relatio. El hoc est essentia characteris. Unde non oportebit quod sit in genere relationis, ut quidam posuerunt, d — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione quarti, sic dicit : « Character habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile; sed, secundum se consideratus, habet rationem principii, per modum jam dictum (in corp. art), n — Hæc ille. — Item, art. 1, in solutione secundi, sic dicit : ‹i Character animæ impres-

(i) *Ergo.* — Pr.
(<) — Ad Pr
(î) Quinto. — Om. Pr.
(Î) i Verbin ıʻH *grnli»* usque ad *(orient,* om. Pr.
(t) fuxxL — 4/Kirt Pr.
(ζ) quibuj. — *qua* Pr.
(η| rham. — Ad. Pr.
(I) efwtm *quod nullus.* — quin *nihilominus* Pr.

ts) Cfr. 3 *Sentent.* (id est vol. 5), dist. 23, q. t, art. 3, S <·
(€) et. — Om. Pr.

sus habet rationem signi, inquantum per sensibile sacramentum imprimitur : per hoc enim scitur aliquis baptismal! charactere insignitus, quod est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character vel signaculum dici potest, per quamdam similitudinem, omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etiamsi non sit sensibile; sicut Christus dicilur figura vel character paternæ substantia), secundum Apostolum, *Hcbrteor.* I (v. 3). * — Hæc ille. — Ex quibus palet quod, sicut ista consequentia non valet : *Principium ponitur in diffinitione potentiæ activic; sed principium dicit relationem; ergo potentia activa est relatio, vel est essentialiter in genere relationis;* ita nec argumentum arguentis. — Potest etiam breviter dici, quod de charactere possumus loqui dupliciter : primo modo, quoad rem, et ut quædam res in se; secundo modo, quoad nomen, et ut character est et nominatur. Primo modo est absolutum quid, nec est in genere *ad aliquid,* nec in genere signi essentialiter; secundo modo est *ad aliquid,* et relativum. Modo dictæ diffinitiones dantur de charactere secundo modo, non autem primo modo; sunt enim diffinitiones *quid nominis,* non autem *quid rei.* Et hæc solutio in idem redit cum prima.

Ad secundum, negatur minor. Quia character non solum ponitur ul signum, immo ut principium activum, vel passivum, ut statim dictum est. Pura nutem relatio non est principium activum, nec passivum. Et ideo oportet quod essentia characteris sit forma absoluta, quam tamen comitatur respectus.

A<l tertium, negatur antecedens. Verum enim est quod nunquam advenit nova relatio, aut novus respectus, sine novitate absoluti, vel circa absolutum facta. Quæ tamen potest multipliciter contingere : utputa quia alterum correlativorum noviter acquirit vel deperdit aliquid absolutum sibi inhærens, puta aut formam substantialem, aut esse, aut aliquam pariem, aut aliquam qualitatem, aut quantitatem, aut hujusmodi; alio modo, quia noviter acquirit vel deperdit aliquod absolutum extrinsecus adjacens, puta locum, vel habitum, vel consimile.

Tunc *ad primam probationem* antecedentis principalis jam negati, dicitur quod, licet respectus quem vocat extrinsecus advenientem, cujusmodi est *ubi,* vel *quando,* aut *habitus,* et similes, |>ossil (a) noviter advenire alicui sine novitate subjecti. aut fundamenti primi, aut termini; tamen semper est ibi quædam innovatio penes aliquod absolutum inhierens, vel extrinsecum. Quod patet : quia respectus *ubi* nunquam causatur de novo in corporo locato, nisi quia acquirit novum locum extrinsece; nec respectus de prædicamento *habitus* noviter acquiritur, nisi quia subjectum illius noviter acquirit vestem, aut alium habitum, vel aliquid consimile.

(x) *postit. — postait* Pr.

Et idem est de *actione, passione,* el aliis. In omnibus enim tahbus, universaliter verum est quod ad novitatem talium concurrit aliqua novitas alicujus absoluti, quod, vel noviter incipit aut desinit, vel noviter applicatur alicui cui non prius applicantur, vel cessat applicari ei cui prius applicantur, saltem terminus absolutus fundamento absoluto, et econtia. Et pro hac solutione facit sanctus Thomas, 2. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 5. ubi arguit sic, octavo loco : < Impossibile est novam relationem esso inter aliqua, nisi aliqua mutatione facta circa alterum eorum; sicut in squalitate; non enim aliqua fiunt æqualia de novo, nisi altero extremorum augmentato, vel diminuto. Sed omnis motus importat relationem moventis ad motum. Ergo impossibile est aliquem motum esse novum, nisi précédai aliqua mutatio, vel in movente, vel in molo; sicut quod unum approximatur ad alterum, vel aliquid hujusmodi. Ergo, ante omnem motum, est motus; et sic motus est ab ætemo, et mobile, et mundus. Et hæc est ratio Philosophi, 8. *Physicorum* (t. c. 9). * Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod novitas relationis contingit non ex mutatione moventis, sed ex mutatione mobilis (ut laige mutatio sumatur pro creatione, quæ mutatio proprie non dicitur). Unde motum cœli procedit creatio ejus, ad minus natura; creationem autem non pracedit aliqua mutatio, cum sit ex non esse simpliciter. Si tamen supponeretur quod coelum exstitisset antequam moveretur, adhuc ratio non procederet. Quia intelligendum esi quod est duplex relatio. Quædam est relatio absoluta sicut in omnibus qu® sunt *ad aliquid* secundum esse, ul paternitas, el filiatio; et talis relatio non efficitur nova, nisi per acquisitionem illius in quo relatio fundatur. Unde, si acquiratur per motum, talis relatio sequitur motum; sicut similitudo unius ad alterum, sequitur allevationem in qualitate supra quam fundatur relatio. Si autem acquiritur per creationem, sequitur creationem; sicut similitudo creatura ad Deum, fundata super bonitatem quæ per creationem acquiritur, perquam creatura Deo assimilalur. Quædam autem relativa sunt, quæ simul important relationem et fundamentum relationis. Novitas autem talium relationum exigit acquisitionem illius rei quæ significatur per nomen; sicut ipsius habitus qui est scientia. Et similiter est de relatione quam importat nomen motus, quæ efficitur nova per acquisitionem ipsius motus a movente in mobili. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod novitas relationis semper requirit novitatem circa absoluta, qualiscumque sit illa novitas.

Ad secundam probationem dicitur, juxta pramissa, quod agens naturale non potest noviter agere in suum passum, nisi concurrat aliquid trium quæ enumerat arguens. Sed totus processus ulterior nihil valet : quia, licet nova habitudo agentis ad

passum possit contingere sine novitate formæ absolute in ipso agente vel passo, non tamen sine novitate cujuslibcl absoluti circa agens vel passum, puta loci, vel habitus, vel nlicujus exlrinseci; el ideo in argumento committitur fallacia consequentis, arguendo negative ab inferiori ad superius.

Ad tertiam probationem, quæ sumitur ex experimento, dicitur quod amotio impedimenti inter agens el passum non potest fieri sine aliqua innovatione circa absoluta; el consequenter, nec nova habitudo, nec actio inter illa.

Ad quartam probationem, quæ sumitur ex dictis Philosophi, |»atel per prodicta : quia nec novum ubi, nec motus ad *ubi* posset contingere, nisi mobile et corpus ubicatum, ultra illum respectum, acquireret exlrinsece novum absolutum, puta locum. Et sic patet antecedens principale hujus tertii argumenti nuliiter fuisse probatum, et ejus oppositum in sua manere veritate.

Ad quartum, negatur antecedens, et conceditur ejus oppositum. Nulla enim relatio realis, intissime de genere *ad aliquid,* potest fundari principaliter el praecise supra puram relationem, aut purum respectum, nisi radicaliter el primarie fundetur super aliquod absolutum. Ideo omnis relatio fundata pure et precise in relatione, est respectus | rationis, et non respectus realis. De hoc sanclus Thomas, *de Veritate,* q. 1, art. 5, in solutione decirnisexti argumenti, sic dicit: ‹ Cum omnia alia genera, inquantum hujusmodi, ponant aliquid m rerum natura (quantitas enim, eo ipso quod quantitas, aliquid dicil), sola relatio non habet, ex hoc quod est hujusmodi, quod aliquid ponat in rerum natura; quia non predicat aliquid, sed ad aliquid. Unde inveniuntur quædam relationes, quæ nihil in rerurn natura ponunt, sed in ratione tantum. Quod quidem quadrupliciter contingit, ut ex dictis Philosophi et Avicenæ potest haberi. Uno modo, quando i aliquid ad seipsum refertur, ut cum dicitur idem eidem idem : si enim hæc relatio aliquid in rerum natura poneret additum ei quod dicitur idem, esset in infinitum procedere in relationibus; quia ipsa relatio per quam aliqua res diceretur eadem, esset eadem sibi ipsi per aliquam aliam relationem, et sic in infinitum. Secundo modo, quando ipsa relatio ad aliquid refertur : non enim potest dici quod paternitas referatur ad subjectum suum per aliquam relationem inediam; quia illa etiam media relatio indigeret alia media relatione, et sic in infinitum ; unde illa relatio quæ significatur in comparatione paternitatis ad subjectôm, non dicitur in rerum natura, sed in ratione tantum. Tertio, quando unum relativum dependet ab altero, et non e converso; sicut scientia dependet a scibili, et non e converso (a); unde relatu» scientiæ ad scibile est aliquid in rerum natura, non autem relatio scibilis ad scientiam, sed in ratione tantum. Quarto, quando ens comparatur ad non ens; ut cum dicimus quod nos sumus priores his qui futuri sunt post nos; alias sequeretur quoti possent esse infinita relationes in eodem, si generatio in infinitum protenderetur in futurum, n — Hæc ille. — Similia ponit, 1. *Sentent,,* dist. 26, q. 2, art. I ; *de Potentia Dei,* q. 7, art. 11. Item, 1 p., q.42, art. 1, in solutione quarti, sic dicit : ‹ Idem ad seipsum non refertur aliqua relatione reali. Neque iterum una relatio refertur ad alleram per aliquam relationem. Cum enim dicimus quod paternitas opponitur filiationi, oppositio non est relatio media inter paternitatem el filiationem; quia utroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. » — Hæc ille.

Tunc ad primam probationem illius antecedentis negati, dicitur quod proportionalitas, et quacumque alia habitudo inter duas proportiones, vel habitudines, aut relationes, non est relatio nec respectus realis, sed rationis tantum; et, per consequens, non est aliquid realiter distinctum ab extremis, ut palet ex dictis.

Ad secundam probationem de relatione signi fundata in charactere, etc., — dicitur, jiixla praedicta, quod, si relatio, vel respectus importatus nomine signi, fundetur in sola pura relatione, ille respectus non erit realis, sed tantummodo rationis. Tale autem ens rationis, cum nihil sit in rerum natura, non potest dici immediatus effectus sacramentorum novæ legis. — Dicitur ulterius, quod, sicut paternitas non potest inlelligi nec videri ex se, sed ex fundamento el termino; ita nec potest ex se ducere in cognitionem alterius, nec esse signum, nisi ratione fundamenti et termini.

Ad aliud quod dicitur, de relatione configurationis vel obligationis, etc., — dicitur primo, quod relatio configurationis oportet quod fundetur in aliqua forma absoluta, ut dictum fuit in probatione primæ conclusionis. Unde configuratio talis attenditur in hoc quod character est quædam participatio sacerdotii Christi, ut dicit sanctus Thomas, 3 p., q. 63, art. 3, ubi sic dicil : « Character proprie est signaculum quoddam quo aliquid insignitur, ut ordinatum (a) in aliquem finem : sicut charactere insignitur denarius, ad usum commutativum; et milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primo quidem, el principaliter, ad fruitionem gloriæ (6); et ad hoc insigniuntur signaculo gratis, secundum illud Ezech. 9 (v. 4) : *Signa Thau super frontes virorum gementium et dolentium;* et, *Apoc. 'I* (v.3) : *Nolite nocere terne et mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri*

(·) 3 verbo *tuvi* u»que ad 0 *converto,* om. Pr.

fa) ***oidiiuifuni. — ordinandi*** Pr.
(6) ***(jlorur. — gratia*** Pr.

in *frontibus corum.* Secundo, deputatur quisque fidelis ad recipiendum vpl tradendum aliis ea quæ perlinent ad cultum Dei; et ad hoc proprie deputatur character sacrarriéntalis. Totus autem ritus christianæ religionis derivatur a sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est quod character sacramentalis est character Christi, cujus sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres, qui nihil aliud sunt quam quædam particijwliones sacerdotii Christi ab ipso derivata·, ɗ — Hæc ille.— Item, ibidem, in solutione secundi argumenti, sic dicit : « Character sacramentaiis est res respectu sacramenti exterioris, et est sacramentum respectu ultimi effectus. Et ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Uno modo, sub ratione sacramenti; et hoc modo est signum invisibilis gratia», quæ in sacramento confertur. Alio modo, secundum rationem characteris; et hoc modo est signum configurativum alicui principali, apud quem residet auctoritas ejus ad quem aliquis deputatur; sicut milites, qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis, quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi qui deputantur ad cultum Christianum, cujus auctor (a) est Christus, characterem, quo Christo configurantur, accipiunt. Unde proprie est character Christi. » — Hæc ille. — Dicitur secundo : quidquid sit de relatione obligationis, utrum fundetur in aliquo absoluto pnesenti vel præterito, puta consensu voluntatis ad serviendum vel aliquid agendum, et utrum per relationem rationis aliquis dici possit realiter obligatus, tamen hoc non est ad nostrum propositum; quia non legi quod sanctus Thomas ullibi ponat characterem ‹'»e signum tantummodo obligationis, vel esse relationem obligationis, aut fundalivum talis relationis.

Ad aliud quod adducitur ibidem, de processu in infinitum in realibus relationibus, etc., — dicitur q(iod similitudo ibidem addurla, de subjecto accidentis et de fundamento relationis, non valet. Cujus ratio est : quia nullum accidens perse aut proprie dicitur esse subjectum alterius accidentis, sed solum ratione substantia» cui inh:eret, naturaliter loquendo; et ideo, quia aliquod accidens immediatius inhæret substantiæ quam aliud, ideo rationabile est quod unum accidens possit subjici, el aliud non. Secus est de fundamento relationis : quia accidens quod ponitur fundaro relationem, non fundat eam ratione sui subjecti, sed secundum se; el ideo, si aliqua relatio realis fundet aliam relationem realem, vel de praedicamento *ad aliquid,* non videtur alicui relationi reali repugnare, ex natura sui generis, aut Speciei, fundare aliam relationem; et hoc ejusdem generis; quia forte non apparet aliquibus inconveniens, quod relatio realis fundet respectum realem alterius generis quam *ad aliquid,* puta respectum *ubi,* aut *quando.* — De primo horum, scilicet quomodo unum accidens dicitur subjectum alterius, dicit sanctus Thomas, *de Virtutibus,* q. 1, art. 3 : ‹ Subjectum tripliciter comparatur ad accidens. Uno modo, sicut prælæns ei sustenlamentum : nam accidens per se non subsistit, fulcitur vero per subjectum. Alio modo, sicut potentia ad actum : nam subjectum accidenti subjicitur, sicut quædam potentia actui; unde et accidens forma dicitur. Tertio modo, sicut causa ad effectum : nam principia subjecti sunt principia per se accidentis. Quantum ergo ad primum, unum accidens subjectum alterius esse non potest : nam, cum nullum accidens per se subsistat, non potest alteri sustentamentum pnelære; nisi fortasse dicatur quod, inquantum est a subjecto sustentatum, unum accidens aliud sustentat. Sed quantum ad alia duo, unum accidens se habet ad aliud per modum subjecti : nam unum accidens est in potentia ad aliud, sicut diaphanum ad lucem, et superficies ad colorem; unum etiam accidens potest esse causa alterius, ut humor saporis. Et per hunc modum dicitur unum accidens alterius accidentis esse subjectum : non quod unum accidens possit alteri sustentamentum præbere; sed quia subjectum est receptivum unius accidentis, mediante altero. ɗ — Hæc ille. — Ex quibus patet quod nullum accidens est principale subjectum alterius, nec secundum se, sed ratione substantiæ. Secus est de fundamento relationis; quia ad hoc nihil facit subjectum. — Quod autem relatio possit fundare respectum alterius generis, legitur in quodam tractatu *de Relationibus,* qui attribuitur sancto Thomæ, ubi sic habetur: ‹ Ista quatuor praedicamenta, scilicet *quando, ubi,positio,* et *habitus,* relationes quædam sunt, sed alterius modi quam eaquæsunt in pnedicamento relationis; propter quod diversa genera constituunt ab invicem et a relativis, el non sunt in pnedicamento relationis. Quod autem relationes sint, non aliter ostendo quam |H»r eorum diffinitiones, quæ ultro se offerunt. Quod autem alterius modi quam ea quæ sunt in pnedicamento relationis, patet : quia genus respectivorum et aliorum quinque generum cadunt in spiritualibus, citra Deum (1), et in corporalibus, et (C) in naturalibus, et quæ circa naturam sunt (dico citra Deum, quia, etsi relationes in Deo cadant, non tamen accidens) ; sed alia quatuor genera in solis naturalibus et corporalibus accidunt, quia causantur ex adjacerttia temporis et loci,aut alicujus localiter continentis, locus autem et tempus non sunt nisi in naturalibus et corporalibus. Item: genus relativorum continet relativa fundata super resquinque generum absolutas suo modo immediate; alia vero quatuor genera sunt relationes, el sunt fun-

(a) *auctor. — actor* Pr.

(x)cüra *Deum.* — Om. Pr.
(β) tn *corporalibus, et. — corporalibus* Pr.

data super relationes; et ideo quodammodo minus sunt quam relativa, quia magis remota sunt ab esse absoluto. Cum ergo corporalia sint in tempore, et in eo quod localiter continet sensibili circumscriptione, utrobique «se in respectus quidam est, et relatio, per quam hoc continet illud quod continetur. Super hanc autem relationem, per adjacentiam temporis ad temporalia, relinquitur *quando* in re temporali corporali. Unde mihi videtur quod *quando* super hujusmodi relationem fundatur. Et hoc testatur sua diffinitio, quæ est quod *quando* est quod ex adjacentia temporis relinquitur : hæc enim adjacentia temporis non est nisi aliquid temporale, quod in tempore est. Super illam autem relationem continentis, per adjacentiam loci ad corporalia, causantur cætera genera; el hoc penes continere el contineri. Penes enim adjacentiam loci ad corpus totale, secundum quod ille continet el illud continetur, causatur in corpore contento *ubi.* Unde *ubi* radicatur Buper continentiam passivam, testante sua diffinitione, quæ est quod *ubi* est circumscriptio corporis, ex loci circumscriptione procedens. Penes adjacentiam autem loci ad corporis partes, et partium ad invicem ordinationem, el respectu loci, causatur *positio,* secundum suam diffinitionem, quæ est quod *positio* esi quidam silus partium, etc. Unde *positio* radicatur super continentiam passivam partium. Penes autem adjacentiam corporis ad illud quod continet ipsum, vel e converso, secundum quod contentum dicitur habere, et continens haberi, derelinquitur *habitus* in continente. Unde, secundum Commentatorem, super 5. *Metaphysics, ubi,* et *habitus* sic differunt, quod respectus ille quo continens dicitur habere contentum, facit *ubi,* prout scyphus dicitur habere aquam, el civitas homines, et omnino locus locatum ; conversus autem respectus, scilicet prout contentum dicitur habere continens, Tarit praedicamentum *habitus,* ut animal habet cutem, el humo vestem. Unde *habitus* fundatur super relationem continentiæ activie, *ubi* super relationem continentiae passivas » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod relatio potest fundare respectum realem, qui non est de praedicamento *ad aliquid;* sed nulla relatio jKjtesl per se fundare relationem de praedicamento *ad aliquid* realem. Cum ergo relationes importalæ nomine characteris, vel signi, sint de praedicamento *ad aliquid,* constat quod non possunt fundari de per se in sola et pura relatione. Unde, breviter : similitudo arguentis magis est ad oppositum quam ad propositum ; quia, sicut nullum accidens secundum se est principale subjectum alterius accidentis, sic, si similitudo \aleat, nulla relatio potest es-e fundamentum principale alterius relationis realis. — Verumtamen, utrum illa quaesunt ultimo allegata, de illo tractatu, sint de mente sancti Thoinæ, nun est multum curandum, nec illis innitendum; quia priora sufficiunt pro responsione ad dicta Scoti, scilicet quod respectus characteris requirit pro fundamento aliquid absolutum, cum sit de genere *ad aliquid.*

Ad qnintnm principale, negatur antecedens : nam non baptizatus nullum sacramentum nec effectum sacramenti recipere potest a sacramento; licet forte aliunde reciperet effectum sacramenti sine sacramento, a Deo. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 72, ari. 6, sic dicit : « Character confirmationis ex necessitate supponit characterem baplismalem, ita etiam quod, si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, sed oporteret ipsum iterato confirmari post baptismum. Cujus ratio est : quia sic se habet confirmatio ad baptismum, sicut augmentum ad generationem; manifestum est autem quod nullus potest promoveri in ætatem perfectam, nisi primo fuerit natus; et similiter, nisi aliquis primo fuerit baptizatus, non potest sacramentum confirmationis accipere. d — Hæc ille. — liem, ibidem, arguit sic, primo loco : « Sacramentum confirmationis ordinatur ad confitendum publice fidem Christi. Sed mulli, etiam ante baptismum, fidem Christi publice confessi sunt, sanguinem fundentes pro fide. Ergo character confirmationis non præsupponil characterem baplismalem. » Ecce albumentum. Sequitur responsio : ⟨(Dicendum, inquit, quod virtus divina non est alligata sacramentis. Unde potest conferre homini spirituale robur, ad confitendum publice fidem Christi, absque sacramento confirmationis; sicut etiam potest consequi remissionem peccatorum sine baptismo. Tamen, sicut nullus consequitur effectum baptismi sine voto baptismi, ita nullus consequitur effectum confirmationis sine voto ipsius; quod potest haberi etiam ante susceptionem baptismi. n — Hæc ille. — Item, in solutione tertii, sic dicit : α Audientes praedicationem Petri acceperunt effectum confirmationis miraculose, non tamen sacramentum confirmationis. Dictum est nutem (ibid., art. 2, ad 1υη·, et art. 4, ad 1um) quod effectus confirmationis potest alicui conferri ante baptismum, non autem sacramentum confirmationis. Sicut enim effectus confirmationis, qui (a) est robur spirituale, præsupponit effectum baptismi, qui est justificatio; ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi. » — Hæc ille. — Similia dicit, 4. *Sentent.,* dist. 7, q. 2, art. I, q,a 3, ubi sic dicit : ‹ Nihil potest percipere actionem aut proprietatem alicujus naturae, nisi prius habeat subsistentiam in illa natura. Unde, cum per baptismum, qui est spiritualis generatio, homo acquirat subsistentiam in vita spirituali christianæ religionis, non potest non baptizatus aliquid eorum quæ ad hanc spiritualem vitam pertinent percipere. Et ideo non potest accipere characterem confirmationis. Et hanc causam

(a) qui. — *quai* Pr.

-r.uji.noxsxur

assignat Dionysius, 2 cap. *Ecclesiasticas llicrarchias.* >—Hiec ille. — Item, ibidem, adducit dictum Dionysii, ubi supra, dicentis : Nihil divinitus traditorum operari potest, qui non est regeneratus per baptismum (a).

Dicitur secundo, quod non baptizatus potest quidem baptizare, sed non ex officio. De hoc Petrus de Palude, secunda quæstiono hujus distinctionis, sic dicit : « Non est aliquis character, qui sit potentia baptizandi absolute, nec active, nec passive; licet aliquis sit putentia baptizandi ex officio, non tamen passive; sed eo ipso quod aliquis est voluntarius vere, vel interpretative, potest baptizare et baptizari, eo quod character non est principium omnis actionis hierarchicæ simpliciter ɛ̈xercenda sed alicujus simpliciter, el alicujus ex officio. Unde character sacerdotalis, et episcopalis, est principium simpliciter conficiendi et ordinandi; et character baptismatis, est simpliciter principium alia sacramenta suscipiendi. Unde qui caret istis characteribus, nihil horum facere aut recipere potest; quia caret principio operative. Sed character aliorum ordinum est principium operandi ex officio, el character confirmationis, confitendi ex officio; el character sacerdotalis, baptizandi ex officio. Nullus autem character est principium baptizandi active, vel passive, simpliciter loquendo. Et ideo hos actus potest quidem homo exercere sine omni charactere, sed non ex officio, i — Hæc Petrus. — Et conformatur sancio Thomæ, 3 p., ubi supra (q. 72). Dicit enim, art. 5, in solutione secundi : « Omnia sacramenta sunt quædam fidei protestationes. Sicut ergo baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandum fidem per susceptionem aliorum sacramentorum, ita confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi verbis profiteri, quasi ex officio. › — Hæc ille. — Hem, septima distinctione *quarti*, q. 2, art. 1, qll 3, in solutione primi, sic dicit : ɑ Ad ea quæ sunt necessitatis, homo admittitur, etiamsi illud non competat sibi ex officio; sicut palet quod etiam non habens ordinem, in casu necessitatis, baptizare potest licite, quamvis hoc non competat sibi ex officio. Similiter, quia confiteri nomen Christi, ubi confessio exquiritur, est necessitatis, ideo etiam non baptizatis hoc competit, quamvis hoc non habeant ex officio characteris. ⟩ — Hæc ille. — Ex quibus omnibus palet quod arguens false putat quod confirmans nihil causet in anima confirmati, sed solum corpus ejus exterius ungat; vel quod sacramentum baptismi consistat in sola ablutione exteriori, et sacramentum confirmationis in sola unctione, non ponendo aliquid interius, quod sit res el sacramentum, puta character el ornatus. Item, falsum est quod quidquid potest active baptizatur, |)06sit non laptizalus : quia nullusnon ɨpti-zatus potest conficere, aut confirmare, aut ordines conferre; quia potestas episcopalis et character sacerdotalis neco^ario præsupponunt characterem baptismi·

Ad illud vero quod adducit de potestate ministeriali, dicitur quod potestas ministerialis ministri dispensantis sacramenta non potest esse pura relatio realis, vel rationis : tum quia nulla relatio potest esse principium actionis; turn quia retalio realis requirit reale fundamentum; tum quia non advenit noviter, nisi facta innovatione circa absoluta; tum quia talis respectiva putentia non potest immediate fundari in essentia animæ; ut superius ostensum est (ad tertium et ad quartum) : relatio enim supernatandis, vel gratuita, requirit fundamentum supernatural, vel gratuitum, absolutum, et non pura naturalia.

Cum autem dicit arguens, quod, secundum nos, potestas episcopalis non est forma absoluta, et quod episcopatus non est ordo ultra sacerdotium, etc.; — dico quod neutrum dicit sanctus Thomas. Quod palet : nam, 4. Sentent., dist. 24, q. 3, ari. 2, qla 2, determinat quod espiscopatus est ordo, el alius a simplici sacerdotio, licet non sit aliud sacramentum ab illo. Unde, ibidem, sic dicit : ‹ Ordo potest dici dupliciter. Uno modo, secundum quod est sacramentum; et sic omnis ordo ordinatur ad Eucharistia sacramentum; unde, cum episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantum ad hoc, episcopatus non erit ordo. Alio modo, potest considerari ordo secundum quod est quoddam officium respectu quarumdam (x) actionum sacrarum; et sic, cum episcopus halieat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus est ordo. »— Hæc ille. — liem, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : ɑ Ordo, prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad sacramentum Eucharisliæ, in quo ipse Christus continetur; quia per characterem ipsi Christo configuramur. Et ideo, licet detur aliqua potestas spiritualis episcopo in sui promotione, respectu aliquorum sacramentorum; non tamen illa potestas habet rationem characteris. Et, propter hoc, episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est quoddam sacramentum. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : ɑ Potestas episcopalis non est tantum jurisdictionis, sed etiam ordinis, ut ordo communiter accipitur. fi — Hæc ille. — Ex quibus apfurel quod licet ordo episcopalis non imprimat characterem, tamen imprimit spiritualem potestatem, quæ est principium ali-

(a) Verba Dionysii, juxta Iraiitlalionum P. Ikillhasans Corderil, »unl : Cum enim c/ifiinui *hic štatu ſſl quedam nattvilcu divina, nunquam »ane inteltererit, nedum fecerit, tpmlquam rerum divmttu» traditarum, cui ne ipse quidem ttahti hic divinitus afflatu» »it.* Cfr. Migne, Patrol, græc., tom. 8, pag. 391.

te) *quu/unldailh — quarumcumque* Pr.

quarum actionum hierarchicaruni ; et consequenter, secundum mentem sancti Thomæ, illa potestas non est relatio rationis, nec realis, sed forma absoluta.

Ulterius, cum dicit arguens, quod habenti talem relationem rationis Deus assistit, etc.; — dicitur quod Deus assistit episcopo in actu confirmandi et ordinandi, non quidem tanquam nihil agenti, vel cause sine *qua non,* immo sicul agens principale agenti instrumental!. Et ideo oportet quod potentia episcopi sit forma absoluta.

Quod autem dicit arguens, de potestate jurisdictionis, — non valet : quia non est simile de potestate judicis et de potestate episcopalis ordinis, ut postea videbitur.

Quod ulterius dicitur, de filiatione reali, quod potest dici potentia, — non valet : quia filiatio non est principium realis actionis, sicut character sacramentalis, et potestas ordinis episcopalis. Unde omnia ista fundantur in falso, scilicet quod minister sacramentorum nihil agat-in anima recipientis sacramentum, sed solus Deus. Ulterius, falsum est quod potestas ordinati et confirmati non sit ad aliquid spirituale agendum, sed ad solas actiones sensibiles exteriores. Ulterius, falsum est quod anima baptixati nihil possit absolute recipere, quod non possit recipere anima non baptizati.

Unde contra totam deductionem hujus quinti argumenti facit bene Petrus de Palude, secunda quæstione hujus præsentis distinctionis, ubi sic dicit :<Character est potentia, et res absoluta. Quod probatur. Quia illud per quod potest aliquis in effectum realem, active vel passive, per indifferentiam ad bene et male, est res vera et absoluta, et potentia proprie dicta : quia potentia activa, est principium transmutandi aliud, inquantum aliud; et potentia passiva, est principium transmutandi ab allero, inquantum alterum; et istud non est ens rationis, nec relatio, sed absolutum. Sed character est hujusmodi. Ergo, etc. Major prolmta est. Minor postea probabitur. Sed prius removebuntur tres instanliæ conlra majorem et conclusionem. — *Prima* est : Quia, si dicatur quod, cum in matrimonio non sit aliqua res que dicatur vinculum, quia sanctus Thomas dicit quod essentialiter est relatio; tali ratione, effectus aliorum sacramentorum, scilicet ornatus, character, et hujusmodi, est aliqua relatio, et non aliqua res absoluta. — Dicendum quod matrimonium, prout est quid humanum, est pura relatio rationis , >ed prout est quid divinum, ex eo causatur aliquod reale, quod est ens absolutum, quod tamen cuncomitatur relatio. Sed forte est in virtute organica; unde m morte tollitur, aliter maneret indclebililer ut character. Sed de hoc plenius dicetur, dist. 26.— Secunda instantia est : Quia videtur quod |x»>se et non po^se sacramenta dare vel suscipere , non arguit diversitatem realem in principio; quia per cognationem spiritualem, et ꝑubliai hone-statis justitiam, quæ sunt de jure positivo humano, dirimitur matrimonium : ita quod non potest hujusmodi sacramentum matrimonii suscipere, qui habet illud impedimentum; qui vero non habet, potest illud suscipere, et quasi dare, quia essentiam matrimonii sibi mutuo dant contrahentes, non (a) eam a sacerdote suscipiupt. — Sed forte hoc est quia illud divinum reale, quod ibi est, præsupponit privationem hujus impedimenti, inquantum matrimonium est quidam contractus qui subest ordinationi principum et praelatorum; non quod ens reale fundetur in fundamento rationis, sed in ipsa potentia vel essentia naturali; licet in via generationis, ex divina institutione vel ordinatione, aliud præsupponat, quod non est nisi ens rationis vel ejus privatio.

Tertia instantia est. Quia, si dicatur : sicut sacerdos potest ligare et absolvere et conficere, et episcopus ordinare, quod non potest non episcopus, et non sacerdos; ita judex potest ligare et absolvere in foro exteriori, quod non potest non judex, quia a non suo judice lata sententia non tenet. Nec tamen jiotestas judiciaria propter hoc ponit aliquid reale in judice; nec habere claves jurisdictionis est nisi purus respectus rationis. Ergo, a simili, nec habere claves ordinis, et hujusmodi, ponunt aliquid reale in homine. — Hoc non valet. Quia illæ claves non habent realem effectum interius, sicut islæ habent. Et Papa (6) potest illas pro libito voluntatis auferre, non istas; quia potest facere de judice non judicem, non autem de sacerdote non sacerdotem. Et, propter hoc, videtur aliquid divinum indelebile in isto, quod non in illo. — Tunc probatur minor principalis. Quia sacerdos potest conficere et absolvere, quod prius non poterat; et episcopus confirmare et ordinare, quod prius non poterat. Ergo sequitur conclusio, quod nihil potest quod prius non poterat, nisi habeat aliquod esso reale, quod prius non habebat. Unde instrumentum potest hoc quod prius non poterat, quia realiter movetur, cum prius non moveretur. Et calor animæ participât esse animæ, quod prius non habebat; et sic agit quod prius non poterat. Unde non dicimus quod sacerdos non possit celebrare in calice non consecrato, et in altari et vestibus non consecratis, sed solum quod non debet; quia scilicet potest. Sed de illo qui characterem sacerdotalem non habet, non solum dicimus quod non debet, sed, cum hoc, quod non potest consecrare; qui tamen, postquam habet characterem, jiolesl qüôd non poterat prius. Similiter episcopus, post consecrationem, potest et dicitur conferre onlines; quod prius non poterat. Si autem sola relatio rationis fieret, sicut per consecrationem rerum inanimatarum, tunc idem esset sicut de illis. — Pneterea, si directe et perfecte non potest in effectum

(α) ⁑ λ ιπι. — (\<t. Pr.
(6) Papa. — propterea Pr.

realem in quem prius non poterat, sicut dicunt quidam, tunc mentitur sacerdos, dicens : *Ego absolvo te,* vel *Baptizo te;* sed debet dicere : *Ego aspergo (e corporaliter, et Christus baptizat te spiritualiter.* Si ergo vere absolvit, et vere ordinat, et vere confirmat, et non alius, ergo vere habet potestatem faciendi; quia cujus est actus, ejus est potentia. Ergo idem quod prius.— Præterea : sicut differunt re absoluta potens baptizare et non potens liaptizare, per se, sicut homo et non homo; ita differunt re absoluta potens absolvere et non potens, jxitens ordinare et non potenst id est, sacerdos et non sacerdos, episcopus et non episcopus. — Item, si non est plus in marito quam in sponso, quare non potest Papa dispensare in matrimonio sicut in sponsalibus? Et sicul Papa potest facere quod calix non sit sacer post consecrationem, quia omne quod est per solam ordinationem Ecclesiæ j>otesl amovere; quare non potest similiter facere quod sacerdos sit non sacerdos, non apparet. — Item, quare sacramentum Eucharistiæ habet realem effectum (quia realiter desinit ibi esse substantia panis et vini, et realiter transsubstanliatur) praeter effectum graliæ, qui est in usu, non in essentia sacramenti, sed alia sacramenta non habent aliquem realem effectum prater gratiam, non apparet. — Nec valet quod alii dicunt, quod nec in sacramento nec in ministro est virtus subjective, et sic non est principium effectus realis. Quia ex quo actio et effectus utrique attribuitur effective (quia sacramentum dicitur purgare, illustrare, perficere; quia sacramentum dicitur a sacrando active; et minister dicitur solvere et ligare, et sibi dicuntur dari claves regni coelorum, ita quod (a) non solvi nec ligari possit quis (6), nisi prout ipse solverit et ligaverit), ergo in sacramento et ministro est potestas activa, cum sit ibi actus, alias nullus a Deo in coelis nec solvitur nec ligatur. Verum est tamen quod sunt aliqua sacramenta, in quibus nulla virtus spiritualis est in ministris, sed lota in sacramento, ct sacramentum est totum sancti fica li vu ιη(γ), pnrler Deum; minister autem non est nisi sicut causa *sine qua non,* sive applicans; propter quod in ipso non requiritur aliquid supra naturam. Et hoc est in baptismo, ex parte ministrantis; et etiam in sacramento matrimonii, ex parte utriusque, quia uterque esi dans et recipiens. Nec requiritur dispositio sacrarnentalis ad recipiendum hoc sacramentum, cum apud non baptizatos sit verum matrimonium; nisi aliquis diceret probabiliter, quod ante baptismum est verum matrimonium, sed illud non est sacramentum (quia baptismus est janua omnium sacramentorum novæ logis), sed solum est tale sacramentum quale erat tempore legis natura vel legis scripts. In omnibus autem aliis sacramentis, ex parte suscipientis potestas passiva supernaturalis requiritur, quæ character baptismatis dicitur; alias, si sola relatio rationis per ea daretur, non video quare ante baptismum talia non possint recipi. In aliis autem quinque sacramentis, ex parte conferentis, vel facientis id ad quod sequitur essentia sacramenti, requiritur in ministro potestas alia ab illa quæ est in verbis et materia ; et in ipso e>t principalior virtus quam in essentia sacramenti; alias, sicut non sacerdos et non baptizatus potest baptizare et matrimonium dare vel suscipere, sic non episcopus posset ordinare et confirmare, et non sacerdos conficere, inungere et absolvere, dum tamen diceret verba, et haberet materiam, si in ministro non plus requiritur hic quam ibi; quod nullus catholicus diceret; immo error esset, quod non sacerdos factus (a) possit conficere sicut sacerdos. Item, in charactere baptismati est potentia transmutandi ab alio, id est, recipiendi sacramenta, quibus realiter transmutatur per dispositionem realem : quia, secundum cursum natura, Deus non dat gratiam nisi soli praparato et disposito, nec tali negat; unde, cum, secundum communem cursum, Deus det gratiam parvulo post baptismum, et non ante, et in parvulo non est alia praparatio quam prius, pertinens ad actum secundum, ergo eSt ibi alia (6) praparatio quam prius, pertinens ad actum primum. Sed verum est quod ista ratio concluderet quod in circumcisione fuisset character, vel ornatus; do quo dictum est, prima distinctione. Item, in adulto semper est aliqua dispositio per se requisita ad hoc quod gratiam recipiat; sed in suscipiente actu baptismum, non requiritor per se devotio, sed solum per accidens; ergo aha est ibi dispositio; sed hujusmodi non est illud quod exterius geritur; ergo aliquid interius fit, quod est immediata dispositio ad illud. Hem, per sacramenta quæ imprimunt characterem, homo» recedente fictione, consequitur gratiam quam a principio consecutus fuisset; ergo videtur quod quædam dispositio ad gratiam impressa fuit per modum habitus immanentis, et non transeuntis. — Nec valet, si dicatur quod per characterem homo non potest in aliquem effectum, in quem prius non posset, nisi sicut per causam sine *qua non;* quia causa· quæ pure est sine *qua non* nunquam attribuitur effectus. Verbi gratia : nunquam dicitur quod merellus (γ) det prandium, sed ille a quo est mereiIus (o). Nec dicimus quod sacramenta veteris legis darent gratiam; et tamen erant causa sine *qua non* ita bene sicul sacramenta novæ legis; et plus illa quæ tunc erant necessitatis, quam illa quæ nunc voluntatis, licet secum per se requirerent

(a) *ita quod.* — *et* Pr.
(C) ponit gim. — Om. Pr.
(γ) *tanclificalii* uni. — *lundificatum* Pr.
( ) *factus.* — sanctui Pr.
( ) *alia.* — *aliqua* Pr.
(γ) *niercUus.* — *merius* Pr.
(€) *mrrellus.* — *merius* Pr.

omis operans. E\ quo apparet quod claves jurisdictionis non sunt res vera, sicut claves ordinis : quia ad illas non sequitur nisi effectus rationis, sicut esse rxcommunicatum, vel esse al>solutum a vinculo exteriori; et quod non est particeps suffragiorum ixdcsiæ, hoc none4 ex virtute excommunicationis, ted ex divina pactione, <flita humana ordinatio nil renie causai; sed secus est de clavibus ordinis, in quibus divina ordinatio operator — Sed contra hoc arguitur sic : Illud non potest in operationem, in quo non est principium operationis; aliopiin ageret quod non poxseL Sed aliquis in quo non est character, potest in operationem divinam, ut nunc loquimur: Judæus enim, vel Gentilis, in quo nullus est character, potest baptizare; quod est opus divinum. Ergo character impressus ex sacramento, non est principium talium operationum. — Dicendum quini non est aliquis character, qui sit potentia baptizandi absolute, nec arti ve, nec passive, etc , » ut supra recitatum est (a). Hæc omnia dicta Petri liene Mint consona sancto Thoma· et veritati.

El hæc sufficiunt ad objecta Scoti contra primam conclusionem. Patet enim quod sola rotatio rationis, sine novo fundamento absoluto, non sufficit ad salvandum activitatem quam Sancti et determinatio Ecdesiæ attribuunt sacramentis ct eorum ministris; ct, per consequens, character non potent |>oiii sola relatio, sed o|K>rtct quod sit fornia absoluta.

Sed dubium est in dictis Petri. Videtur enim contradicere sibiipsi. Nam, cx una parte, dicit quod minister baptismi nullam habet virtutem supernaliualem ad aliquem effectum causandum in anima, s»d solum est causa sine qua non; ex alia vero parte, dicit quod, si sacerdos non potest directe et |Mifci:le m realeui effectum, in quem prius non poterat, tunc mentitur dicens, *Ego te baptizo,* sed debet dicere, *Ego te aspergo, et Christu te baptizat interius,* Et sic videtur asserere quod minister luptismi aliquid operatur interius; ct consequenter, quod in ipso sit ponenda virtus spiritualis, et non solum in sacerdote, immo in quocumque ministrante baptismum, alias quilibet talis mentiretur dicendo, *Ego te baptizo.* — Dicitur quod, secundum veritatem, illud argumentum Petri bene concludit de ministro Eucharistia ut pŒnitenliæ. Quia ministris Eudiineliæ dixit Christus, *Hæc quotiescumque, fcerritis,* etc., et, *Hoc facite in meam commemorationem,* et similia, in quibus asserit ministrum abquid spirituale facere et consecrare. Similiter, ministris pŒnitentiæ dicit, Quodcumque *ligaveritis,* etc. Unde minister mentiretur, si nihil ogercl in mima, cum dicit, *Ego te absolvo;* ct Christus UlMitn dwl, dicens, *Hoc facite,* >i minister non facit aliquid in transsubstantiations et conversione panis in corpus Christi. Sed argumentum illud nihil concludit de ministro baptismi : quin, concesso quod nihil spirituale agat in anima baplizali, non sequitur quod mentiatur, dicendo, *Ego te baptizo.* Quia baptizare quandoque sumitur pro exterius abluere; nam el ipsa exterior ablutio dicitur baptismus, ut ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 06, art. 1; constat autem quod talem ablutionem facit minister. Quandoque autem sumitur baptizare pro causare rem proximam vel ultimam baptismi, scilicet characterem, vel gratiam; et isto modo solus Christus, vel sacramentum exterius, baptizat; et, si minister diceret se hoc modo baptizare, falsum diceret, ct mentiretur in casu. Ideo illud secundum dictum Petri non habemus sustinere, sed tantum primum.

II. Ad argumenta Aureoli.— Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, negatur minor, scilicet quod nulla potentia activa respectu consecrationis sit in sacerdote. Et ad probationem ejus, patet quid sit dicendum, ex dictis in prima quæstione primæ distinctionis hujus quarti (x). Dicitur enim, ut prius, quod character sacerdotalis, sicut elv irtusquæesl in verbis consecrationis, facit ad desitionern substanliæ panis, modo prius exposito. Et cum arguens quærit de subjecto actionis illius corruptiva»; — responsum est quod nec subsistit, nec est in subjecto, quantum ad alisolutum quod includit, scilicet formam, vel substantiam desinentem esse; licet, quantum ad respectum (piem importat, sil subjective iu sacramento vel ministro. Conceditur (6) etiam quod forma qûæ desinit, fuit insubjecto, vel quod fuit subjectum.— Nec valet quod dicit, quod agens creatum (γ) requirit in quod agat. Quia, ut supra dictum est (dist. 1,q. 1,art.3, § 3, III, ad 1um), hoc est verum quantum ad terminum a quo, non autem quoad subjectum mutationis, ut dicit beatus Thomas, octava distinctione hujus, q.2, ari. 3, in solutione secundi, α Virtus, inquit, creata pnesupponit materiam in qua operetur. Quod quidem contingit esso dupliciter : uno modo, ita quod sit mutationis subjectum, sicut accidit in conversionibus naturalibus; alio modo, ita quod subsit termino a quo, non autem mutationi, sicut accidit in dicta conversione. Sed creatio neutro modo materiam pnesupponit. El ideo magis poleM aliquid cooperari Deo insti umenlaliler in hac conversione, (piam in opere creationis. » — Hæc illo. — Cum autem arguens ulterius infert quod ista actio esset annihilntiva, — dicitur quod actio potest dici annihilaliva dupliciter. Primo, quia per

'*t* Cfr. Dici. '2■·, iq huc roponsioae ad quintum pnnci-1« Soj U.

(e) Cfr praesertim, in dictu qiUDSlione, art 3, §3, Î1I, ad fuin.

(6) *Conccd— Concedit* Pr.

(γ) ocuiuni. —cauialimi Pr,

ipsam aliquid desinit esso, ct nihil per ipsam incipit esse, nec aliquid per eam producitur; ct hoc modo conceditur istam actionem esse annihilalivnm. Alio modo, quia nec per ipsam producitur aliquid, nec est dispositio ad productionem nec ad acquisitionem alicujus positivi termini, nec suliordinatur alteri actioni productive vel acquisitive positivi termini; et isto modo negatur dictam actionem esse ǎnnihila tivam; quia talis actio est dispositio ad hoc quod corpus Christi sit sub speciebus Eucharistie, et subordinntur actioni divinæ, qua positivus terminus acquiritur. Et ideo dicta actio non est annihilativa simpliciter, sed secundum quid; immo potest dici acquisitiva dispositive novi ct posilivi termini. Ponere autem actionem creature primo modo annihilativam, non est inconveniens.

Ad secundum dicitur primo, quod ideo virtus quam ponimus in verbis, est transiens, et non permanens, quia non est nisi ad unum effectum; et ideo, habito tali effectu, cessat. Virtus autem el character ministri est ad plures offectus; et ideo est permanens, et non transiens. El hanc solutionem dat implicite sanctus Thomas, octava distinctione, q. 2, ari. 3, in solutione octavi, ubi sic dicit : ‹i Valde conveniens est quod omne quod est propter aliquid, desinat esse, perfecto eo ad quod erat. El quia virtus illa non erat ad perfectionem ejus cui dabatur, sed magis ad faciendum conversionem de qua loquimur, cum sit tantum virtus instrumentalis; ideo non est inconveniens, si, statim conversione facta, el verba el virtus verborum desinant esse. » — Hæc ille. — Item, in solutione nom, sic dicit : ‹ Quando aliquod opus perficitur pluribus instrumentis, virtus inslrumenlalis non est complete in uno, sed complete in utroque; sicut manu et penna scribitur. Et similiter contingit in proposito : quin virtus instrumenlalis ad faciendum prædictam conversionem, non lanium est in verbo, nec in sacerdote, sed in utroque complete; quia nec sacerdos sine verbo, nec verbum sino sacerdote, conficere potest. Et quia sacerdos similior est agenti principali quam verbum, quia gerit ejus figuram, ideo, simpliciter loquendo, sua virtus instrumentolis est major et dignior; unde el permanet, el ad mullos effectus hujusmodi se habet; virtus autem verbi transit, et ad semel tantum est. Sed secundum quid est polior virtus verbi, inquantum effectui propinquior, quasi signum ipsius; sicut etiam penna est propinquior scriptura», sed manus scribenti, n — II.t c ille. — Ex quibus apparet nullités argumenti, el responsio ad duplicem questionem quam continet.

Cum autem ulterius dicit quod nobilitas instrumenti non attenditur ex aliquo inhærente, sed ex nobiliori termino inducto» etc.; — dicitur quod illa copulativa implicat contradictionem : quia, si instrumentum nobilem terminum inducit, oportet quod halicat nobilem virtutem inhaerentem, vel inttsistentem, naturalem, vel supernaturalem, aut \iolentam, \el hujusmodi. Rursus, cum, secundum arguentem, sacramentum nihil vere et realiter inducat in suscipiente, non potest dici nobile propter quemcumque terminum ab alio agente inductum; licet posset dici nobile signum, non tamen nobile instrumentum. — Similitudo autem de medicina adducta, nihil valet ad propositum; quia illud quod nihil penitus efficit ad expulsionem morbi, nec ad inductionem sanitatis, non potest dici medicina, nec ullo modo instrumentum inductivum sanitatis, ut alias dictum fuit (dist. I, q. 2, ari. 3, § I, ad 1“m).

AU tertium dicitur quod virtus quæ est in verbis sacramenlalibus, non est ejusdem rationis cum characlere qui est in ministro, ut alias dictum est, prima questione prime distinctionis hujus quarti (art. 3, S 1, I, ad 2 — Dicitur secundo, quod, posito quod hæc virtus el illa essent unius rationis, tamen ratio in oppositum inducta non valet : quia quando ad aliquem effectum requiruntur duo instrumenta diversarum ralionum, quantumcumque virtus unius intendatur, non sufficit ad effectum sine virtute alterius; sicut patet de manu el penna respectu scriptum. — Dicitur tertio, quod positio nostra non negat pacta Dei cum sua Ecclesia, nec ǎisIentiam virtutis divinæ cum ministris sacramentorum; sed ponit quod, præter illud pactum, el talem assislenliam, sacramenta et eorum ministri aliquid inslrumontaliter operantur ad ultimam rom sacramentorum, non quidem principaliter, sed instrumentaliter el dispositive; et quod non sunt solum causa stne qua non, nec solum signa, quæ (x) nihil penitus intrinsecus operantur, sicut ponit arguens et cætôri partis adverse. Quia, sicut arguit Petrus de Palude (dist. 1, q. 1), n absurdum videtur quod Deus non aliter agat in sacramentis ad justificandum, quam diabolus in sortilegiis ad malefaciendum, scilicet ex pactione, herlxi vel charta ponenda (6) sub lecto vel limine, et nihil [icnitus agente; aut quod verba sacramenlalia nihil plus faciant, nec minister, quam verba incantatoris (ɣ), aut ipse; sed, sicut illis dictis, ex pactione, dæmon agit in serpente, trahendo venenum, vel mortificando, vel aliquid hujusmodi, sic esset in proposito. »

Ad quartum dicitur, negando antecedens. I nde sanctus Thomas, vigesimaquarta distinctione hujus, q. I, ari. 2, in solutione secundæ quæstiunculæ, sic dicit : * Circa hoc fuit triplex opinio. Quidam dixerunt qtuxl in solo ordine sacerdotali imprimitur

( ) çujt. — Om. Pr.

( ) *hrrba* if/ *chailu jwtmnda. — htrbtt vel charlta ponenda:* Pr.

(ɣ) inertfifa *tone. — incantatorum Pr.*

character. Sed hoc non videtur verum : quia actum diaconi nullus potest exercere licite, nisi diaconus; el ita patet quod habet aliquam spiritualem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alii non habent. Et, propter hoc, dixerunt alii, quod in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in minoribus. Sed hoc iterum nihil est : quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem; unde, cum character sil signum distinctivum ab aliis, oportet quod in omnibus imprimatur character. Cujus etiam signum esi, quod perpetuo manent, el nunquam reiterantur. Et hæc est tertia opinio, quæ communior est. j› — Hæc ille. — Et cum dicit arguens, quod ad actum diaconi et subdiaconi non oportet ponere qualitatem a qua profluat operatio, etc.; — responsum est supra, ex dictis Petri de Palude (dist. 4, q. 2), in solutione ad quintum Scoti, quod character sacerdotalis, el potestas episcopalis, est principium exercendi operationem hierarchical!) simpliciter; character autem aliorum ordinum est principium exercendi operationem ex officio. — Cum autem dicit arguens, quod non subdiaconus æque bene el faciliter legit Epistolam, etc.; — non valet. Unde sanctus Thomas, ubi supra (dist. 24, q. **i**, art. 2, qb2), in solutione primi, sic dicit: u Quilibet ordo vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorum dispensationem : sicul ostiarii habent actum admittendi homines ad divinorum sacramentorum inspectionem; et sic de aliis. Et ideo in omnibus requiritur spiritualis potestas. u — Hæc ille. — Cum autem dicit arguens, quod nulla est dispositio in baptismo respectu graliæ, etc.; — dictum est alias (dist. **I**, <|. **I**, ari. 3, § 3, III, ad 2 ⅋, quod,quidquid sit de hoc, tamen congruentius dicitur quocl dispositio ad gratiam sil aliquid spirituale, sicut nos ponimus, quam aliquid mere corporale, cujus capax potest esse asinus, puta exterior ablutio. Unde illa positio deriribilis est.

Ad quintum dicitur quod duplex est potentia susceptive. Nam quædam recipit cum violenta abjectione alicujus actus pneexsistenlis convenientis naturæ; el talis potest dici impotentia. Alia vero recipit sine tali abjectione, sicul diaphanum. et potentiæ cognoecilivæ, sensilivæ et intellectivae; et tales non dicuntur impotentiæ. Unde, si hoc argumentum valeret, utique probaret quod nec visus nec intellectus debent dici potentiæ, sed quædam impotentis, quia suscipiunt speciem sui objecti. Unde patet quod in proposito non valet; quia character non ℓ potentia susceptiva primo modo, sed secundo modo.

Ad sextum, negalurassumptum. Si enim talis species imprimeretur in baptismo, tunc adultus non impeditus posset per illam cognoscere animam Christi propria et distincta cognitione ; quod non experimur.

Tunc, *ad primam probationem* negati, dicitur quod divisio ibidem data, est insufficiens : quia induere Christum potest quis non solum modis ibidem recitatis, sed aliter, puta per participationem Sacerdotii Christi et ejus spiritualis potestatis, ut supin (α) dictum est. Unde, sicul sæpius dictum fuit, character est talis participatio et configuratio ad Christum. — Item, dico quod prima auctoritas adducta inlelligilur (6) de indutione Christi per gratiam et virtutes et imitationem actionis el passionis. Improbatio hujus intellectus non valet : quia Paulus loquitur de suscipiente baptismum, quoad sacramentum et rem sacramenti proximam el remotam, scilicet characterem el gratiam, non autem de ficte accedentibus, qui non utrumque recipiunt. Aliter respondet Glossa super eodem loco,dicens: *Induunt homines Christum aliquando usque ad perceptionem sacramenti, aliquando etiam usque ad vitx sanctificationem. Et illud primum bonis et malis commune est, hoc alterum vero proprium est bonorum.* — Hæc Glossa.— Item, beatus Thomas, 3 p., q. 69, ari. 9, in solutione primi, sic dicit : α Baptizari (a) in Christo potest intelligi dupliciter. Uno modo, in Christo, id est, in Christi conformilate; el sic quicumque baptizantur in Christo, conformati ei per fidem etcharilatem, Christum induunt per gratiam. Alio modo, dicuntur aliqui baptizari in Christo, inquantum sacramentum Christi accipiunt; el sic omnes induunt Christum per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratiæ. » — Hæc ille. — Patet ergo quod character non est Christi, nec animæ Christi; sed est similitudo potestatis Christi, accipiendo large similitudinem, pro qualicumque participatione vel fonna participata, et non pro specie inlelligibili, sicut putat arguens.

Ad alias duas auctoritates Pauli, dicitur quod imago Christi non solum potest dici species animæ Christi, verum etiam participatio sacerdotii Christi et suæ spiritualis potestatis, vel conformités ad gratiam et virtutes et vitam Christi, et finaliler ad gloriam et bealiludinem Christi. Unde iliæ auctoritates nullo modo sunt ad propositum, sicut patet inspicienti glossas illarum.

Ad primam auctoritatem Dionysii, dicitur quod ex illa habetur quod character perlinet ad intellectum, ut ostendit sanctus Thomas, pressenti distinctione, q. 1, ari. 3, in solutione tertiæ quæstiuncul.r, non autem quod sit species intelligibilis. Unde argumentum peccat per fallaciam consequentis; quia ad intellectum perlinet potentia intellectiva, el S|>ecies, et habitus, et actus.

(») Cfr pnr-serthn ea quæ dicta sunt in present! paragr., I, ad **i**·», m responsione ad secundam probationem.
(C) *tntcUtfjUnr. — inltlligatur* Pr.
(γ) *Baptuari. — Baptitnium* Pr.

Ex secunda vero auctoritate Dionysii, concluditur | quod per characterem quid configuratur Christo, sicut cora sigillo. Hæc tamen configuratio non ourlet quod fiat per speciem intidligibilem ; sed alio modo fit. Unde similiter peccat hoc argumentum, sicul procedens.

Ad lationem ultimo inductam, palet, |>er prodicta, quod peccat per fallaciam consequentis. Imrno, si aliquid valet, concludit oppositum illius quod intendit : quia, si character non sil aliud quam expressa species animæ Christi, non apparel rationalis modus distinguendi characteres sacramentales specifice; nisi dicatur quod character sacerdotalis, vel potestas episcopalis, aut papalis, sit expressissima similitudo animæ Christi, non sic de aliis characteribus. Ex hoc autem quot sequuntur inconvenientia, quis non videat! Similiter, sequeretur quod Papa expressius intelligit animam Christi quam aliquis viator, et episcopus quam simplex sacerdos, et sacerdos quam non sacerdos; quod est falsum.

III. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem, patet responsio per prodicta : quia character baptismi non est potentia activa, sed passiva. Nec valet objectio de virtute sacramenti ; quia illa ordinatur ad agendum, ideo oporlel quod sil potentia activa; sed character baptismi non ordinatur ad agendum, nec ad ministrandum, sed solum ad suscipiendum, ut sæpius dictum fuit.

Ad illud quod objicit contra characterem ordinis, quod scilicet non debet esse res permanens, sed transiens, sicut virtus quæ ponitur in verbis, etc.; — dicitur quoti hoc nullam habet probabilitatem, quia non est simile hinc inde, ut dictum fuit in solutione secundi argumenti Aureoli.

Ad confirmationem, dicitur quod non baptizalus, quando alium baptizat, non facit aliquid in anima baptizali, nec tanquam agens principale, nec tauquam instrumentale; sed applicat activum suo passivo, scilicet sacramentum homini; et ideo non oportet quod habeat aliquam virtutem supernaluralem permanentem aut transeuntem. Secus est de ministris aliorum sacramentorum. Ideo ulterior consequentia facta non valet. Et de hoc satis dictum est in solutione quinti argumenti Scoti, ivallando verba Petri.

Cum autem ulterius vult probare quod in nullo ministro ponenda sil virtus activa, quæ remaneat cum privatione graliæ; — reS|x)ndet Petrus de Palude (dist. 4, q. 2), quod « illa ratio non valet. Quia omnis forma quæ est principium operandi quodeumque, sive remotum, sive propinquum, est principium essendi formaliter; cum omne quod agit, agat secundum quod est actu. Sed non convertitur : quia aliquid est principium essendi, quod non est principium operandi immediate, sicul est forma substantialis; vel nullo modo, sicut quantitas, vel relatio, aut aliquid hujusmodi. Illa ergo forma accidentalis (a), quæ sic est principium essendi, quod non operandi, saltem immediate, congrue ponitur inesse illi subjecto quod est principium essendi, non autem principium operandi immediate, ut sic perfectio et perfectihile sibi invicem correspondeant. Et, propter hoc, gratia, quæ nullius operationis est principium immediate, congrue est in essentia, el non in («olentia. Sed omnis forma qu^p esi immediate principium agendi, vel patiendi, superaddita essentiæ et potentias, congruentius ponetur in potentia, quæ similiter est principium immediatum, quam in essentia, quæ solum est principium remotum. Et quia hujusmodi est character, ideo congrue ponitur in potentia. — Et cum dicitur quod, destructo principio essendi, destruitur principium operandi, — verum est de illo quod fundatur super illud principium. Principium enim operandi meritorie, quod est charitas, fundatur super principium essendi, quod est gratia; unde, destructa gratia, destruitur chantas. Sed principium operandi active vel passive actiones hierarchical, non est gratia; immo gratia est terminus et finis, quia ad hoc exercentur, ut gratia habeatur Nec pro tanto dicitur character principium operandi, el gratia principium essendi, quod unum respondeat alteri sicut fundamentum; sed quia, quantumcumque sint disparata, principium essendi et non operandi debet esse in essentia sibi conformi (6). sed principium operandi in potentia. » — Hæc ille. — Sed hæc solutio videtur dubia : quia non videtur quare nec quomodocharilas, quæ est principium operandi, magis fundetur super gratiam, quæ est principium essendi, quam character, cum tam charilas quam character sint in alio subjecto quam gratia, chantas quidem in voluntate, character in intellectu, gratia vero in essentia animæ; et sic gratia neutrum illorum fundat subjective. Nec apparet ex dictis ejus aha fundatio. Non enim gratia fundat characterem eo modo quo absolutum fundat relationem, aut subjectum vel ralio subjiciendi fundat accidens. Nisi forte dicatur quod gratia fundat charitatem per modum causæ vel effectus prioris naturali prioritate, sicul intellectus voluntatem, ita quod naturaliter prius producitur et infunditur gratia quam chantas, licet simul tempore vel ducatione, nec chantas est dispositio vel aliquo modo provia ad gratiam; non sic autem fondai characterem, cum character sit dispositio ad gratiam, non econtra.

Posset etiam aliter dici ad argumentum Durandi quod major argumenti est vera solum el dunlaxat quando principium operandi necessariam connexionem habet cum principio essendi, sicul potentia

( ) *acvulentalis. — aclualu* Pr.
( ) *conformi. — conformari* Pr.

animæ cum essentia ejus; non autem ubi inter ilia principia non est talis necessaria connexio, sicut inter gratiam et fidem et spem. Quod contingit potissime quando principium essendi in aliqua natura, vel vita, non esi principium essendi simpliciter, sed principium bene essendi, vel bene se habendi in tali natura. Principium vero operandi ordinatur ad operandum simpliciter, ot non ad bene operandum. Sic autem est de gratia respectu characteris, et similiter de gratia respectu virtutum quæ possunt esse informes, cujusmodi sunt tides et .spes, ut dictum est. El mullis aliis modis potest dici pro nullitate illius argumenti.

§ 2. — Ad ahgumenta contha secundam ET TEHTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Scoti. — A<l primum Scoti contra secundam et tertiam conclusiones, dicitur, negando minorem; loquendo de dispositione indirecta vel remota. Unde ad hoc argumentum respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 63, art. A, in solutione primi, ubi sic dicil : < Subjectum alicui accidenti attribuitur secundum rationem ejus ad quod propinque disponit, non autem secundum rationem ejus ad quod disponit remote vel indirecte. Character autem directe quidem et propinque disponit animam ad ea quæ sunt divini cultus exequenda. Et quia hæc idonea non fiunt sine auxilio gratia·, quia, ut dicitur, Joan, 4 (v. 24), £os qui *adorant Deum, in spiritu et ventate oportet* (x) *adorare,* oportet, ex consequenti, quod divina largitas recipientibus characterem gratiam largiatur, per quam digne impleant ea ad quæ deputantur. El ideo characteri magis est attribuendum subjectum secundum rationem actuum ad divinum cultum perlinentium, quain secundum rationem gratiæ. »— Hæc ille. — liem, prima quœstione hujus distinctionis, ari. 3, ql* 1, in solutione primi, sic dicit : ‹t Dispositionem esse in eodem subjecto cum eo ad quod disponit, non est necesse, nisi quando dispositio postea fit perfectio : sicul scientia quæ prius fuit dispositio, |x^lea fil habitus; el ideo scientia dispositio el scientia habitus sunt in eodem subjecto proximo. Non autem hoc oportet quando dispositio el perfectio differunt per essentiam; sed possunt esse in d»verris subjectis, et præripue quando illa diversa halænt ordinem ad invicem; sicut operatio sensibilis, est dispositio ad intelligibilein operationem. Et similiter character est dispositio ad gratiam. » — Hæc ille. — Ex quibus apparel quid «licendum ad argumentum. Item : adtus liberi arbiti ii in adulto| e«t dispositio ad infusionem gratiæ, et similiter displicentia peccati. et dolor sensualitatis, et actus multarum potentiarum ăgratia autem, secundum communem doctrinam, ponitur subjectivo in essentia animæ, qua? ordine naturæ præccdit omnes potentias; non ergo est inconveniens dispositionem ad aliquam formam inesse subjective subjecto posteriori secundum naturam subjecto formæ ad quam disponit. Hem, complexio corporis est dispositio ad animam el ejus potentias, ita quod secundum diversitatem corporum est diversa nobilitas animarum el potentiarum animæ, ut alias, in *Secundo* (dist. 32, q. 1), visum fuit.

A<l secundum palet responsio ex dictis Petri (dist. 4, q. 2) in solutione argumentorum Durandi contra primam conclusionem recitatis. Quia, sicul ibidem dictum est, illud quod est principium essendi supematuraliter, et non est immediatum principium operandi, debet poni esse subjective in essentia animæ, et non in aliqua potentia. Illud autem quod est immediatum principium operandi, debet inesse potentiæ ăanima , et non essentiæ. Et ideo gratia ponitur in essentia animæ, character autem in potentia. — Quod autem objicitur, de habitu supernatural] et naturali, non habet apparentiam; quia habitus non est natus subjici sicut potentia animæ. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 63, art. 4, ubi arguit sic, secundo loco : « Potentia animæ non videtur esse subjectum alicujus, nisi habitus vel dispositionis. Sed character non est habitus, nec dispositio, sed magis potentia, cujus subjectum non est nisi essentia anima». Ergo videtur quod character non sit, sicut in subjecto, in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod essentia ăanima est subjectum potentiæ naturalis, quæ ex principiis animæ procedit. Talis autem potentia non est character, sed est quædam spiritualis potentia ab extrinseco adveniens. Unde sicut essentia, per quam est naturalis vita hominis, perficitur per gratiam, qua anima spirilnaliter vivit; ita potentia naturalis anima? perficitur per spiritualem potentiam, quæ est character. Habitus enim et dispositio pertinent ad potentiam animæ, eo quod ordinantur ad actus quorum potentiæ hunt principia. Et, eadem ratione, omne quod ad actum ordinatur, est potentiæ attribuendum, n — llæcille.

Ad tertium, negatur antecedens. Et ad probationem illius, dicitur quod perfectio naturalis, cujusmodi (i) sunt ṗotentia animæ, prius inest animæ quam potentia vel perfectio supernatural is; loquendo de prioritate durationis vol naturæ, non autem de priorJate immediationis : nam æque immediato inest essentiae anima» gratia sicut intellectus vel voluntas, qua? sunt potentiæ naturales; non nutem ita inseparabiliter vel necessario. Et ideo nnn oportet quod gratia sil subjectivo in aliquo posteriori ad essentiam animæ, puta in aliqua potentia. Unde ad

x oporiet. — Om. Dr.

(a) *rujusinodi, — cujus* Pr.

hoc argumentum («) solvit sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 27, art. 〇 Arguit enirn sic, tertio loco : u Gratuita præsupponunt naturalia. Sed potentiæ sunt naturales proprietates aniinæ, secundum Avicennam. Ergo gratia non est in assentia animæ, nisi præsupposita potentia; et sic est immediate in potentia animæ sicut in subjecto. * Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod gratuita pnrsupponunt naturalia, si proportionaliter utraque accipiantur. Et ideo virtus, quæ est gratuitum operationis principium, præsupponit (totentiam, quæ est ejusdem principium naturale; et gratia, quæ est spiritualis esso principium, præsupponit essentiam animæ, quæ est principium esse naturalis, » — Hæc ille.

Ad quartum, negatur major, scilicet quod vita spiritualis primo insit animæ ut est conjungibilis Deo ut objecto. Nec hoc dicit Augustinus. Ɛ enim aliqua alia conjunctio prior animæ ad Deum quam per actum secundum vel quodeumque principium actus secundi, scilicet per donum gratiæ. a qua pullulant virtutes el habitus. Unde beatus Thomas, *de Veritate,* ubi supra (q. 27, art. G), arguit sic (arg. 2Sed contra) : u Primum donum Dei est in eo quod est in nobis prius, et Deo propinquius. Scsi gratia est primum donum Dei in nobis: ipsa enim praecedit fidem et charitatem et alia hujusmodi, ut patet per Augustinum, in 2. lib. *de Prédestinai tionc Sanctorum* (cap. 1G)(6). Id autem quod in nobis prius (γ) est, et Deo propinquius, est essentia animæ, a qua iluunt potentiæ. Ergo gratia est in essentia sicut in subjecto. — (Arg. 4 Sed contra). Ilum, causa secundaria per prius recipit influentiam primæ causa», quam effectus causæ secundarium Sed essentia animæ est principium potentiarum; el sic est causa secundaria earum, quarum Deus est causa primaria. Ergo essentia animæ per prius recipit influentiam gratiæ quam potentiæ. › — Hæc ille, ibidem, cum mullis aliis bene facientibus ad propositum.

Ad quintum dicitur quod intellectus est prior voluntate, non solum prioritate originis aut generationis, sed etiam prioritate perfectionis, vel tanquam continens illam eminenter et virtualiter. ut ostendit sanctus Thomas, I p., q. 82, art. 3, per lotum, elc/r *Veritate,* q. 22, ari. 11, et mullis aliis locis. Tunc ad argumentum in oppositum, dicitur quod actus intellectus, simpliciter el absoluto loquendo, non ordinatur essentialiter ad actum voluntatis ut ad finem, sed potius se habet ad illum ut causa ad effectum; et similiter intellectus se halæt ad voluntatem ul motor ad mobile. Undo hoc argumentum solvit quasi in forma sanctus Thomas, 1 p., ubi supra (q. 82, art. 3). Arguit enim sic, secundo loco : « Res naturales inveniuntur procedere de imperfectis ad jierferta. Et hoc etiam in potentiis animæ apparet; quoniam proceditur de sensu ad intellectum, qui osl nobilior. Sed naturalis processus e>t de actu intellectus ad actum voluntatis. Ergo voluntas est nobilior et perfectior potentia quam intellectus. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod illud quod est prius generatione el tempore, est imperfectius; quia in uno et eodem potentia pnecodit actum tempore, et imperfectio perfectionem. Sed illud quod est prius simpliciter, et secundum nature ordinem, est perfectius; sic enim actus est prior [»otentia. Et hoc modo intellectus est prior voluntate, sicul motivum mobili, et activum passivo; bonum enim intellectum movet voluntatem. › — Hæc ille. — Item, quarta distinctione hujus, q. 1, arL 3, in solutione terliæ quæstiunculæ, sic dicit : ‹ Imago principaliter consistit in potentia cognitiva; quiaexmemoriael intelligentia oritur voluntas. Unde tota imago est in parte intellectiva, sicul in radice. Et ideo omne quod attribuitur homini ratione imaginis, principaliter respicit intellectivam partem, et ex consequenti affectivam : quia etiam ex intellectiva parte habet homo quod sit homo; sed ex affectiva quod sil bonus vel malus. Et ideo, quia character respicit imaginem, principaliter esi in intellectiva parte. › — Hæc ille. — Item, insohilione secundi, sic dicil : ‹ Assimilatio hominis ad Deum in bonitate, præcipue est per voluntatem. Sed .issimilalio in esso et posse, magis est ex parte intellectus; quia ex hoc ip<o quod aliquid immateriale esse habet, intellectivum est, et potentiam habet quodammodo infinitam, secundum quod intellectus universalium est, quæ quodammodo sunt infinita virtute. Et ideo, cum conformitas characteris respicial spiritualem potestatem, magis competit prli intellectivæ quam affectivæ. › — Hæc ille.

Ad sextum dicitur primo, quod sanctus Thomas nullibi dicit characterem esse signum vel fundamentum obligationis animæ ad Deum. Ideo ad objecta contra hoc, non habemus respondere. — Dicitur secundo, quod, dato quod charactec esset tale quid, tamen, quia non solum est signum, sed etiam principium suscipiendi vel ministrandi actiones hierarchicas, quæ sunt quædam protestationes fidei, ideo potius ponitur in potentia inlellwtiva quam in voliliva, quia fides est in intellectu. Unde sanctus Thomas, 3 p.. q. 63, ari. 4, in solutione tertii, sic dicit : α Character ordinatur ad ea quæ sunt divini cultus; qui quidem esi quædam protestatio fidei per exteriora signa. El ideo oportet quod character sit in cognitiva |>otentia animæ. in qua est fides, b — H.ec ille. — Hem, in præs<»nti distinctione, q. 1, ari. 3, qu 3. in solutione primi, sic dicil : ‹ Gratia non est

(i) i/icenduni. — Ad. Pr.

(6) Secundus liber ‹/«· *PrardesDnatione Sanctorum* vulgo *de Dono Perteverantio'* nuncupatur.

(γ) *prius,* — Oin, Pr·

in intellectiva, neque in affectiva, sed in essentia animæ. Tamen magis de propinquo respicit affectivam : quia gratia datur ad liene operandum; qualiter autem aliquis operetur, præcipue ex voluntate dependet. Sed character datur ad exercendas actiones spirituales aliquas simpliciter; quod autem bene vel male fiat, hoc est per gratiam et habitum virtutum. Et ideo non est similis ratio de charactere et de gratia. › — Hæc ille. — Et ad hoc facit illud quod ipse dicit, I· 2 q. 50, art. 3 : quod scilicet habitus qui sunt in intellectu, inquantum hujusmodi, praestant facultatem agendi, non autem bene vel male agendi, nisi in ordine ad voluntatem; sed habitus qui sunt in voluntate, non solum præstant facultatem agendi simpliciter, sed etiam liene vel male agendi. Ideo character, quo quis potest liene et male uti, potius debet poni in intellectu quam in voluntate.

IL Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 4, q. 2), dicens : · Licet character non faciat subjectum nisi instrumentum agendi vel patiendi respectu sacramentorum, quæ sunt corporalia; non tamen, propter hoc, debet esse character in parte corporea, puta manu quæ tangit materiam, vel ore quod producit formam. Quia homo est instrumentum Dei animatum, quod per intellectum applicat se ad conferendum sacramentum, vel suscipiendum; ad quod etiam requiritur intentio, quæ est actus intellectus sicut dirigentis. Unde in primo principio direclivo hujus intentionis et applicationis debet esse character, et non in membris exequentibus. Sicut etiam potentia medicativa facit medicum cooperatorem instrumentalem nature, per applicationem medicinalium, cum natura sit principale agens sanitatem; nec, propter hoc, ars medicativa ponitur in ore dictante, nec in manu chirurgizante, sed in intellectu dirigente. Et similiter ars domificativa, et hujusmodi. Et simile est in proposito. Ideo, etc. Nec obstat quod talis directio vel intentio non potest esse in parvulo; quia istud accidit sacramento, t — Hæc ille. — Ex quo apprêt ad unam partem argumenti, qua arguens vult probare characterem debere poni in parte organica. — Ad aliam vero partem, qua vult probare quod non debet poni in intellectu, respondet Petrus (ibid.), dicens : ‹ Sicut scientia practica et (activa sunt (x) principaliter propter opus operatum, nec tamen sunt in potentia eliciente illud propter quod sunt principaliter, sed in potentia dirigente et operante; sic character est principalitor propter recipere vel conferre sacramentum, cujus collatio vel susceptio immediate elicitur a potentia organica; non tamen, propter hoc, est in ea, quia ista collatio et susceptio exterior debet regi et dirigi ab interiori actione vel intentione. Et ideo in intellectu, qui est principium regulans el dirigens in dando et suscipiendo sacramenta, debet poni character : ut scilicet intellectus per fidem illustratus dirigat intentionem ad conferendum et suscipiendum sacramentum hoc vel illud; quamvis etiam in infideli sit character, et in non characterizato fides, sicut in catechumeno. Et ideo non est sic intelligendum quod character eliciat intentionem, nec dirigat, cum æqualiter non characterizatus intendat, et characterizatus non intendat; sed quia intentio ›er characterem habet virtutem, quam aliter non haberet. Et ideo dicendum quod character est propter utramque operationem (a), scilicet elicitam et imperatam : non quidem ut eliciat elicitam, vel dirigat, nec ut imperet aliam; sed ut directio et imperium habeant (6) effectum. Qui enim sacramenta ministrat, débet intendere quod faciat illud quod facit Ecclesia. Nec ad hoc juvat directe character, sed facit ut intentio habeat effectum : per characterem enim baptismalem intentio recipiendi alia sacramenta facit ipsum vere suscipere ea; et character sacerdotalis facit quod sacerdos confitendo vel absolvendo efficiat quod intendit. › — Hæc Petrus. — Et hæc sufficiunt ad primum Durandi : quia, ut patet ex dictis, minor est falsa; nam character perficit actum intellectus, vel appetitus, dando eidem efficaciam, modo supradicto.

Ad secundum dicitur quod responsio ibidem data, bona est satis, et est secundum mentem Sancti Thomæ, in parte, ut supra (ad primum Scoti) visum est; licet sanctus Thomas non adducat illud exemplum de prudentia et praesidentia.

Et ad primam improbationem dictæ responsionis, dicitur quod et prudentia est dispositio congruentia ad susceptionem et exeeutionem potestatis, et similiter econtra potestas est dispositio ad sollicite acquirendum prudentiam; licet differenter : quia prima dispositio est quasi causæ efficientis, ad liene operandum; secunda vero, quasi causæ materialis, est dispositio ad suscipiendum. Sicut enim dicit beatus Thomas, *de Virtutibus*,q. t, art. 1, in solutione noni argumenti : α Dispositio dicitur tribus modis. Uno modo, per quam materia disponitur ad formæ receptionem; sicut calor est dispositio ad formam ignis. Alio modo, per quam aliquod agens disponitur ad agendum; sicut velocitas est dispositio ad cursum. Tertio modo, dicitur ordinatio aliquorum ad invicem, etc. u Cum vero arguens dicit quod gratia potius deberet dici dispositio ad characterem, etc., — non valet: quia, sicut potentiis naturalibus intellectu et voluntate nemo bene operatur sine habitu vntuiis. nec tamen dicimus quod

(a) *mletlet tus.* — Ad. Pr.
(6) *habeant.* — *Labcal* Pr.

(b) *tant* — di Pr.

habitue sil dispositio ad potentiam naturalem, sed econtra, habens potentiae dispositus est ad habitum; sic in proposito. Non tamen necesso est sustinere dictum exemplum per omnia, sed solum quoad hoc quod, sicut habens potentiam dispositus est ad habitum, sic habens characterem dispositus est ad gratiam, quia jam habet quoddam debitum et exigentiam gratiæ, sine qua non potest bene uti charactere illo.

Ad secundam improbationem, dicitur quod sanctus Thomas non divertit a suo proposito, per hoc quod dicit characterem esse in alio subjecto quam gratiam, et tamen sit dispositio ad gratiam. Nam, sicut ipse dicit, da 2W, q. 74, art. 4, in solutione tertii, ‹ dispositio tripliciter se habet ad id ad quod disponit. Quandoque enim est idem, et in eodem; sicut scientia inchoata dicitur esse dispositio ad perfectam scientiam. Quandoque autem est in eodem, sed non idem; sicut calor est dispositio ad formam ignis. Quandoque vero nec est idem, nec in eodem; sicut in his quæ habent ordinem ad invicem, ut ab uno perveniatur in aliud; sicut bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu. Et hoc modo peccatum veniale, quoctestin sensualitate, potest esse dispositio ad peccatum mortale, quod est in ratione, d — Hæc ille. — Cum autem dicit arguens, quod sanctus Thomas assimilât virtutem instrumentalem quæ est in sacramentis, virtuti instrumental! quæ est in semine, etc.; — dicitur quod non oportet quod similitudo currat per omnia hinc et inde, sed solum quoad hoc quod utraque dicitur esse causa ultimæ forma dispositive, quia scilicet inducit dispositionem ad formam principalem, sive in eodem subjecto, sive in alio. Et hoc sufficit ad suum propositum. .

Ad tertium respondet Petrus (dist. 4, q. 2), dicens quod α ratio illa non valet. Quia institutio humana non est causa rerum naturalium. Unde nihil potest addere vel detrahere natura rerum, propter hoc quod rebus naturalibus nihil acquiritur ex pactione humana, quod sit forma realis, sed solum ordo et relatio rationis. Unde omnia jura incorporalia (a) de quibus jura loquuntur, non sunt nisi entia rationis. Undo quod ego emendo rem fiam dominus, dominium, servitus, obligatio, actio, hæreditas et omnia hujusmodi sunt entia rationis. Sed Dei ordinatio et institutio sunt causa rerum. Unde, sicut institutio natune ponit in rebus entitatem natune, sic institutio gratiæ ponit entitatem ad gratiam. — Nec est relatio etiam realis : quia illa non est principium agendi, sicut character confirmationis et ordinis; nec patiendi, sicut character baptismi· — Nec valet si dicatur quod in politicis dominus potest obligare et alienare rem, non dominus autem non potest; et tamen dominus non differt a non domino, nisi relatione rationis. Quia ibi non est effectus realis, cum in re per translationem conventionalem nulla fiat realis mutatio, et per consequens non requiritur causa realis. Sed consecratio hominum, quæ est sacramentum, et omnis vera sacramenti administratio, habet effectum realem. Ergo ibi oportet esse causam realem, et principium reale. — liem : sicut Papa potest committere cui vult omnem consecrationem sacramentaletn quæ non est sacramentum, quia per illam sola relatio rationis acquiritur; sic posset omnem quæ est sacramentum, si per illam similiter nonnisi relatio rationis acquireretur. Nunc autem non potest, ‹ed aliquam sic, et aliquam non.— Sed quamvis ista ratio æqualiter concludat de omni sacramento, tamen est specialis ratio quod Papa plus potest immutare circa unum sacramentum quam circa aliud. Et quare vel quomodo possit mutare ministrum confirmationis, vel ordinis, dicetur loco «uo. Quare autem potest mutare materiam matrimonii, licet sit impertinens, prater id quod de hoc alibi dicetur, ad praesens potest dici, quod sic Deus res administrat, ut eas proprios motus agere sinat, secundum Augustinum *(de Civitate Dei,* lib. 7, cap. 30). Unde, sicut corpus suum facit realiter esse in sacramentalibus speciebus, quas tamen vult ita subesse agentibus naturalibus sicut prius suberant, et secundum variationem illarum diversimode ibi esse (puta si species corrumpantur, desinit ibi esse; si augentur, incipit in majori loco esse; si quidem condensantur, m minori); sic virtus quam ponit in verbis, est subjective in aere, sicut et verba, quæ sunt quidam sonus. Et quamdiu verba durant, tamdiu durat ibi virtus, hoc est. quamdiu durat prolatio ultimæ syllable, in qua significatio completur; postea desinit ibi esse virtus, sicut columba rediit in prajacentem (x) materiam, peracto officio; vel, si verba cessant antequam motus aer perveniat ad rem in qua debet esse effectus, species soni eodem instanti defertur ad illam rem cum qua subjective est virtus in aere, alias esset sine subjecto, cum sonus sit accidens, cujus subjectum est solus aer. Sic et Deus expressionem consensuum accipit pro instrumentis, dimittens tamen ea sub dispositione prolatorum, sicut natura human® politiae requirit. Propter quod, secundum quod Papa dispensat et irritat, est ibi virtus, vel non est; sicut in speciebus corruptis vel non corruptis est vel non est corpus Christi. » — Hæc ille. — Ex quibus satis patet responsio ad tertium Durandi, ut videtur.

Ad quartum, negatur minor. Nam positio nostra non adducit vias obscuras, ad salvandum efficaciam sacramentorum, sane mtelligenlibus; nec aliquid quod non contineatur implicite in diotis Christi, vel discipulorum ejus, aut sanctorum Doctorum. Positio

(3) *incorporalia, — et corporalia* Pr.

(3) *prxjarcntcm, — prttadjacentein* Pr.

vero arguentis et aliorum multa falsa et contraria dictis sanctorum et determinationi Ecdesiæ continet, ut post dicetur, suo loco. — Item, dato quod positio contraria sit prima facie facilior, non sequitur quod ideo sit verior : quia multa falsa mullis veris sunt probabiliora, secundum Philosophum; sicut opposita articulis fidei sunt probabiliora ipsis articulis.

Ad quintum, negatur minor. Nani Dionysius loquitur ibidem de alio signo, quoti vocat fume», ut postea dicetur, prater signa exteriora. El, quidquid sit de Dionysio, tamen Ecclesia determinavit pro charactere quem ponit opinio sancti Thomæ, ut postea dicetur.

£ 3. — Ad argumenta contra quartam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra quartam conclusionem, negatur minor. Sancti enim et Ecclesia ponunt istum characterem quem nos ponimus, sicut patet. Nam Augustinus, in *Epistola ad Donatum presbyterum* (cl halælur in Decretis, cans. XXIII, q. 4, can. *Displicet),* circa medium, sic «licii : Vos *oves Christi estis, characierem dominicum portatis* (x) *in sarramento quod accepistis; sed erratis,* clc. Ex quibus Doctores concludunt quod in baptismo imprimitur character. Unde, pro intellectu prodictorum,sciendum quod sanctus Thomas, 3 p., q. (JO, ari. **i,** arguit sic, primo loco : ‹ Videlur, inquit, quod baptismus non sil ipsa ablutio. Ablutio enim corporalis transit ; baptismus autem permanet. Eιψ> baptismus non esi ipsa ablutio, sed potius *regeneratio,* el *sigillum, et custodia,* et *illuminatio,* ut Damascenus dicit (de *Eid. Ort.)* in 4. lib. (cap. 9). i Ecco argumentum. Sequitur responsio: ‹ Dicendum, inquit, «pnnl in baptismo id quod est sacramentum et res (C), scilicet character, el id quod est res lanium, scilicet interior justificatio, permanent; sed character permanet indelebiliter, justificatio autem permanet, sed amissibiliter. Damascenus ergo baptismum diffinit, non quantum ad id quod exterius agitur, quod e>l sacramentum tantum, sed quantum ad id quod est interius. Unde ponit duo perlinentia ad characterem, scilicet *sigillum et custodiam,* inquantum ipse character, «pii dicitur sigillum, quantum est de se, custodii animam in bono. Duo etiam ponit pertinentia ad ultimam rem sacramenti : scilicet *regenerationem,* quæ ad hoc pertinet, quod per baptismum homo inchoat novam vitam justitiae; ct *illuminationem,* qute pertinet specialiter ad fidem, perquam homo spiritualem vitam accipit, secundum illud llabacuc 2 (v. 4) : *Justus autem ex fide vivit (x).* Baplismu» autem est quædam fidei protestatio; unde dicitur *fidei sacramentum.* Et similiter, Dionysius baptismum diffinit per ordinem ad alia sacramenta, dicens, 2. cap. *Eccl. Hierarch.,* quod est *quoddmn principium sanctissimorum mandatorum saerte actionis, ad eorum susceptivani opportunitatem formans nostros animales habitus*; et iterum, in online ad coelestem gloriam, quæ est finis universalis sacramentorum, cum subdit : *Ad supercadentis quietis anagogem nostrum iter faciens;* et iterum, quantum ad principium spiritualis vitæ, per hoc quod subditur : *Sacræ et divinissima· nostrso regenerationis Iraditio. »* — Hæc ille. — liem, idem Augustinus, secundo libro *Contra Parmenianum,* cap. 13 (ct habetur. Catis. I, q. 1, can. *Quod quidam): Si forte mililuc characterem in corpore suo non militans pavidus exhorruerit* (C), *et ad clemcnlium imperatoris confugerit, et, impetrata venia, militare jam ceperit, numquid homine liberato atque correcto character, ille repetitur, an* non *potius agnitus approbatur? An forte minus habereni sacramenta Christiana quam corporalis hxc nota, cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, ct ideo amitti non posse judicatur?* — Hæc ille. — Ubi glossa : *Baptizatus characterem non potest amittere.* — Item, Augustinus, in epistola ad Bonifacium, *de Correctione Donatistarum* (γ),θθρ. 10 (et recitatur, Catis. XX11I, q. 7, can. *Quemadmodum)* : *Quærimus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes(LucA5,* v. 32) : α *Mortuus erat frater noster, et revixit; perierat, ct inventus est. » Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas me a peccatis? Respondeo : quia non facio injuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris,* etc.— Item, in lib. *de Baptismo* (et habetur, *de Conscc.,* dist. 4, can. *Quomodo exaudit (S) Deus) (i),* sic dicit : *Non malignis, sed bonis filiis dictum est : Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei, et reliqua. Habere tamen, et dare, et accipere sacramentum baptismi, satis Ecclesia· ℭatholica pastoribus eluxit; et ovem quæ foris errabat, ct*

(3) *portati». — ṗorta hi* Pr
(6) tantum. — Ad. Pr.

(s) In Vulgata editione verba Prophotæ sunt ‘ Juslui *autem* in *tua fide* vivet; quae quidem referuntur, nd /tommi., cap. t, v 17, hoc modo : *Jutlux autem ex fate* vivit.
(6) *exhorruerit. — exhorruit* Pr.
(γ) *Ilomfaeium , de Correctione Donatutarum.* — Vincentium *donatutam* Pr. — Olirn can. *Quemadmodum* citabitur ex ephtoh ad Vincentium, in qua non habetur; in editione vero romana Corp. *Jur.,* desumitur ex epistola L, ad Bonifaciutn, in qua revera invenitur.
(ft) ‹ r/K/Ju. — Om. Pr
(t) Canon Utc confectus est ex verbis Augustini *(de Baptismo, contra Donatiftai,* Hh. 5), sed hinc inde collectis, et alio modo dispositis, interdumquo in epitomen redactis. Cfr. Edit. Lipsiens. Corp. *Juris Canonici,* vol. 1, pag. 1378.

dominicum characterem foria accipiebat, venientem ad christiaiUB unitatis salutem, ab errore corrigi, characterem tamen dominicum in ea cognosci potius quam improbari; quandoquidem ipsum characterem multi ct lupi ct lupis infigunt, qui videntur esso intus, etc. — Ex quibus, el inultis aliis dictis Augustini, patet cum sensisse characterem imprimi in baptismo.— Item, quod hæc sit sententia catholico? Ecclesia» determinatione suffulta, palet, Extra, *de Baptismo et ejus effectibus,* cap. *Majores,* ubi sic dicitur : *Item quseritur, utrum dormientibus et amentibus sacramenti saltem character in baptizato imprimatur,* etc. Et sequitur, post pauca: *Alii non absurdo distinguunt, quod is qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur, et, ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis, sicut ct is qui ficte ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum,* etc. Et post sequitur: *Ille vero qui nunquam consensit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramenti.* Et sequitur post : *Tunc ergo characterem imprimit sacramentalis operatio, cum obicem voluntatis contrariée non invenit obsistentem.*— Hæc Alexander HI (a). — Ex quibus palet propositum. Et mulla alia ex Decretis el Decretalibus possent ad propositum induci, nisi brevitati studeremus.

Cum autem dicit arguens, quod verlia Dionysii non adducuntur ad mentem ejus, — negatur. Nec valet quod dicit arguens, quod signum de quo loquitur Dionysius, non est aliud quam signatio Hiérarchie, et impositio manuum, el descriptio baptizandi; quæ omnia fiebant longe ante baptismum, etc. Hoc siquidem non valet, propter multa: — Tum quia falsum assumitur, quod Dionysius non loquatur nisi de unico signo. Quod manifeste patet. Quia de signo interiori dicit quod est *lumen datum a divina beatitudinc.* Et enim allegat arguens, verba Dionysii sunt ista : *Ita (C) sursum actum, divina bcatiludo ad sui ipsius participationem recipit, et sic de proprio lumine, quasi quodam signo, ipsi tradit* (γ), *divinum faciens, ct communicatorem m Deo manentium.* El **ulle.loquitur** de signo exteriori dato a Hierarcha, cum dicit : *divinum faciens, et communicatorem* rn *Deo manentium adimpletionis ct sanetx ordinationis; quorum est signum factum, a Ihcrarcha accedenti data signatio, ct sacerdotum salutaris descriptio,* etc. Ubi palet quod istud secundum signum aliud est a primo : quia, secundum verba Dionysii, primum signum est *lumen faciens hominem divinum, et communicatorem adimpletionis ct ordinationis;* quorum signum est *signatio Hierarchy;* unde istud secundum signum significat effectum primi. —Tum secundo, quia aliud falsum assumit arguens, «icilicet quod Dionysius per lale signum et lum?n intclligal aliquid præcedens baptismum; et quod prius loquatur de tali lumine ac signo, quam de actu liaptizandi. Hujus enim falsitas manifeste patet. Nam, 2. cap. *Ecclesiasticae Hiérarchie,* sub rubrica quæ dicit, *Mysterium illuminationis,* in fine, sic dicit : *Et cum quidam sacerdotum ex descriptione ct ipsum et susceptorem* (e) *jirxdicavennt, ille quidem a sacerdotibus in aqua agitur, ad Hierarchy manum, ab iprit manu actus. Ilierarcha vero desuper stans, clamantibus rursum sacerdotibus ad Hierareham* in *aqua nomen ejus qui perficitur, ter quidem ipsum baptizat, tribus ejus qui perficitur depositionibus ct allevationibus, trinam divinx beatitudinis superdamans Personam,* etc. (6). Ubi palet quod expresse loquitur de actu l>aptizandi. In sequenti vero rubrica, quæ dicitur *Contemplatio* (el nigrum incipit sic : *Hoc quidem cd sicut* in *signis,* etc.), post pauca, loquitur de charactere, dicens : .Vos *autem ascension ibus sanctis ad eorum qux fiunt principia respicientes, et ista sancte docti, cognoscemus quorum characterum sunt expressiones, et quorum occultorum imagines : nam, sicut in Negotio ‹ de hdelUgibilibus ct sensibilibus › plane annuntiatum est, quædam quidem sensibiliter facta,* sunt *intelligibilium imagines,* etc. (γ). Ex quo patet quod Dionysius loquitur

(«) In edit. I.ips· ·> Corp. *Juris Canonici,* h.vc decretalis attribuitur Innocrntio III.

(6) *Ita. — In* Pr.

n) traita — tradat Pr.

( ) *tiuccptorcni. — iusceptianem* IV.

( ) In teitu Dionysii sjc leptur : Kat τίνο 1<^ ť τη izoypari; »ὐτά» τι xal τάν άνιδοχον άνχχνφύξαντο , à μίν τών ltptfiiv nd τβύ 'Z^χτο ίγετβι, προ την τοΟ Ιιρχρχον yt'px προ aCràv χιιριγωγούμηο ' ὁ 6ι Ιιρά;χη ἶvw'Ji· Ιστηχώ;, àva6or,aâvru>v πa).n ἐπι τού Ιιραρχου xxra το ὐ&ψ τ« ὀνομχ το·3 τιλουμίνου τών Ιιρέων, τρι μχν χύτον ὁ αρχρχη βαιττζιι, τχΓ τρισἶ του τιλονμίναν χιτ»Ἴὐσιτι χχἶ αναίὐαισι την τρισσ^ν τη 5ι·χ; μχχ»ρι4τητο ίχιβοησχ 'Tndnaatv. — Qu® verba ʌ Conirrio hoc modo transferuntur : *Ac* som·· *dvle quopiam c impio tum ipsum tum tusceptorem proclamante, initiandus tacerdotum manibus* in *aquam ducitur ad manum pontificis ; qui superne astans, ubi sacerdotes secundum aquas,* vermi */xmhficem inihandi nomen pnx'laniamnt. tn* eum *immergit, sub Cernam utam* immertionem *atque ememonem tres dicitur beatitudinu Persanas invocando,* Cfr. Mignc, Patr. gnre., torn. 3, pag. 395. 396.

(γ) *Textus Dionysii:* 'ΙΙμιΪ *U,* Ινχβάσισιν Itpak *ird* τχ τών τιλο'-μίνων άρχέ άχχβλίψχντι , χαΐ τχύτχ Ιιρώ μνηθέντι:, ίπιγνωσάμχ·» τίνων ιΐσι yxsaxrv.pwv τι έχτνπώμχτβ. xa\ τίνων àyavùv al ιίχάνι . Έαπ γàp, ώ Iv τή Ilipl νοητών τ· xxl χΙσΟητών πρχγμχτιΐχ σ3φώ Ἴιηγίρνζται, τχ μέν αίσ^ητώ ίιρχ τών νοητών ίχηνονίσματχ —Versio Corderii: *Nos autem, cum sacris ascensionibus sacramentorum principia contemplantes, sarro eadem afflatu perceperimus, cognoscemus quorum characterum sint effigies, et quarum rerum occultarum imagines exsistant^ Vt emm* in *Opere ‹ De intelligibdibus ac sensibilibus » perspicue declaratum est, sensibilia sacramenta, simulacra xunt tnlelligibilium.* Cfr. ibid. pag. 397.398.

de aliquo charactere intelligibili. designato per signa sensibilia sacramentalia. — Item, post multum el magnum processum, iterum loquitur de illo lumine intelligibili : Si *bon»,* inquit, *ordinationis principium e.d, secundum quod sui ipsorum sunt cognilrices mentes, qu» ad proprium visibile natur» recurrit, in principio quidem quis ipse et! videbit; et hoc sumet ex respectu ad lumen primum, sanctum donum* (a). Item, post multa, subdit verba quæ primo allegat arguens : *Ita (?) sursum actum, divina beatitude,* etc. Ex quo patet quod arguens importune exponit Dionysium; et forte non advertit quod in rubrica primo allegata Dionysius ponit ritum sacramenti, el in alia exponit significationem ritus, sicut manifeste patet legenti ambas rubricas.

Cum autem ulterius dicit arguens, quod auctoritas Damasceni inepte adducitur; — negatur. Nec valet quod dicit, quod nos de duabus sententiis separatis faciamus unam aut continuam. Nam, sicut fiatet ex procedentibus el sequentibus illius capituli, in illa auctoritate Damascenus exprimit effectum hujus baptismi. Unde arguens male punctual dicta Damasceni; et facit versum, ubi non esi; et de propositione quæ est de copulato extremo, vult facere copulativam. Unde littera debet sic continuari : Visibilia enim *symbola notæ eorum quæ intclliqunlur sunt. Regeneratio namque secundum animam fit. Fides enim filios facere novit, etsi sint creatur», per Spiritum, et in pristinam reducere, bcatiludincm. Igitur peccatorum quidem remissio omnibus similiter per baptisma datur; gratia autem Spiritus, secundum proportionem fidei et purgationis^). Igitur nunc quidem per baptisma primitias Spiritus Sancti accipimus, ct principium alterius vi(;e fit nobis, regeneratio, el sigillum. ct custodia, et illuminatio.* — Hæc Damascenus (δ). — Ex quibus]>atel, *primo,* quod baptismus exterior non est regeneratio, sed signum, et causa, vel principium effectivum intelligibilis regenerationis, quæ iit in anima; et consequenter false exponit Damascenum dicentem quod baptismus est regeneratio. *Secundo,* sequitur quod, secundum Damascenum, baptismus non est sigillum, nec custodia, nec illuminatio; sed est signum el causa prodictorum. *Tertio,* sequitur quod baptismus non est principium alterius vita, accipiendo principium pro prima parte rei; sed est principium productivum instrumentale alterius vilæ; et consequenter, totum hoc pertinet (a) ad eamdem propositionem de copulato predicate, scilicet hanc : *Per baptisma primitias Spiritus Sancti accipimus, et principium alterius vit» fit nobis,* etc.; ut sit sensus, quod baptismus operatur in nobis omnia illa. *Quarto,* sequitur quod, dato quod novus versus inciperet ibi, *et principium alterius vita,* etc., adhuc habemus propositum : quia, cum baptismus non sit essentialiter principium alterius vilæ, nec regeneratio, nec sigillum, oportet quod sit causa prodictorum. Et ideo, in illa oratione secunda, ad hoc quod habeat perfectum sensum, oportet quod intelligatur (?) hoc complexum per baptismum. — Dicitur ulterius, quod in toto nono capitulo Damascenus non loquitur in materia baptismi de signo crucis, nec in decimo capitulo, ubi loquitur de fide; sed in undecimo, quod solum est de cruce. Nec de illoundecimocapituIo(Y) adduci musauctoritatem, sed solum de nono, quod expresse loquitur de sigillo invisibili, quod dicitur character.

Ex quibus patet qtiôd antiqui melius intelligeImnt Dionysium el Damascenum quam Scolus, el quod expositio antiquorum stat in suo vigore, expositio vero Scoti nulla est.

Ad secundum principale patet responsio |>er prodicta : quia Augustinus in inultis libris el epistolis suis locutus est de charactere baptismi, et quod ex indelebililate characteris arguit initerabililalem baptismi. Sed Scotus forte non omnia dicta

(3) Textus Ihonyeil : 'Ali' έπιίκχρ χντχξίχ Ιστίν αρχή το Ιχρί , ή* έιηγνώμαη οί Ιxpot νόι , ύ προ tt olxtltv τή ρνσίω; ορατόν άνατρέχων, tv άρχή μίν δστι *οτί Ιτην, κύτο ούιτα», xsl τοΟτο λήψχται πρώτον έκ τή πρό τό ?ώ χναχύαχω Upov δώρον.— Venlo Cordarii : SH *quoniam divinum* Numen iorrr *disciplina principium er*utit,qua tanrtx mente»* in *sui deveniunt cognitionem, quuqui» ad* insitum *natura lumen recurrerit, principio quidem qua tandem ipte* tit *videbit, hocque lucu accèssume munus sacrum referet.* Cfr. ibid., pag. IW, 400.

(S) *Ita. — In* Pr.

(γ) pun/atiom*. — purgatio Pr.

(δ) Textu* Damasceni ; Τα γάρ ύρατά, σύμβολα των νοουμένων ιΐσίν ή μίντοι άταγέννησι κατά ψυχήν γίνχται · πίστχ γάρ .'oHttb οίδχ, χκιτοι βντα χτίσματα διά τοΟ Πνβύματο , και ΐΐ την αρχαίου Ιγχιν μακαριότητα.'11 μ<ν ούν τών αμαρτιών !»«<«· ππσιν ύμοίω διά τοί Βαπτίσματο δίδοταΓή δ< χάρι τα- U κύματο κατά τήν αναλογίαν τή πΐστίω και τή προ- aaMpoteC Nth μίν ούν διά τοΟ βαφτίσματο την απαρχήν του Αγίου Πνιυματο Ααμδάνομο, και αρχή Ιτίρου βίου γίνχτπι *μΧν ή πα)ιγγχνΐσ·3, καί σ ραγί , καί υλακτήριον, καί ρωτισ. μά . — Τηανhlio BilhI emendata : *Res enim visibiles, earum quo·, msnte percipiuntur tigna sunt,* Regeneratio *porro* in animo *perficitur. Fides quippe* vini eam *habet, ut quamvis e rebus creatis simus, per* Spiritum *nos* in *Dei filio» adoptet, atque ad pristinam felicitatem* vetui post- *liminio revocet. Quamvis autem peccatorum remissio ommbu» per agua baptismum detur: Spiritus* taniengra- *tia pro fidei ac prarvia purgationis modo conceditur. Et* nunc *quidem Spintus Sancti primitias per baptismum accipimus, et regeneratio, alterius nobis vittr.* initium, *et tignai ulutn, et presidium, et illuminatio efficitur.* — Cfr. Migne, Pair, graec., vol. 94, p.ig. 1121. 1122. — Veraio quam Auctor affert, est ilh qua usi sunt Magister Sententiarum, 1). Thomas âliique subinde theologi, usque ad initium sæeuh decimi sexti. Attribuitur Burgundioni, civi Pisano. Cfr. ibid. pag. 381.

( ) *pertinet. — pertmrat* Pr.

( ) *intelligatur. — intelligitur* Pr.

(γ) Ubi ponitur *nono, decimo, undreimo,* Pr. ponit »n- nio, *»ecundo, tertio.*

Augustini legerat. — Dicitur ulterius, quod Gratianusloculus est de charactere, *de Cotisée.,* dist. 4, cap. *Quomodo exaudit* (x) *Deus,* ut supra recitatum est (ad primurn). Magister autem *Sentent.* loquitur de hoc charactere, sexta distinctione hujus, cap. *De his vero qui baptizantur,* etc., in fine (6); et, dato quod non faceret mentionem, sufficiunt auctoritates aliorum.

Ad tertium principale dicitur, negando minorem, scilicet quod character frustra ponatur.

El ad primam probationem ejus, dicitur primo, quod character ponendus est lanquam dispositio ad gratiam : non quidem ex parte Dei agentis; sed ex parte susceptivi. Quia, secundum praesentem legem, nemini datur gratia, nisi sil ad eam disjiositus, aliqua dispositione superaddita essentiæ et ꝑolenlii animæ, se habente per modum actus primi, vel per modum actus secundi. Parvuli autem non habent secundam dispositionem, cum non habeant actum liberi arbitrii. Ergo restat quod habent primam, quæ dicitur character vel ornatus habitualis. Et de hoc alias plura dicta sunt, prima distinctione hujus. — El cum dicit arguens quod anima non habens actu peccatum, esi summe disposita ad gratiam; — negandum est. — Cum ulterius dicit, quod sine tali signo Deus possit assistere baptizato, etc.; — dicilur quod Deus non alligavit potentiam suam sacramentis, quin sine illis posset conferre gratiam; et, per consequens, nec characteri. Tamen, secundum ordinationem su® sapienti®, aliter instituit, ut hominis sanctificatio per sensibilia liat. Unde ista ratio, si aliquid valeret, sequeretur quoti frustra instituta essent sacramenta, quia sine illis posset Deus conferre gratiam. — Cum autem, in confirmatione, dicitur quod licte baptizatus, licet habeat characterem, non accipit gratiam, nisi pceniteat; — dicitur quod talis accipit gratiam per poenitentiam, lanquam per removens prohibens, sed |»er characterem, sicut per causam per se disponentem ad gratiam, ut ostendit beatus Thomas, pressenti distinctione, q. 3, art. 2, q|· 3, et, 3 p. (q. 69, art. 10), ut post dicetur.

Quantum vero ad alia quæ objicit contra secundum effectum characteris, scilicet quod est signum assimilativuin, etc.; — dicilur quod ista ratio mullos habet defectus, secundum quod patuit in promissis. Tum quia character non solum est signum nssimilativum, imino est principium activum, vel passivum; el ideo ojiortet quod sit forma absoluta et inhaerens. Tum quia character est signum permanens post receptionem baptismi; ideo non sufficit dicere quod sit ipsa receptio baptismi transiens in proterilum. Tum quia non est simile de professione religionis humana·, quæ nullum absolutum causât in profitante, el de professione christianæ religionis per susceptionem sacramenti, quod est instrumentum Dei animam sanctificantis et gratiam in ea causantis. Tum quia character est signum spirituale; signum vero religionis est sensibile. Tum quia plus efficit divina institutio quam humana ordinatio vel promissio. Tum quin auctoritates Sanctorum sunt in oppositum. El propter mulla alia patet nullités argumenti.

Quantum autem ad illa quæ arguens objicit de tertio effectu, scilicet quod character est signum ronfigurativum, etc., — patet responsio ex prodictis : scilicet quia character non solum est signum, sed principium activum vel passivum; ideo non potest esse aliquid transiens in proterilum, nec relatio realis aut rationis; sed oportet quod sit aliquod absolutum permanens, sicut character et nola ꝑnilitia Principis, ut rape dictum est.

Quantum ad illa quæ objicit de quarto effectu, scilicet quod est signum remémorativum, etc., — patet solutio ex prodictis. Nam non solum ponitur ut signum rememorativum, sed etiam ut principium activum vel passivum. Tum quia, concesso quod ponatur ut tale signum, ratio in oppositum non valet. Dicitur enim quod tale signum ponitur propter ipsum sacramentum in se, el propter ipsum suscipientem, el propter alios. De hoc sanctus Thomas, prosenti distinctione, q. 1, art. 2, q,a 2, in solutione primi, sic dicit : « Character non est signum tantum ut distinctionis nota, sed ut distinctionem causans, sicut el alia sacramentalia signa; et ideo eo indigetur ad distinctionem faciendum. › Item, in solutione secundi, sic dicit; c Istud distinctionis signum est. el propter ipsum hominem qui suscipit, qui eo accipit distinctum posse ah aliis; et propter alios homines, qui eum admittunt ad spirituales actiones, ex consignatione sacramenlali exteriori interiorem perpendentes; el quoad Deum, qui ejus actionibus spiritualibus efficaciam probet, »— ilire die.

Cum autem dicit arguens, quod charitas non habet aliquod signum rememorativum, etc non valet. Unde sanctus Thomas, ibidem, in quarto loco, arguit sic : ‹ Charitas est excellentior virtus quam fides. Sed charitati non ponitur aliquod signum distinguens, nec aliis virtutibus. Ergo nec fidei debet poni. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod fides homini nota est, chantas autem incerta. Nihil enim est alicui certius sua fide, ut Augustinus dicit (13. *de Trinitate,* cap. 1)(a); sed an charilatem habeat,

( ) *exaudit.* — Om. Pr.

( ) In sexta distinctione. in panigmpho qui habet titulum. *Quibus liceat baptizare,* Magister loquitur de illis qm ab hæreticls baptizantur, rt allatis textibu» Dedar ct Augustini, subjungit : ‹ Ex his aperte colligitur quod qui eliarn ab ha··rclicis baptizaü sunt, *servato rAaractere Christi,* rebaptizandi non sunt. »

(a Verba Augustini sunt: *Fidem ipsam videt quisque m corde tuo esse... eam tenet certissima mncntia,* damatque *conscientia.*

non est alicui certum. Et Hoo distinctio data magis respicit fidem quam charitetem vel alias virtutes. Vel dicendum quod distinctio ista precipue attenditur quantum ad operationes quæ sunt in sacramentia, in quibus maxime operatur fides, a — Hæc ille. — Item, quinto loco, arguit sic : a Contranum sufficienter distinguit a contrario. Sed fides est infidelitati contraria. Ergo sufficienter fideles (a) ab infidelibus distinguit; el ita non oportet quod per characterem distinguantur. › Ecce argumentum. Sequitor responsio: ‹ Dicendum, inquit, quod fides sufficienter distinguit fideles ab infidelibus, quantum ad actus fidei, sed non quantum ad actus spirituales qui (C) competunt fidelibus; quia ad hos oportet quod spiritualis potentia addatur, n — Hæc ille. — Item, tertio loco, arguit sic : α Homo non configuratur Trinitati nisi per imaginem et similitudinem. Sed prima configuratio e›t per naturam, et secunda per gratiam. Ergo character nullo modo configurat. › Ecce argumentum. Sequitur responsio ‹ Dicendum, inquit, quod configuratio ista attenditur ad Deum secundum participationem di-ᵛius potestatis, quæ non est neque per gratiam virtutum, neque per naturam. › — Hæc ille. — Ex quibus patet quale signum est character, et ad quid ponitur, et quomodo potius ponitur ul signum rememorativum sacramenti quam charitatis vel fidei rim· sacramento; et similiter, quomodo character ponitur propter ipsum suscipientem, et propter Deum, et propter proximum, aliter tamen el aliter.

Cum autem dicitur quod non debet poni in damnatis aut beatis, propter majorem confusionem, aut gloriam (t); ——dicitur quod hoc falsum est. Primo quidem de beatis : quia, sicut in via debet poni signum spiritualis potestatis, non autem charitatis, ratione jam dicta; ita et in patria remanebit spiritualis |K)tcstalis signum acquisitum in via, non autem signum charitatis acquisitum in via, sed alia signa ibidem erunt, scilicet excellentior gloria essentialis. Et proportionali1er dicendum de damnatis : quia inajoi damnatio erit signum casus a majori chantate, et ita erit ibi signum novum, non in via impressum; secus eat de signo sacramenti. De predicts ǎ netus Thomas, presonti distinctione, q. 1, art. 3, qu 4, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Per characterem homo consignatur ad hoc (o) quod sit de cretu fidelium, et particeps hierarchicarum actionum. Eccle^iasticæ autem hienirchnn succedit cœlesiis. El ideo ad communionem fidelium in Ecclesia triumphanti, el ad participationem cœleslis hiérarchie! actionum, character in patria perficiet; el sic ent ad alios actus, sicut virtutesel dona, in damnatis etiam manet. Sed hoc per occidens est, et prêter intentionem imprimentis characterem, quod recipiens damnetur. Et ito non est ibi ordinatus nd aliquem finem. Tamen Deus, qui nihil inordinatum relinquit, elicit ex hoc aliquod bonum, scilicet quod apparet justior eorum damnatio qui tantum munus neglexerunt. » — Hæc ille. — Item, 3 p., q. 63, art. 5, in solutione tertii, sic dicit : α Quamvis post hanc vitem non remaneat exterior cultus, remanet tamen finis illius cultus. Et ideo post hanc vitam remanet character, et in beatis, ad gloriam, et in malis, ad eorum ignominiam; sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam, el in his qui vicerunt, ad gloriam, el in his qui sunt victi, ad poenam, n — Haec ille.— Ex quibus apparet soliditas prædictorum.

Ad illud autem quod arguens addit, de sacerdote, etc.;— dicitur quod non est inconveniens quod sacerdos beatus habeat aliquod gaudium accidentale. et excellentiam accidentalem beatitudini, supra omnes beatos non sacerdotes, nec haixmtes aliquid supereminentor continens characterem sacerdotalem (quod dico propter beatam Virginem, quæ, licet non habeat talem characterem, habet tamen aliquid eminentius potestate sacerdotali, episcopali, pajiali, ut pulcherrime declarat Dominus Albertus in (e) *Mariait,* loquensde gratiis sacramentalibus) ; sicut etiam predicalor, virgo, martyr habent aureolas quas celeri non habent, licet majoris meriti, ut habet declarari, 49. distinet, hujus.

Quod ulterius addit de Christo, — nihil valet penitus. Quia, licet Christus non habeat characterem, habet tamen aliquid supereminentor continens characterem, ut alias (G) dictum est. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 63, ari 5, sic dicit : « Character sacerdotalis est quædam participatio sacerdotii Christi in fidelibus ejus, ut scilicet, sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles ejus ei configurentur (γ) in hoc quod participant aliquam spiritualem (o) potestolern respectu sacramentorum el eorum quæ pertinent ad divinum cultum. Et, propter lux:, Christo non competii habere characterem; sed potestas sacerdotii ejus comparatur ad characterem sacerdotum, sicut illud quod est plenum el perfectum, ad aliquam sui participationem, etc. n — Hæc ille. — Item, distinctione present!, q. 1, art. 3, qu 5, sic dicit : ‹i Christus nullum characterem habuit : quin ipse habuit potestatem plenitudinis in sacramentis, quasi ea instituens, el eis efficaciam prebens. Unde, sicut poterat inducere effectum sacramenti in aliquo sine sacramento exteriori, ita, ex parte ipsius, ad hoc non requirebatur aliquod sacramentale interius. »

ǐ /WeUs. — *fidet* Pr.
(<) *qui — ǧu* Pr.
(γ) au/ j/furuin». — gloriam *aut confirma·* Pr.
(<) ad Aac. — Om. Pr

(x) in. — Om. Pr.
(6) Or. diet. t. q. 1. art. 3, $ 3. 111. ad
(γ) con/lgurenCVr. — *configurantur* Pr.
(δ) «pirifualem. — *tpeexalem* Pr.

Item, in solutione primi, sic dicit : « Christus fuit sacerdos, quasi sacerdotium instituens; et ejus non est habere characterem, sed illius qui sacramentum aliunde suscipit, ut per characterem principali sacerdoti configuretur. ȉ Item, in solutione secundi, sic dicit : α Aliquid est perfectionis in nobis, quod non esset in Christo; sicut gratia adoptionis. Et similiter est de charactere, quia poneret in eo «piri· lualerq (i) potestatem coarctatam, et ab alio derivatam. » — Hæc ille. — Ex quibus melius inlelligunlur pnedicta. Item, 3 p,, q. 22, ari. 1, in solutione primi, sic dicit : « Potestas hierarchies convenit quidem angelis, inquantum et ipsi sunt medii inter Deum el hominem, ul patet per Dionysium, in lib. Ctrl. *Hierarch,* (cap. 9); ila quod ipse sacerdos, inquantum est medius inter Deum et populum, angeli nomen habet, secundum illud Malach. 2 (v. 7) : *Angelus Domini exercituum est.* Christus autem major angelis fuit, non solum secundum divinitatem, sed etiam secundum humanitatem, inquantum habuit plenitudinem gratia! et gloriæ. Unde etiam excellentiori modo hlernrchicam seu potestatem sacerdotalem pne angelis habuit; ila etiam quod ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotii ejus, secundum illud Matth. 4 (v. **II**): Accesserunt *Angeli, et ministrabant ei,* etc. d

Ad illud vero quod objicitur de beata Maria, et Patribus veteris Testamenti, patet solutio por praedicta. Tum quia nullum inconveniens est dicere quod ipsa non habet omnia gaudia accidentalia beatitudini, nec omnes characteres, sicut etiam in via non habuit usum omnium gratiarum gratis datarum, ut ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 27, ari. 5, in solutione tertii, ubi sic dicit : « Non est dubitandum quin beata Virgo acceperit excellenter donum sapienliæ, el gratiam virtutum, et etiam gratiam propheliæ, sicut habuit Christus. Non tamen accepit ut haberet usus harum et similium gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum quod conveniebat conditioni illius. Habuit enim usum sapientiæ in contemplando, secundum illud Lucie S(v.49): *Maria autem conservabat omnia verba hæc, €0H ferens in corde suo;* non autem usum sapientiae quantum ad docendum, eo quod hoc non conveniebat sexui mulierum, secundum illud I. Timolh. 2 (v. 12) : *Docere autem mulieri non permitto.* Miraculorum autem usus sibi non competebat, dum viveret : quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis; et ideo soli Christo, et discipulis ejus, qui erant bajuli doctrinæ Christi, conveniebat miracula facere. Propter quod etiam de Joanno Baptista dicitur, Joan. 10 (v. 41), quod *signum nullum fecit,* ut scilicet omnes in Christo intenderent. Usum autem ƀrophetia habuit, ut patet in cantico quod fecit (Luc. 1, v. 46, etc.) : *Magnificat anima mea Đominum.* — Hæc ille.— Ex quibus patet quod sicut non habuit usum omnium gratiarum in via, nec omnes characteres, nec in gloria oportet quod habeat omnes excellentias accidentales, potissime illas quæ suo sexui non competunt. Tum secundo, quia, ut dictum est, secundum Albertum, ipsa habuit aliquid excellentius illis characteribus in via, et consequenter excellentiora gaudia in patria.

Ad quartum principale, negatur antecedens : quia donum propheliæ est donum Dei, et tamen datur alicui aclualiter peccanti mortaliter; sicut patet de Balaam, cui aclualiter peccanti peccato avaritia», infidelitatis, et idolatriæ, et odii populi Dei, el aliis multis peccatis, data fuit prophetia, sicut habetur, *Numeror.* 23 el 24. El potissime non est inconveniens, dona Dei quæ subjective pertinent ad intellectum, dari aclualiter peccanti : quia peccatum mortale directe contradicit gratis, quæ est in essentia animæ,el chnritati,quæesl in affectu subjective; non autem omnia peccata contradantur fidei, aut characteri, aut propheliæ, quæ sunt in intellectu. De hoc in suo simili sanctus Thomas, ƀ 2e, q. 172, art. 4, sic dicit : ‹ Prophetia potest esse sine charitale. Quod apprêt ex duobus. Primo quidem, ex actu utriusque : nam prophetia pertinet ad intellectum, cujus actus præcedit actum voluntatis, quam perficit charitas; unde el Apostolus, 1. *Corinth.* 13 (v. 2), prophetiam connumerat aliis ad intellectum pertinentibus, quæ possunt halæri sine charilale. Secundo, ex fine utriusque, etc. n — H.TC ille. — Sic, in proposito, dico de charactere, quem ponimus subjective in intellectu, quod potest esse sine charilale, immo in aclualiter peccante mortaliter. De hoc sanctus Thomas, in praesenti distinctione, q. 3 , ari. 2. in solutione prima» quæstiunciilæ, sic dicit ‹ Duplex est eflectus Iwplismi. Primus, qui est res el sacramentum, scilicet character. Et quia character non imprimitur ad praeparandum hominis voluntatem ul aliquid bene fiat, cum non sit habitus, sed potentia, ut dictum est (ibid., q. 1, art. t, ad lurn, et art. 3, in corp, art.); ideo hunc effectum baptismi indispoeitiO voluntatis non impedit, dummodo adsit aliqualis voluntas suscipiendi sacramentum. Alius affectus est, qui est res el non sacramentum, scilicet gratin, et ea quæ ad ipsam consequuntur, per quæ voluntas hominis præparatur ut liene velit et bene operetur. El ideo ad hunc effectum percipiendum non sufficit quælibel voluntas sacramentum percipiendi; sed requiritur talis voluntas, a qua removeatur omnis indiSpositio contraria gratiæ, quia contraria non se compatiuntur. Unde, remanente contraria dispositione, baplismus ultimum effectum suum habere non potest. » — Hæc ille.

Cum autem dicit aifuens, quod opera Dei perfectasunl, et qucmcumque curat, perfecte curat, etc.,

(a) *spiritualem.* — *specialem* Pr.

— patet quid dicendum, ex prodictis. Turn quia non omne opus Dei est perfectum perfectione grati» gratum facientis, nec semper in esse nature, licet aliqualiter sit perfectum. Tum quia character non curat, nec directe datur ad bene vel male agendum. Et ideo fictus recipiens characterem, non curatur a Deo secundum totum, nec secundum dimidium, nec recipit dimidiam veniam, immo nullam. I nde argumentum non valet. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 68, art. 4, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Non est, inquit, per impressionem characteris baptismaIis aliquis dispositus ad gratiam, quamdiu apparet in eo voluntas peccandi; quia Deus neminem ad virtutem compellit, ut dicit Damascenus (do *Fide Orth.,* lib. 2, cap. 30). › — Hæc ille.

Ad quintum principale dicitur, ad primam divisionem ibi fartam, quod character est donum Dei, et non est gratia gratum faciens, sed est dispositio habitualis a‹l illam : non tamen totalis dispositio in adulto, qui potest accedere fictus ad baptismum; est tamen sufficiens dispositio in parvulo, in quo non potest habere locum fictio. — Dicitur secundo, pro alia divisione, quod character est donum Dei ; et est utile, quantum est de se, ipsi habenti, quia disponit cum ad receptionem graliæ, et per eum adseribitur cœlui fidelium, el efficitur particeps hierarchiearum actionum. Quod autem habenti characterem non delur gratia, accidit characteri, ex defectu suscipientis, ponentis obstaculum ; quo remoto, character habet suum effectum. Insuper, 'alis character utilis est aliis, potissime character ordinis, cum sil potestas ministrandi populo sacramenta. Character etiam ‡plismalib utilis est populo, ad hoc quod sciat quem debet admittere vel repellere a perceptione divinorum, et quia auget populum Dei numero semper in actu, el merito in potentia proxima. De prodictis sanctus Thomas, 3 p., q. 69, ari. 10, sic dicit : ‹ Baptismus est quatiam spiritualis regeneratio. Cum autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sil aliquid impediens, quo remoto, forma rei generate perficit suum effectum; sicut simul cum corpus grave generatur, movetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto, statirn incipit moveri deorsum. El similiter, quando aliquis baptizatur, accipit characterem quasi formam, elconsequitur proprium effectum, qui esi gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque pr fictionem. Unde oportet quod, ea remota pr pœnitentiam, baptismus stati in consequatur suum effectum. » — Hæc ille. — Item, in solutione secundi, sic dicit : n Fictio non removetur pr baptismum, sed pr poenitentiam ; qua remota, baptismus aufert omnem culpam, et reatum omnium peccatorum praecedentium, et etiam timui exsistentium cum baptismo. Unde Augustinus *(de Baptismo, contra Donatistas,* lib. 1, cap. 12) dicit : *Solvitur hesternus dies, el quid· quid superest solvitur, ct ipsa hora momentunique, etc.* El sic ad effectum baptismi consequendum concurrit baptismus et poenitentia; sed baptismus sicut causa pr se agens, pœnilentia vero sicut causa pr accidens, id est, removens prohibens. › — Hæc ille. — Et attende quod baptismus, quoad illud quod est sacramentum tantum et non res, non est regeneratio formaliter, sed effective; quantum vero ad id quod est res tantum, scilicet gratia, vel res el sacramentum, scilicet character, est regeneratio formaliter el pr essentiam.

Ad sextum dicitur quod character non ideo dicitur indelebilis quia Deus illum el subjectum ejus non posset delere conjunclim et separatim., de sua omnipotentia absoluta; sed ideo quia, de potentia Dei ordinata, non potest deleri, quia sic habet ordo divinæ sapientiæ, quod non deleatur. Cujus rationem assignat sanctus Thomas, prasenti distinctione, q. I, ari. 3, in solutione quarta quæstiunculæ, dicens : ‹ Impressio characteris est per quamdam animæ rationalis sanctificationem, prout sanctificatio est deputalio alicujus ad aliquod sacrum. Ad hanc autem sanctificationem non magis active operatur anima sanctificanda, quam aqua sanctificanda, vel oleum, vel chrisma, ad sui sanctificationem; nisi quod homo se subjicit huic sanctificationi per consensum, res autem predicts» sine consensu subjiciuntur, quia libero arbitrio carent. Et ideo, qualitercumque anima varietur per proprias operationes, nunquam characterem amittit; sicut nec chrisma, vel oleum, aut panis consecratus, nunquam sanctificationem perdunt, qualitercumque transmutentur, dum tamen non corrumpantur, b — Hæc ille. — Item, in solutione primi, sic dicit : «Causa indelebilitatis characteris est et ex parte subjecti, quod est incorruptibile, et ex parle causæ, quæ invariabilis est. Gratia autem habet aliquo modo causam, non efficientem, sed disponentem, ex parte subjecti : quia, secundum Augustinum *(de Verbis Apost.,* serin. 15, cap. 11), *qui creavit te sine le, non justificabit te sine te.* Et ideo per indispositiorem subjecti gratia amittitur. › — Hæc ille. —Item, 3 p., q. 63, art. 5, sic dicit : u Character sacerdotalis est quædam participatio sacerdotii Christi in ejus fidelibus : ut scilicet, sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotii potestatem, ita fideles ei configurentur (z) in hoc quod participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacramentorum el eorum quæ ad cultum Dei perlinent. El propter hoc etiam Christo non competit habere characterem; sed potestas sacerdotii ejus comparatur ad characterem sacramentorum, sicut illud quod est plenum ct perfectum, ad aliquam sui participationem. Sacerdotium autem Christi est ælemum, secundum illud Psalmi (109, v. 4) : *Tu es*

(>) configurentur. — configurantur Pr.

sacerdos in wtcrnum, etc. El indo est quod omnis sanctificatio quæ fit per sacerdotium ejus, <M perpetua, re consecrata manente. Quod patet etiam in rebus inanimalis : nam ecdesiæ vel altaris semper manet consecratio, nisi destruantur. Cum ciyo anima sil subjectum characteris secundum intellectivam partem, in qua est fides, manifestum est quod sicut intellectus est perpetuus et incorruptibilis, ita character indelebilitcr manet in anima, ». — Hæc ille.

Ad confirmationem, dicitur quod similitudo non valet ; quia nec materia nec forma sacramenti est incorruptibilis, sicut anima; nec virtus datur sacramentis ad hoc ad quod character ânima ut ex procedentibus satis patet; el ideo virtus sacramentorum transit, character manet.

Ad septimum dicitur quod, secundum ultima dicta beati Thomæ (α), circumcisio nullo modo directive causabat gratiam, sed solum erat causa nine *qua non.* Secus de sacramentis novæ legis. Et ideo non oportebat quod aliquam dispositionem actualem aut habitualem imprimeret anima», sed solum corpori. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 70, ari. 4, ut sæpe recitatum fuit (6), sic dicit : « Apostolus dicit, *Romanor* 4(v. II), quod *Abraham accepit signum circumcisionis, signaculum justitia fidei,* quia scilicet justitia ex fide erat significata. non ex circumcisione significante. El quia baptismus operatur in virtute passionis(γ) Christi, ideo baptismus imprimit characterem incorporantem hominem Christo, el copiosiorem gratiam confert quam circumcisio, etc. » De hoc plura dicta sunt, dist. t. Eamdem sententiam expressius ponit, 3 p., q. 63, art. 1, in solutione tertii, ubi dicit « Sacramenta veteris legis non habebant in se spiritualem virtutem ad operandum aliquem spiritualem effectum. Et ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character; sed sufficiebat ibi corporalis circumcisio, quam Apogtolus *signaculum* nominat, *Romanor.* 4(v. 11). » —Hæc ille.

Ad argumentum in oppositum quaestionis, respondet sanctus Thomas, présent! distinctione, q. 1, art. I, in solutione primi, dicens : « Character, inquit, non est habitus, nec passio, sed potentia quædam consequens animam, secundum quod est in vita spirituali regenerata; el ideo non oportet quod omnibus insit, vel quod a natura insit ». — Hæc ille.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

(q) In Nυηιηια *tentngica,* q. 70, ari. 4, ubi emendat quæ dixerat, 4. *Sentent ,* dist. t, q. 2. ait. i, q|· 3.

(6) Cfr. pnesertini. (list. t, q. 2, conci. 2.

(γ) poifionit. — ponti Pr.VI.

DISTINCTIO V. ET VI.

QUÆSTIO I.

UIRÜM PARVULI INFIDELIUM SINT INVITIS PARENTIBUS BAPTIZANDI

incA quintam el sextam distinctiones 4. *Sententiarum,* quæritur : Utrum parvuli infidelium sint invitis parentibus baptizandi.

El arguitur quod sic. Nam magis debet homini subveniri contra periculum mortis ælemæ, quam contra periculum mortis temporalis. Sed puero in periculo mortis temporalis exsistenti, est subveniendum, etiamsi parentes per malitiam contran iterentur. Ergo multo magis e>t subveniendum pueris infidelium contra periculum mortis ælemæ, etiam invitis parantibus.

In oppositum arguitur. Quia in *Decretis,* dist. 45 (can. 5), ex Concilio Toletano, sic dicitur : *De Judicis prxeepit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volente ut integra sit forma justitiae.*

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

AHTICÜLUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod pueri infidelium filii, nondum habentes usum rationis, non sunt baptizandi. Invitis parentibus.

Hanc conclusions™ ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 68. art. 10. ubi sic dicit : « Pueri infidelium lilii, aut habent usum rationis, aut non habent. Si habent, jam, quantum ad ea qua» sunt juris divini vel naturalis, incipiunt suro potestatis esse; et ideo, propria voluntate, invitis parentibus, possunt baptismum Miscipere. sicut et matrimonium contrahere. Et ideo tales licite possunt moneri et induci ad liaptismum suscipiendum. Si vero nondum habent usum liberi arbitrii, secundum jus naturale sunt sub cura parentum, quamdiu sibi ipsis providere non possunt. I nde etiam de pueris antiquorum dicitur quod salvabanlur in fide parentum. El ideo contra justitiam

naturalem esset, si tales pueri invitis parentibus baptizarentur; sicut etiam si aliquis habens usum rationis baptizaretur invitus. Ffeet etiam periculosum taliter filias infidelium baptizare : quia de Acili ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes. Et ideo non habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quod filii infidelium invitis parentibus baptizentur· p — Hæc ille.

Eamdem conclusionem ponit, ⅔ 2W, q. 10, art. 12, ubi sic dicil ‹ Maximam, inquit, auctoritatem habet Ecclesiæ consuetudo, qua» semper est in omnibus annutanda; quia el ipsa doctrina catholicorum doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet. Unde magis standum est auctoritati Ecclesia» quam auctoritati Augustini, vel Hieronymi, vel cujuscumque doctoris. Hoc autem usus Ecclesia? nunquam habuit, quoi Judæorum filii invitis parentibus baptizarentur, quamvis fuerint retroactis temporibus multi catholici et potentissimi principes, ut Constantinus, el Theodosius, et alii plures, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ut Sylvester Constantino, et Ambrosius Theodosio, qui nullo modo prælei misissent hoc ab eis impetrare, si hoc esset consonum rationi. El ideo periculosum videtur hanc assertionem do novo inducere, ut, præter consuetudinem hactenus in Ecclesia observatam, Judæorum lilii invitis parentibus baptizentur. Et hujus ratio duplex est Una quidem, propter periculum fidei. Si enim pueri nondum usum rationis habentes, baptismum susciperent, postmodum, cum ad perfectam ætatem venirent, de facili possent a parentibus induci ut relinquerentur quod ignorantes susceperunt; quod vergeret in fidei detrimentum. Alia vero ratio est, quia repugnat juslitiæ naturali. Filius enim naturaliter est aliquid |»tris. Et primo quidem a parentibus non distinguitur secundum corpus, quamdiu in matris utero continetur Postmodum vero, postquam ab utero egreditur, antequam usum lilæri arbitru habeat, continetur sub cura parentum, sicut sub quadam spirituali utero. Quamdiu enim usum rationis non habet, puer non differt ab animali irrationali. Unde, sicut bos vel equus est alicuius, ut utatur oo cum voluerit, secundum jus civile, sicut proprio instrumento; ita de jure naturali est quod filius, antequam habitat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra justitiam naturalem e»et, si puer, antequam habeat usum rationis, a cura parentum subtrahatur, vel do eo aliquid ordinetur invitis parentibus. Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, jam incipit esse suus, et potest, quantum ad ea quæ sunt juris divini vel naturali «ibhptti providere ; et tunc est inducendus ad fidem, non coactione (a), sed jiersuasione; et potest, etiam invitis parentibus, consentire fidei et baptizari, non aulam antequam habeat usum rationis. Unde d‹'

(1) coactum*. — occa»*ion** Pr.

pueris antiquorum patrum dicitur quod salvati sunt in fide parentum; per quod datui intelligi quod ad parentes pertinet providere filiis de salute sua, praecipuo antequam habeant usum rationis· » — Uiec ille.

Similia verba ponit, 2. *Quodlibcto*, ari. 7.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Nihil vergens in periculum fidei et densationem juris naturalis, induci debet in Ecclesia. Sed baptizare parvulos infidelium, invitis parentibus, est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod omnes parvuli bnpllzzitt æqunlein effectum per se suscipiunt In hnptlMiio, ex Ipso baptismo.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. G9, ari. 8, ubi sic dicil : « Duplex est effectus baptismi : unus per se; et alius per accidens. Per se quidem effectus baptismi est id ad quod baptismus est institutus, scilicet ad generandum homines in spiritualem vitam. Unde, quia omngs pueri æqualiler se hahent ad baptismum, quia non in fide propria, sed in fido Ecclesiæ baptizantur, omnes æqiialcm effectum percipiunt in luptismo. Adulti vero, qui per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiler se habent ad baptismum : nam quidam cum majori, quidam cum minori devotione ad baptismum accedunt. Et ideo quidam plus, quidam minus, de gratia novitatis accipiunt : sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat; licet ignis, quantum est de se, æqualiler ad omnes suum calorem effundat. Effectus autem baptismi per accidens, est ad quem baptismus non est ordinatus, sed divina virtus hoc in baptismo miraculose operatur; sicut super illud *Romanor.* 6 (v. 6), *Ut Ultra non serviamus peccato,* dicit Glossa : *Non hoc pnvstatur* in *baptismo, nisi forte miraculo ineffabili Creatoris, ut lex peccati quæ est in membris, prorsus exstinguatur.* Et talis effectus non æqualiler suscipitur ab omnibus baptizatis, etiam si eum æquali devotione accedunt; sed dispensatur hujusmodi effectus secundum divinæ providentiæ ordinem. » — H i ‹ ille.

Item, quarta distinctione *Quarti,* q. 2, ari. 3, in solutione tertia» quæstiunculæ, sic dicit : α In pueris baptizatis nihil ex parte eorum requiritur; sed habent, quasi pro dispo>ilione ad salutem, fidem Ecclesiæ, et, pro effectivo salutis, virlutinn passionis Christi, <|uæ operatur in ɨmptismo Et hæc duo æqualiter ad omnes pueros se habent. Et ideo non differunt quantum ad offectum baptismi suscipiendum, sed omnes æqualcm gratiam suscipiunt, d — I H.«t ilU.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Passa æqualiter disposita, vel indisposita, l ad idem activum æqualiler se habentia, æqualem

percipiunt effectum ab eodem activo. Sed parvuli suscipientes baptismum, æqualiter sunt dispositi, vel indispositi, ad recipiendum offectum per se baptismi; et æqualiter se habent ad passionem Christi operantem in sacramentis. Igitur, etc.

Tertia conclusio est quod rcelpicna scienter baptismum n inalls minlstrln, ab Ecclesia Del prmclsls per lirerosirn vel schisma vel excommunicationem, extra casum neceMdlnlls, peccat.

Hanc ponit sanctus Thomas, quinta distinctione Quarti, q. 2, ari. 2, q|· 5, ubi sic dicit : « Malus minister, aut est ab Ecclesia pnecisus, aut non. Si sit pnecisus ab Ecclesia, tunc peccat ab eo accipiens sacramentum, nisi necessitate, in qua posset a pagano vel judreo etiam suscipere. Si autem non sil pnecisus ab Ecclesia Dei, non peccat ab eo accipiens sacramentum, nisi per accidens, scilicet si ejus peccato consentiret. » — Ilæc ille.

Item, 3 p., q. 6i, art. 9, in solutione secundi, sic dicil : a llæreticorum quidam in collatione sacramentorum formam Ecclesiæ non servant; et tales neque sacramentum conferunt, neque rem sacramenti. Quidam vero servant formam Ecclesia·; et tales conferunt quidem sacramentum, soil non conferunt rem sacramenti. El hoc dico, si sunt manifeste pnecisi ab Ecclesia : quia ex hoc ipso quod aliquis accipit ab eis sacramenta, peccat; et per hoc impeditur ne eilecluin sacramenti consequatur. Unde Augustinus dicit, in libro de *Fide ad Petrum* (cap. 36): ***Firmissime tene,*** *et* ***nullatenus dubites, extra Ecclesiam baptizatis, si ad Ecclesiam non redierint, baptismo*** *cumulari* ***perniciem,*** Et per hunc modum dicit Leo Papa, ***in sede*** *Alexandrina* ***sacramentorum lumen(9.)esscexstinctum,*** scilicet quantum ad rem sacramenti, non autem quantum ad ipsum sacramentum. Cyprianus autem nec sacramentum conferre hæreticos credebat; sed in hoc ejus sententia non tenetur. Unde AuguMinus(lib. ***de unico Baptismo,*** cap. 13) dicil *Martyrem* ***Cyprianum, qui apud lucrelicos vel schismaticos datum*** (6) ***baptismum nolebat cognoscere, tanta merita usque ad triumphum martyrii secula sunt,*** *ut* ***eharitatis qua excellebat luce obumbratio illa fugaretur, etsi quid purgandum erat, passionis falce tolleretur,*** n — Hav ille.

Item, in solutione tertii, sic dicit : α Potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spiritualem characterem, qui est indelebilis. Et ideo per hoc quod aliquis ah Ecclesia suspenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, non amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam utendi hac potestate. Et ideo sacramentum quidem confert, sed tamen pectat conferendo. Et similiter ille qui ab eo arripit sacramentum. Et sic etiam non percipit rem sacramenti, nisi forte per ignorantiam excusetur. » — H«c ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quicumque scienter, extra casum necessitatis, participat in divinis et in peccato cum excommunicatis vel praxisis ab Ecclesia, peccat. Sed recipiens scienter baptismum, extra casum necessitatis, n pradictis, est hujusmodi. Igitur, etc.

Quarta conclusio est quod mallis minister baptizans ¥m sollemnitate, quasi minister Ecclesiæ, peccat mortaliter: non autem s| in rasu ¥iece sihilis, sim· solemnitnte, et non ut minister, baptizet.

Hanc ponit sanctus Thomas, quinta distinctione hujus *quarti,* q. 2, ari. 2, q|· 4, ubi sic dicit : ‹ Quicumque in peccato mortali exsistens exhiliet se ministrum Ecclesiæ in quocumque spirituali, peccat, secundum quorumdam opinionem salis probabilem, quæ per auctoritatem Dionysii confirmatur. Et ideo sacerdos baptizans cum solemnitate, quasi ministrum Ecclesiæ se exhibens, peccat mortaliter. Si autem simpliciter baptizet in articulo necessitatis, non quasi minister Ecclesiæ, sed sicut vetula baptizare posset, non peccat. › — Hæc ille.

Item, 3 p., q. 64, art. 6, sic dicit : ‹ Aliquis in agendo peccat, dum hoc quod operatur, non secundum quod oportet operatur, ut palet per Philosophum in 2. *Ethicorum* (cap. 3). Est autem conveniens ut sacramentorum ministri sint jusli; quia ministri debent conformari ei cujus sunt ministri, secundum illud *Levilici* 19 (v. 2), *Sancti critis, quoniam et ego sanctus sum,* et *Ecclesiastici* 10 (v. 2). *Secundum judicem populi, sic et ministri ejus.* El ideo non est dubium quin mali, exhibentes se ministros Dei el Ecclesiæ in dispensatione sacramentorum, peccent. El quia hoc peccatum pertinet ad irreverentiam Dei, et contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte hominis peccatoris, licet -ancta secundum $?ipsa incontaminabilia sint, consequens est quod tale peccatum ex genere suo ost mortale. » — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : α Ille qui est in peccato mortali, non est perplexus simpliciter, si ex officio incumbat oi sacramenta dispensais; quia |K)tesl pœnilerc de peccato, el licite mini· slraro. Non est autem inconveniens quod sit perplexus, supposito quodam, scilicet quod velit remanere in i^ccato. In articulo tamen necessitatis non |>cccan?t baptizando, in casu in quo laicus etiam |mjssoI dispensare : sic enim palet quod non exhibet se ministrum Ecclesiæ, sed subvenit necessitatem patienti. Secus autem est in aliis sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, a — Hæc ille.

( ) *lumen.* — *baptismum* Pr.
f,) *datum.* — *datur* Pr.

Ex quibus potest formari duplex ratio, secundum duplicem partem conclusionis. Quod enim malus minister baptizans cum solemnitate peccet, arguitur : Quia quicumque exsistens in peccato mortali exhibet se ministrum Dei et Ecclesiæ, peccat mortaliter. Sed minister malus malitia peccati mortalis, baptizanscum solemnitate,est hujusmodi. Igitur, etc. — Pro secunda parte, scilicet quod talis in casu necessitatis baptizans sine solemnitate, nec ut minister, non peccet, arguitur: Quia opus misericordiæ licitum laico, licitum est malo ministro. Sed baptizare in casu necessitatis sine solemnitate, est opus misericordiæ licitum laico. Igitur, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS H.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ I. — Contra primam conclusionem

I. Argumenta Scoti.— Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam .arguit Scotus (dist. i, q. 9), probandoquod parvuli Judæorurn et aliorum infidelium sint invitis parentibus laptizandi; pnesertim quod princeps hoc possit facere, cui in regimine rei public» tales sunt subditi·

Primo. Quia in parvulo dominus habet majus jus dominii quam parentes. Universaliter enim, in plestatibus ordinatis, potestas inferior non obligat in his quæ sunt contra superiorem, sicut docet Augustinus, *de Verbis Domini,* liomil. G(z). et ponitur in ultimo capitulo 2. *Sentent.* (dist. 4$) : .$i illud *jubet potestas quod non debes facere, hic sane contemne potestatem. timendo vel sequendo potestatem (Cjmajorcm.* Et declarat in exemplo de curatore el consule, de consule (γ) et (imperatore, et de imperatore el Deo. Igitur ille qui habet regere rem publicam, magis debet cogere unumquemque subdi domino superiori, quam inferiori; imino superiori, contempto inferiori, quando inferior in tali dominio resistit superiori (6). Sicul ergo(·) Imperator delæret sententinrc aliquem obedire debere (ζ) proconsuli, contemplo pneceplo curatoris el inferioris, si contradiceret proconsuli; ita etiam, si essent sub eodem diversa ordinata, scilicet si aliquis esset servus Titii, et Titius Petri, magis deberet Imperator cogere servum servire Petro, qui est superior Titio, quam Titio, si Titius vellet uti servo contra dominium Petri. Ergo maxime debet zelare princeps pro servando dominio supremi domini, scilicet Dei;el, per consequens, non solum licet, sed debet princeps auferre parvulos a dominio parentum volentium eos educare contra cultum Dei, qui est supremus el honestissimus dominus, et debet eos applicare cultui divino. Dico ergo breviter, quod, si princeps hoc faceret cum bona cautela, scilicet ne parentes cognoscentes hoc futurum occiderent parvulos, et quod baptizatos facerent religiose educari, bene fieret. Immo, quod plus est, credo religiose fieri, si parentes ipsi cogerentur minis et terroribus ad suscipiendum baptismum, et ad servandum postea susceptum : quia, esto quod ipsi non essent vere fideles in animo, tamen minus malum est eis non posse impune legem suam illicitam observare, quam posse eam libere servare. Item, filii eorum, si liene educarentur, in tertia et quarta progenie essent vere fideles. Et si dicas quod, secundum prophetiam Isaiæ (cap. 10, v. 22), quam recitat Paulus, *Itomanor.* 9 (v. 27), *reliquiae Israel convertentur in finem,* el ideo Judæos non oportet cogi totaliter ad Imptismum suscipiendum, ct relinquendum legem suam, — non valet : quia non dubito quin vera sil prophetia Christi, quam recital Joan. 5 (v. 43), *Ego reni in nomine Patris mei, ct non recepistis me, Sed alius veniet in nomine suo, illum suscipietis;* ergo, ad minus, ex verbo Antichristi erunt pervertendi, quia adhærebunt illi pessimo Antichristo, de quo est sermo Christi prædictus. Et si dicas quod, visa destructione Antichrist!, illi qui sibi adhaeserant convertentur, — dico quod, pro tam paucis, et sic tarde convertendis (quod (a) modicus est fructus Ecclesiæ), el de quibus nulla est propagatio filiorum in lege Christiana, non oporteret lot Judæos in tol mundi partibus tantis temporibus sustinere in lege sua perstare; quia finalis fructus Ecclesiæ de eis erit modicus. Unde sufficeret aliquos paucos, in aliqua insula sequestratos, permitti legem suam servare; de quibus tandem illa prophetia Isaiæ compleretur.

Confirmatur quod dictum est de parentibus infidelibus cogendis per minas et terrores. Quia simile commendat Concilium Toletanum (IV, c. 56), de quibusdam Judæis, qui pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut facium est temporibus Siscbuli; in quo approbat eum, tanquam religiosum principem, quia cogebat infideles ad fidem. — Hæc Scotus, in forma.

IL Argumenta Durandi. — Contra eamdem conclusionem arguit Durandus (dist. 4, q. 6), ponendo 1res conclusiones. Prima est, quod parvuli

---

Serm. De verbi» Evang. Malth. 8 · Non tum *dicnui,* etc.

(4) timendo *iri tequtndA }K>teit<ilrm. — tenendo vel qurndn poletlale* Pr

(γ| dr ronivfe. — Om Pr.

<δ) · verbb *quam inferiori* ɖue a<J superiori, om. Pr

ζ *erqo.* — It Pr

(ζ) *vntrnharr aliquem obedire debere.* — alicui suadere <d<dire *debeo* Pr.

| U) Pr.

infidelium separatorum n dominio et conversatione fidelium, quemadmodum Sarraceni subjecti regi Granatæ sunt separati loco et dominio a fidelibus hispanis vicinis eorum, talium, inquam, infidelium filii non sunt eis auferendi, nec ipsis invitis baptizandi, nisi (a) in casu quo liceret fidelibus justum bellum contra eos movere, et bonact personas eorum tollere. Secunda conclusio est, quod, si infideles subsunt dominio fidelium, el cum eis in eadem terra conversantur, tanquarn liberi,sicut mercatores quandoque morantur in dominio et terra fidelium, ct econlra, tunc non licet eorum filios ipsis invitis rapere, nec baptismo offerre. Tertia conclusio est, quod, si infideles subsint principi fideli tanquarn servi, sicut sunt Judæi, tum- filii talium possunt ipsis invitis baptizari. El hanc conclusionem, qua? proprie est contra nostram conclusionem, probat.

Primo (6) sic: Quia, si non, hoc maxime sideretur propter rationem tactam in probatione conclusionis, quæ in virtute talis est : Quod, quamvis aliqui possint esse servi aliorum quoad opera civilia, in his tamen quæ eis competunt jure naturali vel divino, non sunt servi, sed liberi : potest enim senus comedere invito domino, el contrahere matrimonium, ut habetur, Extra, *De conjugio servorum*, cap. 1 (hæc enim competunt eis de jure naturali); et similiter potest invito domino credere in Deum, el hujusmodi, quæ pertinent ad jus divinum. Sed baptizari perlinet ad jus divinum. Ergo, cum cura parvulorum jure naturali et divino quantum ad hoc competat parentibus, manifestum est quod non possunt eis licite auferri ut baptizentur, licet possint eis auferri ut vendantur, sicul et cæteræ res, ad opera servilia (γ). Hæc autem ratio directe concludit quod Judæi et cæleri infideles adulti, qui sunt servi Christianorum, non possunt nec debent cogi quod baptizentur. El hoc fuit prius concessum. Sed de pueris eorum carentibus usu rationis, quod non possint licite eis auferri, eis invitis, et baptizari, non probat. Quia, si auferrentur eis et Imptizarenlur, non fieret praejudicium pueris, sed potius conferretur eis magnum beneficium; nec parentibus eorum, quia licite possunt eis auferri, et vendi in servitutem fidelibus vel infidelibus, prope vel longe, ut alii concedunt, quo facto, subtrahuntur totaliter a cura parentum, el subsunt in omnibus curae eorum quibus venditi sunt; propter quod, si ab cis offerantur Ixaptismo, nulli videtur fieri pnejudicium ; licet, praedictis pueris stantibus sub cura parentum, fieret parentibus (o) injuria, si eis invitis baptizarentur; nec esset decens nec securum quod pueri baplizali manerent sub cura infidelium. Sed quia, ut praedictum est, pueri servorum infidelium possunt per dominum licite suldrahi a cura parentum, vendendo eos, vel donando aliis, qui ex tunc curam eorum habent, non apparet quin liceat illis quibus sunt venditi, vel donati (e), offerre eos baptismo, sine praejudicio çujuscumque. Non sic autem licet pueros infidelium liberorum auferre a cura parentum, nec per consequens offerre eos baptismo.

Secundo sic ad idem : Re> el lw>na servorum sunt dominorum suorum, in quorum terris habitant, ut habetur, Extra, dr *Judtrit ct Sacracenu,* cap. *Etsi Judæos,* Ergo res» et bona Judæorum sunt principum Christianorum. Sed filii sunt quædam res parentum. Ergo filii Judæorum sunt in potestate principurn, ut res eorum. Possunt ergo eis uti ut placet, offerendo eos ad baptismum.

Tertio Quia princeps Christianus,dominus Judæorum, potest filios eorum vendere in servitutem terrenam. Ergo, fortiori ratione, potest eo» offerre in servitutem divinam;quod fit per baptismum. Immo, videntur in hoc mereri, si hoc faciunt propter salutem parvulorum et honorem Dei, et non ut parentes cogantur nd credendum, quia illud non est licitum.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Scoti — Contra secundam conclusionem arguit Scotos (dist 4, q. 7), probando quod parvuli baplizati inaequaliter participianl gratiam in baptismo.

Primo (6). Quia Deus praedestinavit electos ad diversos gradus ǧloria et hoc ante determinationem hujus signi ad tantam vel tantam gratiam conferendam. Et quia ordinato ad majorem gloriam rationabiliter potest conferri major (γ) gratia, posset Deus, in determinando veritatem seu certitudinem hujus signi, disponere conferre alicui suscipienti praecise (o) illam gratiam quæ requiritur ad certitudinem hujus signi, et alicui majorem gratiam, quem praedestinavit ad majorem gloriam. Sed ille ultimus gradus non confertur virtute baptismi, sed de speciali benevolentia divina; el, propter hoc. dici potest qnocl ex parie causa? principiis, effectus æqualis communiter datur virtute baptismi, quin supponitur de lege communi quod prima gratia non datur major absque omni causi alia praeter causam principalem.

Secundo. Quia causi meritoria illius gratia? quæ confertur in baptismo, potest efficacius operari ad gratiam in uno quam in alio : vel quia specialius oblata pre uno, quantum ad intentionem offerentis,

( ) ou·. — nrr Pr.
( ) Primo. — Om. Pr.
(γ) *tenilia.* — *civdia* Pr.
(i) — prrjudiriimi *et* Pr
(s) *nueuim/He.* — Ad Pr.
(6) PriniO. — Om. Pr.
(γ) *et major.* — Ad. Pr.
{4) *xiucipienti pnecixr.* — Om. Pr.

quam pro alio; vel, quantum ad executionem, pro uno oblata in effectu, pro alio non, nisi in provisione divina. Primo modo Christus communiter ponitur nasse omnia quæ Deus novit scientia visionis; ct, per consequens, novit omnes electos, el ad quem gradum gloriæ fuerunt electi. Potuit ergo pro (j) praedestinato ad majorem gloriam plenius offerre passionem suam, et præcipue cum se offert pro genere humano, ut de eis impleretur divina praedestinatio. Secundo modo passio Christi multo efficacius ojjeralur pro nobis, qui sumus in lege cvangdica, quam pro patribus in lege Moysi; quia obsequium præstilum, ad majus bonum acceptatur quam beneficium prwvisum. Et isto secundo modo est inaequalitas in suscipientibus gratiam per circumcisionem, el baptismum, propter inaequalem applicationem causa» meritoria» ad eos; et forte etiam in baptizatis ante passionem, el post. Sed quod in primo modo, scilicet propter specialiorem oblationem (C) in voluntate Christi, sit inequalitas gratiæ in aliquibus baptizatis, est possibile.

Tertio. Quia, licet parvulum comparando ad parvulum, cum nullam habeant propriam motionem, nullam halæant inaequalitatem ad gratiam ex parte sui, potest tamen in (Mirentibus unius esse major motus pro suo parvulo, quam alterius pru suo, vel in aliquibus aliis ministrantibus, vel assistentibus baptismo, propter quorum merita Deus uni parvulo potest conferre majorem gratiam quam alteri. Sed hoc non est virtute baptismi, sed meriti. El hoc modo forte parentes beati Nicolai orationibus suis meruerunt sibi majorem gratiam, quæ erat in eo, etiam parvulo, velut (7) principium mirabilis effectus, quia duobus diebus in hebdomada, unica lactatione contentus erat tantum. Et, quoad hoc, magis optandum est puerum baptizari a bono sacerdote quam a (3) malo; quia orationes boni sacerdotis, quas mullas facit ante et post baptismum, magis valent ct exaudiuntur quam orationes mali. — Hæc Scotiis.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Scoti. - Contra tertiam conclusionem arguit Scotus(dist. 5, q. 2). probando quod a malo ministro pneciso ab Ecclesia Humana totaliter, in casu, licet recipere sacramentum baptismi.

Primo (c). Quia pneceptum superioris plus obligat quam praeceptum inferioris. Deus autem praecepit baptismum suscipi; Ecclesia autem prohibet communicaro cum tali ministro. Ergo magis olædiendum est divino præcepto quam Ecclesia», in casu isto quo non est invenire alium ad baptizandum meliorem.

Secundo. Quia plus tenetur excommunicatur vitare alium, quam alius vitare eum; quia illud pneceptum de vitando non imponitur alicui nisi propter ipsum, nec imponitur sibi (a) nisi propter se. Sed pr.ecisus, vel excominunicaltie, in casu feto, non tenetur vitare alium; innuo tenetur non vitare. Si enim talis praecisas sciret parvulum aliquem non baptizatum statim moriturum, tenetur necessario eum baptizare, et ita non vitare in actu (6) baptizandi. Hoc probatur : quin, si inveniret eum etpositum læriculo vilæ corporalis propter famem, tenetur necessario eum nutrire, ad salvandum vitam corporalem; magis autem (γ) tenetur diligere vitam ejus spiritualem quam corporalem; ergo, quando parvulus est expositus periculo vilæ spiritualis, tenetur ille sibi conferre remedium necessarium ad vitam spiritualem. Ergo mullo magis alius non tenetur eum vitare de communicando cum eo in tali casu vel actu.

Tertio. Quia Augustinus, *de Baptismo, contra Donalistas,* lib. 6, cito post principium (cap. .5), videtur dicere quod adulto licet recipere baptismum a præciso, si alius minister haberi non potest. Melius esi enim quod a tali recipiat, quam quoti de hac vita sine baptismo discedat.

Quarto. Quia, in casu qtio pater parvuli non posset haliere ministrum idoneum, el imminet periculum mortis, tenetur necessario offerre illum præciso : quia nimis esset durum dicere quod tenetur parvulum suum permittere damnari perpetua., cum posset habere aliquem qui eum baptizaret, secundum illud, *de Consecratione.* dist. 4, can. *Bornanus,* ubi, dicitur (0): *Romanus Pontifex non attendit hominem (pii baptizat, sed Deum, etsi paganus sit (pii baptizat;* el, ibid., can. *Baptisms : Non exhorreat columba ministerium malorum* (<). — Hæc Scotus.

§ 4. — Contra quartam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra quartam conclusionem arguit Durandus (dist. 5, q. 2),

Primo (ζ), probando quod in nullo casu potest malus minister baptizare, quin baptizet ut minister, el, per consequens, quin peccet. Quia illud quod non potest facere aliquis nisi minister, non potest

(3) a verbo nifi usque ad *tibi,* om. Pr.
(6) aciu. — caiu Pr.
(γ) autem. — · nim Pr.
(c) tn *fine,* — Ad Pr. Hæc verba qua· inveniuntur etiam in textu Scoti, ostendunt illum quamdam confusionem fedwe Inter can. *Komaniu* el alium, longiorem quidem, qui incipit sic, Si qui· per *Iffnorontiam,* el repentur, Cius. I, q. t. Can. 59. in cujut fine legitur: *Itunianus Pontifex,* etc.
(1) maiorum — nimonmi Pr.
(ζ) Primo. — Om. Pr.

(al pro. — Om. Pr
(C *oblalionfot» —obligationem* Pr.
iγ) reiul. — *t* Pr.
(4) α – Um. Pr
(t) Primo. — Uin. Pr.

facere nisi ut minister. Sed administrare quodBum-<|ite sacramentum non potest nisi minister tantum, ille scilicet qui ex ordinatione divina est minister; quia minister est de necessitate sacramenti, sicut materia el forma. Ergo nullus fiotest ministrare quodcumquo sacramentum nisi ut minister. El ideo quicumque baptizat, si est verus baptismus, oportet quod sil minister veri baptismi, ct baptizet ut minister; licet non baptizet cum solcmnitate instituta ab Ecclesia. Solemnitas enim non dat ei esse ministrum, sed esi signum ministerii sui.

Secundo arguit quod nullus casus necessitatis excuset eum. Quia casus evitabilis, non est casus necessitatis excusantis a peccato; quia non (x) tollit rationem voluntarii. Sed talis est casus noster : quia, si incumbat alicui baptizare puerum monentem, et est sibi conscius alicujus peccati mortalis, in potestate ejus est habere displicentiam de {teccalo illo, el tunc potest sino scrupulo puerum baptizare. Ergo bdis casus necessitatis non excusat baptizantem quin peccet. — Hæc ille.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. El quidem

Ad primum Scoti C0nIra primam conclusionem, dicitur quod, si major inlelligilur de illis el quoad illa quæ perlinent ad jus civile el humanum, vera est; sed minor in eodem sensu accepta, falsa est, quia baptizari et credere non pertinet ad jus humanum vel civile, sed ad naturale vel divinum, Si autem major inlellignlur do his quæ pertinent ad jus naturale vel divinum, falsa est; quia in talibus majus dominium el potestatem habent parentes in filium quam princeps. Nec valet probatio majoris negata.· in hoc sensu. Quia potestas principis in talibus non est major nec superior potestate parentum, sed minor, vel forte nulla, qunmdiu parvulus non habet usum rationis; nisi forte in casu de quo dicetur post. Hem, potestas principis non se extendit ad hoc quod cogat subditos obedire Deo de novo, scilicet illos qui nunquam fidem susceperunt, ad hoc quod eam suscipiant. Unde sanctus Thomas, 2· 2æ, q. 10, ari. 8, sic dicit : « Infidelium quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, sicut Gentiles et Judæi. Et tales nullo modo compellendi sunt ad fidem, ut ipsi credant; quia credere est voluntalis. Sunt tamen compellendi a fidelibus, si facultas adsit, ut fidem non impediant blasphemiis, vel rnalis persuasionibus, vel etiam apertis persecutio nibiis. Et, propter hoc, etiam fideles Christi frequenter contra infideles bellum movent : non quidem ul eos ad credendum cogant, sed, etiam si eos vicissent, et captivos haberent, in eorum libertate relinquerent, an credere vellent; sed propter hoc ut cos compellant ne fidem Christi impediant. Alii vero infideles sunt, qui quandoque fidem Christi susceperunt, et eam profitentur, sicut hærelici, vel alii quicumque apostatæ. Et tales sunt etiam compellendi, ul impicant quod promiserant el teneant quod semel susceperunt. › — Hæc ille. — Ad hoc etiam facit illud quod ipse dicit, i 2 q. 91, art. i, ubi sic dicit : ‹ De his potest homo legem ferre, de quibus potest judicare. Judicium autem hominis non potest esse de interioribus motibus, qui latent; sed solum de exterioribus, qui apparent, etc. ›

De hoc Petrus de Palude (dist 4, q. 4, art. 4). sic dicit : ‹ Videtur quod Ecclesia posset compellere Judæos el filios eorum ad baptismum sicut filias Christianorum. Quia patres eorum christiani fuerunt. et ad legem Moysi se obligaverunt, el per consequens ad fidem Christi, cum sit eadem fides modernorum el antiquorum, el eadem Ecclesia, quæ est una columba. Ergo, sicut hærelici ab Ecclesia Gentilium exeuntes, ad eam cogi possunt, et ipsis invitis forte filii gracorutn ad ritum nostrum licite attrahuntur; sic et Judæi, filii sanctorum patrum, maxime quia et ipsi ad legem Moysi se obligaverunt. Executio (a) autem jxjrtinel ad judicium Ecclesiæ legis veleris, sicut el legis novæ. Sicut ergo hærelicos legis novæ professores Ecclesia cogit ad ipsius observantiam secundum verum illius intellectum, quamvis non obligent se ad eam secundum verum intellectum, sed secundum suum, quia tamen obligando se ad eam obligant se ad verum intellectum; similiter Judæi, professores legis Moysi, quamvis non obligaverint se ad legem secundum verum intellectum, sed secundum suum, cogendi tamen sunt ad hoc ipsum, et liberi eorum, ut videtur. Videtur etiam quod omnis paganus posset cogi. Sicut enim omnis homo paganus potest puniri a principe catholico propter crimen (unde Sarracenus, si homicidium committeret Parisius. juste suspenderetur); ita. cum (6) infidelitas sit majus |>eecatum» cum Ipse teneatur ad suscipiendum legem Christi et fidem, non suscipiendo eam, peccat. Cum eigo|>eccatuin omissionis sit peccatum pama dignum, sicut peccatum commissionis, sicut posset ab Ecclesia puniri do blasphemia el contumelia Creatoris (sicut quotidie puniuntur Judæi. ut discant non blasphemare); sic possunt omnes infideles puniri,

(a) *non»* — Om. Pr.

(i) *Kjcecutio.* — Expoji/io Pr.
(C) ila, cwwi, — cum *eryo* Pr.

quia non recipiunt nec fidem, nec sacramenta Ecclesias, ut sic indirecta eam suscipiant. Et quia ritus Judaeorum est idolatria, hoc saltem, ut videtur, punire potest Ecclesia. — Sed, licet ita videatur rçsse secundum rationem, alitar tamen es! secundum divinam prohibitionem. A sanctis enim traditum habemus, quod non est voluntas Dei ut occidantur, Pstlrn. (58, v. 12) : *Nec ŏccida eos, nequando obliviscantur populi mei,* ut scilicet maneat memoria morin Christi. Item, secundum prophetias, pnedicationo Enoch et Eliæsunt convertendi; unde usque tunc vult Deus eos in sua circitate tolerari. Si autem ipsi, vel eorum filii, ipsis invitis, baptizentur, tunc nulli tempore Enoch et Eliæ invenirentur; nec, per consequens, prophetia? verificarentur. Similiter idem videtur de aliis infidelibus. Quia ah Apostolis traditum tabemus, ut ad fidem nemo invitus trahatur, vel cogatur : sicut paid per hoc quod beatus Jacobus dixit Hermogeni et Phileta; et A|)osfolus dicit (1. *Corinthior.* «5, v. 12) : *Quid ad no» de his qui foris sunt judicare?* Unde non homines armatos, fortes et potentes, sed infirma et contemptibilia elegit Deus, ut gladio oris, non materiali, homines convertat. Unde de aliis criminibus possunt juste infideles a fidelibus puniri, quia Deus non prohibuit, et naturalis ratio dictat; de crimine autem infidelitatis, non. Unde, sicut mulier, si ordinetur, non solum peccat, sed etiam nihil recipit, quia Deus ordinavit quod vir et non mulier ordinetur; sic Deus ordinavit quod adultus volens voluntate propria, et parvulus voluntate parentum baptizetur; unde aliter nihil agitur. Hem, sicut brutum non est capax baptismi, sic nec puer, sine voluntate parentum. Sed istud exemplum nihil vah t : quia ex quo homo est, susceptive baptismi est; sed, pnoter hoc, ad essentiam baptismi requiritur intentio sua, vel alterius; et ideo non est proprium exemplum. — Sed quod aliqui dicunt, quod decretum Ecclesia nihil juris habet in parvulis non laptizatorum, sed in parvulis baptizatorum, non videtur valere. Quia, eo ipso quod (a) aliquis committit crimen lueresis, cujus cognitio pertinet ad Ecclesiam, Ecclesia habet aliquid juris in eo, et Iit de foro Ecclesiæ. Cum ergo peccatum originale solo judicio Ecclesia? possit puigari, scilicet sacramento baptismi, quod est solius Ecclesia?, ergo, eo ipso quod habet originale, habet in ipso aliquid Ecclesia; immo, cum nihil possit solvi vel ligari nisi a superiore, nisi esset Ecclesia? subjectus, non |>o&M?t Ecclesia per aliquod sacramentum ei exhibitum ipsum solvere a culpa, nec a pœna. Sed ad hoc dicitur quod adultus n· subjicit Voluntate propria, parvulus autem se subjicere non potent; unde oportet quod parentes eum subdant, quibus natura eum «objicit, et ejus procuratores fecit. — Si dicatur quod istud crimen non contraxit in terra Ecclesia?, quia non est natus de ventre fideli, nec de patre fideli, — non videtur valere. Quia dictum est Petro (Matth. 16, v. 19) : *Quodcumquc solveris super terram,* etc. Undo totus mundus est ei pro navicula : ita enim habuit sedem in Antiochia, sicut in Horna; et ubicumque vult, potest esse sedes sua, etiam in Babylonia. Unde, cum habeat plenitudinem potestatis in omni terra, et in omni homine eam habet, etiamsi nec parentes nec ipsi se subjiciant; Deus enim subjecit sibi omnem hominem. Unde non facit hoc defectus juris, sed prohibitio superioris. Undo et de aliis criminibus punit infideles; sed de isto non, quia Deus prohibet, cui coacta servilia non placent Et sic Ecclesia jjolesl de his quæ foris sunt judicare, sicut potest arcere infideles a (a) communione fidelium, propter peccatum in moribus, non propter peccatum in fide, quod est in eorum ritu. — Et si arguatur contra ea quæ dicta sunt : quia magis est occurendum periculo mortis æternæ quam temporalis; sed parvulo exsistenti in periculo mortis temporalis subveniendum est contra voluntatem parentum, etiamsi ex malitia vellent oppositum; ergo mullo magis subveniendum est pueris infidelium contra periculum mortis æternæ, eliarn invitis parentibus; — respondetur, et bene, quod nulli subveniendum est contra ordinem juris civilis in periculo corporali. Unde, si quis a judice suo lito condemnetur ad mortem, non est per violentiam diripiendus. Et similiter, contra ordinem juris naturalis et divini, quo filius est sub cura parentum, non est eripiendus, ut liberetur a periculo mortis æternæ. Non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona. Hoc autem fieret, si filius infidelis parentibus auferretur, quorum cur® subesi, quantum est de jure naturali et divino ; quia, sicut non esset auferenda aqua propria alicui, eo invito, ad puerum baptizandum, si eam nollet dare gratis, nec pro pecunia, quia esset contra justitiam; sic nec puer auferendus est patri, propter Imptisinum. Nec obstat si (5) licet auferre panem propter extremam necessitatem proximi relevandam, vel aquam propter sitim (γ) : (plia aqua et panis sunt ad hoc ex natura sua, ut succurrant corpori; sed ad subveniendum animæ, non, nisi ex institutione positiva. Sicut, propter mortem, licet recipere eleemosynam ab excommunicato, non tamen ei loqui, vel ad mistam eum recipere, si aliter mortem intentet, Extra, *De his quæ vi metusve causa fiunt,* cap. Sacris : quia cibus est per se et de se remedium contra mortem, et similiter potus; non sic autem est de loquela vel missa Sicut non licuit Su-annæ adulterari propter mortem, vel ut mortem evaderet. Immo, si

l y <yt»rxL — P»

(») i verbo /ni *quæ* utqur ad *infideles a,* om. Pr
(6) *ululatji.* — *sioit* Pr.
(T) *peoptrf tiUtfl.* — *prsaertim* Pr.

medici dicerent, et verum esset, quod nisi infirmus fornicationem fecerit morietur, nullo modo fornicari liceret. Sed nec contrahere (a) liceret religioso, vel volo obligato, propter tale periculum. Sed, propter tale periculum, contrahere liceret non obligato ad continentiam. Sed de aqua videretur quod posset auferri propter puerum baptizandum : quia, etsi usus ejus per se non sit ad lavandum animam, est tamen ad lavandum corpus; et sicut corporis etiam lotione indiguit pro corporis salute, ita in regeneratione; unde, sicut, si vita pueri sine balneo non posset servari, propter hoc posset aqua auferri, ita videtur et hic. Sed non est simile : quia lotio corporis de natura sua est materia balnei; non sic autem est (6) causa regenerationis, nisi ex divina institutione.— Si vero contra dicta arguitur: quia quilibet homo est magis Dei, a quo habet animam, quam patris, a quo habet corpus; non igitur videtur injustum, si pueri infidelibus auferantur, et Deo per baptismum consecrentur; — respondetur, et liene, quod homo ordinatur in Deum per rationem, per quam potest Deum cognoscere; et ideo puer, antequam habeat usum rationis, ordinatur in Deum per rationem (γ) parentum, quorum cura naturaliter subjacet. Propter quod secundum eorum dispositionem sunt circa eum agenda divina. I nde, si puer parentes non habeat, vel non comparcant, quicumque vult, loco parentis ei sit; et sicut in nutriendo, ita in baptizando; et sufficit quod non appareat voluntas parentum contraria. Et si quidem pater et mater judici mortui essent, sicut paler aliquando moritur relicta uxore pregnante, quæ etiam moritur in partu, vel moriuntur ambo parentes antequam puer habeat usum rationis, tunc propinquiores de generatione sunt tutores legitimi loco parentum; unde non deberent nec possent baptizari ipsis invitis, sicut nec parentibus invitis. Sed si non apparerent nec parentes nec proximi loco parentum, succedit tunc quicumque vult ; et ideo quicumque vellet, posset eum baptismo tunc offerre; quia naturalis ratio dictat ut cui parens deficit, alius parens sit, sicut una avis alienos pullos nutrii, quando mater deficit. — Ex his omnibus colligitur quod, sicut parentes non possunt cogi ad ea quæ sunt pure fidei supra legem natura, et, si coacti non consentientes baptismum recipiant, nihil est actum, licet ad ea quæ sunt legis natura possint cogi; sic filii eorum, contra eorum voluntatem in his quæ sunt legis natura possunt coerceri, ut scilicet eis subjiciantur, sed in his quæ sunt pure juris divini, et quæ voluntatem veram requirunt, vel interpretativam, non debet fieri, nec factum valet. Sed quicutnque parentum consentiat, cujiiscumque ætatis parvulus sit, in favorem illius videretur baptizandus. Quia de patre expressum est, *De conversione infidelium,* cap, 2. De matre videtur contrarium de facto in Augustino. Sed, sicut, secundum leges, quando pater egit ad divortium, et est limor ne machinetur in prolem odio alterius, per matrem debet potius educari; sic hic debet rnalri dari. Unde, quia ille qui non vult converti, dat causam divortii, ideo apud conversum debet educari, sive sit pater, sive mater, sive major triennio, sive minor, Auth. Si *pater,* C., *Divortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant* (a)/quia pupillus non debet educari apud illas personas quæ ipsius pudicitia? possunt insidiari, fi, *Ubi pupillus educari vel morari debeat* (€), leg. penult., etc. › Hucusque sunt verba Petri de Palude. In quibus hic unum est dubium, scilicet utrum parvuli infidelium ipsis invitis baptizali recipiant verum baptisma, quoad primam vel ultimam rem sacramenti, scilicet characterem et gratiam. Sed, quidquid sit de hoc, ex dictis ejus apparet quod nec Imperator nec Papa debet filios infidelium ipsis invitis baptizare, quamdiu pueri ex jure divino vel naturali subsunt cura parentum. Et principiis ratio est : quia Deus prohibet ne infideles, aut eorum filii ante usum rationis, cogantur ad suscipiendum fidem vel baptismum. Sei specialis ratio est de parvulis : quia, hoc faciendo, fieret injuria parentibus, et contra jus naturale. Et iterum : quia, secundum Petrum, parvuli ex tali baptismo nihil susciperent, cum nec adesset eis voluntas propria, nec interpretativa; quia voluntas interpretativa parvulorum, ante usum rationis, non est nisi voluntas parentum, quorum cura subsunt. Secus autem est, si cura illorum pr mortem vel justum judicium subtrahantur, ut post dicetur.

Dicendum ergo ad dicta Scoti, primo, quod princeps non potest cogere infideles ad suscipiendum fidem, nec ad fidei sacramenta, nec ad obediendum Deo in his quæ pure spectant ad jus divinum, et excedunt rationem naturalem. — Secundo, dicitur quod nullus princeps aut pralalus Christianus debet aut potest licite talium filios invitis parentibus baptizare, quacumque cautela adhibita, propter rationes pnedictas. — Tertio, dicitur quod, posito, sed non concesso, quod minus malum esset judæis, aut aliis infidelibus, privari libertate servandi legem suam et ritus, quam habere libertatem servandi; tamen privanti eos tali libertate, et cogenti ad servandum legem Christi, esset detenus et peccatum, quia ageret contra prohibitionem Dei. Ipsis etiam Judæis et infidelibus poneretur scandalum quia gravius peccarent agendo contra legem et sacramenta Christi

(3) a verbo *liceret* uiqur ad *contrahere,* om. Pr.
(6) – Ad Pr.
(γ n ṽerbi· />cr *quam potest* usque ad *rationem,* om. Pr.

(a) Auth. Si *paler,* C, *Divortio facto, apud quem liberi moran vel educari debeant, —* dr.♯ *C, de Divort., auten* Sl *mater* Pr.
(β) e</u<an *vel morari debeat — debeat e.ducan* Pr.

suscepta, quam ante susceptionem. — Quarto, dicitur quod, dato quod talium filii, post tertiam el quartam generationem bene educati, essent vere fideles, tamen non sunt flenda mala ut eveniant bona; nec propter desiderium alien® salutis debet quis propn® salutis incurrere detrimentum. — Quinto, dicitur quod, quia divina præscientia el revelatio prophetica habet Judieos ær Anlichristum fore pervertendos, et ad praedicationem Eli® convertendos, hoc solum debet sufficere ad propositum, quod scilicet non sunt cogendi in totum ad fidem, quia hoc esset frustra nili contra divinam præscientiam et revelationem; et, eadem ratione, neque in partem; et sic reclusio el sequestratio illorum in quadam insula parum valeret. — Sexto, dicitur quod toleratio rilus judaici non solum in fine mundi, verum etiam de præsenti prodest Ecclesiæ, et non modicum fructum affert. De hoc sanctus Thomas, 2 2 q. 10, art. 11, sic dicit : « Humanum regimen derivatura divino regimine,el ipsum debet imitari Iteus autem, quamvis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, qu® prohibere posset, ne, eis sublatis, majora bona tollerentur, vel etiam pejora mala se<uerenlur. Sic ergo et in regimine humano illi qui præsunt, recte ali<pia mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala pejora incurrantur; sicut etiam Augustinus dicit in 2. cie *Ordine* (cap. 4) : *Aufer meretrices de rebus humanis*, turbaveris *omnia* libidinibus. Sic ergo, quamvis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt, vel propter aliquod bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod xitatur. Ex hoc autem quod Judæi suos ritus observant, in quibus olim figurabatur veritas fidei quam tenemus, hoc bonum provenit, quod testimonium fidei nostr® habemus ab hostibus, et quasi in figura nobis repræsentiatur quod credimus. Et ideo in suis ritibus tolerantur. Aliorum vero infidelium ritus, qui nihil veritatis aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum vitandum, videlicet ad vitandum scandalum vel dissidium quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati convelluntur ad fidem. Propter hoc enim hærelicorum el paganorum rilus aliquando Ecclesia toleravit, quando erat magna infidelium multitudo. » — Hæc ille. — Ibidem etiam (arg. sed contra) allegat dictum Gregorii (lib. XI, episl. 15), in Decretis, dist. 45, cap. Qui sincera, ubi dicit : *Omnes festivitates suas, sicut hactenus ipse* et *patres eorum per longa colentes tempora tenuerunt, liberam habeant con-servandi celebrandique licentiam.* — Septimo, dicitur quod exemplum Sisebuli prohibetur imitandum in sacro canone; nec laudatur de tali coactione, •«i de pia intentione, sicut patet, dist. 45 (cap. 5), ubi sic dicitur : *De Judasis autem praecepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vbn inferre. Cui enim Deus vult miseretur, et quem ruit indurat. Non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut intégra sil forma justitia:. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic, vocante ad se gratia Dei, propria mentis conversione quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed libera arbitrii* sui *voluntate atque facultate, ut convertantur suadendi sunt, non potius compellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt (sicut facium est temporibus religiosissimi principis Siscbuti), quia jam constat eos sacramentis associatos, et baptismi gratiam suscepisse, chrismate unctos esse, corporis Domini exstitisse participes, oportet ut fidem, quam etiam vi vel necessitate susceperint, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, el fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.* — Hoc concilium Toletanum.— Item, ibidem (cap. 3), recitatur dictum Gregorii scribentis Pascasio Episcopo Neapolitano : *Quisque sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita ratio dc plano poterat revocare, pellat procul adversitas. Nani quicumque aliter agunt, el cos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura removere, suas illic magis quam Dei probantur causas agere.* — Hæc Gregorius. — Ex quibus patet quod decreta non faciunt pro opinione Scoti, sed omnino contra.

II. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem, dicitur quod tertia conclusio ibi posita, male probatur, scilicet quod filii Judteorum possunt invitis parentibus baptizari, quamdiu carent usu rationis. Et ad probationem, dicitur quod argumentum pro conclusione nostra non solum probat de parentibus infidelibus, quod non sunt compellendi ad (idem et baptismum, inimo probat quod parvuli eorum non sunt ipsis invitis et contradicentibus baptizandi. Et cum dicitur quod in casu quo omnino parvuli subtrahuntur cur® parentum, etc.; — dicitur quod parvuli non (possunt omnino subtrahi a cura parentum, quoad illa quæ concernunt jus naturale aut divinum, ante usum rationis; licet, quoad ea qua? concernunt jus civile, possint. Et ideo, quantittncumque vendantur et ad remotas regiones transferantur, nullus debet scienter contra voluntatem parentum eos baptizare ante usum rationis; quia nec forte ante illud tempus possunt licite patribus subtrahi, anteis invitis vendi, aut transferri. Sed post tempus illud possunt. Nec sanctus Thomas ullibi hoc concedit, quidquid sit de aliis suis sequacibus. Unde sanctus Thomas, 2· 2·, q. 10, art. 12, arguit sic, tertio loco : e Filii servorum sunt servi, et in potestate dominorum.

Sed Juda i sunl servi return cl prindpum. Ergo et illii eorum. Keges ergo et principes habent potestatem de filiis Judæorum facere quod volunt. Nulla ergo esset injuria, si eos baptizarent invitis furentibus. » Fice argumentum. Sequitur responsio. « Dicendum, inquit, quod Judæi sunt servi principum servitute civili, quæ non excludit ordinem juris naturalis vel divini. * — Hæc ille. — Item, in solutione quarti, sic dicit : α Homo naturaliter ordinatur ad Deum per rationem, per quam naturaliter eum cognoscere potest. Unde puer, antequam habeat usum rationis, naturali ordine ordinatur in Deurn per rationem parentum, quorum curæ naturaliter subjacet; et secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum agenda divina. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod parvuli Judæorum, ante usum rationis, non possunt sine pnejudicio et injustitia totaliter subtrahi curæ parentum, potissime in hi quæ sunl juris naturalis vel divini. — Dicitur secundo, quod, si, aliquo casu, sine pnejudicio, parvuli possent totaliter subtrahi curæ parentum, tunc de talibus videtur dicendum sicut de illis qui parentibus sunt orbati : quia ille qui eorum curam juste suscipit, succedit loco parentum; et secundum ejus dispositionem divina sunt circa ipsum agenda. Unde talià, si baptizetur ab eo qui habet curam ejus, non baptizatur invitis, immo volentibus parentibus. Et de hoc plura allegata sunt supeçus ex dictis Petri de Palude.

Ad secundum ct tertium palet responsio per prodicta; quia continentur virtualiter in primo argumento. Unde

Ad secundum respondet Petrus de Palude (dist. 4, q. 4), dicens : α Non licet sua re uti ad omnem usum. Non enim licet uti ancilla ad concubitum, sed ad servitium; quia ad hoc est sua, et non ad illud Unde nec invitam potest dominus'accipere vel dare in uxorem. Similiter est servus principis non plus filius quam paler, immo filius non est servus, nisi quia pater, vel mater, quia partus sequitur ventrem. Sicut ergo patrem non posset cogere ad baptismum quamvis sil res sua; ita non potest cogere patrem in filio. Voluntas enim patris, voluntas filii reputatur: sicut pater testatur filio, sicut el sibi; et eligit ei sepulturam, sicul sibi. Unde, sicul filium adultum contra ejus voluntatem baptizare non posset, sic nec filium impuberem contra voluntatem patris, quæ est dispositiva de lilio; quin illo jure valet testamentum pupillare factum a patre, quo testamentum (x) adulti sui juris facium ab eo. ›

Ad tertium respondet qui supra Dicit (ibid.): a Per idem patet ad tertium : quia, in his quæ sunl juris humani, ad quæ se extendit servitus, potest disponere princeps, patro invito, sicut el de ipso patre; sed non in his quæ sunt de jure naturali vel divino; sicul non poscet contrahere sponsalia pro filio vel filia, patre invito, sicul nec ipsum patrem invitum posset uxorare. ® — Hæc Petrus. — Ex quibus patet solutio ad dicta Scoti el Durandi.

Sed contra predicts potest objici. Quia opinio sancti Thoma? et sequentium videtur fundari in quinque rationibus. Quarum pnma est, quod, quamvis aliqui possint se servi aliorum, quantum ad opera civilia, tamen in his quæ eis competunt jure naturali et divino, non sunt servi, sed liberi (ipote enim servus comedere el hibere invito domino, et matrimonium contrahere; hæc enim competunt eis de jure naturali; el similiter potest invito domino credere in Deum, el hujusmodi, quæ pertinent ad jus divinum); sed baptizari peitinet ad jus divinum; ergo cura parvulorum do jure naturali et divino compotit quantum ad hoc parentibus; manifestum est autem quod non possunt cis licite auferri ut baptizentur, licet possint eis auferri ut vendantur, sicut et cæleræ res et opera civilia. Contra istam rationem, ut dicit Pelru de Palude (dist. 4, q 4), posset sic instari : ‹ Potest enim dici ad minorem, quod educatio liberorum e›t de jure naturali, quod omnia animalia «locent; sed doctrina in moribus, est de jure gentium. Si tamen pater vellet docere filiurn malos mores, non esset permittendus (puta quod esset mœchandum, aut quod esset furandum. el hujusmodi); immo juste hoc sibi prohiberetur (a), etiam tutela filii auferretur, et merito jure patriæ potestatis privaretur, sicul dominus prostituens ancillam, L. Si /cnonrs. C., De episcopali audientia, etc. (6); etiam, si paler liber esset, auferenda esset sibi filia, quam vellet prostituere. Cum ergo fornicatio spiritualis sit pejor, et magis noceat civilitati christianæ, mullo magis auferenda est sibi proles, quam vult facere a fide adulteram. › — Secunda ratio est : quia non minorem potestatem habent domini temporales super Judæum, quam super ejus filium; immo quasi majorem, quia a servitute patris derivatur servitus filii; sed constat quod princeps non posset licite Judæum compellere ad cultum baptismi suscipiendi in se, ut habetur, Dist. 45 (can. 5), ex Concilio Toletano, ubi dicitur sic : *De Judetis pnveepit sancta Synodus,* etc.; d'go non potest ei inferre vim, auferendo filium, ut baptizetur, cum voluntas filii parvuli sit voluntas patris, quousque habeat usum rationis. ‹ Sed ad istam rationem potgst responderi, quod contra voluntatem suam directam, vel ioterpretativam, nullus est baptizandus; sed voluntas patris non est voluntas filii, nisi in bonis filii, el inquantum se exhibet pium pairem, non autem hostem; sicul tutores et curati dicuntur domini, quando bene administrant, non autem quando pupillum spoliant. Item, si

(a) — *testantur* Pr.

(a) *prohiberetur.* —*prohibetur* Pr.
(β) L. S'i *lenones,* C., *De rpiscvpali audientia.* etc — C., *De episcopis,* ti *lenones* Pr.

voluntas parentum non requiritur ad baptismum, ergo contraria voluntas non impedit baptismum (quia, m oppositum in opposito, el propositum in proposito); sed, si puer non halæt patrem, nec matrem, sed ambo sunt mortui, cum non desit remedium salutis, sive sit fidelium illius, sive infidelium, puer jiotest et debet baptizari, et parentis gerens officium, qui ejus curam gerit, hoc facere habet; sicutex pietate nutritur puer expositus, cujus parentes ignorantur; si ergo sine voluntate parentum potest esse verus baptismus, ergo el contra voluntatem eorum. Similiter, in habente usum rationis, eorum voluntas non requiritur ad effectum; et, per consequens, nec contraria voluntas impedit effectum (licet ad hoc posset dici, quod voluntas non requiritur (a), nec per oppositum impeditur, quando non habet parentes, vel quando finita est tutela parentum; sed quarndiu vivunt, et cune eorum incumbunt, secus est). » — Tertia ratio est : quia, si hoc esset licitum, credendum est quod sancti et Ecclesiæ rectores hoc consuluissent terrenis principibus quos habuerunt valde favorabiles, ut Sylvester Constantinum, et Ambrosius Theodosium, qui nunquam leguntur hoc fecisse; ergo non est probabile quod hoc possit licite fieri. Sed, ut dicit Petrus, ‹ ad hanc rationem posset instari, et dici quod, propter scandalum, in principio Ecclesiæ multa omittebantur el dissimulabantur, quæ modo non dissimulantur : tunc enim hæretici ad fidem non cogebantur, qui tamen juste poterant, ne videretur fides viribus, non virtutibus, prosperari; tunc enim Ecclesia solum puguabat gladio oris, nunc autem et gladio materiali pugnat contra hostes fidei. » — Quarta ratio est : quia non esset securum, sed valde periculosum, quod puer baptizatus, dum veniret ad ælalem adultam, posset de facili resilire ab eo quod fecisset ignorans contra voluntatem habentium curam ejus. Ex quibus patet quod non est licitum principibus terrarum auferre filios Judæorum, et offerre eos baptismo. Sed ad hanc rationem potest dici, secundum Petrum de Palude, quod « magis verisimile (€) est quod non redeat ad fidem, in qua non est nutritus, quam si esset in ea nutritus; quia adolescens juxta viam suam, etc. Unde magis probabiliter timetur quod manens in judaismo in perpetuum non convertatur, vel quod conversus pervertatur, sicut sepe accidit, quam si a principio esset conversatus inter solos christianos, quia tunc raro ad judoismum redit. Si dicatur quod hoc videtur esse contra naturam : sicut mater habens filium suum mortuum, quæ alterius filium surripuit, cui justo judicio redditus fuerit; et in perdicibus una alterius ova suiripit, et quæ non peperit fovet, ad vocem tamen vera matris redit, illa spreta quæ foverat; — dicendum quod non est simile in proposito, quia pia fraus est hic, et nutrix est mater, mater autem noverca, n — Quinta ratio est : quia ad susceptionem baptismi non sufficit quod non inveniatur obex contrariae voluntatis in eo qui debet baptizari; sed requiritur intentio suscipiendi baptismum directa vel interpretati va. Quod patet. Quia, si adultus aliquis sic esset nutritus, quod nihil omnino audivisset de fide, el esset in suo originali, si talis dormiret, et in dormiendo baptizaretur, constat quod nihil fieret; et tamen in voluntate ejus baptismus nullum obicem inveniret. Plus ergo requiritur, scilicet intentio suscipiendi baptismum, directa vel interpretati va, directa in adulto, interpretativa in parvulo. Sola autem voluntas parentum est voluntas interpretaliva parvulorum, antequam habeant usum rationis; propter quod, consuevit dici quod antiquitus, ante datam circumcisionem, salvabatur in fide parentum, non autem aliorum, nisi quatenus gerebant vicem parentum. Quare, si invitis parentibus puer baptizaretur parvulus, nihil videtur fieri, cum desit voluntas eorum directa el interpretaliva. ‹ Sed, ut dicit Petrus, hæc ratio verum dicit in majore, quod requiritur intentio vera vel interpretaliva, nec sufficit non habere obicem, sicut in illo qui haberet legem naturalem, et non fidem. Sed in minori posset dici quod intentio interpretaliva non est solum parentum carnalium, sed magis spiritualium, vel adoptantium. Unde, cum iste qui agit curam salutis animæ, exhibeat se patrem, alius vero hostem, ex quo iste qui adoptat eum exhibet se patrem, el ille tanquam patrinus pro eo respondet, qui gerit typum Ecclesiæ, videtur quod intentio et voluntas interpretaliva parentum spiritualium ibi fuerit. Et hoc sufficit. Si enim tutor personae et curator rerum succedunt loco parentum, mullo magis isti qui, quasi parentibus famosis vel furiosis exsistentibus, tutelam et curam filiorum suscipiunt. » — Hæc Petrus.— Ex quibus videtur quod opinio nostra debilibus innitatur fundamentis.

Sed, his non obstantibus, tenendum ut prius; quia responsiones dntæ rationibus non valent. Quod (Xitel, per singulas discurrendo. — Responsio siquidem ad primam rationem data, non valet. Quia parvulum, ante usum rationis, pater non potest docere malos mores; et ideo, ante illud tempus, non est sibi parvulus auferendus ad addiscendum bonos mores, nec ad praeservandum ipsum a malis. Secus est dum puer est capax rationis; et ideo tunc, in tali casu, posset sibi auferri, si doceret eum malos mores. Item, secus est de doctrina morum, secus de doctrina in fide; quia primum pertinet ad jus civile, secundum ad jus divinum; et ideo similitudo non valet. — Similiter, responsio ad secundam rationem non valet. Primo, quia voluntas patris est voluntas idii in hte qu® pertinent ad ius naturale

(») *requiritur.* — *requiratur* Pr.
(6) wwniile. — rwUle Pr.

vel divinum, antequam parvulus habent usum rationis; sectis est de his quæ spectant ad dispositionem juris humani et civilis. Secundo, quia non eat simile de carente parentibus et baptizato sine voluntate parentum carnalium, el de habente prenles carnales baptizato contra voluntatem parentum carnalium : quia in secundo casu fit injuria parentibus parvuli, in primo vero nulli fit injuria, ut diffuso dictum est prius; unde similitudo non valet. Tertio, quia aliud est de adulto habente usum rationis, el de parvulo nondum habente; unde responsio ibidem data, bona est de non habente parentes, el de finita tutela. — Similiter, responsio ad tertiam rationem non valet. Quia nec in primitiva Ecclesia, nec post, aliquis imperator super hoc legem sanxit, nec sacri canones; immo talem coactionem reprobaverunt; quod non fecissent, si esset consona rationi : attento quod tam imperatores, quam reges Christianorum, quam pontifices, majorem zelum habuerunt ad cultum Dei quam moderni et hujus opinionis inventores; et Ecclesia, quæ nunc gladio materiali pugnat contra haereticos, nullo modo approbat coactionem Judaeorum ad fidem, immo reprobat, el recte, propter mulla superius dicta. — Similiter, responsio ad quartam non valet. Quia ea quæ fiunt circa parvulum ante usum rationis, nullum habitum moralem aut intellectualem causant in eo; el ideo non inclinatur ad talia, potissime cum fiunt ipso ignorante, el contra voluntatem parentum suorum, ad quos naturaliter afficitur. El, quidquid sil de hoc, tamen non sunt lienda mala ut eveniant bona; fieret autem malum, subtrahendo parvulum parentibus, quibus eum Deus et natura subjecit. Deus etiam prohibuit talem fraudem, quam respondens dicil esse piam; nec vult holocaustum offerri sibi de rapina rerum aut personarum, sicut fieret in proposito. — Similiter, responsio ad quintam rationem data non valet. Quia voluntas interpretaliva parvuli, ante usum rationis, in hisquæ sunt juris naturalis aut divini, e>t sola voluntas parentum, vel eorum qui loco parentum juste succedunt; secus est de civilibus el humanis. Et ideo similitudo data de tutore el curatore nullum in proposito locum habet, ut diffuse patuit ex praedictis (a).

§ 2. — Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra secundam conclusionem, dicitur quod, si major universaliter inlelligalur, falsa est, scilicet qùôd omnes et quoslibet electos Deus praedestinaverit ad diversos et inaequales gradus gloriæ, et quod nulli duo sint praedestinati ad aequalem gradum gloriæ; quia unus homo non solum aequatur alteri homini in gloria, verum etiam angelo, sicut communiter dicunt doclores, ut sanctus Thomas, I p., q. 108, art. 8, ubi sic dicil : < Quidam considerantes distinctionem naturarum, posuerunt quod nullo rnodo homines transferri possunt ad æqualitalem angelorum. Quod est erroneum. Repugnat enim promissioni Christi dicentis, Lucæ 20 (v. 36), quod *filii resurrectionis erunt ẋquale angelis incrrHs.* Illud enim quod est ex parte naturae, se habet ut materiale in ratione ordinis; completivum vero est id quod est ex dono gratiæ, quæ dependet cx hberalitate Dei, non ex ordine naturæ. Et ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, ut angelis æquenlur secundum singulos «angelorum gradus; quod est homines assumi ad ordines angelorum. » — Hæc ille. — Similia ponit, 2. Sen*tent.f* dist. 9 (q. 1, art. 8), et multis aliis locis. — Dicitur secundo, quod, si illa major non inlelligalur universaliter, sᵪ particulariter, tunc ex illa non sequitur quod talis inæqualita^ sit inter parvulos baptizatos, quibus ex sola gratia baptismali, sine aliis meritis, Deus disponit vel praedestinavit dare gloriam, et qui in sola tali gratia decedunt; sed est fallacia consequentis. —Dico tertio, quod, si major inlelligalur de parvulis baptizatis quibus Deus disponit dare gloriam non solum ex gratia liaptismali, sed propter alia merita sequentia, tunc, concesso quod aliqui tales sint praeordinati ad inaequalem gloriam, et consequenter ad inaequalem gratiam, tunc dico quod, quidquid sil de conclusione, tamen ex hoc argumento, sine pluri, non proltalur quod illam imequalitatem gratia' percipiant in baptismo, sed po^t, per inæqualem dispositionem ad augmentum gratiæ, vel per inaequalia bona opera, vel inaequalem susceptionem sacramentorum, et per alia quæ faciunt ad inæquale augmentum gratiæ El ideo argumentum nullo modo probat ex parte causæ principalis, quæ est divina praedestinatio, nec ex parte causæ instrumentalis, quæ est baptismus, quod tales parvuli in baptismo suscipiant inæqualem gratiam. — Dicitur quarto, quod illud quod additur de speciali lienevolentia Dei ad unum panuluni praedestinatum plusquam ad alium, quorum uterque decedit in sola gratia baptismali, non probatur ratione, nec auctoritate, quod sit ita, sed quod possit esso; et hoc non negatur.

Ad sccuncluiii dicitur similiter, quod jxissio Christi, ḉua est causa meritoria el effectiva instrumentaliter illius gratiæ quæ confertur in baptismo et in aliis sacramentis, æque efficaciter operatur, quantum est de se, in æque dispositis ad suscipiendum ejus effectum, dum tamen eisæqualiter applicetur peractum suscipientis, vel per adhibitionem sacramenti. Quod autem Christus specialius obtulerit j»assionem suam pro uno parvulo baptizato quam pro alio, quorum utenjue decedit in sola gratia baptismali, non probatur quod ita fuerit ratione nec auctoritate, sed

(a) /Z/rr ZV/nif. — A<l. Pr.

solum quod ita potuerit esse; el hoc non negatur. Posito tamen quod ita fuerit, non tamen ex hoc habetur quod ista inæqualilas graliæ veniat ex virtute baptismi, aut passionis Christi, precise et de per se, sed propter aliud, scilicet propter specialiorem affectionem Cbrbli ad unum quam ad alium; sicut in alio proposito ostendit sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 22, q. 2, art. 2, in solutione quarta» quæstiunculæ, ubi quærit: Utrum Christus, in suo descensu ad inferos, libérai it omnes qui orant in purgatorio. Dicit enim sic : α Quamvis hoc non inveniatur determinatum a sanctis, potest tamen dici quod illi qui erant in purgatorio, non fuerunt liberati. Quia, cum poena purgatorii debeatur peccato actuali, oportet quod expietur per proprium actum, vel passionem illius qui peccavit, vel alterius specialis persona· agentis pro ipso. In purgatorio autem culpa non potest expiari per aliquem actum meritorium, quia non sunt in statu merendi. Unde oportet quod expietur culpa eorum perpœnam quam ipsi suscipiunt; nisi per suffragium eorum qui sunt in statu merendi, liberentur. Passio autem Christi immediate removit impedimentum ex peccalo originali proveniens, quod ex altero contractum est. Sed ad removendum pomam debitam pro actuali peccato, quod quis ex seipso commisit, pertingit ejus efficacia mediante aliquo sacramento circa personam exhibito, aut aliquo actu ipsius personos, vel alterius ad ipsam relato. Et ideo non decebat ut per solam passionem Christi a purgatorio liberarentur; nisi dicatur quod in vita sua hoc meruerunt, ut per passionem Christi liberarentur; vel hoc ex speciali gratia fuit, quod illi qui in purgatorio inventi sunt, absoluti sunt per passionem Christi; quamvis nunc illi qui sunt in purgatorio, non consequantur effectum plenariæ liberationis ex sola passione Christi.» — Hæc ille. — Item, 3 p., q. 52, art. 8, in solutione secundi, sic dicit ; < Virtus Christi operatur in sacramentis per modum sanalioniset expiationis cujusdam. Unde sacramentum Eucharistie liberat homines a purgatorio, inquantum est quoddam sacrificium (x) satisfaclorium pro peccato. Descensus autem Christi ad inferos nnn fuit sattafactorius. Operabatur tamen in virtute passionis, qua· fuit satisfactoria; sed erat salisbdoria in genendi, cujus virtutem oportuit applicari ad unumquemque per aliquid specialiter ad ipsum pertinens. El ideo non oportet quod per galorio liberati. » — Hæc ille. —Sic, in propoito, dicitur quod, posito quod parvuli inæqualem gratiam acci|»ervnl in baptismo, hoc non esset ex ipse baptismo; nec proprie ex passione Christi, quies habet ut causa quædam universalis collationis gratia et remissionis peccatorum, nec agit effectum parti cularem, nisi adhibeatur singulis mediante aliqu causa particulari, puta per fidem vel sacramenta, ut ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 49, art. **i,** in solutione quarti el quinti. Et, eadem ratione, fructus passionis el effectus non inæqualiler participatur, nisi propter inæqualilatem dispositionis vel applicationis, etc. Hoc autem in parvulis locum non habet.

Ad tertium dicitur quod nihil arguit contra conclusionem, sicut nec præcedentia. Tum quia non probat quod de facto major gratia conferatur uni parvulo baptizato quam alio, sed solum quod ita potest esse. Tum secundo, quia, hoc posito, non habetur quod ista inæqualilas sit virtute baptismi, sed aliunde, et quod hoc accidit baptismo et ejus effectui, nec convenit de per se. De prædictis, et specialiter de lequalitate baptismi, a quocumque conferatur, ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 5, q. 2, ari. 2, qh 3, ubi quærit : Utrum baptismus (latus per meliorem ministrum, habeat majorem effectum. Arguitenim sic(arg. I):a Multiplicata causa, multiplicatur effectus. Sed baptismus ex opere operato gratiam confert; et similiter eliam patet quod sancti homines ex opere operante primam gratiam alicui merentur. Ergo, si opus operans baptizantis adjungatur cum efficacia baptismi, major gratia datur. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod aliquid dicitur esse effectus alicujus per se, et aliquid per accidens. Perse quidem effectus alicujus est quod per ipsum ad hoc ordinatum producitur, sicut domus ædificaloris. Per accidens autem est id quod conjungitur ei quod est effectus perae, sicut si inhabitatio domus dicatur effectus aedificatoris. Sic ergo dico quod offectus |»er se baptismi, æqualis est, a quocumque detur, vel a malo, vel a bono, cæteris paribus ex parte baptizati. Sed cum effectu baptismi potest aliquid aliud baptizato conferri, sive pertineat ad salutem corporis, sive animæ, ex merito baptizantis. Sed hoc non est proprie effectus baptismi : quia baptismus non est nisi causa instrumentalis ; et non est instrumentum agens in virtute ministri, qui el ipse est instrumentum, sed in virtute Christi el Dei. El per hoc patet solutio ad objecta. » — Hæc ille. — Ex prædictis concluditur quod effectus de per se baptismi, æqualis est in omnibus parvulis baptizatis; sed effectus de per accidens, potest esse inæqualis, ex illo triplici capite tacto per arguentem. Et ideo argumenta ejus non procedunt contra mentem conclusionis, immo exponunt conclusionem.

§ 3. — An ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, dicitur quod nec illud nec alia procedunt contra conclusionem. Quia, sicut

(x) *sacrificium.* — Iarranimtuni Pr.

patet in probatione conclusionis, licitum est in casu necessitatis quam bene exprimit arguens, recipere baptismum ab hæretico, vel schismatico, aut excommunicato, aut quocumque pncciso ab Ecclesia : ut puta, si suscipiens erit in periculo mortis, nec adesset alius qui sciret ct vellet, posset eum baptizare. Ideo conceditur conclusio argumentorum, tanqoam declarativa conclusionis nostra». Unde lieatus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. G, q. 1, art. 3, in solutione tertiae quæsliunculæ, sic dicit : < Ille qui liaptizatur ab hæretico, propter peccatum hæretici non privatur gratia baptismal!, sed quandoque propter peccatum proprium. Unde, si sit puer, in quem culpa actualis non cadit, si baptizatur in forma Ecclesiæ, recipit sacramentum et rem sacramenti. Et similiter, si sit adultus, et baptizans non sil hæreticus manifestus el ab Ecclesia praecisus, vel si baptizalUB sil in articulo necessitatis. Si autem scit ipsum esse hærelicum, et ab ipso baptismum extra casum necessitatis recipiat, hoc contingit, vel quia favet bærcsisuæ, vel in contemptum Ecclesiæ, vel propter aliquod commodum temporale; et sic ipseinet peccat. Unde proprio peccato obicem ponit Spiritui Sancto, ne consequatur rem sacramenti. ® — Htcc ille. — Et, ibidem, in solutione primi, ex|ioneiis dictum Augustini dicentis *(de Baptismo, contra Donatistas,* lib. 4, cap. 1 et 2), quod qui foris Ecclesiam baptizantur, non suscipiunt baptismum ad salutem, sed ad perniciem, etc., respondet sanctus Thomas, quod α Augustinus loquitur in illocasu quo aliquis in favorem bæresisabhæreticobaptismum suscipit>.—Hæc ille. — Et ad hunc sensum intelligenda sunt omnia quæ dicit, 3 p., q. 64, ari. 9; quæ recitata sunt in probatione conclusionis. Et similiter illud quod dicit ibidem in solutione tertii, ubi dicit quod α qui accipit sacramentum ab excommunicato, suspenso, vel degradato, peccat, ct non recipit rem sacraiftenti, nisi per ignorantiam excusetur ». Et similiter inlelligendurn est illud quod dicit, eadem quaestione, ari. 6, in solutione secundi, ubi dicit quod qui accipit sacramentum a ministro pr.eci^o ab Ecclesia, qui est excommunicabis, vel suspensus, vel degradatus, α peccat, quia communicat peccato ejus, etc.» Hæc omnia intelligenda sunt quando baptizandus non est in articulo necessitatis extremæ. — Si dicatur quod adultus non potest esse in tali articulo necessitatis extremæ, quin ubi non inveniret alium baptistam nisi eum quem scit esse hæreticum, vel ab Ecclesia praecisum, sufficit ei Imptismus pœoitentiæ; — non valet : quia, ut arguit Scotiis, et bene,præceplum Dei est de baptismo suscipiendo, etc. Nec valet, si dicatur quod participat peccato alterius, etc. : quia, in tali casu, baptizans non peccat, ut dicit quarta conclusio; et sic nec baptizalus ab eo communicat peccato ejus.

§ 4. — An ARGUMENTA CONTRA QUARTAM CONCLUSIONEM

Ad argumentum Durandi. — Ad primum Durandi contra quartam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 5, q. 2), dicens quod < major illius argumenti, quantum est ex forma, est fal-a : quia homo non potest kaptizare, nisi sil coloratus, quia, si non sit coloratus, non est homo; non tamen baptizat inquantum coloratus. Tamen concedendum est, gratia materio», quod homo non Imptizat nisi ut minister Christi et sacramenti. Nec tamen judex, qui, ut minister Christi ct legis, suspendit latronem («), ct carnifex exequendo actum, propter hoc peccat, quamvis sit in peccato. Sed qui facit aliquid, inquantum minister Ecclesiæ sanctus et sanctificabis, ille, nisi sanctus sit, peccat. Sed, si facit aliquid, non inquantum minister Ecclesiæ ad hoc ipsum sancti G-catus exterius, quia hoc idem de voluntate Ecclesiæ facit minister non sarxlificalus, tunc secus est. Unde, si mancus videret puerum morientem, consulere deberet (6) peccatori, vel etiam dicenti se nolle de peccato pœnitere, ut baptizaret cum; et tamen nulli consulendum est quod peccet. Item Decretalis (Dr *pirnitcntiis ct remissionibus t cap. Quod quidam)* dicit recipiendam esse confessionem ejus qui etiam dicit de peccato se non pœnitere. Et similiter consulitur ei, licet immundo, sacramentum langera. Sed lux: non facit ut minister sanctificabis ad hoc. sicut sacerdos qui absolvit. Item dicit Innocentius, *De pœnitentiis ct remissionibus, cap. Quod* in *te(v)f* quod sacerdos peccator, in necessitate communicans morientem. excusatur a peccato. Similiter. si quis non sulemniter dicit Epistolam, sicut et laicus faceret, quamvis sit subdiaconus excommunicabis, non efficitur irregularis; quia non administrat m suo ordine solemniter, sicut prius. Ergo, a simili, in proposito. Unde tunc peccat,quando administrat solemniter sacramentum, solemnitate ab Ecclesia instituta: quia sic non debet ministraro, nisi qui ad boc est solemniter institutus, sivo consecratus. El, licet solemmlas sacramenti quod dat. non faciat ipsum ministrum, tamen supponit eum, et requirit ministrum solemniorem, el solemniter sacrum. Unde solemnitas sacramenti requirit solemnitatem ministri Et sicut solemnitas requirit solemnitatem, sic sanctitatem. › — Hæc Petrus, el bene.

Ad secundum dicit (ihid.)quod α in (o) aliquo casu est possibile intervenire ministro aliquod tale et reale impedimentum, quod minister non |x)lcst amovere (t) : ut si est catechumenus, non baptizabis, non pote>t seipsum baptizare, saltem baptismo flu-

(x) *labOnctn. — latuincin* Pr.
(C) *deberet. — debet* Pr
(r) In hoc capito dicit Innocentius III, pœnitcnliani ac viaheuin non negari inoriontibus, tempore interdicti.
(5) ’n. — Om. Pr.
(t) aniovere. — movere Pr.

minis; item, si est excommunicabis, non potest seipsum absolvere, el sic necessitatin' in suo impedimento remanere. Et tamen, hoc non obstante, potest ct debet baptizare, mullo magis quam fame monentem pascere. Et tamen excommunicabis est magis separatus a sanctis vel sacramentis, quam peccator. Plus enim peccat sciens se excommunicatum, si celebret antequam absolveretur, dato quod de omni peccato esset contritus, quam non excommunicabis, si in peccato mortali celebret. Et, quidquid sil de hoc, ad minus episcopus conferens ordines, plus peccaret excommunicabis, quam in peccato mortali exsistens; unde plus punitur, el ipse, et qui sacramentum ab ipso susciperet. Et tamen, non obstante (x) quod magis sit prohibitum excommunicato conferre sacramentum quam peccatori, tamen excommunicabis, in necessitate baptizans, excusatur a peccato. Ergo multo magis peccator. — Item, potest dici quod sola necessitas non excusat, quando non est necessitas absoluta, sicut bene arguitur. Quia ita lialæl sacerdos necesse baptizare puerum solemniter quando requiritur in Ecclesia, sicut vetula quando moritur (et sic peccaret mortaliter, si renueret); nec propter hoc excusatur, si est in peccato mortali, quia potest poenitere. Sed quando necessitas est absoluta, tanta quod ipse sacramentum ministret, sine tamen (6) illa solemnitale quæ est propria ministro Ecclesiae, qui est ad hoc consecratus, talis necessitas excusat : quia tunc non Ikıpiizat ut minister sanctificabis; et, per consequens, non requiritur quod ipse sit sanctus interius, sicut nec smctiiicatus exterius. Item, necessitas facit quod ipse non ex contemptu facit hoc, sed cum dolon·, ct invitus, timens quod plus peccaret si omitteret; el sic nec exhibet irreverentiam sacramento, nec contemptum, sicut ille qui, nulla necessitate imminente, sponte se ingerit. Qui etiam sacramenta ministrat solemniter, mentitur facio in eo quod est christianæ religionis, ostendens se sanctum in vestibus sacris, saltem stola, cum tamen sanctus non sit. Sed qui ut vetula baptizat, nullam -anctitatem ostentat ; sed solum hir (γ) est quod -aeramentum pollutus langil, sicut ille qui corpus dominicum cum (?) metu et timore, licet peccator, l«'colligit de luto. — Vel potest dici quod hic (t) est neo ^silns : quia de quolibet peccato mortali deliel homo in speciali conteri; el ideo magnus peccator, -l deberet dolere de singulis, antequam de singulis doluisset, contingeret parvulum baptizandum quandoque alne baptismo mori ; el si tunc, dolore cordis contritus in generali, currat el ipsum baptizet (ζ)(i)

(i) *dicitur,* — Ad. Pr.
(C) Ianie*. — Om. Pr.
(γ) Air — *hoc* Pr.
(À) cun». — Om. Pr.
(t) Air. — *hot* Pr
(currat el ψΐ"ΐ" /np(«:r/ – *rural et iptum haplizat* P

cum proposito confitendi el conterendi in speciali postea, melius facit. El ideo posset inveniri via media talis, de illo qui est in necessitate, et sine solemnilate baptizat. Quia aut actu recolit de peccato, nec atteritur, nec conteritur de peccato, sed vult in peccato remanere, el nihilominus vult baptizare; et tunc, si est talis qui scire debent quod hujusmodi a peccatoribus contingi non debent, quamvis non ex libidine vel contemptu baptizet, sed intuitu necessitatis hoc faciat, non excusatur ab irreverentia et contemptu; quia sic conscientia ei dicebat, vel dicere debebat /mmumle, *tu nunc sancta contractas.* Elsie est vera superior opinio; quia minister est, et neccsse non habet cum peccato baptizare, licet necessario habeat baptizare. Si autem cum metu et tremore, et dolens de peccato in generali, licel propter hoc sciat se de peccato non mundari, sub spe tamen ad plenum conterendi, vel quia est excommunicalus et non potest absolvi, vel propter aliquid hujusmodi, hoc facit, tunc excusatur, argumento illorum qui immundi manducaverunt Pascha, quia non ita cito poterant purificari, pro quibus Ezechias oravit, et Deus cito remisit. Et sic esi vera opinio Thomæ. Sed qui solemniter baptizat, ex quo non est periculum in mora, prius debet se perfecta pœüiferitia lavare, vel saltem, si sacerdotem non habet, debet se laxare per perfectam contritionem. Si autem non recoleret, non faceret irreverentiam sacramento; et sic excusatur. » — Hæc Petrus, et bene, ad mentem sancti Thomæ; sicut potest patere ex prius recitatis, et similiter ex dictis ejus, vigesimaquarta distinctione hujus, q. 1,art. 3, ql· 5.

Ad argumentum pro conclusione, patuit superius solutio, in forma sæpius (tx).

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

DISTINCTIO VII.

QUÆSTIO I.

UTRUM BAPTISMUS, AUT C0NF®MATI0 Λ FICTO SUSCEPTA. RECEDENTE FICTIONE, SORTIATUR SUUM EFFECTUM.

mcA precedentes el septimam distinctionem, quæritur: Utrum baptismus, aut confirmatio a ficto suscepta, recedente fictione, sortiatur suum effectum.

El arguitur quod non. Quia opus mortnum. quod

(»' Cfr. præsàrtim mt. 3, § t, I, nd

est sine chantate, non potosl unquam vivificari. Sed ille qui fictus accedit a«l baptismum, vel confirmationem, recipit sacramentum sine chanlale. Ergo nunquam potest vivificari hoc modo, ut gratiam conferat.

In oppositum arguitur. Quia dicit Augustinus in libro 1, *ile Baptisma contra Donatistas,* cap. 12 (a) : 7'unr *valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, qua* (6), *corde in malitia perseverante vel sacrilegio, peccatorum abolitionem* (γ) *non sinebat fieri.*

In hac quæstione tres erunt articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS 1.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sil

Prima conclusio : Quod fictio impedii effectum baptismi et confirmationis.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p , q. 69, ari. 9. ubi sic dicit : α Sicut dicit Damascenus *(de Fid. Orth.,* lib. 2, cap. 30), *Deus non cogit hominem adjustitiam ($).ÏÄ* ideo,ad hoc quod aliquisjustificetur per baptismum, requiritur quod voluntas hominis amplectatur et baptismum et baptismi effectum. Dicitur autem aliquis fictus, per hoc quod voluntas ejus contradicit vel baptismo vel ejus effectui. Nam, secundum Augustinum *(dc Baptismo, contra I)onatistas,* lib. 1, c. 12; lib. 7, c. 53), quatuor modis dicilur aliquis fictus: uno modo, ille qui non credit, cum tamen baptismus sil fidei sacramentum; alio modo, per hoc quod contemnit ipsum sacramentum ; tertio modo, per hoc quod aliter celebrat sacramentum, non servans ritum Ecclesia·;quarto modo, per hoc quod aliquis indevotus accedit. Undo manifestum est quoi) fictio impedit effectum baptismi, n — Hæc ille.

Idem ponit, quarta distinctione hujus, q. 3, ari. 2, in solutione primæ et secundæ quæstiunculæ. In solutione namque primæ quæstiunculæ, sic dicit : « Duplex est effectus baptismi. Primus, qui est res et sacramentum, scilicet character. Et quia character non imprimitur ad praeparandam hominis voluntatem ut aliquid bene fiat, cum non sit habitus, sed |K>tentia; ideo hunc effectum indisposilio voluntatis non impedii, dummodo sit aliqualis voluntas sacramentum suscipiendi. Alius autem effectus est, qui est res el non sacramentum, scilicet gratia, et quæ ad eam consequuntur, jær quæ voluntas ħomini praeparatur ut liene velit el Ixne operetur. Et ideo ad hunc effectum percipiendum, non sufficit quaelibet voluntas sacramentum percipiendi; sed requiritur voluntas talis,aqua omnis indispositio gratiæ, contraria graliæ baptismi, removeatur, quia contraria non se compatiuntur. Unde, manente contraria dispositione, baptismus suum effectum habere non posset. › — Hæc ille.

Item, in solutione secundæ quæstiunculæ, sic dicit : a Ad hoc quod aliquid alicujus agentis effectum percipere debeat, oportet quod se halæat in debita dispositione ad causam agentem, et ad effectum |iercipienduin. Et ideo indisposilio voluntatis, quæ ultimum effectum baptismi impedit, est duplex: una, secundum ordinem ad ipsum sacramentum; alia, secundum ordinem ad effectum sacramenti. Ad ipsum autem sacramentum contingit voluntatem esse indispositam dupliciter: uno modo, per subtractionem necessarii; alio modo, per positionem contrarii. Quia autem omnis actio est per contactum, ideo dispositio per positionem necessarii, est quod recipiens sacramentum, quodammodo ipsum contingat, el per intellectum, quem quidem contactum facit fides, el per affectum, quem facit de\olio. El ideo indispositus reputatur, et qui non credit, et qui indevotus accedit. Similiter autem duplex est contrarium quod oportet abstrahi. Unum est ex parte eorum quæ exterius aguntur; et sic indispositus est qui aliter celebrat. Aliud est ex parte virtutis intrinsecae, quæ secretius operatur salutem ; et sic indispositus est qui contemnit. Similiter, |H?r comparationem ad effectum baptismi, oportet quod disponatur aliquis adhibendo necessarium, scilicet fidem, quæ cor purificat; el quod removeat contrarium, scilicet peccatum, per contritionem (x). El ideo Ambrosius (super illud *Romanor.* 11, v. 29 : *Sine poenitentia sunt dona Dei)* dicit quod non sunt necessaria ex hac parte nisi fides et contritio; et tamen (6) contritio etiam (γ) in devotione includitur. › — Hæc ille.

Hem, ibidem, in solutione primi, sic dicit : ‹ Eiclio proprie est cum quis aliquid ostendit dicto vel facto, quod non est in veritate. Hoc autem contingit dupliciter. Uno modo, quando hac intentione aliquid fit vel dicilur, ut aliud ostendatur quam rei ventas habet; el tunc fictio est speciale peccatum; et sic non accipitur hic. Alio modo, quando aliquid ostenditur, quod rei veritas non habet, dicto vel facto, etiamsi non propter hoc dicatur vel fiat; el

( ) *libro* 1, *de liaptismo contra Donatistas, cap.* 12. — *libro de Haptitmo* Pr,
( ) *quæ.* — *qui* Pr.
(γ) *abolitionem.* — *oblationem* Pr.
(Ô) Verba Damasceni sunt : (θώ) ύνβΐ βιάζιται την άρ<την.

(e) *contritionem,* — corUranum Pr.
(C; *tamen.* — cum Pr.
(γ) tliani. — Om. Pr.

sic accipitur hic fictio. Quicumque enim nd baptismum accedit, ostendit se veteri vitæ abrenuntiare, et novam inchoare; unde, si voluntas ejus adhuc in vetustate vitæ remaneat, aliud ostendit quam sit m rei veritate, el ideo est fictio. ᵽ — Haïe ille.

Ex quibus possunt formari multa? rationes pro conclusione, potissime talis : Quia gratia, quæ est ultimus effectus baptismi et confirmationis, nulli indisposito infunditur. Sed omnis fictus, est indispositus. Ergo nulli tali gratia infunditur, quamvis recipiat sacramentum.

Secunda conclusio est quod, recedente fictione, baptismus vel confirmatio suum ultimum ſorti tur effectum.

Hanc ponit sanctus Thomas, quarta distinctione *Quarti,* q. 3, art. 2, in solutione tertiœ quœstiunculæ, ubi sic dicit : « In baptismo imprimitur ȼha racler, qui est immediata causa disponens ad gratiam Et ideo, cum fictio characterem non auferat, recedente fictione, quæ effectum characteris impediebat, character, qui est pnesens in anima, incipit habere effectum suum. Et ita, recedente fictione, baptismus suum effectum consequetur. › — Hæc ille.

Hem, ibidem, arguit sic in contrarium : ‹ Remota causa, removetur effectus. Sed causa impediens effectum baptismi, erat fictio. Ergo, remota fictione, baptismus suum effectum consequitur. — Item, cuilibet morbo culpæ in statu viæ potest remedium adhiberi. Sed contra originalem culjiam non est aliud remedium quam baptismus. Ergo, cum licte accedentibus originale non remittatur, oporteret baptismum iterari,si, recedente fictione, Ixaptismus suum effectum non haberet; quod est inconveniens, et hæreticum. »— Hæc ille.

Item, 3 p., q. 69, art. 10, sic dicit : α Baptismus est quædam spiritualis regeneratio. Cum autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum fonnæ, nisi sit aliquod impedimentum, quo remoto, forma rei general» perficit suum effectum : sicut simul, cum corpus grave generatur, movetur deorsum, nisi sit aliquod impediens, quo remoto, slatim incipit moveri deorsum. Et similiter, quando aliquis baptizatur, accipit characterem quasi formam, el consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem. Unde oportet quod, ea remuta per pœnitentiam, baptismus slatim consequatur suum effet tum. ȷ› — Hæc ille.

Ex quibus patent mullæ rationes in forma pro conclusione.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS 11.

PONUNTUH OBJECTIONES

Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi. – Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem, contra secundam arguit Durandus (dist. 4, 4) («)

Primo. Quia effectus in actu, requirit causam in actu, ut dicilur(C), 2. *Physicorum* (t. e. 37). Sed in eo qui prius ficte recipit baptismum, et potmodum recedit fictio, non suscipitur actu baptismus. Ergo non |>otest esse actu in eo aliquis effectus baptismi.

Secundo. Quia dispositio necessitatis ad formam, nunquam jiolest stare cum opposito fonnæ (quidquid sil de dispositione necessitatis ad motum); sicut disfiositio necessitatis ad formam ignis, non potest stare cum forma aqtiæ. Sed character |>otest stare cum opposito gratiæ. Ergo character non est dispositio necessitatis ad gratiam.

Tertio. Quin illud per quod homo disponitur ad aliquid simpliciter, el non secundum bene, non est dispositio necessitatis ad gratiam : quia quod simpliciter dicitur et absolute, indifferens est ad bene vel male; gratia autem determinat ad id quod est bene. Sed character disponit ad aliquid agendum simpliciter, el non secundum determinationem ad bene. Ergo, etc.

Quarto. Quia illud non est dispositio necessitatis ad gratiam, sine qtfb datur gratia, el cum quo non datur. Sed sine charactere datur gratia , ut in baptismo flaminis; et cum charactere quandoque non datur, ut in ficte accedentibus. Ergo, etc.

Quinto. Quia, si in sacramentis est subjective aliqua virtus spiritualis, agens ad effectum baptismi, tunc non apparet qualiter, recedente fictione, baptismus prius susceptus possit de novo habere aliquem effectum : quia virtus illa agit de necessitate natura», nec agere potest, nisi dum est; sed talis virtus non est nisi in actuali exhibitione, transit enim et non permanet; igitur nihil potest nisi in actuali exhibitione. Nec valet, si dicatur quod, licet baptismus transeat, tamen manet character, ad quem necessario sequitur gratia; quia ostensum est quod character non est dispositio necessitans ad gratiam.

Sexto (v).Quia dispositio necessitatis potest accipi dupliciter. Uno modo, dicitur dispositio necessitatis, omnis illa dispositio quæ necessario pr.eexigilur in

( ) ||a?c argumenta diducuntur cx doctrina Durandi, loco citato. Auctor · .i refert jvrta fonnan quam ipsis dedit Petrus de Palude, dist. 4, q. 5.

( ) du-ifur. — *udetur* Pr.

(γ) Hoc ultimum argumentum non refert Petrus de Palude. Invenitur, etiam quoad formam, apud Durandum, loco citato.

subjecto, ml hoc quod aliqua forma in eo introducatur: sicul diaphaneitas est in aere dispositio necessitatis ad recipiendum lumen. Alio modo, dicitur dispositio necessitatis, ad quam necessario sequitur forma (x); sicut ad dispositionem quam facit semen hominis in generatione hominis, sequitur infallibiliter anima rationalis. Sed character nullo prodictorum inodorum esi dis|>ositio necessitatis ad ğratiam Ergo nullo modo. Major patet ex dictis. Minor probatur. Quod enim character non sit dispositio necessitatis ad gratiam primo modo, clarum est; quia sine ċħaracter potest in anima recipi gratia. Nec secundo modo : quia talis dispositio non stat cum opposito formae ad quam disponit, nec se haliet indifferenter ad formam et privationem forinæ; character autem stat cum opposito ğratia el indifferenter se habet ad gratiam elculpam; quare, etc. Si autem dicatur quod cliaracter esi dispositio congruitatis; — patet, et alias (dist. 4, q. h probatum est,quod illud non est convenienter dictum. Ergo,etc. — Ilæc Durandus.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUH SOLUTIONES

AI) ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. El quidem

Ad primum dicitur quod, licet in eo qui primo recipit liet»? baptismum, el postea recedit fictio, non suscipiatur actu baptismus tempore quo pœnitét de Actione; tamen, pro tunc, remanet baptismus quoad illud quod est res el sacramentum, scilicet character; el ideo quoad hoc potest esse causa in actu alicujus offectus in actu, scilicet ğratia Do hoc, in suo simili, sanctus Thomas, 3 p., q. 60, art. I , ubi quærit : Utrum liaplismus sit ipsa ablutio. Arguit enim sic, primo loco : ‹t Ablutio corporalis transit; baptismus autem permanet. Ergo Implismus non est ipsa ablutio, sed potius *regeneratio, sigillum,* et *custodia,* el *illuminatio,* ut dicit Damascenus in quarto *(de Fid. Orlh* , cap. 9). » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod in baptismo id quoti est sacramentum et res, scilicet character, el id quod est res tantum, scilicet interior justificatio, permanent; sed character permanet indelibililcr; justificatio autem permanet, sed amissibiliter. Damascenus ergo baptismum diffinit non quantum ad id quod exterius agitur, quod est sacramentum tantum, sed quantum m‹l id quod esi interius, etc. >— Hæc ille.— De hoc Petrus de Palude, quarta distinctione, q. 5. sic «licit : ‹ Cum, inquit, dicitur quod effectus in actu requirit causam in actu,— dicendum quod, sicul pater relinquit in utero matris illud cujus virtute, eo mortuo, generatur posthumus, quia paler esi causa prolis non immediate, sed mediante dispositione cujus est causa in fieri, et non in esse, unde, ipso non exsistente, virtus formali va operatur; sic, in regeneratione spirituali, per baptismum, ricut per causam in fieri, producitur character, qui, recedente fictione, est dispositio a«l gratiam. Et ideo major propositio intelligenda est de causa in esse, el effectu immediato; non autem de causa in fieri. Unde causa in actu eflkiens gratiæ est Deus; character autem, vel ornatus, est causa disponens. › — H.l*c Petrus, et sitis conformiler sancto Thomæ, in simili proposito. Nam, *de Potentia Dei,* q.3, art. 11, in solutione quinti, sic dicit : « Instrumentum intelligible moveri a principali agente, quamdiu retinet virtutem a principali agente impressam. Unde sagitta tamdiu movetur a projiciente, quamdiu manet vis impulsus þrojicient Sicut etiam generatum tamdiu movetur a generante, in gravibus et levibus, quamdiu retinet formam sibi traditam a generante. Undo ct semen tamdiu nitelhgitur moveri ab anima generantis, quamdiu remanet virtus impressa ab anima, licet corporaliter sit divisum. Oportet autem movens el motum esse simul, quantum ad principium motus, non tamen quantum ad lutum moluin, ut apprêt in projectis. » — Hæc ille. — Ex quibus apprêt quod baptismus exterior potest habere effertum in actu, etiam postquam cessat esse actu; quia remanet character ab eo impressus.

Ad secundum respondet Petrus, ubi supra, dicens: α Cum dicitur quod dispositio necessitatis non stat cum opposito ƒorma. — dicendum quod hoc verum est de dispositione quæ est necessitas simpliciter, non autem de illa quæ est necessitas ex suppositione. Sicut diaphaneitas est dispositio necessitatis ad illuminationem, non simpliciter, sed supposito quod non sil interpositum aliquod corpus opacum m medio; el talis dispositio bene stat cum corpore opaco; ct (x), illo remoto, est dispositio necessaria, supposito quoti corpus luminosum sit pnesens. Consimiliter, character est dispositio necessitatis ad lucem gratiæ, Deo semper pnesente, supposito quod peccatum mortale non dividat inter hominem et Deum. Sed, sicul jliaphnnum potest habere corpus medium, quo stante, non illuminabitur, et, quo remoto, statim illuminabitur; sic character stat cum peccato mortali, «pio stante, non infunditur lux gratiæ; sublata autem umbra mortalis culpæ, slatim infunditur lux gratiæ. — \el potest dici quod character non est dispositio necessitatis : nec ex parte

(1) *forma,* — Ofn. IV

(λ) *et* — Orn. Pr.

agentis, quia Deus non neceseitatur; nec ex parte patientis, quia liberum arbitrium non cogitur; sicut gcnentio hominis est dispositio ex parte materiæ (dispositio, inquam, necessitatis vel nécessitons materiam ad receptionem animæ, secundum quosdam). Sed est dispositio necessitatis respectu ejus ad quod disponit, supposita ordinatione divina, et remoto prohibente ex parte hominis : quia, istis positis, necessario sequitur infusio ğratia sicut organizalio fœtus est dispositio nécessitons ad infusionem animæ, ex ordinatione divina, nisi sit indispositio. j» — Hæc Petrus, el bene. — Potest etiam in eodem sensu breviter dici, ut alias (i) dictum est, quod major argumenti est vera dumtaxat de dispositione necessitatis quæ includit omne positivum et omne privativum requisitum ad introductionem forma·; talis enim dispositio non potest stare cum opposito formæ; sicut si dicamus quod dispositio ad introductionem lucis vel luminis in aere, est diaphaneitas, cum remotione omnis obstaculi inter aerem el corpus luminosum, et omnis impedimenti. Si autem major intelligatur de dispositione necessitatis quæ includit omne positivum, sed non omne privativum necessarium ad introductionem formæ, major est falsa; quia talis dispositio potest stare cum opposito formæ, sicut diaphaneitas cum tenebra in aere. Character autem est dispositio necessitatis ad gratiam secundo modo, non autem primo modo. Et ideo potest stare cum opposito gratiæ, scilicet culpa.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), dicens : ‹ Nihil prohibet aliquid de se esse indeterminatum, el per aliquid superveniens determinari : sicut polenlia concupiscibilis, est indeterminata ad bene et male concupiscendum; sed per habitum supervenientem determinatur ad alterum. Similiter character de se esi indeterminatus ad bene el male; sed per gratiam determinatur ad bene. — Sed ista solutio parum valet : quia tunc non esset dispositio ad gratiam plus quam ad oppositum; sicut nec potentia plus ad habitum bonum quam ad habitum malum. Et ideo dicendum quod character per se quidem est dispositio ad gratiam, sup|>osita carentia peccati mortalis; et sic determinatur ad bene. Sed quia potest stare cum opposito, ex hoc est (6) quod indifferenter se habet ad liene et male : sicut diaphaneitas est dispositio necessitatis ad lucem; sed, inquanlum potest conjungi o|»aco medio, indifferens est ad lucem (γ) et ad tenebram. — Vel dicendum est, per interemptionem, quod (6) gravitas est dispositio ad esse deorsum, el ad moveri deorsum; et tamen potest esse sursum, prater naturam, vel deorsum, per naturam; nec propter hoc est perse indifferens ad utrumqiie, sicut superficies ad album et nigrum. Si dicas quod aliud est disponere ad motum, et aliud disponere ad formam, — non valet. Quia conlrarietas in molibus et formis æqualiter respicit causam suam : videmus enirn formam aquæ, quæ per se est determinata dispositio ad frigiditatem, quod potest stare cum calore; sed hoc est prater naturam suam. Sic et character, per se quidem disponit ad gratiam; sed per accidens stat cum opposito. » — Hæc Petrus.

Potest etiam «lici quod major est veni tantum de dispositione necessitatis ad gratiam, quæ sc habet per modum operationis vel habitus; non autem de dispositione ad gratiam, quæ se habet per modum potential. Est enim triplex dispositio ad gratiam. Prima est operatio el actus liberi arbitrii; sicut patet in justificatione impii adulti habentis usum liberi arbitrii; talis enirn non justificatur per gratiam primam, sine dispositione pradicta. Secunda dispositio se habet per modum actus primi el habitus; sicut contingit in sacramentis non imprimentibus characterem, sed solum ornatum habitualem, qui (a) est dispositio ad gratiam. Tertia dispositio se habet per modum potentiæ; sicut est dispositio quam imprimunt sacramenta in quibus imprimitur character, qui (6) non est operatio, nec habitus, sed Inolentia supernaturalis, ut superius(dist. 4) sæpius dictum fuit. Talis autem dispositio indeterminata est ad liene et male agendum, el potissime quia non disponit ad gratiam directe et immediate, sed per quamdam congruentiam. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 63, ari. 4, in solutione primi, sic dicit : « Character directe quidem et propinque disponit animam ad ea qua· sunt divini cultus exequenda. Et quia hæc idonee non fiunt sine auxilio gratiæ, quia, ut dicilur, Joan. 4 (v. 24), *eos qui adorant Deum, in spiritu adorare oportet*, ex consequenti divina largitas recipientibus characterem gratiam largitur, per quam digne impleant ea ad quæ deputantur. › — Hæc ille. — Item, 4. *Sentent.*, dist. 4, q. 1, art. 1, in solutione quinti, sic dicit : α Character est dispositio ad gratiam, per quamdam congruilatis dignitatem. Ex hoc enim quod homo mancipalus est divinis actionibus, et inter membra Christi connumeratus, fit ei quædam congruitas ad gratiam suscipiendam : quia Deus perfecte providet homini in sacramentis; unde simul cum charactere, quo datur homini ut possit exercere spirituales actiones fidelium, vel passiones seu receptiones, datur ei gratia, qua hoc bene possit. n — Hæc ille.

Ad quartum resjKnidet Petrus, ubi supra, dicens quod α triplex est dispositio necessitatis. Una, sine qua non est illud ad quod dis|>onit, sive illa sit

(·) Cfr. diit. 1, q. 1, art. 3, §3, 111, ad 2e”».
wt. — Om. Pr.
(y) *ad* lucrni, — Om. Pr.
(i) çuod. — quia Pr

(3) çui. —- *qux* Pr.
(S) *qui.* — *qua* Pr.

psila, sive non : sicut quantitas est dispositio necessaria ail triangulum et albedinero; qua sublata, non potest esse hoc vel illud ; unde est necessaria ad boc quod sint; sed tamen, |>osita superficie, non propter hoc ista ponuntur, sed forte eorum op|>osiUi. Et talis dispositio necessitatis ad gratiam non e<l character : cum non sil immediatum subjectum gratiæ; el cum gratia sil in Christo, ct angelis, ct in mullis viris sanctis catechumenis, ct veleris testamenti, in quibus nullus character est; nam Udis dispositio ad gratiam non esi substantia intellectualis, quæ sola susceptiva est gratiæ et suæ privationis. Secundo modo, dicitur dispositio necessaria, non sine qua esse non possit illud ad quod disponit, sed, qua posita, necessario ponitur illud ad quod disponit. Et hoc dupliciter. Vel simpliciter : sicut alienatio compléta, est dispositio necessaria ad generationem et corruptionem; sine qua posset Deus corrumpere et generare; sed, illa posita, necessario sequitur generatio et corruptio. Vel ex suppositione : sicut diaphaneitas respectu lucis, ut dictum est. Tertio modo, dicitur dispositio necessaria utroque modo : sicut est subjectum respectu propriæ passionis; ❡ua inest soli, el omni, el semper; quia, illo posito, necessario ponitur propria passio, el, illo sublato, corrumpitur. Character autem incidit in secundum membrum secundi membri; quia esi dispositio necessaria sicut diaphanum, ut dictum est. — Vel dicendum quod duplex est dispositio ad gratiam. Una |>er se, ut motus liberi arbitrii in Deum; et hanc supplet character. Alia per accidens, sicut moins in peccatum, si habet peccatum; el hanc non supplet. Unde in parvulis sufficit character, el in amentibus, et dormientibus, licet nunquam habuerint pœnitenlinm de peccatis, quia tunc habere non possunt. »
Hæc Petrus, el bene. — Potest etiam diei quod character est dispositio necessitatis ad gratiam, non ideo quia non potest esse sine gratia, sed quin sine ea non potest bene operari ea quæ sunt cultus divini, ut superius expressum fuit. Et sic est necessaria sequela gratiæ ad characterem, non quidem absoluta, nec ex causa efficiente, sed ex suppositione finis characteris, quia talis finis sine gratia non potest congrue haberi. Et hæc solutio potest fundari in dictis beati Thonue, septima distinctione hujus, q. I, art. **I**, in solutione secundæ quæstiunculæ; et similiter in dictis ejus in solutione tertii recitatis (scilicet, 3 p., q. 03, art. 4, ad 1ⱡ et i. *Sentent.,* dist. 4, q. l . art. **I**, ad 5,ro).

Λ<l quintum dicilur quod virtus quæ ponitur in sacramentis, non agit nisi dum est in se, vel remanet in suo effectu. Et quia, recedente fictione, post usum el exhibitionem sacramenti, remanet character, a dicta virtute derelictus, ideo dicta virtus dicilur tunc agere, vel potius habere offectum suum, mediatum vel immediatum, eo modo (pio diffuse expositum fuit in solutione primi Nec valet replica contre hanc solutionem : quia utique character est dispositio necessitatis ad gratiam, modis sæpe dictis.

Ad sextum dicilur quod character est dispositio necessitatis ad gratiam, non primo modo, sed secundo modo. Et ad hujusmodi improbationem, patet quid sit dicendum, ex praedictis in solutione secundi et tertii. Cum ulterius dicit quod character non potest poni dispositio congniitatis ad gratiam, — patet quid dicendum, ex pradictis in bac quæstione, et mullis praecedentibus, potissime quarta distinctione hujus.

Ad argumentum in principio contra quæMionem facium, respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 09, art. It), in solutione primi, dicens : < Sacramentum baptismi est opus Dei, et non hominis. El ideo non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur. > — Hæc ille. — Item, 4. *Sentent. t* dist. 4, q. 3, art. 2, q|· 3, in solutione primi, sic dicit : < Baptismus non habet efficaciam solum ex opere operante, sed magis ex opere operato, quod est opus Dei, et non hominis. Et ideo non potest esse mortuum. > — Hæc ille.

Et hæc de quaestione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

QÜÆSTIO II.

UTRUM SACERDOS SIMPLEX. ETIAMSI NON SIT EPISCOPUS. 1OSSIT CONFIRMARE

–è Mt e h UN, (a) circa septimam distinctionem hujus quarti, quærilur : Utrum sacerdos simplex, etiamsi non sit episcopus, possit confirmare.

SjpÉZ Et arguitur quod sic. Quia, in sacramentis, ex parte conferentis, requiritur ordo et intentio. Sed Episcopus non habet aliquem ordinem vel characterem quem non habeat simplex sacerdos. Ergo, sicut Episcopus, ita el sacerdos simplex potest confirmare, si habeat intentionem confirmandi.

In oppositum arguitur. Quia soli Episcopi in locum Apstolorum succedunt. Sed soli Apostoli, in primitiva Ecclesia', manus imponebant; quod erat confirmare. Eigo soli Episcopi nunc possunt confirmare.

In hae quæstione erunt 1res articuli. In primo pncnlur conclusiones (C). In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

(e) *Iterum,* — Om. Pr
(«) *ct.* – Ad Pr

ARTICULUS L

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod solus Episcopus potest potestate propria et auctoritate confirmare.

Hanc ponit sanctus Thomas, septima distinctione *Quarti,* q. 3, art. I, q|| 2, ubi sic dicit : ‹ In omnibus artibus et potentiis ordinatis, vel habilibus, ita est quod ultima perfectio reservatur inducenda per supremam artem in genere illo : sicut artes quæ operantur circa materiam navis, reservant inductionem formæarli superiori, quæ navem compaginat; et illa resonat ulterius finem, scilicet usum navis, arti superiori, scilicet gubernatori®. Unde, cum Episcopi in ecclesiastica hierarchia teneant supremum locum, illud quod est ultimum in actionibus hierarchicis, eis resonandum fuit. Et quia perficere aliquid hoc modo quod sil supra communem statum aliorum, est supremum in actionibus hierarchicis, ideo sacramentum confirmationis, el ordinis, quibus hoc efficitur, solis Episcopis reservantur dispensanda. › — Hæc illo.

Item, 3 p., q. 72, art. **II**, sic dicit : « In unoquoque o|)ere, ultima consummatio suprem® arti aut virtuti reservatur : sicut pneparalio ₥ateria pertinet ad inferiores artifices, superior autem dat formam. Supremus autem est ad quem pertinet usus, qui est finis artificiatorum; et epistola, quæ a notario scribitur, a domino signatur. Fideles autem Christiani sunt quoddam opus divinum, secundum illud 1. *Corinthior.* 3 (v. 9) : Dri *ædifteatio estis.* Sunt etiam quasi quædam *epistula Spiritu lici descripta,* sicut dicitur, 2. *ad Corinth.,* 3(v.3). Hoc autem confirmationis sacramentum est quasi ultima consummatio sacramenti baptismi : ila scilicet quod per baptismum aedificatur homo in domum spiritualem, et conscribitur quasi quædam spiritualis epistola; sed per sacramentum confirmationis,quasi domus ædiOcah dedicatur in templum Spiritu> Sancti, el quasi epistola conscripta signatur signo crucis. Et ideo collatio hujus sacramenti episcopis 'eservatur, qui obtinent summam potestatem in Ecclesia; sicut in primitiva Ecclesia, per impositionem manus /tpostolorum, quorum vicem gerunt epi-copi, plenitudo Spiritus Sancti dabatur, ut habetur, Actuum 8(v. 17). Unde Urbanus Papa dicit (c. I , D 5, *de ₡on) : Omnes fideles per manus impusifinnrm episcoporum Spiritum Sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Chri*«liani inveniantur. * — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclu«done : Ultima consummatio baptismi, et ullimun in actionibus hierarchicis Ecclesiæ, reservatur Episcopo. Sed confirmatio el ordinatio sunt hujusmodi. Igitur.

Secunda conclusio est quod simplex sacerdos et non episcopus potest ex commissione sollus Papie confirmaro.

Hanc ponit ubi supra. Nam, in *Quarto,* eisdem quæstioneet articulo, in solutione terti® quæstiunculæ, sic «licit : a Circa hanc qiiæslionem sunt 1res opiniones. Quidam enim dicunt quod presbyter simplex de mandato Papæ non potest confirmare, et quod dicitur in littera de Gregorio, exponunt quod illi presbyteri ex mandato Papæ non conferebant sacramentum confirmationis, sed aliquod sacramenlale simile illi sacramento, sicut alicui porrigitur panis benedictus loco Eucharisliie. Sed non videtur conveniens quod talem simulationem in dispensatione sacramentorum induxisset Gregorius, vel sustinuisset : quia dispensatio sacramentorum pertinet ad veritatem doctrinæ, quæ non est propter scandalum dimittenda. Et ideo aliqui dicunt quod auctoritas Papie tanta est, quod ejus mandato quilibet potest conferre quod habet, ul confirmatus confirmare, sacerdos sacerdotium conferre, diaconus diaconatum; non autem mandato ipsius potest conferre quod non habet, ut diaconus ordinem sacerdotalem. Sed hæc opinio videtur nimis ampla. El ideo media .ia, secundum alios, tenenda est. Et ideo sciendum quod cum Episcopatus non addat super sacerdotium aliquid per relationem ad corpus Domini verum, sed solum per relationem ad corpus mysticum (a), Papa, per hoc quod est Episcoporum summus, non dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad corpus Domini verum, sed per relationem ad corpus mysticum. Et quia gratia sacramentalis descendit in corpus mysticum a capite, ideo omnis operatio in corpus mysticum sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramentali super corpus Domini verum; et ideo solus sacerdos potest absolvere in foro pomitentiali, el baptizare ex officio. El ideo dicendum quod promovero ad illas jierfectiones quæ non respiciunt corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum, potest a Papa, qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, committi sacerdoti, qui hnbet summum actum supra corpus Domini verum; non autem diacono, vel alicui inferiori, qui non habet perficere corpus Domini verum, sicut nec absolvere in foro pœnitentiali. Non autem potest sacerdoti committere promovere ad perfectionem quæ aliquo modo respicit corpus Domini verum; et ideo simplex sacerdos ex mandato Pa|«e non potest conferre ordinem sacerdolii, quia ordines sacri habent actum supra corpus Christi verum, vel supra materiam ejus. Potest

---

(i) *a* — Ad. Pr

autem concedere aimplici sacerdoti quod conferat minores ordines : quia isti nullum actum habent supra corpus Domini verum vel materiam ejus, nec supra corpus mysticum habent (a) actum per quem gratia conferatur; sed habent ex officio quosdam actus secundarios et preparatories. El similiter potest concedere alicui sacerdoti quod confirmet : quia confirmatio perficit eum in actu corporis mystici, non autem habet aliquam relationem ad corpus Domini verum, n — Ihcc ille.

Item, ibidem (arg. 2 Sed contra), arguit sic · « Majus est ordinem conferre, quam confirmare. Sed, ex mandato Papæ, aliqui non Episcopi conferunt quosdam ordines, sicut sunt Presbyteri Cardinales, qui conferunt minores ordines. Ergo, multo fortius, ex mandato Papa potest aliquis ſsaccrdo simplex confirmare, n — Hæc ille.

Item (arg. I Sed contra) arguit : « Quia, in littera presentis distinctionis (fi), dicitur quod Gregorius in casu permisit quod sacerdotes simplices possent confirmare. »

item, 3 p., q. 72, art. 11, in solutione primi, sic dicit : α Papa in Ecclesia habet plenitudinem |»otestatis; ex quo potest quædam, quæ sunt superiorum ordinum, committere inferioribus quibusdam ; sicut Piobvteris Cardinalibus concedit conferre minores ordines, quod pci linet ad potestatem episcopalem. El ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa quod simplices sacerdotes conferrent hoc sacramentum, quamdiu scandalum tolleretur. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quicumque habet plenitudinem potestati' sacramentalis, tam super corpus Christi verum, quam super corpus Christi mysticum, potest committere lialienti potestatem sacramentnlem super corpus Christi verum, promotionem sacraiiientalem super corpus Christi mysticum. Sed Papa habel plenarie utramque potestatem, el sacerdos simplex habelpotestatem sacramentalemsuper corpusGhrisli verum ; confirmare autem est promovere ad perfectionem concernentem solum corpus Christi mysticum. Ergo Papa potest committere simplici .sacerdoti collationem confirmationis.

Et in hoc primus articulus terminatur.

(x) *habent* — Om. Pr.

(«) Non invenitur in texttl MugiUtri *Sententiarum* «licl·» concessio facta a Gregorio. Ucpritur nutem in epistola hit·jiiv Pontificis a<l Januarium Episcopum Caralitanum ; et habetur in Decreto, <lisl 95. can. t. sub ltis verbis Perimit fi</ no», *gumdam uandaLzatnsguod presbyteros chrismate tangere* in frmifr tvia çui boplüoft imU, pro/iibuirnti». *Et* no» quidem «ccnndttm *veterent* usum noahTT *Ecclcsur fecimus. Sed, Ii omnino hac de re* π/κ/ηi *contristantur, ubi Episcopi desunt, ut presbyteri etiam m frontibus baptizato chrismate tangere debeant, concedimus.* In littera vero Magistri, till, L diti. 7, Ihcc leguntur *Licet autem presbyteris baptizatns tangere* in *pectore, sed mm chrismate signarc in fi\mte.* Quo quidem videntur deduci rx epistola l.» oms P.ip.r, qusn habetur in Decreto, dht tV8. ran. i. ubi. inter alia, dicitur : *Stguidem... eis (presbyteris} licitum e\t nec fier impositionem manuum fidelibus baptizatis... Paracletum Spiritum Sanctum tradere, nec chrismate 9>aplizatoruni frontes signare.*

ARTICULUS II

PONUNTOR OBJECTIONES CONTIIA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclurions. Et quidem, contra secundam arguil Durandus(dist.7, q. 4) multipliciter

Primo sic. Quia de integritate cujuslibet sacramenti sunt materia, d forma, el minister. Sed Papa non pote>t mutare aliquid circa formam sacramentorum, vel circa materiam. Ergo nec circa ministrum. Aut ergo simplex sacerdos ex institutione divina est minister confirmationis; et tunc, absque commissione Papæ, potest eam confcrn». Aut non est minister, sed x>lns Episcopus; et tunc ex quacumque commissione non (i) potest eam conferre.

Ad hoc tamen posset aliquis dicere, quod minister non esi ila de integritate sacramenti sicut materia el forma : quia materia et forma sunt intrinseca sacramento; minister autem extrinsece se habel ad ipsum; propter quod, aliqua \analio potest fieri circa ministrum, et non circa materiam ve! formam. Quod patet in sacramento pœnitentiæ, in quo potest fieri variatio cuva ministrum per Papam : sicut cum Papa dat aliquibus privilegium alisohendi, cum prius nlewlvera non possent; vel cum subtrahit ab Ius qui (fi) prius habuerunt ; nunquam tamen [lotest mutare materiam aut formam sacramenti poenitentia?. El similiter videtur quod posset facere circa alia sacramenta, ul scilicet [æsset variare ministrum, non autem materiam vel formam. — Sed istud non valet (γ). Primo, quia Papa circa sacramentum pœnitentiæ non mutat ministrum (quia minister ejus est omni' sacerdos, cum omni sacerdoti dicatur, Joann. 20, v. 22 et 23, Accipite Spiritum Sum tum, quorum *rentiseritis peccata,* etc); sed subtrahit materiam isti vel illi, sicut sibi placet; quod est pro lanio, quia, cum sacramentum pœnitenliæ sil judiciale, materia hujus est peccator subditus; |x)test autem Papa facere quod subditus isti sacerdoti, sibi amplius non sil subditus; et sic subtrahit isti vel illi materiam absolvendi, qua sub-

(a) *er guacumgue vommissiouc tum aftsgur ronunif-«io iic* ſa)nr Pr,

(S) *gui. — gu.r* Pr.

(γ) *ralct. — udetur* Pr

tracta, non potest solvero nec ligare; sicut si sacerdoti subtraheretur panis et vinum, non posset conticere. Similiter, Papa potest alicui subdere subditum, qui prius ei non erat subditus; el tunc poterit eum absolvere, quem prius non poterat ex defectu materie. Non ergo mutat Papa ministrum pernitentia», sicut nec in aliis sacramentis; sed dat materiam, vel subtrahit. — Vel potest alio modo dici : quod Papa ministrum alicujus sacramenti mutare non potest; potest tamen pneciperc quod nullus a tali vel tali ministro recipiat sacramenta; et tunc recipiens contra inhibitionem Papæ, peccat, nec recipit gratiam. Et quantum ad sacramentum poenitentia», nihil omnino recipit, nec sacramentum, nec rem sacramenti : non quia sacerdos non sil minister; sed quia confessio non est integra, quando tacet gcatum quod actu committit, contra inhibitionem Papæ faciens (x), et sic est defectus in materia; aut, si non beet, nihilominus non recipit rem sacramenti, scilicet gratiam, cum actu committat culpam. Est tamen verum sacramentum; sed quia lotus effectus pœnilentiæ est remissio culpa», ideo sacramentum est in tali iterandum, sicut esset aliud sacramentum per quod nihil penitus esset factum (6).

Nec valet quod dicitur, ministrum se habere extrinsoce ad sacramentum, el materiam et formam intrinsece. Quia, sicut minister conferens se habet exlrinsece ad sacramentum, sic el suscipiens ipsum. Sed ubi suscipiens aliquod sacramentum est determinatus, sicut in extrema unctione infirmus, vel in ordine masculus, per Papam mulari non potest (γ); unde nullum est sacramentum, si sanus inungatur, vel mulier ordinetur. Ergo similiter, circa ministrum nihil omnino |>otesl mutari absque evacuatione sacramenti, quamvis extrinsoce se habeat ad sacramentum. Et hoc est secundum argumentum.

Tertio arguit sic : Dispensare sacramenta quorum actus respicit corpus Christi mysticum, non convenit Papæ aut Episcopis ratione jurisdictionis : quia, cum Papa electus el Episcopus confirmatus habeant plenariam jurisdictionem antequam sint consecrati, possent tunc sacramenta conferre seu dispensare; quod est falsum; ergo non competit eis ratione jurisdictionis, sed ratione consecrationis. Sed ea quæ consecrationem respiciunt, non consecrato committi non possunt, ut habetur, Extra, *De Consecratione Ecclaiw vel altaris,* cap. penult Ergo Papa vel Episcopus non possunt non episcopo committere quo<l possit alia sacramenta conferre.

Quarto sic Papa non habet majorem potestatem quam Episcopus, nisi in foro causarum. Si ergo ex commissione Papæ simplex sacerdos potest conferre confirmationem, vel minores ordines, idem poterit quilibet sacerdos ex commissione proprii Episcopi; quod a nullo conceditur.

Quinto. Quia, sicut in baptismo confertur potestas suscipiendi sacramenta (x), sic in ordino dispensandi ea. Sed Papa non potest facere quod non baptizatus suscipiat verum sacramentum. Ergo non potest facere quod non ordinatus illa ordinatione qua quis reoipit potestatem dispensativam confirmationis, vel ordinis, possit hoc sacramentum conferre.

Sexto. Quia mirum esset si aliquis posset in actionem respectu (6) cujus non habet potentiam. Secundum istos autem, character ordinis, vel baplismi, sunt potestas suscipiendi et conferendi sacramenta. Nullus autem potest habere characterem baptismi, vel ordinis, ex commissione Papæ; sed requiritur susceptio sacramentorum. Ergo non habenti characterem ordinis per susceptionem sacramenti, non potest per quemcumque committi actus illius sacramenti. —Item, deducatur ut prius : Quia minister confirmationis, aut est ordinatus online episcopali, aut simplicis sacerdotis. Si episcopali, committi non potest non episcopo. Si simplicis sacerdotis, simplici sacerdoti non est necessaria commissio, nisi forte propter prohibitionem Ecclesiæ, ad vitandum culpam inobedienlice.

Septimo arguitur. Quia ratio tuæ opinionis non videtur concludere. Cum enim dicit quod Papa liabet plenitudinem potestatis super corpus mysticum, — verum est dupliciter (γ). Unam, qua potest sacramenta dispensare, sed non committere, cum hæc sil potestas consecrationis, in qua cum ipso communicant omnes Episcopi. Aliam potestatem habet, quæ esijurisdictionis, quæ esi in statuendo^), citando, excommunicando, suspendendo, in qua nullus ci æqlialur. Et hanc)>otest committere cui vult, in loto, vel in parte. Sed de hac (t) nihil ad propositum ; sed de prima, quæ com initii non potest.

Octavo. Quia quod dicitur, quod illa commissio non potest fieri nisi sacerdoti, qui habet potestatem super corpus Domini verum, — non videtur cogere. Quia a corpore Domini ut consideratur in se, vel perse, puta pasjo, vel mortuo, influit gralia in corpus mysticum, cl non ab ipso solum ut esi in sacramento. Sacerdos autem non habet potestatem super corpus Domini verum ut est in se, sed solum prout est in sacramento. Et ideo, quantum est de virtute I sermonis, vel rationis, non est necessarium quod sibi soli competat dispensatio sacramentorum, per quai eflluit gratia super corpus mysticum. Quod

a) a verbo *contra* mque ad forien», om. Pr.

(6) Ea ȹna hic leguntur, a verbui tel *poliat alio modo* d»£·, ȹtR ad ηιΛιl peuilua *factum,* non inveniuntur apud Dunndum, bent· vero apud Petrum de Palude, dist. 7. q *

(γ) *point — potiunt* Pr

(a) inrmnirnhi. — «armnienlion Pr.
(A) *ejiu.* — Ad Pr.
(γ) *dupliciter.* — Om. Pr
(() *tlaluendo, —cenitando* Pr.
(i) *hac. — hoc* Pr.

etiam patet : quia alius a sacerdote potest conferre baptismum, quantum est dc ratione sacramenti; licet, cx institutione Ecclesiæ, solus sacerdos habeat auctoritatem ministerii.

Nono. Quia, cum dicitur quod Presbyteri Cardinales conferunt minores ordines, — dicendum est quod œque dubium est de minoribus ordinibus et dc confirmatione. Non enim claret quomodo possint a non episcopo conferri, si solus Episcopus ex ordinatione Christi sit horum sacramentorum minister. Si vero omnis sacerdos sit minister, sed ex ordinatione Ecclesiæ reservatur solis Episcopis, tunc quilibet sacerdos potest vere confirmare, et minores ordines conferre, licet peccet conferendo, faciens contra statutum Ecclesiæ. Ecclesia enim potest ministrum sacramenti ligare suo statuto; sed non potest irritare sacramentum, concurrentibus his quæ sunt de necessitate sacramenti. Et si hoc est verum. tunc Gregorius potuit conferre sacerdotibus quod licite confirmarent, qui alias peccassenl confirmando, licet vere (a) confirmassent. Si autem non est ita, sed SOlus Episcopus est minister, nescio cur non possit dici quoti Gregorius, cum fuerit homo, et non Deus, errare non potuerit.

Declino. Quia videtur quod proprius minister confirmationis sit Episcopus, per illud quod dicitur, *dc Consecratione*, dist. 5 (can. *Manus).* Minister autem minorum ordinum videtur esse simplex sacerdos, ut patet per illud quod dicitur, Extra, *De ordinatis ab Episcopo qui renuntiavit suo episcopatui,* cap. 1.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem

Ad primum respondet Petrus de Palude, in præsenti distinet., q. 4, quod, α cum sacerdos liat Episcopus, el minister hujus sacramenti sit sacerdos Episcopus (quia non potest esse Episcopus nisi sit sacerdos; inimo non videtur alius character, sed idem plenior), committere sacerdoti simplici non est mutare ministrum quoad substantiam. Sciendum est autem quod forte, ex dispensatione Papæ, ex chrismate non consecrato, el dc oleo non lienedicto, possent sani confirmari, el morienles inungi. Et esset eadem materia; quia consecratio illa nihil reale addit, sed puram relationem rationis dicit. Unde Christus materiam instituit, et sanctificationem Ecclesiæ commisit. Unde qui est super totam Ecclesiam, non potest quidem materiam mulare; sed ejus consecrationem forte posset mulare vel omittere : quia sic Christus instituit quod oleum vel chrisma sit materia, eo modo quo fuerit per Ecclesiam determinatum; unde forte non est apud omnes; et quia consecratio illa non est sacramentum, sed aliquid sacrarnentale, ideo videtur esse in dispositione Ecclesiæ. Sed, sicut nullum est matrimonium inter personas quas Ecclesia reddit illegitimas; sic non est confirmatio, nec unctio, si fieret de materia contra ritum Ecclesiæ praeparata. Similiter ergo, si consecralio Episcopi non sil sacramentum, sed sacramenlale, videtur quod Paj>a possit circa illud dispensare : ut scilicet minister conferen> illa sacramenta quibus aliquis praeficitur coqwri Christi mystico, sic sit a Christo determinatus, scilicet quod sit sacerdos, secundum quod placuerit Ecclesiæ ipsum consecrare. Unde qui præest toti Ecclesiæ, potest ei committere sine hac consecratione. Sed quia generaliter statuit quod non episcopus hoc non faciat, ideo qui contra hoc agit, nihil facit. Determinationem enim sacerdotis Christus Ecclesiæ commisit; sed quod sacerdos esset, hoc determinavit. Unde forte Papa potest facere quod simplices sacerdotes Episcopum consecrarent. Sed respectu aliorum sacramentorum, quæ respiciunt corpus Christi verum, Christus determinavit non solum quod esset sacerdos, sed etiam qualis sacerdos, quia Episcopus, secundum ritum Ecclesiæ consecratus. Unde modum conferendi Ecclesiæ commisit; sed eum consecratum voluit esse ulteriori ritu quam simplicem sacerdotem. El quamvis ista non probentur, tamen isto modo esse potuit. Et isto modo salvari potest quoti Ecclesia Romana facit, de qua supponendum est quod non errat. » — Hæc Petrus.

Sed contra hanc solutionem arguit Durandus (dist. 7, q.3), dicens quod ‹ hæc opinio non solum videtur falsa, sed fidei et Ecclesiæ valde periculosa. El quod sil falsa, patet. Quia, secundum omnes sanctos, et doctores theologos, el sacros canones, Christus non commisit alicui homini respectu sacramentorum nisi simplex ministerium, et non potestatem excellentia», vel aliquid ad eam pertinens. Sed ordinare de materia sacramenti, puta de oleo, vel chrismate, ǫuod benedicatur vel non benedicatur, vel quod benedicatur tali benedictione \el alia, et quod hujusmodi ordinatio sit de necessitate sacramenti et non solum de solemnilate, perlinet ad potestatem excellenliæ, et non ad simplex ministerium, quod consistit solum et precise in faciendo ea quæ circa sacramenta sunt instituta per Christum. El istud non fuit commissum alicui homini, nec Papæ, nec alicui alii. Et quod dictum est de

(i) vere. — *alias* Pr.

materia, habet locum de ministro : quia ordinare quod minister sit ordinatus tali vel tali consecratione, prout placet ordinanti, et quod talis ordinatio seu consecratio sil de necessitate sacramenti, pertinet ad potestatem excellentia?, et nullo modo ad simplex ministerium. — Quod etiam praedicta opinio sit fidei et Ecclesiæ valde periculosa, palet. Quia sicut isti dicunt et ponunt quod Christus commisit voluntati el dispositioni Ecclesiæ vel Papæ, quod chrisma vel oleum sit l>onedictum vel non lienedictum, et, si benedictum, quod benedicatur tali benedictione, secundum voluntatem elordinationem Ecclesiæ vel Papæ; et sicut ponunt de ministro confirmationis vel ordinationis episcopalis, quod sit sacerdos consecratus consecratione simplicis sacerdotii vel summi, pro voluntate et ordinatione Papa· vel Ecclesiæ, quæ ordinatio est de necessitate sacramenti; ita possunt dicere circa alia sacramenta, scilicet baptismi, Eucharistias, pœnitenliæ, elextrcm.n unctionis. Poterii enim diri quod minister Eucharistia;, pœnilentiæ, et extremæ unctionis, ex institutione Christi est sacerdos; sed Christus commisit dispositioni Ecclesiæ, vel Papæ, quali consecratione sit ille sacerdos consecratus, videlicet consecratione simplicis sacerdotii, vel consecratione episcopali. El. m Papa ordinaret quod esset consecratus consecratione episcopali, tunc soli Episcopi possent sacramentum Eucharistiae perficere vel conficere, el absolvere in foro pœnitcntiæ, ct infirmos ungere; nec alias esset verum sacramentum. Similiter, circa sacramentum baptismi, posset dici quod Christus solum instituit quod baptismus fieret in aqua; sed commisit Pape vel Ecclesiædeterminationem aquæ, videlicet an esset benedicta vel non benedicta, calida vel frigida. Et similiter, posset dici quod Christus instituit solum quod vinum esset materia consecrationis sanguinis; «ed commisit determinationi Papæ vel Ecclesiæ quale esset illud vinum, album vel rubeum. El, si Papa circa aquam baptismi determinaret quod deberet esse calida, el circa vinum quod deberet esse rubeum, baptismus non |x>ssel fieri, saltem extra casum necessitatis, nisi in aqua calida, nec sanguis Christi consecrari, nisi in vino rubeo; quia ordinatio Ecclesiæ esset do necessitate sacramenti, ex commissione Christi. Nec est major ratio dicendi illa qur isti dicunt, quam dicendi hæc quæ subjecta sunt. Quod periculosa autem sint hæc omnia, perpendere potest quilibet prudens, eo quod fides quam habemus de sacramentis, dependeret ex illa voluntate unius hominis, scilicet Papa·, etiam quantum ad aliqua quæ essent de necessitate. — liem, absurdum videtur, et contrarium Same Scriptura?, quod ex commindone Papæ simplices sacerdotes possent Episcopum consecrare. Dicit enim Apostolus, *ad Hebr^os* (cap. 7, v. 7), quod, *absque ulla contradictione,* minor *a majore benedicitur* Sei Episcopus non est minor simplici sacerdote immo major, sive consecratio episcopalis sit sacramentum, sive sncramcntalc. Ergo absurdum est dicere quod simplices sacenlotos possunt Episcopum consecrare. Tenendum est ergo, secundum communem et sanam doctrinam, quod, circa sacramenta et sacramentalia per Christum instituta, nihil potest mulari per quemcumque hominem, quantum ad ea quæsunt de necessitate sacramentorum, vel sacramentalium, si qua per Christum instituta fuerint; nec in his Christus commisit homini, Papæ, vel alteri, nisi simplex ministerium; quamvis ad solemnitatem ministerii potuerit et jxissil Ecclesia addere, vel subtrahere, vel mulare, prout judicaverit expedire. » — Hæc Durandus, in forma.

Sustinendo autem opinionem Petri, dicendum est primo, quod illa opinio non est falsa, sed vera. Et ad probationem, dicitur, negando minorem, scilicet quod ordinare aliquid circa benedictionem sacramentorum materiæ, quæ quidem ordinatio sil de necessitate sacramenti, et non solum de solemnilate, pertineat ad potestatem excellenliæ, quam Christus habuit respectu sacramentorum novæ legis. Unde sciendum est quod talis potestas non consistit in his qua· dicit arguens, sed in aliis. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 64, art. 3, sic dicit : « Interiorem effectum sacramentorum operatur Christus, el secundum quod est Deus, el secundum quod est homo; aliter tamen et aliter. Nam, secundum quod est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem; secundum autem quod est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritorie, el efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est enim (3 p., q. 48 ct 49) quod passio Christi, quæ competit ei secundum humanam naturam, tausa est justificationis nostra· meritorie, et effective, non quidem per modum principalis agentis, sive per auctoritatem, sed per modum instrumenti, inquantum humanitas est instrumentum divinitatis ejus. Sed tamen, quia est instrumentum conjunctum divinitati in persona, habet quamdam principalitatem et causalitatem respectu instrumentorum quæ sunt ministri Ecclesiæ ct ipsa sacramenta. El ideo, sicut Christus, inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis; ita, inquantum homo, habet potestatem ministerii principalis, sive potestatem escellentiæ. Quæ consistit in quatuor. Pruno quidem, in hoc quod meritum et virtus passionis ejus operatur in sacramentis. Et quia virtus passionis copulatur nobis per fidem, secundum illud *Romanae.* 3(v. 25), Quem *propoimit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ejus,* quam fidem per invocationem nominis Christi protestamur (x); ideo, secundo, ad potestatem excellenliæ, quam Christus hatat in sacramentis, pertinet quod in ejus nomine sacramenta sanctificantur. Et quia ex institutione

(e) *protrUab»'·* — />rofr«rantur Pr.

çacramenta virtutem obtinent, inde esi qurd, tertio, ad excellentiam potestatis Christi perlinet quod illo qui dedit virtutem sacramentis, jioluit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius econlra, ideo, quarto, perlinet ad excellentiam potestatis Christi, quod ille potuit conferre effeclum sacramenti sine exteriori sacramento· › — Hæc ille.— El consimilia dicit, 4. *Sentent.,* dist. 5, q. I,art. I. liem, 3 p., ubi supra, art. 4, sic dicit: ɑ Christus in sacramentis habet duplicem potestatem. Unam auctoritatis, quæ competit ei secundum quod Deus; et talis potestas nulli creatura potuit communicari, sicut nec divina essentia. Aliam jiotestatem habuit excellenliæ, quæ competit ei secundum quod homo; et talem potestatem potuit Christus communicare ministris Ecclesiæ, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, et ut ad invocationem nominis eorum sanctificarentur sacramenta, el ut ipsi possent sacramenta instituere, el sine ritu sacramentorum effectum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum conjunctum, quanto fuerit fortius, lanio magis virtutem suam instrumento separato tribuere,sicut manus baculo. » — Hæc ille. — liem, ibidem, in solutione primi, sic dicit: «Christus non ex invidia pr.etermisit (e)polcslalem excellenliæ ministris tribuere, vel communicare, sed propter fidelium utilitatem, ne in homine spem ponerent, et ne essent diversa sacramenta, ex quibus divisio in Ecclesia oriretur, sicut apud illos qui dicebant : *Ego sum Pauli, ego autem Cephx,* ut dicitur, I. *Corinthior.* l (v. 12).› — Hæc ille.— Ex quibus apparet quod ordinare aliquid pertinens necessario ad sacramentum, non quidem primarie et principaliter, sed secundarie et minus principaliter, potissime ex commissione Christi, non pertinet ad potestatem excellenliæ in sacramentis, sed ad potestatem ministcrialcm, non quidem qualiscumqiie aut cujuscumque ministri, sed solum ministri (pii habet plenitudinem potestatis ministerialis in Ecclesia, cujusmodi est Papa. Hoc enim non est instituere sacramenta quoad essentialia sacramentorum vel substantiam, sed ordinare el disponere de quibusdam actibus, necessario tamen requisitis ad complementum sacramentorum, et hoc non auctoritate propria, sed ex commissione Christi, speciali vel genendi, implicita vel explicita Et ad hoc videtur facere dictum sancti Thoma!, 3 p., q. 72, art. 3, in solutione tertii, ubi sic dicit : « Materia coi|h›ralis non est capax gratia·, «pinsi gratiæ subjectum, sed solum sicul graliæ instrumentum; el ad hoc materia sacramenti consecratur, vel ab ipso Christo, vel ah Episcopo, qui gerit in Ecclesia personam Christi. " — Hæc ille. — Hem, in principali solutione, sic (a) dicit : « Tota =arramcntnnim sanctificatio a Christo derivatur. Est autem considerandum quod quibusdam sacramentis habentibus materiam corpoream Christus est usus, scilicet Inplismo et Eucharistia. Et ideo, ex ipso usu Christi, materiæ horum sacramentorum aptiludinem acceperunt ad perfectionem sacramenti. Unde Chrysostomus (δ) dicit quod *nunquam aquse baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominicæ carnis sanctificatx fuissent.* Et ipse similiter Dominus accipiens panem, benedixit; similiter autem el calicem, ut habetur, Matth. 26 (v. 26), et Luae 22 (v. 19 el 20). Et, propter hoc, non est de necessitate horum sacramentorum quod materia plus benedicatur, quia sufficit benedictio Christi. Si qua vero benedictio adhibeatur, pertinci ad sacramenti solemnitalem, non autem ad necessitatem. Unctionibus autem visibilibus Christus non esi usus, ne fieret injuria invisibili unctioni qua est *unctus prx consortibus suis* (Psalm. 44, v. 8). Et ideo tam chrisma quam (γ) oleum sanctum, el oleum infirmorum, prius benedicuntur quam adhil>eantur ad usum sacramenti. » — Hæc ille. — Ex quibus videtur quod lumedictio chrismatis vel olei nunquam fuerit lacta vel exercita a Christo actualiter, nec benedictionis forma explicite ab ipso tradita, sed Ecclesiæ cl Episcoporum primo, scilicet Papæ, commissa; el quod hoc non pertinet ad potestatem excellenliæ, sed ministerii. Institutio autem sacramentorum perlinet ad potestatem excellenliæ. Ut dictum est. El de hoc sanctus Thomas. 4. Senfcnf., dist. 17, q. 3, art. 1. in solutione quinlæ quaestiuncula?, sic dicit : « Ministri Ecclesiæ instituuntur in Ecclesia divinitus fundata. Et ideo institutio Ecclesiæ prasupponitur a«l operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus natura. El quia Ecclesia fundatur in fide el sacramentis, ideo ad ministros Ecclesiæ, nec novos articulos fidei edere, aut editos removere, aut noxa sacramenta instituere, aut instituta removere, pertinet; sed hoc est potcstalis excellenliæ, quæ soli debetur Christo, qui est Ecclesiæ fundamentum. El ideo, sicut Papa non |x>test disjiensare ut aliquis sine baptismo salvetur, ita nec quod salvetur sine confessione, etc. › Item, «list. 7. q. I, art. I. in solutione primi argumenti primæ qu.estiunculæ, sic dicit : ‹ Circa institutionem hujus sacramenti, scilicet confirmationis, est triplex opinio. I na.enim dicit quod hoc sacramentum non fuit institutum, nec a Christo, nec ab Apostolis, sed |x>stea, processu temporis, in quodam concilio generali. Et dicunt quod Dominus rem hujus sacramenti conferebat sine sacramento, manus imponendo; similiter ct Apostoli, eo quod ipsi con-

(>) prr/rrniinL *omisit* Pr

(») eic. — iteut Pr.

(<) hntno Chromatins, in cap. 3. Matth.; «»t habetur in Decreto, can. 10, D JV. </c *Con^c,*

(γ) *quam* — hxm Pr.

firmati fuerunt immediate a Spiritu Sancto. Sed hoc videtur valde absonum: quia, secundum hoc, Ecclesia tota die jk)x m4 nova sacramenta instituere; quod e»l falsum; cum ipsi non sint factores legis, sed ministri, et fundamentum cujuslibet legis in sacramentis consistit; et præterea, in littera (pnes. dist.), dicitur quod, *tempore Apostolorum, non ab aliis quam ab Apostolis fuit peractum* (a). Ideo alii dicunt quod non fuit a Christo sed ab Apostolis institutum hoc sacramentum. Sed hoc etiam non competit quia el ipsi Apostoli, quamvis essent base» Ecclesia·, non tamen fuerunt legislatores; unde ad eos non pertinebat sacramenta instituere. El ideo probabilior videtur aliorum opinio, qui dicunt, hot· sacramentum, sicut el omnia alia, a Christo fuisse institutum (6); quod patet ex hoc quod ipse etiam Dominuspueris manus imponebat, utpatet, Mattii. 19 (v. 15). Nec obstat quod in Evangelio vel in Actibus Apostolorum non lil mentio de materia vel de forma hujus sacramenti : quia formæ sacramentorum, el alia quæ in sacramentis exiguntur, occultanda erant in primitiva Ecclesia, propter irrisiones infidelium, ul dicit Dionysius (cap. 7, *de Eccles. Hierarch.),* etc. i» Hem, eadem quæst.» art. 3, qi· 1, in solutione secundi, sic dicil : ‹ Quidam dicunt quod Apostoli, propter dignitatem el auctoritatem ipsorum, confirmabant sine materia et forma, per solam manus impositionem. Sed hoc non videtur bene dictum : quia, quantumcumque ipsi essent magnæ auctoritatis, tamen potestatem excellcntiæ in sacramentis dispensandis non habebant. El ideo dicendum est quod Apostoli aliqua forma utebantur, quamvis non fuerit scripta. Mulla enim Apostoli servabant in sacramentorum dispensatione, quæ nolebant divulgari, propter irrisionem infidelium evitandam; sicut patet per Apostolum dicentem, I. *Corinthior.* Il (v. 34): *Codera, cum venero, disponam;* et loquitur de celebratione sacramenti Eucharistia.l, etc. p item, dist. 2, q. **I**, art. 4, in solutione quartæ quæsliunculæ, sic dicit: « Quidam dicunt, non omnia sacramenta a Christo immediate instituta fuisse, sed quatiam ipse per se instituit, quædam vero Apostolis instituenda commisit : scilicet confirmationem, in qua Spiritus Sanctus datur ad robur, cujus institutio esse non debuit ante plenam Spiritus Sancti missionem; et extremam unctionem, quæ, cum ad gloriam resurrectionis sil immediatum el proximum præparatorium, ante resurrectionem institui non debuit. Sed quia institutio sacramentorum videtur ad potestatem plenitudinis excellenti^ in sacramentis perlinere, quam sibi Christus reservavit in sacramentis, cum ex institutione sacramenti habeant quod significent, ideo aliis probabilius videtur quod, sicut puri hominis non est sacramenta mutare, vel a sacramentis absolvere, ita nec nova sacramenta instituere; el ideo omnia sacramenta novæ legis ab ipso Christo institutionem habent. » — Haec ille. - Similia ponit, 3 p., q. 64, art. 2, ubi probat quod solus Deus est sacramentorum institutor. Et similiter, q. 72, art. I (ad !um), ubi probat quod α Christus instituit sacramentum confirmationis, non exhibendo, sed promittendo ». Ex quibus omnibus apparet quod nova institutio sacramentorum pertinet ad potestatem excellenliæ solius Christi; non autem institutio benedictionis, aut alicujus accidentalis el non substantialis determinatio materiæ sacramentalis; illa enim competere potest Papæ.

Sed tunc restat dubium. Quia sanctus Thomas dicit, 3 p., q. 64, ari. 2, in solutione primi, quod « illa quæ aguntur in sacramentis, per homines instituta, non sunt de necessitate sacramenti ; sed perlinent (i) ad quamdam solemnitalem, quæ adhibetur sacramentis ad excitandam devotionem et reverentiam in his quæ sacramenta suscipiunt. Ea vero quæ sunt de necessitate sacramenti, sunt ab ipso Christo instituta, qui est Deus el homo; el, licet non omnia sint tradita in Scripturis, habet tamen Ecclesia ea ex familiari traditione Apostolorum, sicut Apostolus dicit (6), 1. *Corinthior.* 11 (v. 34) : *Caetera, cum venero, disponam* >. — Hæc ille. — Dicendum est quod loquitur de institutis per homines non habentes plenitudinem potestatis hierarchies in Ecclesia, cujusmodi sunt inferiores Papa; sed non intendit includere Papam. Quod palet : quia, 4. *Sentent.,* dist. 40, q. 1, art. 4, vult el determinat quod gradus consanguinitatis impedientes matrimonium possunt taxari ab Ecclesia usque ad quartum gradum; ita quod de necessitate sacramenti est quod contrahentes, et illud sacramentum accipientes, non attineant sibi in aliquo quatnor graduum. Unde, secundo loco, arguit sic: « Matrimonium est sacramentum, sicut baptismus. Sed non posset (γ) ex statuto Ecclesiæ fieri quod ille qui ad baptismum accedit, non reciperet characterem baplismalem, si ex jure divino ejus capax fuerit. Ergo nec Eccelsiæ statutum facere potest quod matrimonium non sil inter illos qui per jus divinum matrimonia!iter conjungi non prohibentur. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium. El ideo magis subjacet ordinationi ministrorum Ecclesiæ quam baptismus, qui est tantum sacramentum : quia, sicut contractus et officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus el officia

(>) Urc win rebila λ Magistro, prrsenh distinctione, sunt Eusebii Papn% epist. 3 ad Episcopos Tiisdia» et Campante; el habentur in Decreto, can. 4, D V, de *Conteur.*

(15) tîMhluturn. — truhtuCa Pr.

1 (3) pertinent — Om. Pr.
(6) dicit. — Om Pr.
(γ) powct. — *pvltil* Pr

spiritualia lege Ecclesia». » — Hæc ille. — Item, dist. 25, q. 1, art. 1, arguit sic, tertio loco : « Illa quæ sunt ordinis, non possunt alicui committi, qui non habet ordinem. Sed conferre minores ordine» committitur aliquibus qui non sunt Episcopi, sicut Presbyteris Cardinalibus. Ergo conferre ordines non est episcopalis ordinis. »Ecco argumentum.Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod Papa, qui habet plenitudinem pontificalis potestatis, [K)test committere non Episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dum tamen illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi. Et ideo, ex ejus commissione, aliquis sacerdos simplex potest conferre minores onlines, et confirmare ; non autem aliquis non sacerdos; nec itemrn simplex sacerdos majores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet majorem potestatem quam simplex sacerdos· » — Hæc ille. — Ex quibus apparet : Primo, quod Papa potest instituere circa materiam sacramentorum aliquam determinationem, vel conditionem, aut circumstantiam, ita necessariam sacramento, quod ejus omissio, facta ab inferioribus Papa, reddit sacramentum nullum. Secundo, quod Papa, propter complementum el plenitudinem sua.· potestatis, aliquam conditionem ministri sacramentorum necessariam sacramento collate ab inferioribus Papa, potest facere non necessariam, ul patet de ministro ordinis et confirmationis. Tertio, conceditur quod (a) nihil institutum a Papa circa sacramentorum materiam, aut formam, aut ministrum, est sic et taliter necessarium sacramento, quod non possit per eumdem Papam, aut per alium ministrum Ecclesia» sibi æqualem, puta suum successorem, reddi non necessarium sacramento. Secus est de institutis circa sacramenta per Christum, in quibus ea quæ sunt necessaria nullus minister Ecclesia? potest reddere non necessarium, sine Christi vero et expresso, aut interpretativo et æquipollenti mandato; cujusmodi est in præsenli materia, circa sacramenta confirmationis ct minorum ordinum, circa quorum commissionem Papa specialem potestatem accepit, qua Petrus usus fuisse creditur, et multi sui successores, potissime beatus Gregorius, et mos Rornana» Ecclesia» sic habet. Ex quibus omnibus patet qualiter potestas Papæ, licet non sit potestas excellentiæ, potest tamen duo supradicta. Conceditur etiam quod nihil institutum per Papam, consistens precise in verbis, est de necessitate sacramenti, stricte sumendo sacramentum : non enim potest aliquid addere vel subtrahere necessarium formæ sacramenti.

Cum autem ulterius dicit arguens, quod opinio Petri est periculosa fidei vel Ecclesiae; — negandum est. Nec valet sua probatio per similitudinem de sacramento baptismi, vel Eucharistiae. Tum quia nec Apostolorum Princeps, nec Romana Ecclesia, cujus fides periclitari potest sed non deficere, unquam circa sacramentum baptismi, aut Eucharistia?, aliqua necessaria prædictis sacramentis, quantum ad materiam vel formam aut ministrum, leguntur instituisse, sicut circa sacramentum ordinis, confirmationis et matrimonii. Tum quia baptismus est sacramentum necessitate ; ideo minister el materia non potest (>er Papam arctari aliqua speciali determinatione, sicut materia matrimonii, aut minister ordinis, aut confirmationis, quæ sacramenta non sunt tanta» necessitatis. Tum quia, ni sæpe dictum est, sacramenta majorum ordinum et Eucharistia» habent immediatam relationem ad corpus Christi verum; non sic est de sacramentis confirmationis, aut matrimonii, vel minorum ordinum ; Papa vero, licet non habeat in sacramentis potestatem excellentia» sicut Christus, habet tamen completissimam potestatem ministri; et ideo quædam non necessaria potest reddere necessaria, el circa quædam necessaria |>otesl dispensare, el reddere non necessaria (a), circa sacramenta quæ non habent immediatam relationem ad corpus Christi verum, sed perficiunt in aliquo gradu corporis mystici. El hoc sufficiat pro nunc ad replicam Durandi contra solutionem Petri ad primum Durandi — Forte tamen non oportet sustinere omnia quæ dicit Petrus circa benedictionem materia» confirmationis, aut unctionis, aut Episcopi; quia non omnia videntur esse de mente sancti Thomae; cujus dicta suscepimus defendenda, vel potius sustinenda dumtaxat.

Ad secundum Durandi respondet Petrus (dist. 7, q. 4), dicens quod « actio transiens, non solum essentialiter, sed etiam subjective differt ab agente; sed patiens est idem subjecto cum ea. Unde essentialius se habet patiens ad actionem transeuntem. quam agens, — Vel potest dici quod, sicut Papa non potest mulare subjectum a Deo determinatum, sic nec agens a Deo determinatum. Sed subjectum est quidem quandoque a Deo determinatum totaliter el simpliciter, et tunc Papa nihil potest; aliquando conditionaliter, scilicet supposita ordinatione Ecclesia.», sicut in matrimonio vir et mulier; unde ibi Papa potest facere personos illegitimas et legilimas. Et similiter est ex parte ministri : quia quando est determinatus totaliter el simpliciter, Hpa nihil potest, puta sacerdos est determinatus ad ungendum et absolvendunj; quando autem est determinatus sub conditione cujus impletio est in potestate Ecclesiæ, tunc Papa potest. El sic supponitur esse hic; sicut e converso supponitur in suscipiente omnia sacramenta prater baptismum et matrimonium, quod (6) baptizatus est susceptivus, et non

(a) *quod. — quia* Pr.

( ) neccMarui. — neceuanum Pr.
( ) *quod. — quorum* Pr.

alius; unde nec Papa potest facere quod non baplitnlus possit aliquod sacramentum suscipere. quia sic Christus ordinavit. Si autem ordinavit similiter quod solus sacerdos sit suscepti viis episcopiis consecrationis, tunc Papa non potest dispensare. Undo, quia supponimus quod Ecclesia non errat in his in quibus Ecclesia dispensatione utitur, supponendum est determinationem iiltimalam esse Ecclesia? commissam. In quibus vero nondum attentavit, supponendum est a Christo determinationem esse factam ». — llæc Petrus, et liene. — Posset tamen dici quod, m casu quo Papa committit collationem confirmationis simplici sacerdoti, non proprie mutat ministrum sacramenti. Quia minister illius sacramenti est sub disjunctione, Episcopus, vel simplex sacerdos, commissarius Papæ, ad hoc specialiter deputatus. Tum quia, in tali casu, Papa committens dicitur confirmare; qui est competens minister. Tum quia, si hoc non conceditur, tamen, in tali casu, factum Papæ ℮ factum Christi; et talis ministrat sacramentum institutione Christi, non nova, sed antiqua, non absoluta, sed conditional!.

Ad tertium respondet Petrus (ibid·), dicens quod, ‹ licet Epicopus non possit committere non consecrato in Episcopum ea quæ sunt episcopalis consecrationis, puta dedicare Ecclesias, et hujusmodi; Papa tamen posset non Episcopo, immo etiam non sacerdoti, nisi illa quæ includunt Missæ celebrationem, committere; quia talia sunt de jure positivo. De his vero quæ sunt de jure divino, nihil licet inferiori Papa; ani Papa· sic, secundum distinctionem factam. — Vel potest dici quod non consecrato non possunt committi, etiam a Papa; sed consecrato in sacerdotem, licet non sit consecratus in Episcopum, possunt aliqua committi a Papa, et non ab alio, sicut sunt illa de quibus agitur. Unde decretalis *Aqua, De consecratione ℮cclesia vel altaris* (cap.9), non est ad propositum : quia loquitur dc Episcopo qui ea quæ sunt consecrationis non Episcopo non potent committere, immo nec tonsuram conferre; cum tamen constet quod Papa hujusmodi committat; quia, cum habeat plenitudinem Pontificatus, ea quæ sunt Pontificum, etiam non Pontifici committit; quod non potest facere particularis Pontifex; perfectum enim est, quod potest sibi simile generare. Et quando unus Episcopus committit alteri ordines in sua diœcesi conferre (a), vel hujusmodi, ille qui ordines confert, jure suo confert, et auctoritate sua, non committentis; quia etiam non consecratus committere potest; propter quod oportet quod is cui committit, qui juro suo hoc facere potest, sit consecratus illa consecratione ad quam hoc pertinet. Sed quando ex commissione Papæ confirmat, vel dat minores ordines, non sua auctoritate, sed vice Papæ. hoc facit : quia, si potest facere perfe-

(»| conferre — *fa<ert* Pr.

dum Episcopum sicut vult, scilicet mutando materiam et formam, sic et partialem Episcopum, id est, in parte dare alicui potestatem Episcopi ut Episcopus est, non «piam habet ut Episcopus et sacerdos, scilicet collationem ordinum majorum, qui respiciunt corpus Christi verum, d — Ihrc Petrus, el satis conformiter dictis sancti Thomæ in simili projiosilo. Unde, 4. *Sentent* , dist. 25, q. I, art. I, arguit sic, quinto loco : « Plus distat sacerdos a diacono, quam Episcopus ab Episcopo. Sed Episcopus potest consecrare Episcopum. Ergo sacerdos potest promovere diaconum. » Ecce argumentum. Sequilur responsio : « Dicendum, inquit, quod ad communicandum alteri quod quis habet, non tantum exigitur propinquitas, sed completio potestatis. Et quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officiis, sicut Episcopus, ideo non sequitur quod jiossil diaconos facere, quamvis ille ordo sit sibi propinquus. » — Hæc ille. — Sic, in proposito, dici latest de Papa resjiectu Episcoporum aliorum.

Ad quartum respondet Petrus (ibid.), «licens quod, a licet Papa non habeat majorem potestatem conferendi sacramenta per se quam Episcopus, tamen haliet majorem potestatem in conferendo ea per alium : quia conferre est consecrationis, sed committere est jurisdictionis; est autem Papa major in jurisdictione quam alius Episcopus, sed æqualis est in consecratione, quia æqualis est utriusque consecratio, cum sil eadem; unde Episcopus factus Papa non amplius consecratur. Et potest poni exemplum in Episcopo et Inquisitore : quia non habet Episcopus majorem potestatem in cognoscendo de crimine hæresis per sa, immo «le pari currunt; sed Episcopus, cum sil ordinarius, habet majorem in committendo quam Inquisitor, qui committere non potest Episcopo. — Pr.elerea, consequentia apparet falsa in omnibus consecrationibus quæ sunt sacrainenlales et non sacramenta : quia ita potest in illis Episcopus per se sicut Papa; sed Papa (ot) potest eas committere non Episcopo; non autem potest hoc simplex Episcopus. Unde, in decretali *Aqua (De consecratione ccclesioo vel altaris,* cap. 9), Papa, dissimulando, ratam halæt consecrationem faciam a simplicibus sacerdotibus (6); ad quod ratihabitio inferioris non valeret, nec aliquid faceret. › — Hæc Petrus, el bene.

Ad quintum respondet Petrus (ibid), dicens quod, α sicut Papa non potest facere quoti non baptizatus recipiat alia sacramenta, quia character baptismalis est simpliciter potentia passiva ad alia sacramenta, et nemo recipit illud cujus non habet potentiam receptivam; sic (γ) Papa non potest facere quoti non ordinatus, «pii caret charactere ordinie,

(a) *ie<t* — *tanifn* Pr.
(C) a *tiinpltcihue «acerdotibui.* — Orn Pr,
(7) tic — *et vinuhter* Pr.

possit conferre confirmationem, vel minorem ordinem, quia character ordinis est potentia activa ad conferendum ea. Unde bene oportet quod characterem sacerdotalem halæat ille cui Papa hoc committit; sed non oportet quod habeat ordinem episcopalem: sicut diceretur quod character ordinum inferiorum est potestas faciendi ex officio quod sine illis homo facere non potest ex se, sed solum ex commissione; ita etiam ordo episcopalis est potestas conferendi ordines ex se, sine quo, quasi ex se et ex proprio officio, nullus potest conferre; sed ex commissione Papæ sacerdos potest illud quod Episcopus ex se potest in talibus; quasi non sil ordo potestas conferendi, sicut character baptismalis recipiendi. Sed aliquis ordo est potestas faciendi quod aliter fieri non potest : ut sacerdotium conficiendi, et ligandi et solvendi ; et episcopatus ad majores ordines ordinandi; quod alius non potest. Est autem potestas in aliis faciendi ex officio ordinarie quod alius non potest nisi ex commisso et vice alterius. Et sic ordo inferior ad suos actus, el episcopatus ad minorum collationem el confirmationem, proporlionaliter se habent. d — Hæc Petrus, et bene.

Ad sextum respondet (ibid.) quod ‹ minister est duplex. Unus simpliciter, qui sic. potest hoc facere, quod nullus alius. Et talis per Papam non potest poni, nec amoveri : sicut sacerdos est minister conficiendi; quia nec prohibitio Papæ impedit quin sacerdos jiossit conficere, nec facit ejus commissio quod non sacerdos (a) conficiat. Et sic nullus est minister confirmandi, vel ordinandi minores onlines. Secundo est aliquis minister, non simpliciter, sed ex officio, qui scilicet potest facere aliquid ex officio suo, quasi ordinarie, quod alius jure suo non potest, sed tantum ex commisso. Et talis minister per Papm poni potest, licet per Papam ille qui ex se hoc habet non possit amoveri : sicut confiteri fidem perlinet ad confirmatum, et ad minores onlines actus illi (6) quos tamen superior alteri committere potest, ut flant ab alio licite, auctoritate etiam minoris prælali quam Papa sil; sed non potest facere quin ad istos ex officio pertineat istud, licet possit prohibere quod officium suum non exerceant. Et sic minister confirmationis et collationis minorum ordinum est Episcopus, ut ad ipsum solum pertineat ex officio; quod Papa sibi auferre non potest, licet possit eum ab cxeculione suspendere. Sed hoc ipsum Papa potest committere non Episcopo, dum tamen sil sacerdos; quia ille est minister simpliciter, sed imperfectus de se, nisi vel major consecratio, vel superioris commissio suppleat. » — Hæc Petrus, el bene, conformiler dictis sancti Thomæ in alia materia, scilicet de confirmatione, dicens quod aliquid potest confirmatus ex officio, quod non potest ex officio non confirmatus, licet alias possit, ut confiteri publice fidern coram adversariis fidei, ut patet, 3 p., q. 72, ari. 5, in solutione secundi. — Potest etiam dici quod, dato quod ad confirmandum et ad conferendum minores ordines necessario requiratur character sacerdotalis, el, ultra hoc, potestas episcopali» ; tamen Papa, ex plenitudine et complemento potestatis ministerialis, el ex ordinatione Christi, cujus est Vicarius, potest tollere illam necessitatem ; quia illa necessitas non est nisi respeclu inferiorum minisirorum; sicut aliquid esi necessarium per respectum ad causas secundas nalura1rs, quod non est necessarium per respectum ad causam primam, sicut mortuum non resurgere, virginem non parere, el similia. Et de hoc sanctus Thomas, *de Putentia Dei,* 1, ari. 3 et 4, et multis aliis locis.

Ad M^pUmum respondet Petrus (ibid.), dicens quod ‹ illud argumentum innuit talem rationem : Quia, aut intelligitur Papam halare plenitudinem potestatis ratione consecrationis, vel ratione jurisdictionis. Non ratione consecrationis; quia, quantum ad istam, omnes Episcopi sunt æquales Papæ. Si autem ratione jurisdictionis, sic est verum; sed ad illam non pertinet commissio talis. Ergo Papa non latest committere non sacerdoti collationem confirmationis el minorum ordinum. — Sed ad hoc dicitur quod Papa habel plenitudinem potestatis, etiam quantum ad consecrationem, in qua etiam alii non sibi æquantur : quia, licet omnia sacramenta possint alti Episcopi conferre, sicut ipse; tamen, in sacramentis conferendis, alii tenentur ad modos consecrandi, ad quos ipse non tenetur. Item, in multis consecrationibus, ipse hatat potestatem excellentia.·, quia sine illis potest res consecrare, ex quo consecratio est per institutionem Ecclesiæ. Item, quod dicitur, quod ad plenitudinem jurisdictionis, m qua nullus aequatur ei, non pertinet commissio, — falsum est. Omnis enim commissio ad jurisdictionem pertinet; quia in jurisdictione continetur judicis dandi licentia (a), IΓ, *do Jurisdictione,* 1. 3. Et, licet per se ordinare et confirmare sil consecrationis, tamen hoc committere est jurisdictionis; unde non sacerdos curatus potest committere audientiam confessionum sacerdoti, el non consecratus Episcopus committit Episcopo onlines conferre in sua diœcesi ›. — Hæc Petrus, et bene.

Ad octavum respondet (ibid.) quod, ‹ licet gratia fluat a Christo non solum prout est in hoc sacramento, sed etiam prout est in se, et prout est in aliis sacramentis, quamvis sacerdos non habeat |›oteslalein super ipsum prout est in se, habet tamen |M)testalem super ipsum prout est in hoc sacramento el in aliis, quia omnia illa ordinantur aliquo modo ad istud. Et ideo ille qui ex officio habet potestatem in istud sacramentum, scilicet Eucharistiam, ex hoc

(a) .i verbi· *possit conficere* usque ad *sacerdos,* om. Pr.
(β) minorcf *ordines actus dh. — minoris ordinis actu»* Pr.

(a) *judicis dandi licentia. — judicium dandi licentiam* Pr.

ipso aptus est ut habeat potestatem in alia ex commissione. Potuit tamen Deus aliter ordinare; sed supponimus quod sic ordinaverit, ex quo Romana Ecclesia sic facit. Quod autem dicitur, quod non sacerdos potest baptizare; el sic confert sacramentum gratiæ, qui tamen non habet potestatem super corpus Christi verum; — dicitur quod hoc est ex ordinatione Christi, et non Papæ. Et similiter matrimonium contrahunt, in quo datur gratia, non sacerdotes; quod non est ex commissione Papæ, sed ex ordinatione Dei. Sed ex commissione Papæ fieri non potest quod ille conferat sacramentum graliæ qui non est sacerdos, nec alias sine ordinatione Papæ illud conferre posset; tunc enim Papa haberet potestatem excellentia in sacramentis, si ad libitum posset ministrum instituere vel destituere. » — Hiec Petrus, et bene.

Ad nonum respondet (ibid.) quod ‹ aliqua sunt Episcopi ut Episcopus est, quantum ad posse simpliciter el totaliter, quæ non possunt committi non Episcopo, sicut conferre majores onlines. Alia autem sunt Episcopi ut Episcopus est, non quantum ad posse simpliciter, sed quantum ad posse ex officio, sicul confirmare, el conferre minores ordines; et ista a solo Papa possunt committi non Episcopo, ut fiant auctoritate summi Episcopi. — Ad illud autem quod dicitur de Gregorio, non bene respondetur. Quia, Extra. *De consuetudine*, cap. 4, dicitur quod si simplex sacerdos sine commissione confirmat, non solum peccat, sed inaniter confert, el veritas sacramenti non subest; el mullo magis de minoribus ordinibus. Ergo illud membrum quo dicit sacerdoti competere, sed superioribus reservatum, — non valet. — Aliud vero quodicil Gregoriuinerrasse, pejus esi ». — Hæc Petrus.

Ad decimum respondet (ibid.) quod, α cum dicitur quod simplex sacerdos est minister minorum ordinum, — dicendum quod verum est, ex commissione juris, ul Abbates lecloratus, secundum quosdam antiquitus; vel ex commissione Papæ, ul Presbyteri Cardinales; aliter non. Unde dicitur, *De ordinatis ab illo qui renuntiavit episcopatui* (cap. 1), quod *tales ordines aliquando conferuntur a non Episcopis*, (piando scilicet eis committitur, el non ex officio; el. *De octale et qualitate el ordine proficiendorum*, cap. (x) *Cum contingat;* el (6), Dist. GO, can. *Quoniam videmus.* Sed, si diceremus subdiaconurn el minores onlines ab Ecclesia institutos propria auctoritate, tunc Papa pro libito posset horum collationem committere etiam non sacerdoti, sicul consecrationes aliasquæ non sunl sacramenta. › — Hæc Petrus, et bene. — Sic ergo patet ad argumenta Durandi.

Ad argumentum pro quaestione respondet sanctus Thomas, in praesenti distinctione, q. 3, art. 1, qu 2, in solutione tertii, ubi sic dicit : « Quamvis Episcopus non habeat aliquem ordinem supra sacerdotem, secundum quod ordines distinguuntur per actus relatos ad corpus Domini verum; verumtamen habet aliquem ordinem supra sacerdotem, secundum quod ordines distinguuntur per actus supra corpus mysticum. Unde Dionysius, in *Ecclesiastica Hierarchia* (cap. 5), ponit Episcopatum ordinem. Unde el cum quadam consecratione *(a)* dignitas episcopalis (β) confertur. Et ideo, etiam in promotione membrorum corporis mystici, aliquid potest competere Episcopo, quod non competit simplici sacerdoti. » — Hæc ille.

El hæc de quaestione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO VIII. ET IX.

QUÆSTIO I.

UTRUM FORMA SACRAMENTI EUCHARISTIA SIT CONVENIENS, SCILICET : HOC EST CORPUS MEUM, ET : HIC EST CALIX SANGUINIS MEI.

inca octavam et nonam distinctiones 4. *Sententiarum*, quæritur : Utrum forma sacramenti Eucharistia? sil conveniens, scilicet: *Hoc est corpus meum,* el, *Hic est calix sanguinis mei.*

El arguitur quod non. Quia forma sacramenti sufficil ad perfectionem sacramenti; unde sacramentum baptismi quandoque perficitur, solis verbis forma prolatis, et omnibus aliis pratermissis. Si ergo praedicta verba sint forma sacramenti hujus, videtur quod aliquando hoc sacramentum possit perfici, his solis verbis prolatis, et omnibus aliis pratermissis, quæ in Missa dicuntur; quod tamen videtur esse falsum : quia, ubi alia verlxi praetermitterentur, praedicta verba acciperentur ex parte sacerdotis proferentis, in c/ijus corpus et sanguinem panis et vinum non convertuntur. Non ergo praedicta verba sunt forma hujus sacramenti conveniens.

In oppositum arguitur. Quia Ambrosius dicit in libris *De sacramentis* (lib. 4, cap. 4), quod *consecratio fit verbis et sermonibus Domini Jesu: nam*

( ) *ordine prxfidendorum, cap. — ordinandorum* Pr.
( ) rf – Om Pr
(3) a verbo ponit usque ad coruecraCione, om. Pr.
W epitcopald. — Om. Pr.

per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defer· turf oratione petitur pro populo, pro regibus, pro caeleris; ubi autem sacramentum conficitur, jam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed Utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi conficit hoc sacramentum.

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUH CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod Eucharistia est sacramentum.

Hanc ponit el probat sanctus Thomas, 3 p., q. 73, art. I, ubi sic dicit : « Sacramenta Ecclesiæ ordinantur ad subveniendum homini in \ita spirituali. Vita autem spiritualis vile corporali conformatur, eo quod corporalia similitudinem spiritualium gerunt. Manifestum est autem quod, sicul ad vitam corporalem requiritur generatio, per qtinm homo vitam accepit, et augmentum, quo homo producitur ad perfectionem vite; ita requiritur alimentum, per quod horno conservatur in vita. Et ideo, sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generatio, et confirmationem. quæ est spirituale augmentum; ita Oportuit esse sacramentum Eucharisliæ, quod est spirituale alimentum. D — Hæc ille.

Item, octava distinctione hujus, q. I, art I, q,a 1, sic dicit : « Eucharistia sacramentum quoddam est; alio tamen modo ab omnibus aliis sacramentis. Sacramentum enim, secundum sui nominis proprietatem, sanctitatem active importat. Unde secundum hoc aliquid habet rationem sacramenti, secundum quod habet rationem sanctitatis, vel sanctificationis, qua Iit aliquid sanctum. Dicitur autem aliquid sandtum dupliciter. Uno modo, simpliciter el per se. sicul quod est subjectum sanctitatis, sicut dicitur homo sanctus. Alio modo, secundario el secundum quid, ex eo quod habet ordinem ad sanctitatem hanc : vel sicut habens virtutem sanctificandi, sicut chrisma dicitur sanctum; vel quocumque alio modo ad aliquod sanctum deputetur, sicul altare sanctum. Et ideo ea quibus aliquid fit sanctum primo modo, dicuntur sacramenta simpliciter; illa aulmn quibus aliquid fit sanctum secundo modo, non dicuntur sacramenta, sed sacramenlalia magis. In aliis ergo sacramentis Iit aliquid sanctum primo modo, scilicet homo suscipiens sacramentum, non autem elementum corporale sanctificans hominem, quia est sanctum secundo modo. Et ideo hoc quod pertinet ad sanctitatem rnateriæ in omnibus sacramentis aliis, non est sacramentum, sed «acramcntale; sed hoc quod pertinet ad usum materiæ, qua homo sanctificatur, est aeramentum. In hoc autem sacramento, illud quod est sanctificans hominem, est sanctum primo modo, quasi subjectum sanctitatis, quod est ipse Christus. El ideo ipsa sanctificatio materiæ est hoc ărramentum; sed sanctificatio hominis est effectus sacramenti. Et ideo hoc sacramentum in se consideratum, est dignius omnibus aliis sacramentis : quia habet absolutam sanctitatem, etiam prater suscipientem; omnia autem alia non habent nisi in ordine ad aliud. Et ideo hoc sacramentum est perfectio aliorum sacramentorum : quia omne quod esi per aliud, reducitur ad id quod est per m»; sicul patet de sulxstantia el accidente. › — Hæc ille.

Item, ibidem, arguit sic, secundo loco: « In omni sacramento novæ legis, id quod figuratur, efficitur per id quod figurat, vel per signum figurans. Sed species panis et vini, quæ figurant et significant corpus Christi verum el mysticum, non efficiunt illud. Ergo Eucharistia non est sacramentum novæ legis. » Efcce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod sicut ad s|>et ies sensibiles aliorum sacramentorum se habet virtus quæ interius inesl, quæ sanctitatem acquirit, ex qua sacramentum efficit, secundum Hugonem (lib. 1 *de Suer.,* pari. 9, c. 2r, ita in hoc sacramento se habet verum corpus Chrisli. quod per consecrationem sub speciebus illis fit. Unde sicul in aliis sacramentis materiale elementum non est causa virtutis quæ in ipsoest, nequealicujus spiritualis elfeclus in homine, nisi mediante virtute, secundum quod ex elemento et virtute unum quasi efficitur; ita in hoc sacramento species non sunt causa corporis Christi, nec nlicujuseffectus spiritualis in anima, nisi medianto corpore Christi vero, secundum quod ex speciebus el corpore Christi fit unum sacramentum. * — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: Omne signum sensibile suiclificativum hominis. esi sacramentum novæ legis. Sed Eucharistia est hujusmodi. Igitur, etc.

Secunda conclusio est quod Eucharistia esi unum sacrtunenllun, et non plura sacramenta.

Hanc ponit sanctus Thomas. 3 p., q. 73, art. 2, ubi >ic dicit n Sicut dicitur, 5. *Metaphysics* (1. c. 9, etc.), unum dicitur non solum quod est indivisibile. vel quod esi continuum, sed etiam quod est perfectum; sicul (a) cum dicitur una domus, et

(a) *et.* — Ad Pr.

unus homo. Est autem unum perfectione, ad cujus integritatem concintiinl omnia quæ requiruntur ad finem ejusdem; sicul homo integratur ex omnibus membris necessariis operationi anima·, el domus ex partibus quæ sunt necessariae ad inhabitandum. Et sc hoc sacramentum dicitur unum. Ordinatur enim ad spiritualem refectionem, quæ corjiorali conformatur. Ad corporalem autem refectionemduo requiruntur : scilicet cibus, qui est alimentum siccum; et potus, qui est alimentum humidum. El ideo etiam ad integritatem hujus sacramenti duo requiruntur, scilicet spiritualis cibus, et spiritualis potus, secundum illud Joan. 6 (v. 56) : *Caro mea vere est cibtu, et sanguis meus vrre est potas.* Eigo hoc sacramentum multa quidem materialiter est, sed unum est formaliler el perfective. » — Hæc ille.

Item, prima quæstione hujus distinctionis, ari. 1, ql· 2, sic dicit : « Per se unum simpliciter, el quod ol numero unum, dicitur tripliciter. Uno modo, sicut indivisibile esi unum, ul punctus el unitas, quod neque esi muha actu, neque potentia. Alio modo, quod est unum continuitate, quoti tamen esi mulla potentia, sicul linea. Tertio modo, quod est unum (lerfectione, sicut dicitur calceamentum unum, quod habet omnes partes quæ requiruntur ad calceamentum; et hæc unitas dicitur in omnibus illis ad quorum integritatem aliqua exiguntur, sicut unus homo, una domus. El quia ad esso sacramenti multa concurrunt, sicul forma, et materia, el hujusmodi, ideo ab hac unitate dicitur sacramentum unum esse. Illa enim sunt de integritate alicujus instrumenti, quæ requiruntur ad operationem illam ad quam instrumentum est deputatum. Hoc autem sacramentum deputatum est, ex divina institutione, ad cibationem spiritualem, quæ |ær cibationem corporalem significatur. El quia cibatio corporalis duo requirit, scilicet aliquid per modum cibi, et aliquid per modum potus; ideo ad integritatem hujus sacramenti, ex divina institutione,est aliquid per modum cibi, scilicet corpus Christi, el aliquid per modum polus, scilicet sanguis (a). » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Omne continens plura requisita ad alicujus lotius integritatem, el habens omnia ordinata ad unam principalem operationem, est et dicitur unum |>erfectione. Sed Eucharistia est hujusmodi. Ergo.

Tertia conclusio est quod forma hu|us sacramenti consistit in verbis prædlctls a principio.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 1, ubi sic dicit : ‹ Hoc sacramentum differt ab aliis sacramentis in duobus Primo, quantum ad hoc quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materia , alia vero sacramenta perficiuntur in usu materiæ consecrata». Secundo, quin in aliis sacramentis consecratio materio» consistit solum in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quamdam spiritualem virtutem, qua» jx?r ministrum, qui est instrumentum animatum, potest ad insit umenta inanimata procedere; sed in hoc sacramento consecratio materia» consistit in quadam rniraculosa conversione substant iæ, quæ a solo Deo perfici potest. Undo minister, in hoc sacramento perficiendo, non habet alium actum, nisi prolationem verborum. El quia forma dicitur esse conveniens rei, ideo forma hujus sacramenti differt a formis aliorum sacra mentorum in duobus. Primo, quia formæ aliorum sacramentorum important usum inateriæ, puta baplizalionem, vel confirmationem ; sed forma hujus sacramenti importat solani consecrationem materia?, quæ in transmuta!ione consi$tit, puta cum dicitur. *Hoc est corpus meum,* vel, *llicest calix sanguinis mei.* Secundo, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex parte ministri, sive per modum exercentis actum, sicul cum dicitur, *Ego baptizo te,* vel, *Ego confirmo te,* sive per modum imperantis, sicul in sacramento ordinis dicitur, *Accipite potestatem,* etc., sive per modum deprecantis, sicut cum insacramento exlremæ unctionis dicitur, *Per istam unctionem ct nostram intercessionem,* etc.; sed (a) forma hujus sacramenti profertur ex persona ipsius Christi loquentis, ul detur inlelligi quod minister in perfectione hujus sacramenti nihil agit, nisi quod profert verl>a Christi, n — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione illa : Forma verl>orum competit sacramento, quæ perfecte proportionalur consecrationi sacramenti, quantum ad omnia quæ ad illam concurrunt. Sed sic est de prædiclis verbis (€). Ergo praedicta verba competunt sacramento per modum formæ.

Quarta conclusio est quod forma consecrationis panis, conveniens el completa, duntaxat et praecise consistit in his verbis, *Hoc est corpus meum.*

Hanc ponit, 3 p., q. 78, art. 2, ubi sic dicit : « Hæc est conveniens forma consecrationis panis. Dictum est enim (art. prae.) quod hæc consecratio consistit in conversione panis in corpus Christi. O|>ortel autem formam sacramenti significare illud quoti in sacramento efficitur. Unde et forma consecrationis panis debet significare istam conversionem panis in corpus Christi. In qua tria considerentur : scilicet illa conversio, el terminus *a quo,* et terminus *ad quem.* Conversio autem potest considerari dupliciter . uno modo, ut in */ieri;* alio modo, ut *tn*

(v) Minguif. — Ianguinu Pr.

(a) quia. — Aii. Pr.

(€) verbu. — ioron· Pr

facto esse. Non debuit autem significari conversio in bac forma ul in *fieri,* sed ul *in facto esse.* Primo quidem, quia hiec conversio non est successiva, sed imdanlaiua; in hujusmodi autem mutationibus *fieri* non esi nisi *facium esse.* Secundo, quia ita se halant formæ sacramentales ad significandum effectum sacramenti, sicut se habent forma· artificiales ad repnesenlandum effectum artis. Forma autem artificialis, est similitudo ultimi efferius, in quem fertur intentio artificis; sicut forma artis, in mente ædificatori est forma ædiiicati principaliter, sed ædificationis per consequens. Unde et in bac forma delict exprimi conversio ut in *facto esse,* ad quod fertur intentio. Et quia conversio exprimitur in bac forma ul in *facto esse,* necesse est quod extrema conversionis significentur ut se habent in *facto esse* conversionis. («)Tunc autem terminusnd</uem habet propriam naturam suæ substanthe; sed terminus *a quo* non manet secundum suam Mib>tantiam, sed solum secundum accidentia, quibus sensui subjacet, et ad sensum terminari potest. Unde convenienter terminus *a quo* conversionis exprimitur per pronomen demonstrativum relatum a<! accidentia sensibilia, quæ manent ; terminus autem *ad quem* exprimitur per nomen significans naturam ejus in quod fit conversio, quod quidem est totum corpus Christi, el non sola caro ejus. Unde hæc est forma convenientissiina, *Hoc est corpus meum.* — Hæc ille.

Item, octava distinctione *Quarti,* q. 2, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit : u Per formam cujuslibet sacramenti oportet quod exprimatur hoc in quo substantia sacramenti consistit; sicut, in forma baptismi, ablutio exterior exprimitur, qua baptismi perficitur sacramentum. Tota autem perfectio hujus sacramenti in ipsa materia· consecratione consistit, quæ est per transsubstantiationern panis in corpus Christi. El hanc transsubstantiation nem exprimunt verba hæc : *Hoc est corpus meum.* El ideo hæc verba sunt forma hujus sacramenti. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione secunda· quaestiuncula?, sic dicit : α In hoc sacramento, sicul et in aliis, duo sunt : scilicet consecratio maleriæ, el usus materia? consecrata'. El hæc duo per verba Domini exprimuntur. Iu hoc enim quod dicitur. *Accipite cl manducate ex hoc omnes,* praecipitur usus sacramenti; in hoc quod dicitur, *Hoc est corpus meum,* traditur materia? consecratio. El quia consecratio maleriæ est ad usum fidelium, ideo usus præmittitur in institutione (C) sacramenti, quamvis sequatur in exeeutione; quia finis est prior in intentione el cognitione, et ultimus in exeeutione vel operatione. Sed quia usus maleriæ in hoc sacramento non est de essentia sacramenti, sicut in aliis; ideo illa verba qua? ad usum pertinent, non sunt de forma, ed tantum illa qua·, ad consecrationem materi® perii nent, scilicet, *Hoc est corpus meam.* › — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio : Illa ed completa et précisa forma consecrationis panis in sacramento Eucharistia·, quæ, ex institutione Christi, perfecte exprimit illud quod in sacramento et consecratione panis efficitur. Sed prædicta forma est hujusmodi. Ergo, etc.

Quinta conclusio : Quod praedicta locutio quam profert Micerdoe in consecratione panis, scilicet : *Hoc est corpus meum,* vera e.

Hanc probat sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 5, ubi sic dicit : < Circa hoc fuit multiplex opinio Quidam enim dixerunt quod in hac locutione, *Hoc est corpus meum,* hæc dictio *hoc* importat demonstrationem ul conceptam, non ut exercitam, quia lota ista locutio sumitur materialiter, cum recitative proferatur; recitat enim sacerdos Christum dixisse : *Huc est corpus meum.* Sed hoc stare non potest. Quia, secundum hoc, verl non applicarentur ad materiam corporalem présentent; et ita non perficeretur sacramentum. Dicit enim Augustinus, *super Joan,* (tract. 80) : *Accedit verlnem ad elementum, et fit sacramentum.* Et ex hoc totaliter non evitatur hujus difficultas quæstiouis (s) : quia esedem rationes manent circa primam prolationem, qua Christus protulit hæc verba ; in qua manifestum est quod non materialiter, sed significative sumebantur. El ideo dicendum est quod, etiam quando proferuntur a sacerdote, significative, et non tantum materialiter accipiuntur. Nec obstat quod sacerdos etiam ea recitative profert, quasi a Christo dicta : quia, propter infinitam virtutem Christi, sicul ex contactu carnis suæ mundissima vis regenerativa pervenit non solum ad illas aquas quæ Christum tetigerunt, sed ad omnes ubique terrarum per omnia lutura saecula, ita etiam ex prolatione ipsius Christi luec verba virtutem consecrativam sunt consecuta, a quocumque sacerdote dicantur, ac si Christus va præsentialiter et personaliter proferret. Et ideo alii dixerunt quod hæc dictio *hoc* in hac locutione facit demonstrationem non ad sensum, sed ad intellectum, ul sit sensus : *Hoc est corpus meum,* id est, *significatum per hoc, est corpus meum.* Sed nec lioc stare potest : quia, cum in sacramentis hoc efficiatur quod significatur, non fieret per hanc formam ut corpus Christi sit in hoc sacramento secundum veritatem, sed solum sicut in signo; quod est bæreticum. El ideo alii dixerunt quod hæc dictio *hoc* facit demonstrationem ad sensum, sed inielligitur h;ec demonstratio non pro illo

(a) *Et.* — Ad. Pr.
(15) trufi/ufioHC. — *demonstratione Pr.*

(a) *(]ueitionu.* — *concltaiums* Pr.

instanti locutionis quo profertur hæc dictio, sed pro ultimo instanti locutionis: sicut, cum (x) aliquis dicit, *Nurc taceo,* hoc adverbium *nunc* facit demonstrationem pro instanti immediate sequenti locutionem; et enim sensus : *Statim dictis his verbis, (aceo.* Scii nec hoc stare potest. Quia, secundum hoc, hujus locutionis sensus est : *Corpus meum est corpus meum;* quoi prodicta locutio non facit, quia hoc fuit etiam ante prolationem verborum. Et ideo aliter dicendum est, quod hæc locutio habet virtutem faclivam conversionis panis in corpus Christi. Et ideo comparatur ad alias locutiones, quæ solum habent vim significativam, et non faclivam, sicut comparatur conceptio intellectus praclici, quæ est facliva rei. conceptioni intellectus nostri speculativi, quæ est accepta a rebus; n.nn voces sunt signa intellectuum, secundum Philosophum 11. *Perihcrmenias,* cap. I). Et ideo, sicut conceptio practici intellectus non pnesupponit rem conceptam, sed farit eam; ita veritas hujus locutionis non pnesupponit rem significatam, sed facit eam. Sic enim se habet verbum Dei ad res factas per verbum, Hæc autem conversio non fit successi ve,sed in instanti. El ideo oportet quidem intelligçro prodictam locutionem secundum ultimum instans prolationis verborum : non lainen ita quod prosupponatur ex parte subjecti id (6) quod est terminus conversionis, scilicet quod corpus Christi sit corpus Christi ; neque etiam id quod fuit ante conversionem, scilicet panis; sed id quod communiter se habet quantum ad utrumque, scilicet contentum in generali sub istis speciebus. Non enim faciunt hæc verba quod corpus Christi sit corpus Christi, neque quod panis sit corpus Christi, sed quod contentum sub his speciebus, quod prius erat panis, sit corpus Christi. Et ideo signanter non dicit Dominus, *Hic panis est corpus meum,* quod esset secundum intellectum secundæ opinionis; neque, *Hoc corpus méum est corpus meum,* quod esset secundum intellectum tertia·; sed in generali. *Hoc est corpus meum,* nullo nomine apposito a parti· subjecti, sed solo pronomine, quod significat in communi substantiam, sine qualitate, id est, sine forma determinata. › — Hæc ille.

Similia dicit, secunda quæstiono hujus distinctionis, art. I, qt 4, in solutione primi.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione ; Locutio vel oratio practice facliva alicujus effectus vel operationis, exprimens illud quod efficit sufficienter et precise, eo modo quo efficit, vera est. Sed hujus forma consecrationis est hujusmodi. Igitur, etc.

Sexta conclusio est quod sola conveniens ct completu forma consecrationis Minyulnle Chrlstl est hæc : *Hic est calix sanguinis mei, novi et aterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro mullis effundetur in remissionem peccatorum.*

Hanc probat sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 3, ubi sic dicit ; « Circa hanc formam est duplex opinio. Quidam enim dixerunt quod de substantia formæ hujus est hoc solum quod dicitur, *Hic est calix sanguinis mei,* non autem ea quæ sequuntur. Sed hoc videtur inconveniens : quia ea quæ sequuntur, sunt determinationes prodicati, id est sanguinis Christi; unde perlinent ad integritatem locutionis. Et, propter hoc, sunt alii qui melius dicunt, quod omnia sequentia sunt de substantia formæ, usque ad hoc quod sequitur postea, scilicet *Hire quotiescumque feceritis;* quæ pertinent ad usum sacramenti hujus; unde non sunt de substantia formæ. Et inde est quod sacerdos eodem ritu et modo, scilicet tenendo (a) calicem in manibus, omnia hæc verba profert. Lucæ etiam 22, interponuntur verba sequentia verbis promissis (6), cum dicitur (v. 20): *Hic calix novum testamentum est in sanguine meo.* Dicendum est ergo quod omnia praedicta verba sunt de substantia formæ. Sed per prima verba. *Hic est calix sanguinis mei,* significatur ipsa conversio vini in sanguinem, eo modo quo dictum est in forma consecrationis panis. Per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento. Quæ quidem ad tria ordinatur (γ). Primo quidem, et principaliter, ad adipiscendam æternarn hæreditalem. secundum illud *Hcbnror.* I0 (v. 19), *Habentes fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ejus;* et ad hoc designandum, dicitur. *Novi ct ;eterni testamenti.* Secundo, ad justitiam gratiæ, quæ est per fidem, secundum illud *Homanor.* 3 (v.25 et 2(>), *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ejus, ut sit ipsejustus ct justificans eum qui ex fide est Jesu Christi;* et, quantum ad hoc, subditur. *Mysterium* /idei. Tertio, ad removendum impedimenta ulriusque prodictorum, scilicet peccata, secundum illud *Hebrtcor.* 9 (v. 14), *Sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis,* id est, jieccatis; et, quantum ad hoc, subditur, *Qui pro vobis ct pro multis effundetur* in *remissionem peccatorum,* n — Hæc ille.

Similia dicit, octava distinctione hujus, q. 2, art. 2, in solutione primæ quæstiunculæ.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : In illis verbis precise et adæquate consistit forma conveniens et completa consecrationis san-

(>) cum. — Orn Pr.
(C) *id* – *ad* Pr.

(a) *tenendo.* — *tenendi* Pr.
β) pnrmüm, — primû Pr.
(γ) onfinatur. — ordinantur Pr.

guinis, quæ continent omnia el singula pertinentia ad integritatem locutionis consecrativæ, quam Christus consecrando protulit, et ❡ua congruunt modo et ritui sacerdotis consecrantis secundum usum apostolicum el romanum. Sed pnedicla verba sunt hujusmodi. Ergo.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Aureoli. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam conclusionem arguit Aureolus (dist. 8, q. 1, art. I), probando

Primo, quod in probatione conclusionis inconvenienter dictum sil quod corpus Christi cum speciebus concurrat per modum unius virtutis. Et arguit sic: Quia illud quod est res sacramenti, non est sacramentum; saltem non est virtus sacramenti : quia, secundum te, virtus quæ cum elemento est sacramentum, non est res sacramenti; unde, in baptismo, character et gratia non sunt virtus sacramenti, eo quod sunt res ipsæ sacramenti. Sed corpus Christi est vere res significata per sacramentum Eucbaristiæ : sic enim diffinit cap. *Quant Martha. De celebratione Missarum,* etc., cl *de consrcr.,* Dist. II, can. *In Christo Pater* (a), quod res hujus sacramenti est duplex, scilicet corpus Christi, el char itas in mente fidelium; similiter Magister idem dicit in present! distinctione. Ergo intra sacramentum Eucharistia? non ingreditur corpus Christi, sed tantummodo species et verba.

Secundo arguit contra aliud dictum, probando quod species non sint materia hujus sacramenti. Quia illud non est materia hujus sacramenti, in quo recipitur primus eflectus sacramenti : non enim res sacramenti recipitur in materia sacramenti; sicut character baptismi non recipitur in aqua, sed in anima. Sed in speciebus panis recipitur prima res hujus sacramenti, puta corpus Christi. Ergo, etc.

Confirmatur. Quia, secundum te, materia sacramenti est illud quod recipit virtutem infusam, quam ponis agere instrumentaliter, saltem ad primam rem hujus sacramenti. Hic autem nulla est talis virtus : nam corpus Christi non est hoc modo virtus, nec pars virtutis, ut probatum est, cum sil res sacramenti.

Confirmatur. Quia diaconus non ptosi dici materia ordinis. Et ratio est : quia recipit primum effecluni ordinis. Ergo, cum species hoc modo primum effectum sacramenti hujus recipiant (sunt enim tegumentum sub quo viriusdivina operatur salutem, sec undum Ambrosium *(de Sacr.,* 1. 4, c. 4); quare non sunt proprie materia hujus sacramenti.

Tertio arguit quod usus hujus sacramenti est pars essentialis hujus sacramenti. Quia illud quod facit aliquid circa sacramentum quod figurat, vere pertinet essentialiter ad illud sacramentum; de ratione enim sacramenti est quod efficit quod figurat. Sed aie est de comestione : quia, licet sacramentum halieat primum effectum, et rem sacramenti, puta corpus Christi, non tamen habet secundum effectum, qui eat unitas et chantas fidelium; immo, absque sumptione sacramenti non habent species quod significant talem unionem fidelium et Ecclesia cum Christo. Ergo, etc.

Confirmatur Quia illud quoti non tantum ex devotione, sed ex opere operato, significat et efficit id quod significat, est vere sacramentum : patet pr diffinitionem sacramenti, quam ponit Magister (dist. I). Sed acceptio et sumptio corporis Christi est hujusmodi. Non enim efficit quod significat, ex devotione sumentis, sed ex opere operato : pone enim duos habentes æqualem actum devotionis, et unus celebret missam, et alius audiat; in istis est inæqualilas fructus sacramenti, stante æqualitale devotionis. — Hæc ille.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumentum Aureoli. — Contra secundam conclusionem arguit Aureolus (dist. 8, q. 1, art. 2), probando quod istud sacramentum non sil dicendum unum unitate integritatis precise. Quia ubi est sola unitas integritatis, non est verum dicere quod accipiens unam partem, accipiat totum; sicut non potest dici quod habens manum, halæat totum corpus. Sed recipiens coipus Domini, recipit vere lotum sacra mentum. Unde recipiens baptismum et confirmationem et solum corpus Domini cum aliis sacramentis, vere dicitur quod recipit omnia sacramenta. El ista ratio æque probat quod istud sacramentum non solum dicitur unum unitate refectionis. — Hæc ille, in forma.

§ 3. — CONTRA TERTIAM ET QUARTAM CONCLUSIONES

Argumenta Scoti. — Contra tertiam et quartam conclusiones arguit Scolus (dist. 8, q. 2), probando quod non solum illa verba. *Hoc est corpus* meum, sint præcisa forma consecrationis corporis Christi.

Primo. Quia verba sacramenlalia ex vi verborum debent significare illud quod efficitur ex vi sacramenti. Sed. ex vi hujus consecrationis, efficitur

(a) *Pater,* — Om. Pr.

quod ibi sit verum corpus Christi. Ergo verba sufficienter, ex vi propria, debent significare proprie ibi contineri corpus Christi. Sed hæc verba, *Hoc est corpus meum,* prolata sine praecedentibus, hoc (a) non significant absolute : quia ly meum significatur referri ad personam loquentis; quia, licet minister possit intendere ut loquatur in persona Christi, non tamen propter hoc significatum illorum esset; quia ly *meum* non demonstraret corpus Christi, sed corpusloquentis. Sicut, si inciperem sic loqui, *Mea doctrina non est mea,* licet intenderem loqui in persona Christi, tamen ex vi verborum non habetur quod ista doctrina sit Christi, sed illius qui loquitur : sicut angelus, quando loquebatur in persona Dei *(Exodi* 3, v. 6), *Ego sum Deus Abraham:* et per consequens non esset propositio falsa, pro sensu pro quo fieret; tamen non erat proprie significatum hujus propositionis, quod ly *ego* supponeret pro persona Dei.

Secundo arguit. Quia dicit Ambrosius(de*Sacramentis,* lib. 4, cap. 4 et 5), el habetur (C), *de consccr.,* Dist. ll (can. 55): *Panis est in altari. Sermo Christi creaturam mutat. Consecratio, quibus verbis fiat, attendite : Accipite ct edite ex hoc omnes, hoc est corpus meum.* Ubi videtur conjungere illa verba, scilicet *accipite,* tanquam verita consecrationis Sed non est intelligendum tanquam sint essentialiter pertinentia ad necessitatem consecrationis, sed tanquam necessario praemittenda. Et non solum illa, sed plura alia praecedentia in canone, ex quibus possit ex vi sermonis haberi quod ista verba, Hoc *est corpus meum,* dicantur in persona Christi. Unde non sine causa Ecclesia ita connectât lotum canonem Missae, quod ab illo loco, *Communicantes,* usque ad illum locum, *Supplices te rogamus Omnipotens Deus,* non est aliqua oratio quæ non necessario connectatur cum praecedente : vel per copulam, vel per conjunctionem copulativam, sicut, *Hanc ergo oblationem,* et hujusmodi; vel per pronomen (γ) infinitum, ut, *Quam oblationem,* etc., ci, *Qui pridie quam,* etc., el, post consecrationem, *Supra quæ propitio,* etc.; vel per relationem, ut ibi, *Simili modo,* etc. — HæcScotus, in forma.

§ 4. — Contra quintam conclusionem

I Argumenta Scoti — Contra quintam conclusionem arguit Scotus (dist. 8, q. 2), probando quod in hac oratione, *Hoc est corpus meum,* ly *hoc* demonstret aliquid determinatum, scilicet, vel in tempore praesenti, vel in futuro; et non aliquid commune ulrique.

Primo. Quia licet non oporteret quod hoc pronomen *hoc* demonstraret aliquid pro determinato tempore, cui conveniret, tamen, sicut tn arguis, significatio orationis constituitur ex significato partium, etpartessignificant (piando proferuntur Ideo, secundum te, etiam necesso est dicere quod ly *hoc,* quando profertur, illud significat etiam quod tunc demonstrat. Tunc autem non videtur posse demonstrare aliquid quod non est nunc contentum sub illis speciebus. Quia sic posset dici, *Ilie ignis est aqua,* vel, *Hoc corpus est aqua,* loquendo de igne statim convertendo in aquam, et faciendo talem demonstrationem ad sensum in obliquo, ad intellectum in recto, et *hoc* demonstrando (a) corpus quod nunc est, vel in proximo erit. Sed non videtur rationabile dicere de aere statim corrumpendo, quod hoc corpus est ignis: hæc enim est simpliciter vera. *Hoc corpus est aer;* el de eodem non dicilur simul ignis et aer. Igitur.

Secando. Quia, si tunc significant partes orationis quando proferuntur, et ex significatis earum hoc modo acceptis est significatum lotius orationis secundum quod accipitur, oportet dicere quod ly *est,* quando profertur, ponat significatum suum pro praesenti quod significat. Subjectum autem pro alia parte disjunctionis non accipitur pro aliquo eodem terppqre cum illo quod importatur per copulativam. Ergo significatio lotius illius orationis non refertur ad aliquod idem tempus, vel instans.

Tertio. Quia disjunctiva non ponit alteram determinate; sed est fallacia consequentis. Ergo, si stat disjunctive, non determinate ponit respectu praedicati unam, scilicet hoc quod in proximo erit sub istis speciebus, sicut nec alleram, scilicet quod nunc est sub istis speciebus; et sic non efficitur per istam orationem, secundum te, nisi ut ipsa est vera. Ergo per istam non efficitur magis illud qùod erit, quam illud quod est nunc sub istis.

II Argumenta Aureoli. — Contra eamdem arguit Aureolus (dist. 8, q. 2, art. 2), probando quod hoc pronomen *hac* non demonstret aliquid partiale, immo aliquid totale : ita quod demonstrat non solum substantiam, sed quantitatem el accidentia eum totali ratione quantitatis.

Primo sic : Illud demonstratur per hoc pronomen hoc, quod respondet ad quæstionem factam per *quid est hoc.* Ista probatur : Quia de significato interrogativorum non habemus certitudinem, nisi per significatum responsivorum. Sed quærcndo *quid est hoc,* non respondetur aliquid partiale, sed totum : possum enim quærere *quid est hoc,* vel *quale est hoc.* vel *quantum est hoc;* sed cum quæritur *quid est hoc.* respondetur tam substantia quam quantitas et quam qualitas. Ergo, absolute

(®) *hoc.* — *hic* Pr.
(i) *et habetur.* — Om. Pr
(γ) prenonien — noniin Pr

(a) *drmonUrando* — *dittingueiido* Pr.

loquendo, ly *hoc* claudit omnia sub se, et econtra. — Confirmatur per Aristotelem et Commentatorem, 7. *Metaphysics* (1. c. 2), qui per hoc probant quod substantia est prior, quia per prius respondetur ad quæstionem factam per ly *hoc.*

Secundo arguit contra conclusionem, in hocquod ponit corpus Christi esso sub speciebus per modum contenti. Quia, ut dicit, hoc falsum est. Item, quia ly *hoc* non habet per se demonstrare aliquid contentum, sed aliquid per so determinatum ad situm. — Hæc Aureolus, in forma.

§ 5. — CONTKA SEXTAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Durandi. — Contra sextam conclusionem arguit Durandus (dist. 8, q. 2), probando quod in istis verbis, *Hic est calix sanguinis mei,* contineatur tota forma consecrationis : ita quod, eis dictis, et non aliis sequentibus, vere esset sanguis Christi sub specielms vini. Et arguit sic

Primo (a). Quia in illis verbis precise continetur forma consecrationis sacramenti, quæ sunt significativa et expressiva totalis effectus contenti in sacramento. Sed hujusmodi sunt hæc verba, *Hoc est corpus meum,* respectu consecrationis panis, et, *Hic est calix sanguinis mei,* respectu consecrationis vini. Ergo in his verbis consistit precise forma sacramenti. Major patet : quia hoc sacramentum consistit in consecratione materiæ. Et minor similiter : quia quidquid est in consecratione, totum sufficienter exprimitur per illa verba.

Confirmatur. Quia, secujidum omnes doctores, sacramenta novæ legis efficiunt quod significant. Sed praedicta verba, *Hoc est corpus meum,* et. *Hic est calix sanguinis mei,* cum dicantur recitative, ut prolata per Christum, significant corpus et sanguinem Christi esse sub speciebus panis el vini. Ergo illa sola verba sufficiunt, quantum est de necessitate sacramenti.

Ad hæc duo, inquit, respondent quidam per interemptionem majoris utriusque rationis. Quia, si aliquis dicat, *Ego baptizo (e,* et nihil plus, non est puer baplizalus, nisi addatur, *In nomine Patris,* etc.; et tamen totus effectus baptismi significatur in primis verbis, sine secundis Et similiter, in proposito, quamvis per illa verba significetur quidquid continetur in sacramento Eucharistia», non tamen o|>orlct quod alia non sint do necessitate sacramenti, vel forma' sacramenti. — Sed hæc responsio parum valet. Quia, cum effectus sacramenti sit a Deo, et non a sacramentis, nisi sicut a signo, vel sicut a causa sine *qua non.* ideo formæ verborum debent significare effectum sacramenti esse a Deo; quod fit per invocationem Trinitatis, vel divini nominis, in omnibus sacramentis qua»

(a) Primo. — Om. Pr.

consistunt in applicatione ad suscipientem, ut sunt omnia (a) sacramenta, prater Eucharistiam, in qua (i) significatur corpus et sanguis Christi esse sub speciebus sacramenti virtute divina, per hoc quod verka consecrationis recitantur ut prolata a Christo. Cum ergo dicatur communiter ab omnibus doctoribus, quod sacramenta efficiunt id quod significant, et forme sacramentorum sunt illæ quæ significant effectum sacramenti, subintelligitur quando significant illum effectum esse a Deo, modo quo dictum est.

Secundo arguit sic : Forma consecrationis corporis consistit essentialiter in his verbis praecise, *Hoc est corpus meum;* nec de essentia hujus formæ est ly enim ibi interpositum, cum dicitur, *Hoc est enim corpus meum;* et hoc tenent omnes doctores. Ergo similiter forma consecrationis sanguinis consistit essentialiter in his verbis, *Hic est calix sanguinis* met ; nec de essentia formæ hujusfy) est aliquid ei appositum. Consequentia patet : quia non minons eflicaciæ sunt hæc verba, *Hic est calix sanguinis mei,* ad transsnbstantiandum vinum in sanguinem Christi, quam sint hæc verba, *Hoc est corpus meum,* ad transsubsLantiandum panem in corpus Christi; ergo, etc.

Tertio arguit Quia Graeci conficiunt vere sacramentum Eucharistiae, sicut et Latini: nec unquam inventum est quod Ecclesia Romana senserit Grecos non vere conficere. Sed Greci in consecratione sanguinis non ponunt omnia verba quæ ponit Romana Ecclesia, maxime ab illo verbo, iVovi *et aeterni testamenti,* usque ad finem. Ergo illa verba non sunt de essentia formæ; quia omissio illorum evacuaret consecrationem. Quare, etc. Minor patet. Quia forma consecrationis corporis, secundum Graecos. prout continetur in Mtssali B. Basilii, quam angelo dictante accepit, ut dicilur, et prout in canone predictæ Misse de \erl>o ad verbum habetur, sicut nos fecimus coram nobis legi el extrahi, est ista : .decipite, *comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur* in remisftonem *peccatorum.* Verba autem consecrationis sanguinis, prout in eodem canone continetur, sunt ista : *Bibite ex eo omnes, hic est sanguis* meus novi testamenti, *qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ex quibus apparet quod forma Graecorum, in consecratione corporis Christi, non habet enim sicut nos habemus; halæt tamen *quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum,* quod nos non habemus. In consecratione \ero sanguinis, forma Graecorum non habet *ademi, nec mysterium fidei, nec calix;* quæ tamen omnia nos habemus. 1'nde non videtur, cum ipsi vere consecrent, sicut

(a) omnia. — divina Pr.
(15) çwa. — *quo* Pr.
(γ) *hujut.* — Om. Pr.

et nos, quod omnia quæ nos habemus, et omnia qur ipsi habent, sint de essentia formæ, alioquin nec ipsi nec nos \erc consecramus.

Quid autem veritatis habeat ulraquo opinio? Advertendum est quod quidquid ponitur in forma verborum qua utitur Romana Ecclesia, sive antecedenter, sive (a) consequenter, totum continet veritatem, quamvis non totum sit de intraneilate formæ. Quod enim pnemittitur quod Jesus *elevatis oculis* in *cadum, gratias agens,* benedixit, etc., quamvis non habeatur in textu Evangelico pro tempore quo Christus hoc sacramentum instituit, tamen ex aliis locis Evangelii potest hoc comprobari. Si enim in resurrectione Laxari, Jesus, elevatis oculis sursum, gratias egit Patri, probabilius est quod simile fecerit et dixerit quando panem et vinum in suum corpus et sanguinem transsubstantiavit, Hæc tamen non >unt de substantia form®, sed quædam antecedentia. Quod autem additur, *telerni,* ct, *mysterium fidei,* utique verum ost Quia novum testamentum quod Christi sanguine confirmatum est, ælerna promittit, sicut vetus testamentum promittebat temporalia. Dicitur etiam *mysterium fidei ,* quia aliud exterius visibiliter cernitur, et aliud invisibiliter continetur. Et sic exponitur, Extra, *De celebratione Missarum,* etc., cap. Quum *Marline.* Ista tamen non sunt de essentia formæ, sicut nec antecedentia; sed ponuntur ad excitationem devotionis, et ad exprimendum fructum dominicae (Missionis. Quis enim dicit quod illud verbum, *mysterium fidei,* sit do evantia formæ consecrationis sanguinis, cum •nqualiter conveniat consecrationi panis sicut consecrationi vini? ulrobique enim aliud visibiliter cernitur, ct aliud invisibiliter continetur. Item, si illud quod additur, *novi et teterni testamenti,* um|uc in finem, esset de substantia form® consecrationis vini, for tiori rntiono, de substantia forma? consecrationis panis esset non solum *Hoc est corpus meum,* <ed etiam *(Juod pro vobis tradetur.* Hanc enim determinationem expressius ponunt Evangelista? quam aliam. Constat autem quod nullus dicit quod de >ubstantia formæ consecrationis sit illa determinatio, *Quod pro vobis tradetur.* Quare, ut videtur, de substantia form® consecrationis vini non est illa alia determinatio, .Veri rt *ademi testamenti.* etc. Est tamen de necessitate pnecepti Ecclesia»; el ideo lotum sub eodem ritu profertur.

Quarto (6) arguit . Quia verba pertinentia ad usum ₱huju «aeramenti, magis pertinent ad integritatem form®, quam verba pertinentia ad ejus effectum; quia inlet hoc sacramentum, quod consistit in con-*ecrallone imiteti.e,ct ejus idîeclurn, usus est melius.

tier — nrui Pr

(βı Hoc argumentum el duo sequentia non inveniuntur in U itu Durandi. Auctor e» refert prout citantur » Petro de ₱ilodt , dt»t 8. q 3.

Sed verba pertinentia ad usum, non sunt de integritate ₱orma ut illud, *Accipite et manducate,* vel illud, *Accipite ct bibite.* Ergo multo minus verba pertinentia ad ejus effectum. Talia autem sunt illa qua· adduntur, ut. *Novi testamenti,* usque in *remissionem peccatorum.* Ergo non sunt de essentia formæ.

Quinto arguit contra probationem conclusionis, quod non valeat. Quia, cum dicitur quod de integritate orationis est totum illud, inclusive usque *in remissionem peccatorum,* cum sit determinatio prædicati; ergo est de integritate consecrationis, ac per hoc de essentia formæ; — hoc siquidem non valet : quia etiam determinatio prædicati est hoc, *Quod pro vobis tradetur;* et tamen non est de essentia formæ consecrationis panis.

Sexto ad idem. Quia, cum arguitur quod sub eodem ritu profertur a principio usque ad finem, dicendo, *Hic est calix sanguinis,* etc., usque *in remissionem peccatorum;* quod non fieret nisi totum pertineret ad formam consecrationis; — hoc siquidem non valet : quia non quæcumque proferuntur eodem ritu, sunt de essentia; sicut *Accipit,* el hujusmodi, quæ non sunt de essentia.

II. Argumenta Aureoli. — Arguit ad idem Aureolus (dist. 8, q. 2, art. 4).

Primo. Quia, sicut hoc quod dicilur, *Novi et uterni testamenti,* esi determinatio formæ qua sanguis conficitur; sic hoc, *Quod pro vobis tradetur,* CSl determinatio formæ qua corpus conficitur. Quod potest expresse probari per illud Pauli. 1. *Corin·thior.* 11 (v. 24 et 25), el per Evangelia. Sed Ecclesia a forma qua conficitur corpus, abstulit hoc quod dicitur (x), *Quod pro vobis tradetur,* ac per consequens(o) non esi de essentia formæ. Ergo (γ) similiter ₹ dicendum de hoc quod dicitur, *Novi et xterni testamenti,* respectu formæ qua conficitur sanguis. Ergo, etc.

Secundo. Quia Ecclesia tenet quod Græci vere conficiunt; qui tamen utuntur precise forma quam tradit Paulus, *Hic calix novum testamentum* (o) *est in meo sanguine.*

III. Argumenta aliquorum. — Arguitur etiam ab aliquibus, probando quod verba non sint de esBentia hujus sacramenti, sic: Quia nihil transiens est de essentia alicujus permanentis. Sed sacramentum Eucharisti® est quid permanens (permanet vnimquamdiu remanent species); verba autem consecrationis transeunt m ultimo instanti prolationis verborum. Ergo, etc.

Et m hoc sa undus articulus terminatur.

(3) dicitur. — *dico* Pr.
(r.v ronieçtierui. — *hoc* Pr.
tl) *E»-yo.* — Om Pr.
(I) nouuni tCUorHC/Uuni. — Hori *tcnianienh* Pr.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Aureoli. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradietis. Et quidem

Ad primum Aureoli contra primam conclusionem, dicitur primo, quod positio sancti Thomæ non habet quod verum corpus Christi sit virtus sacramenti Eucharistia» formaliter et per essentiam, sed quod est subjectum talis virtutis partialiter. Et similiter, species sunt subjectum illius virtutis partialiter. Aggregatum autem ex utroque sunt completum, integrum, adæqualum subjectum ejus. — Dicitur secundo, quod non est inconveniens, aliquid idem esse rem proximam sacramenti Eucharistia», et tamen intrinsece pertinere ad sacramentum Eucharistia». Est autem inconveniens, idem esse rem ultimam sacramenti, scilicet effectum sacramenti, el simul pertinere intrinsece ad essentiam sacramenti; sicut arguitur de effectu baptismi, qui est character et gratia; illa enim sunt subjective in suscipiente sacramentum, et non in sacramento. Secus autem est de corpore Christi, quod est sub speciebus sacramentalibus. De praedictis beatus Thomas, 3 p., q. 73, art. 1, in solutione tertii, sic dicit : « Sacramentum dicilur ex (x) eo quod continet aliquod sacrum. Potest autem aliquid esse sacrum dupliciter : scilicet absolute, et in ordine ad aliud. Hæc autem differentia est inter Eucharistiam el alia sacramenta habentia materiam sensibilem, quod Eucharistia continet aliquid sacrum absolute, scilicet ipsum Christum; aqua vero baptismi continet aliquod sacrum in ordine ad aliud, scilicet virtutem ad sanctificandum. Et eadem ratio est de chrismate, el similibus. El ideo sacramentum Eucharistia' |>erficilur in ipsa consecratione materiæ;alia vero sacramenta perficiuntur in applicatione materia» ad hominem sanctificandum. Et ex hoc etiam sequitur alia differentia : nam, in sacramento Eucharistie, id quod est res et sacramentum, est in ipsa materia; id autem quod est res tantum, est in ipso suscipiente, scilicet gratia quæ confertur; in baptismo autem utrumque est in suscipiente, scilicet el character, qui est res et sacramentum, el gratia remissionis peccatorum, quæ est res lanium. Et eadem ratio est de aliis sacramentis, n — Hæc ille. — Item, prima quæstione hujus distinctionis, art. I , q 1, quinto loco, arguit sic : α In omni sacramento, id quod est res el sacramentum, est aliquid effectivum in suscipiente, sicut character in baptismo. Sed corpus Christi verum, quod ponitur hic reset sacramentum, non est aliquid in suscipiente effectivum. Ergo non est sacramentum ejusdem rationis cum aliis. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod ex hoc ipso quod alia sacramenta perficiuntur in acceptione vel collatione, contingit quod illud quod in eis est sacramentum et res, est aliquid acquisitum in suscipiente. In hoc autem sacramento est aliter. > — Hæc ille. — Dicilur tertio, quod in Eucharistia sacramentum potest sumi tripliciter : primo modo, pro signo sensibili, quod est signum et sacramentum, et non res; secundo modo, pro ilio quod est res el sacramentum; tertio modo, pro aggregato ex ulrieque. Modo corpus Christi non est pars sacramenti Eucharistia? primo modo dicti; nec pertinet intrinsece ad illud, sed solum continetur sub illo. Sumendo autern sacramentum Eucharistia» secundo modo, constat quod corpus Christi est essentialiter illud sacramentum primo et adsquate. Sed, sumendo sacramentum tertio modo, conceditur quod corpus Christi verum pertinet ad sacramentum Eucharistia» intrinsece partialiter·

Ad secundum dicitur primo, quod ex verbissancti Thomæ non]X)test haberi quod species sint materia proprie loquendo hujus sacramenti Eucharistiae, sed potius panis et vinurn. Quod palet. Nam, 3 p., q. 74, art. 1, determinat quod materia sacramenti Eucharistia? sunt panis el vinum, quadruplici ratione'; scilicet ratione usus sacramenti, el ratione passionis Christi, et ratione effectus sacramenti considerati in ipso suscipiente, et ratione effectus sacramenti respectu totius Ecclesi®. Et similia dicit, undecima distinctione hujus *Quarti,* q. 2, art. 1, qu2. — Dicilur secundo, quod, accipiendo extenso nomine materiam sacramenti pro quolibet signo sensibili habente conditiones materiales, puta extensionem, silum, el hujusmodi, sic posset concedi quod species panis el vini sunt materia hujus sacramenti, eo modo quo dicit Hugo *(de Sacramentis,* lib. 1, part. 9, cap. 2), quod sacramentum est materiale elementum, exterius oculis suppositum, etc. De hoc sanctus Thomas, octava distinctione hujus, q. 1, art. i, qu i, arguit sic, tertio loco : « Sacramentum est materiale elementum, exterius oculis suppositum, secundum Hugonem. Sed corpus Christi verum, quod hic dicitur sacramentum et res, non est oculis videntium suppositum. Ergo non est sacramentum. » — Hæc ille. — Ecce argumentum. Sequitur responsio : e Dicendum, inquit, quod omne sacramentum est visibile. Non tamen oportet quod quidquid est in sacramento, sit visibile. Videtur enim species sensibilis aquæ in baptismo; sed non videtur villus spiritualis, quæ secretius 0|>eratur salutem. Et similiter hir videntur species, ted non videtur verum corpus Christi. Vel dicendum quod est visibile, non in se, sed in speciebus quæ

(3) er. — Om. Pr.

ipsum legunt, sicut et substantia aliorum corporum videtur mediante colore. » — Hæc ille. — In quibus apparet quod non negat, immo concedit, quod ℵpecie sunt materiale elementum visibile in hoc sacramento, el sic quodammodo materia. Item, pnma distinctione hujus, q. **I**, art. 1, qh 5, arguit sic, primo loco: α Materia non prodicatur de toto. Sed materiale elementum est materia sacramenti. Ergo male ponitur in diffinitione sacramenti ut genus. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod sicut forma? artificiales (a) sunt accidentales, tamen (i) in artificialibus tota substantia est materia, et propter hoc prodicatur, ut dicatur, *Phiala* esf aurum; ita etiam, cum forma sacramenti non det esse substantiale, sed accidentale, in genere causæ et signi, non est inconveniens ut materia sacramenti de sacramento prodicetur, et ponatur in ejus diffinitione sicut genus; hoc enim in aliis actibus contingit, ut dicitur, 7. *Metaphysics* (t. r. 17), ut cum dicitur, *Simum esi nasus curvus,* » — ℍa ille.— Ex quibus patet quod signum sensibile potest dici materia sacramenti, non quidem materia ex *qua,* sed in qua, vel *circa quam.* Tunc, ad formam argumenti contra prodicta, dicitur quod major est falsa, loquendo de sacramento quod consistit in consecratione materiæ. Ibi enim oportet quod prima res sacramenti recipiatur in materia sacramenti, vel saltem in speciebus materialibus sacramenti, sicut est in proposito. Secus est de aliis sacramentis, quæ non consistunt in consecratione materiæ, sed in usu et applicatione materi® ad suscipientem; sicut est in baptismo, de quo procedit argumentum. Unde similitudo de Iraplismo et Eucharistia nulla est.

Ad primam confirmationem, dicitur primo, quod virtus instrumentalis quam ponimus in sacramentis, non solum est subjective in materia sacramenti, immo in verbis, el quandoque in prima re sacramenti yel quandoque in ministro, sicut alias (γ) diffuse dictum est. — Dicitur secundo, quod xiilus instrumentalis agens ad primam rem hujus sacramenti, non est subjective in materia, qualitercumque sumatur materia , neque est in pnma re sacramenti;$cd est partim in forma verborum.ct partim in ministro.— Dicitur tertio, quod virtus instrumentalis agens ad inductionem ℵecunda rei hujus sacramenti, scilicet gratiæ, est partim in speciebus materialibus sacramenti, el partim in pnma re sacramenti, scilicet corpore Christi, ut dictum est in solutione primi, ubi responsum est ad illud quod dicit se probasse, scilicet quod corpus Christi non sit subjectum talis virtutis, vel partiale agens ad ultimum effectum sacramenti.

Ad secundam confirmationem, patet solutio per prodicta. Nam non est simile de sacramento ordinis et de Eucharistia. Nam sacramentum ordinis non consistit in sanctificatione alicujus materiæ exterioris, sed potius in sanctificatione person® per materiam exteriorem, ut dicit sanctus Thomas, vigesima-quarta distinctione hujus, q. 1, art. I, in solutione quintae qilæstiunculæ, ubi sic dicit : α Materia in sicramenlis exterius adbibita significat virtutem in sacramentis agentem extrinsecus omnino advenire. Unde, cum effectus proprius hujus sacramenti, scilicet character, non percipiatur ex aliqua operatione illius qui ad sacramentum accedit, sicut erat in pœnitentia, sed omnino extrinsecus adveniat, competit ei habere materiam; tamen diversimode ab aliis sacramentis quæ materiam habent : quia hoc quod in,(a) sacramento confertur, in aliis sacramentis derivatur lanium a Deo, non a ministro qui sacramentum dat; sed illud quod in hoc sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas, derivatur etiam ab eo qui sacramentum dat (5), sicut potestas imperfecta a perfecta. El ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ virtutem divinam el significat el continet ex sanctificatione per ministrum adhibita. Se<l efficacia hujus sacramenti principaliter residet penes eum qui sacramentum dispensat; materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem quæ traditui particulariter ab habente eam complete, quam ad potestatem causandum; quod palet ex hoc quod materia competit usui potestatis. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod falsa est illa propositio in qua fundat se arguens in prima confirmatione, scilicet quod virtus sacramentalis principaliter sit in materia sacramenti, si eam generaliter intelligal. Hujus enim oppositum patet in sacramento ordinis, et similiter Ɛucharistia ut dictum fuit supra (in solui, primi, et ad prim, conlir. secundi).

Ad tertium principale, negatur antecedens. Et ad probationem, negatur minor, scilicet quod usus hujus sacramenti per se et seorsum aliquid efficiat ultra illud quod efficit sacramentum, scilicet species cum corpore Christi, efficientia proprie dicta. Et ad ejus probationem, dicitur quod ultimus effectus sacramenti, scilicet gratia, et illa concomitantia, causatur ab ipso sacramento, et non ah ejus usu. Verumtamen usus potest dici causa sine qua non habetur ultima res sacramenti, vel conditio sacramenti sine qua non agit. El hoc , quia est quædam perfectio secundaria ipsius, licet non pertineat ad essentiam ejus. Et de hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 1, in solutione secundi, sic dicit : α In

(a) gnu — Ad. Pr.
(<) *tamen* — *et* Pr.
(γ) Cfr Dlit. t. q. t, art. 3, $ 4,1. ad ct Dili. 4. q 1, art. 3. < I. II, ad 2”·.
(i) *quia hoc quoti* in. — in *hoc quod illud quod* in Aoe Pr.
(6) ʎ ṽerbi *ted illud* usque ad icicramenlum *dat.* om. Pr

his verbis, *Accipite ct comedite,* intclligitur usus materiæ consecratæ, qui n'on est de necessitate hujus sacramenti. Et ideo nec hæc verba sunt de substantia form®. Quia tamen ad quamdam perfectionem sacramenti pertinet ℠materia ℭonsecrata usus, sicut operatio non est prima, sod secunda perfectio rei, non per omnia hæc verba, *Hoc esi corpus meum,* exprimitur tota perfectio hujus sacramenti. Et hoc modo Eusebius (x) intellexit his verbis confici sacramentum, quantum ad primam el secundam |»erfe· ctionein illius. » — Hæc ille. — Item, quæsL 2 hujus distinctionis, art. 1, qu 2, in solutione primi, sic dicit : « Quamvis usus sacramenti non sit de essentia sacramenti, est tamen (6) ad completum esse illius, inquantum pertingit ad hoc ad quod est institutum. Et ideo quandoque dicuntur esse de forma non solum illa qua» pertinent ad consecrationem, sed etiam illa quæ pertiment ad usum. Et sic loquuntur Ambrosius (γ) et Magister *Sentent.* in littera. ♢ — Hæc ille.

Cum autem dicit orguens,quod species sacramentales sine usu sacramenti non significant ultimam rem sacramenti, — negandum est. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 74, art. 1, sic dicit : « Panis ct vinum sunt materia conveniens hujus sacramenti. Et hoc rationabiliter. Primo quidem, quantum ad usum hujus sacramenti, qui est manducatio : sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi ad usum spiritualis ablutionis, quia corporalia ablutio communiter fit in aqua; ita panis et vinum, quibus communius homines reficiuntur, assumuntur in hoc sacramento ad usum spiritualis manducationis. Secundo, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis a corpore est separatus; et ideo in hoc sacramento, quod est memoriale dominicae passionis, seorsum sumitur panis ut sacramentum corporis, et vinum ut sacramentum sanguinis. Tertio, quantum ad effectum consideratum in unoquoque sumentium : quia, ut dicit Ainbros. super Epistolam 1.ad *Corinth,* (cap. 11), in hoc sacramento caro Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero pro salute animæ sub specie vini offertur, sicut dicitur, *Levit.* 17 (v. 14), quod *anima cam* is (o) in *sanguine est.* Quarto, quantum ad effectum respectu totius Ecclesiæ, quæ constituitur ex diversis fidelibus, sicut panis conficitur ex diversis granis, et vinum finit ex diversis uvis, ut dicit Glossa, super illud 1. *Corinthior.* 10 (v. 17) ; ***Mulli unum corpus lumus.*** » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod species panis et vini, inquantum hujusmodi, pneter usum et significationem usus sacramenti, significant ultimam rem sacramenti; licet usus sacramenti faciat ad completissimam significationem sacramenti, sicut et ad ejus potissimum esse et ultimatam perfectionem. El de significatione usus hujus sacramenti, scilicet manducationis et potationis, loquitur sanctus Thomas, prima quæstione nonæ distinctionis, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, ostendens quomodo illa manducatio significat primo unionern manducantis ad Christum; secundo, vulnerationem Christi in sua passione; tertio, roburanimæ; quarto, visionem beatificam, per quam per essentiam suam videnti conjungitur. Ideo illa unio exprimitur nomine manducationis.

Ad confirmationem patet. per predicts, quod minor est falsa, ad intellectum arguentis. Quia sumptio sacramenti nihil per se seorsum efficit aliud ab effectu sacramenti; sed est causa, vel conditio, sine qua sacramentum non habet suum ultimum effectum; sane tamen intelligendo, modo quo exprimit sanctus Thomas, 3 p., q. 80, art. 1, in solutione tertii, ubi sic dicit : ‹ Effectus sacramenti potest ab aliquo percipi, si sacramentum halæatur m volo, quamvis non lial/eatur m re. Et ideo, sicut aliqui baptizantur baptismo flaminis, propter desiderium baptismi, antequam baptizentur baptismo aquæ; ita et aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentum, antequam sacramentaliter sumant. Sed hoc contingit dupliciter. Uno modo, propter desiderium suscipiendi illud sacramentum; et hoc modo dicuntur baptizari el manducare spiritualiter, et non sacramentaliter, illi qui desiderant sumere hæc sacramenta jam instituta. Alio modo, propter figuram, sicut dicit Apostolus, 1. *Corinth.* 10 (v. 2, 3 et 4), quod antiqui patres *baptizati sunt in nube et* in *mari.* et quod *spiritualem escam manducaverunt,* el *spiritualem potum biberunt.* Nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio; quia plenius inducit effectum sacramenti ipsa sacramenti susceptio, quam solum desiderium, sicut supra (3 p., q. 69, art. 4. ad 2M".) circa liaptismum dictum est. » — Hæc ille.

(a) Verba Eusebit Emisent, de quibus loquitur Divus Thomas. ťnt sequentia : */nvittbdu sacerdos visibiles creaturat* in šub tarifiam *corporis et sanguinis* sui, *verbo tuo, secreta potestate, convertit, ita dicens ;* « Aeripita *et comedite, hoc est corpus meum;* » *et, sanctificatione repetita :* « Arripite, *et bibite, hic est nanguit meut.* » Habentur in Decreto, ran. 35, Dist. II. *de eonsrcr.* Bovem non sunt Euscbii. sed potius Eucheno Lugdunensi attribuenda sunt.

(15) *quantum.* — Ad. Pr.

(γ) Cfr. art. præced., § 3. arg. 2.

(4) anima <arnu. — *animatis anima* Pr.

§ 2. — Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumentum Aureoli. — Ad primum Aureoli contra secundam conclusionem, negatur minor. Nec valet probatio. Dicitur enim quod sumens tantum sacramentum sub specie panis, non sumit complete hoc sacramentum, quantum ad duo : primo, non quantum ad illud quod est sacramentum tantum et non res; secundo, nec quantum ad

completum et integrum usum sacramenti, qui est cibatio el potatio. De hoc sanctus Thomas, octava distinctione hujus, q. **i**, art. **I**, qu 2, in solutione quinti, sic dicit : a Quamvis Christus perfectus sit sub ulraque specie, non tamen, quantum ad integrum usum sacramenti, est sub utraque, sed quantum ad diversos usus. » Item, secundo loco, arguit sic : ‹ Sacramentum est in genere signi. Sed ea quæ sunt in genere signi, sicut nomina, pluriticanlur ad plurificationem significantium, quamvis sit idem significatum; sicut *Marcus* et *Tullius* sunt duo nomina, quamvis sit eadem res significata. Cum ergo in Eucharistia sint duo significantia, sicut species **pnis** et vini, videtur quod sint plura sacramenta. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod illa ratio procedit quando utrumque signum habet integram significationem. Sic autem non est hic : quia cibatio spiritualis non significatur perfecte neque per **pnis** sumptionem tantum, neque per vini sumptionem, sed **pr** utrumque simul, sicut in significatione nominum compositorum. »— Hæc ille. —Ex quibus, et multis aliis dictis in solutione illius quæstionis, patet quod sumens precise speciem panis consecrati, non sumit integre totum sacramentum ; licet sumat integre totum Christum, qui est res utriusque speciei. Et, si aliquæ auctoritates sonent oppositum, exponenda sunt ad sensum prædiclum. De hoc etiam multa ad propositum dicit Beatus Thomas, undecima distinctione hujus, q. 2, art. **i**, q'· **t**, et in solutione secundi, ubi sic dicit: « Quamvis totus Christus sit sub specie panis secundum rei veritatem, non tamen est ibi ex vi sacramenti nisi corpus ejus, et secundum quod venit in usum fidelium. » — Hæc ille.— Et multa alia ibidem dicit ad propositum facientia. Ex quibus palet responsio ad dicta Aureoli contra secundam conclusionem.

Vcrumtemen, ne faveatur novis hæreticis Bohemistis, qui dicuntur Hussilie, sciendum quod Beatus Thomas, 3 p., q. 80, ari. 12, sic dicit : ‹ Circa usum hujus sacramenti, duo possunt considerari : unum, ex **prie** ipsius sacramenti; aliud, ex **prie** sumentium. Ex parte ipsius sacramenti, convenit quod utrumque sumatur, scilicet et corpus et sanguis; quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem perlinet hoc sacramentum consecrare et perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium, requiritur summa reverentia et cautela, ne aliquid accidat qu‹xl vergat in injuriam tanti sacramenti et mysterii. Quod pronipue posset accidere in sanguinis sumptione; qui quidem, si incaute sumeretur, de facili posset effundi. Et quia, crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senee, et juvenes, et |wrvuli, quorum quidam non sunt tanta? discretionis ut cautelam debitam circa usum hujus sacramenti adhiberent, ideo provide in quibusdam ecclesiis observatur ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur. n — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : n Perfectio hujus sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materia?, Et ideo nihil derogat perfectioni hujus sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque. d Item, in solutione tertii, sic dicit : « Repræsenlatiodominica» passionis agitur in ipsa consecratione hujus sacramenti, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari. Potest autem a populo corpus sine sanguine suini; nec exinde aliquod detrimentum sequitur, quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert, et sub utraque specie lotus Christus continetur. › — Hæc ille.

§3. — Ad argumenta contra tertiam ET QUARTAM CONCLUSIONES

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam el quartam conclusiones, respondet bene et sufficienter Durandus, secunda qmestione hujus distinctionis, ubi sic dicil : « Hic est unuin dubium, si [>osset consecrari corpus Christi per ista verba precise, *Hoc esi corpus meum,* non expressis verbis precedent ibus, scilicet : *Qui pridie quam pateretur.* Et dicunt quidam quod non : quia sacramentalia verba debent significare illud quod continetur in sacramento; sed ista verba. *Hoc est corpus meum,* sine aliis verbis pnecedeiilibus prolata, non significant corpus Christi realiter contineri sub speciebus panis, sed significant corpus sacerdotis proferentis (s) contineri sub eis; ergo, etc. — Confirmatur. Quia, si ego dicerem : *Paulus dicit, Hxc est doctrina mca,* non, etc. » Sequitur responsio : α Istud, inquit Durandus, non valet. Quia sufficit quod verba consecrationis significent corpus Christi esse ibi ex institutione Christi ordinantis, et ex intentione ministri proferentis, quamvis pr.ecedentia verba hunc sensum non innuant. Quod patet. Quia, si oporteret quod ex forma verborum insinuaretur corpus Christi ibi esse, non solum non fieret cousecratio per hæc verba, *Hoc est corpus meum,* aliis non pnemisbis, sed etiam, per eamdem rationem, eis præmissis. Quod patet. Quia præcedentia verba recitantur ut dicta a Christo, scilicet *Accipiens panem, benedixit, fregit, deditque discipulis* suis, *dicens: Hoc est corpus meum.* Constat autem quod per hanc seriem verborum non significatur quod corpus Christi sil sub speciebas panis quem sacerdos tenet, vel coram se habet, sed solum sub speciebus panis quem Christus accepit et benedixit. Ergo per hæc verlm non esset corpus sub speciebus panis praesentibus sacerdoti; quod est falsum, et

(a) *proferentis. — perferentis* Pr.

erroneum. Sufficit ergo quod verba consecrationis significent illud quod continetur in hoc sacramento, non ex serie verborum praecedentium, sed ex institutione Christi, et intentione ministri gerentis personam Christi, d — Hrec Durandus in forma, et bene, conformiter ad dicta sancti Thomæ, 3 p., <|. 78, art. 1, in solutione quarti, ubi sic dicit : « Si sacerdos sola praedicta veri» proferret, et cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum : quia intentio faceret ut hæc verba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata, etiamsi verbis praecedentibus hoc non recitaretur. Graviter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacramentum, utpote ritum Ecclesiæ non servans. » — Hæc ille. — Similia dicit, secunda quaestione hujus distinctionis, art. 1, qll 4, in solutione quarti. Ex quibus patet solutio ad primum Scoti, el ad ejus confirmationem.

Ad secundum patet solutio ex dictis ad tertium Aureoli contra primam conclusionem. Ambrosius enim et Eusebius dicunt illa verba, *Accipite,* etc., pertinere ad consecrationem ratione ibidem tacta non quia sint de essentia forma consecrativ.e; sed quia faciunt ad pleniorem expressionem consecrationis sacramenti, dum explicant non solum primam, sed etiam secundam perfectionem sacramenti. Unde in missali Ambrosiano haec oratio, *Hoc est enim corpus meum,* est scripta litteris aureis; el similiter totum hoc, *Hir est enim calix,* etc., Usque *in remissionem peccatorum* (-x) inclusive, ut recitat Petrus de Palude (dist. 8, q. 3). Ex quo patet quod solum hæc veri». *Hoc est enim corpus meum,* sunt de essentia formæ consecrationis panis, et non aliqua praecedentia; et similiter, quod ad essentiam formæ consecrationis sanguinis pertinent non solum hæc verba, *Hic est sanguis meus,* immo omnia sequentia usque ly *remissionem peccatorum* inclusive. Nec obstat si dicatur etiam quod ly enim est ibi scriptum litteris aureis, et tamen non est de essentia : quia hoc ideo est, quia est in medio partium essentialium formæ; et ne viderentur duæ formæ, ideo factum est.

§ 4. — Ad argumenta contra quintam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad prlinum Scoti contra quintam conclusionem, dicitur primo, quod arguens false imponit sancto Thomæ quod totalis significatio orationis constituatur ex partialibus significationibus partium quasi totum. Hoc enim expresse negat sanctus Thomas; licet concedat quod significatio totius orationis resultat ex significatis partium. Unde, secunda quaestione hujus distinctionis, art. 3, in solutione septimi, sic dicit :

« Significatio orationis, quamvis, relata ad partes quibus fit significatio, videatur composita, tamen, relata ad rem significatam, simplex est, inquantum significat unum quid, scilicet compositionem hujus cum hoc; sicut etiam Philosophus dicit in 5. Jfeta-*phyticai* (I. c. 19), quod substantia senarii non est his trin, sed semel sex, quirn ibi qualitatem nominat. Unde, sicut ad hanc qualitatem senarii se habent partes ejus ut dispositiones materiales, et non ut qualitates partium, sicut partes unius totius qualitatis; ita significationes partium sunt dispositiones ad significationem totius orationis, quæ consurgit ex significatione ultimæ partis in ordine ad omnes praecedentes, etc. › — Hæc ille. — Item, art. 1, in solutione primi argumenti quartæ quæeliunculæ, sic dicil : ‹ Ea quæsunt in voce, proportionanlur bis quæ sunt in anima. Conceptio autem animæ duobus modis est. Uno modo, ut repraesentatio rei tantum, sicut est in omnibus cognitionibus vel conceptibus acceptis a rebus; el tunc veritas conceptionis præsupponil entitatem rei sicut propriam mensuram, ut dicitur, 10. *Metaphysics* (l. c.5);el per modum hujus conceptionis se habent locutiones, quæ causa significationis tantum proferuntur. Alio motio conceptio animæ non est repravsentativa rei tantum, sed magis praesignativa, sicut exemplar factivum, sicut patet in scientia praclica, quæ est causa rei; et veritas hujus conceptionis non pnesupponit entitatem rei, sed praiOedll illam naturaliter, quasi causa ejus, etsi sint simul tempore. El per hunc modum se habent veri» praemissa, scilicet *Hoc est corpus meum;* quia sunt significativa el factiva ejus quod significatur. Unde veritas et significatio hujus locutionis praecedit naturaliter enlitatem rei quam signifiait, et non praesupponit illam, quamvis simul sit causa propria cum suo effectu proprio. Sed quia significatio et veritas locutionis, quæ est simul tempore cum transsubstantiation consurgit ex significationibus partium successivo prolatarum, ideo oportet quod dictio ultimo prolata compleat significationem locutionis, sicut differentia specifica; et simul cum significatione sit entitas rei. et, per consequens, significationes primarum partium praecedant transsubstantiationem, quæ quidem non successive fit, sed in instanti ultimo, per significationem locutionis jam perfectam· Sic ergo hoc pronomen hoc neque demonstrat terminum *ad quem* transsubstantiationis determinate, quia jam significatio locutionis pnesupponeret entitatem rei, et non esset causa ejus; m?que iterum demonstrat terminum *a quo* determinate, quia ejus significatio impediret veritatem significationis totius locutionis, cum terminus a *quo* non remaneat in ultimo instanti locutionis. Relinquitur ergo quod demonstret hoc quod est commune utrique termino indeterminate. Sicut autem in formalibus mutationibus commune ulrique termino est subjectum vel materia, dislin-

(a) *ft.* — Ad. Pr.

guuntur autem termini per formas substantiales vel accidentales; ita in transsubslantiatione commune est accidentia sensibilia, quæ remanent, diversitas autem est substantiarum. Unde sensus est : *Hoc,* id est, *contentum $ub his speciebus, est corpus meum.* Et hæc est causa quare cum pronomine non ponitur aliquod nomen, ne demonstratio ad aliquam speciem substantial determinetur. Sicut enim in locutione quæ significat tantum alterationem, per se subjectum est subjectum altorationis commune, ul cum dicitur, *Hoc /it album;* ita oportet quod in locutione quæ facit transsubstantiationem, subjectum sil hoc quod est commune in transsubstantiatione. » — Hæc ille.

Ex quibus apparet quod, secundum mentem sancti Thomæ, significatio hujus categoriae, *Huc est corpus meum,* et aliarum similium, est qu.rdam forma simplex, non composita ex significationibus partium, sed se habens ad illas sicut formale ad sua materialia. Secundo, quod totalis significatio consurgit ex significationibus partialibus, sicut forma ex sua dispositione materiali. Tertio, quod in hae oratione, *Hoc est corpus meum,* ly *hoc* non demonstrat determinate terminum *a quo,* nec determinate terminum *ad (piem* transsubstantiationis, sed aliquid commune utrique, per modum individui vagi, puta *hic homo,* secundum modum loquendi Durandi el Petri de Palude el mullorum aliorum. Quarto, quod ly *hoc* non demonstrat aliquid sub disjunctione, puta terminum *a quo* vel terminum *ad quem,* ita quod dicta locutio æquipolleat (a) tali disjunctivæ, *Hoc est,* ideal, .4 *est corpus meum,* ve/ *hoc,* id est, *B est corpus meum.* Nec æquipollel alicui propositioni de disjuncto subjecto, puta tali, *Hoc,* id est, *A vel B est corpus meum.* Sed ly *hoc* habet ibi suppositionem non simplicem, nec determinatam, sed suppositionem confusam tantum, etsi non ex virtute sermonis, tamen ex institutione Christi accommodantis hanc locutionem practical!) et (activam ex suo beneplacito ad Udem suppositionern el significationem, el subjectum ejus ad praedictam demonstrationem unius confusi communis ad terminum *a quo* el ad terminum *ad quem* , sine actuali expressione vel demonstratione alicujus illorum |>er modum copulativae vel disjunctiva», aut per modum propositionis de disjuncto aut copulato subjecto; sed uterquQ terminus ibidem demonstratur in quodam communi confuse el [volentialiter, sicut singulare in suo universali, vel communi, vel superiori.

Ex quibus patet quod argumentum Scoti non vadit ad mentem sancti Thomæ. Tum quia falsum supponit, io hoc quod dicit significationem orationis constitui ex significationibus partium. Tum quia, concesso quod ly *hoc.* quando profertur, demonstret illud quod significat, et econtra, non ideo sequitur quod demonstret actu et determinate el in particulari significato aliquid quod leuqiore illius prolationis est contentum sub illis speciebus, nec aliquid pro tunc non contentum sub illis; sufficit enim quod demonstret aliquid commune utrique, ulnimque continens in potentia el confuse, el neutrum actu et determinati» vel distincte, sicut animal continet suas species, el homo sua individua. Tum quia similitudo quam adducit de ista locutione, *Hoc corpus est aqua,* et ista, *Hoc est corpus meum,* nihil valet : quia prima locutio est speculativa, secunda autem est pradica; prima non est accommodata tali demonstrationi, secunda vero sic. Tum (a) quia supponit quod ly *hoc* demonstret tempus certum, vel sub certo tempore : hoc enim falsum est, quia pronomen non habet significare nec supponere cum tempon·.

El de hoc Petrus de Palude (diet. 8, q. 3), in proposito, sic dicit : « Quidam dicunt quod hoc pronomen *hoc* facit demonstrationem ad sensum et intellectum simul, sic intelligendo, quod demonstrat aliquid quod est objectum intellectus, el ali? quid quoti est objectum sensus, primum in recto, secundum in obliquo, ut sil sensus : *Hoc,* id est, *aliquid sub hac specie sensibili,* non restringendo exsistentiam sub hac specie sensibili ad aliquam temporis differentiam determinatam. Significatio enim nominis, sive substantivi, sive adjectivi, non restringitur ad aliquam differentiam temporis; unde, secundum Donatum, tempus non est de accidentibus nominis. El quia suppositio nominis fundatur super ejus significationem, ita quod nihil supponit nisi in quo salvatur significatum ejus, ideo per hunc terminum substantialem, vel substantivum, potest supponi substantia quæ est, vel quæ fuit, vel quæ erit. Cum ergo, secundum Donatum, ideo dicatur pronomen quia ponitur pro nomine, demonstratum per hoc pronomen *hoc* jiolest inlelligi aliquid præsens, vel de propinquo futurum sub hac specie; secundum enim Donatum, pronomini non accidit tempus. Nec potest dici quod restringatur per verbum praesentis ad supponendum pro aliquo quini est præsens sub illa specie, cum verbum futuri temporis restringere non possit terminum ad supponendum tantum pro re futura. Cujus ratio est : quia, quamvis res significata per verbum sil immediate unita rei significate per suppositum, tamen significat per modum distantis; idem autem significatum per modum distantis, non restringit id quod est significatum per modum distantis (6); cum enim dicitur, /ite *homo est albus,* iste terminus *homo*

(a) *equipollcat.* — *rquipollet* Pr

(a) Tum. — Om. Pr.

(C) *idem autem tignificatum per modum dittantie,* nun *restringit* id *quod* eit *significatum pe» modum dittantit. – id autem quod etl iignificatum per modum indudantit* | Pr.

non restringitur ad supponendum pro albis lanium, sicut cum dicitur, *Homo.albus.* Cum ergo sacerdos in persona Christi proferat hanc propositionem, *Hoc est corpus meum,* sensus est quod *aliquid sub hac specie pnesons, vel de propinquo futurum, est corpus meum* Et hoc est simpliciter verum. Quia, quamvis hæc disjunctiva, ratione hujus pilis, *ăli quid praaemt sub hac specie,* non sit vera, nisi secundum usum loquendi, quo aliquid stalim convertendum in rem illam dicitur res illa esse, ut aqua stalim convertenda in aerem dicitur aer, et humor stalim convertendus in carnein dicitur caro; tamen, ratione alterius partis disjunctive, ex vi locutionis, veni est; orationi enim assistit virtus operans in fine propositionis rem significatam per eam. Disjunctiva autem est vera, si altem pan> est vera; et indefinita vel particularis similiter est vera, cuicumque supposito per subjectum conveniat predicatum Sed hæc dicta de demonstratione quantum ad intellectum individui vagi videntur bene salvare quod non sil falsitas, si addatur quod non simpliciter fiat demonstratio quoad sensum et intellectum. Nam, si solum ad intellectum, non esset necesse quod sacerdos haberet ante se materiam; cum demonstratio ad intellectum abstrahat ab hic el nunc. Sed ex quo sensus est, *Contentum sub his speciebus est corpus meum,* vel. *Illud quod continetur sub his speciebus est corpus meum,* vel, *Id quod continebitur sub his speciebus est corpus meum,* etc., est duplex demonstratio : una ad sensum, quæ refertur ad species, et hæc est individui significati; alia autem ad intellectum, quæ est individui vagi. Et potest esse vera, sed pro diversis : quia, si dicat, *Id quod est contentum sub his speciebus est corpus,* verum est, quia corpus panis; si dicat, *corpus meum,* verum est, quia quando dicit *meum* tunc est ibi corpus Christi. Et potest poni tale exemplum. Ponatur quod Deus ex aero faciat ignem, remanente quantitate et qualitate symbola. sicut aliqui dicunt fieri naturaliter. El ponatur quod alteratio qua fit hoc, incipiat, me incipiente dicero. *Illud quod continetur sub hac quantitate ct qualitate est ignis,* el compleatur, me complente hanc orationem, tunc oratio erit vera. '— Sed contra hoc videtur : quia, quando dico hoc, *Illud quod continetur, vel est contentum,* etc., utrumque verbum est pnesenlis temporis; unde sensus est, *Illud quod continetur nunc, vel est contentum nunc, est illud;* et hoc est falsum, quia aliud continetur in principio orationis, el aliud in line, nec unum est aliud. El dicendum quod sermoni non res, sed rei subjectus est sermo, el intentioni dicentis; et quia non intendit de contento pro nunc, sed de contento pro line locutionis, ideo, ole. — Sed nec illud valet : quia tunc esset sensus, *Hoc,* id est, *quod continendum cst,vl* non *id quod est contentum,etc.;* et sic prius esset facium quam significatum; ct sic verba non efficerent, sed supponerent. Unde videtur quod, sicut demonstratio ad intellectum est de individuo vago, sic etiam consignificalur tempus tagurn, ila quod intendat prius significari quam verificari, el entitas rei sit media inter significationem el veritatem significantis, quasi diceret, *Hoc est corpus meum,* id est, Γo/o *quod hic sit corpus meum, dum hic dicetur, et quia dicetur, et iere dicatur.* — Sed, secundum hoc, videtur quod non de virtute sermonis, sed de bonitate intellectus vcrificetur. Setl dicendum quod aliud est loqui de rebus factis, in quibus locutio accipitur pro tempore quo incipit proferri vel ante, aliud de (lendis, in quibus, etiam ex proprietate loquendi, significatio refertur ad futurum; et aliud de sermone speculativo, qui sequitur rem, et de (activo, qui pracedil; el talis est sermo iste. Unde non est intentio quod pro illo nunc sit vera, sed pro ultimo. Sic ergo senius est, *Hoc est corpus meum,* id est, *Contentum ŭb his speciebus rst corpus meum* Et tunc pronomen supponit et demonstrat contentum, abstrahendo ab omni differentia temporis; unde potest verificari pro instanti ultimo locutionis; sicut econtra dici posset. *Hic est panis,* id est, *Contentum sub his speciebus,* etc.; el tunc veriflearetur pro primo instanti; nomen enim et pronomen, ul dictum est, abstrahunt a tempore, cum non consignificent tempus. Nec obstat quod verbum substantivum *est* consignilient tempus prasens : quia prior est ejus significatio qua copulat pradicatum subjecto, quam consignificatio temporis quæ designat tempus illius copulae; unde, cum copulatio non compleatur ante ultimae dictionis prolationem, per consequens non designatur illud tempus. Unde sensus est : *Contentum sub his speciebus est corpus meum, tunc primo cum hoc dictum est.* » — Haec Petrus, in forma. — In quibus multa dicit ad propositum, potissime de consignificalione temporis in copula verbali, scilicet ly *est,* el de ampliatione, vel restrictione, el omnimoda suppositione et connotatione, consignificatione et demonstratione hujus pronominis *hoc* in prædicta oratione, *Hoc est corpus meum.*

Apparet autem mihi quod, quanturneumque ly *hoc* restringeretur ad demonstrandum aliquid presens, et ad tempus significatum jwr ly *est,* sicut habet communis logica, ex hoc tamen nullo modo posset inferri quod supponeret pro aliquo praesenti significato, puta pane, vel corpore Christi; sed sufficit quod supponat pro aliquo presenti vago, communi, confuso, eo modo quo talia possunt dici prescnlia, præterita vel futura. Item, nec oportet quod illa presentia intelligantur respectu mensure in qua profertur ly *hoc,* sed respectu mensure in qua completa est significatio lotius orationis : nam pro illo instanti ly *est* intelligilur copulare pnedicatum subjecto, el non prius, in talibus orationibus indivis, quarum completa significatio naturaliter pre-

cedit entitalem rei et veritatem orationis; secus est de orationibus speculativis, quarum veritas præsupponil entitatem rei, nec aliquo modo eam causât aut efficit.

Ad secundum patet responsio per idem. Quia fundatur in mullis falsis. Primum est, quod significatio lotius orationis constituatur ex significatis partium. Secundum est, quod partes illius orationis supponant pro aliquo significato determinato praesenti pro mensura prolationis vocum. Tertium est, quod ly est designet praesentiam mensure procedentis completam prolationem orationis. Quartum est, quod subjectum orationis prodicta? supponat disjunctive pro allero fluorum signanter et determinate et in actu, scilicet pro termino *a quo,* vel *ad quem;* el quod dicta locutio æquipolleat hypothetica; disjunctiva», vel categoriae de disjuncto subjecto continente actu et determinate duo aliqua signata. Et mulla alia supponit, per nos neganda.

Ad tertium palet responsio per prodicta; quia fundatur in falso.

El hoc sufficit ad argumenta Scoti.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli, dicitur quod ly *hoc* demonstrat contentum sub speciebus sacramenti. Sub illis autem non continetur proprie quodeumque accidens, virtute sacramenti; sed sola substantia, Unquam signabile per ea, vel succedens signabili, virtute conversionis. Si autem alia continentur sub prodictis speciebus, scilicet quantitas, qualitas (a), hoc non est virtute sacramenti, nec conversionis, sed per concornilantiam ad substantiam, ut alias forte dicetur. Nec ly *hoc* demonstrat primo et per se in hac locutione nisi substantiam, et non quodeumque accidens, nec compositum ex substantia et accidente. Et si forte concedi posset quod aliquando in aliqua demonstratione ad sensum demonstrat substantiam sub accidentibus, non tamen uti unique ex æquo, nec æque primo, aut per se, sed substantiam directe et ut *quod,* accidentia vero indirecte et ut *cujus,* vel substantiam ul illud quod directe demonstratur, accidentia vero ut quibus substantia est demonstrabilis et signabili», si loquamur de demonstratione ad sensum. Et ad probationem (6), minor est neganda: nam ad quæstionem per *quid est hoc* non necesse est responderi per aliquod ens per accidens complectens in se substantiam el accidens; sed sufficit respondere |>er meram substantiam; potissime ubi est demonstratio ad intellectum el non ad sensum, vel simul ad intellectum el ad sensum, ad intellectum in recto, et ad senium in obliquo, sicut est in hac locutione, *Hoc est corpus meum,* ul superius (ad primum Scoti) est expressum.

Ad confirmationem, dicitur quod magis est ad oppositum quam ad propositum. Quia substantia de qua ibi loquitur Philosophus, et Commentator, accipitur prout de ea tractat metaphysicus, et ul est communis ad substantiam sensibilem el ad separatam, el prior utraque. El constat quod talis substantia non includit accidentia signantia substantiam, nec facientia ad ejus situalem demonstrationem. Cum ergo, secundum Aristotelem, talis substantia respondeatur ad quaestionem *quid est hoc,* constat quod ly *hoc* non oportet quod demonstret substantiam cum accidentibus, cum possit demonstrare substantias separatas ab omni tali accidente signativo (a) ŝubstantia

De prodictis sanctus Thomas, 1 p., q. 1.3, art. 1, in solutione tertii, sic dicit : α Pronomina demonstrativa dicuntur de Deo secundum quod faciunt demonstrationem ad id quod inlelligitur, non autem ad id quod sentitur. Secundum enim quod a nobis inlelligitur, secundum hoc sub demonstratione cadit. » — Hæc ille. — Similia dicit, 1. *Sen ent.,* disl. 22, q. 1, art. 1, in solutione tertii. Item, ad propositum, 3 p., q. 78, art. 5, arguit sic, secundo loco : < Hoc pronomen *hoc* facit demonstrationem ad sensum. Sed species sensibiles, quæ sunt in hoc sacramento, neque sunt ipsum corpus Christi, neque sunt accidentia corporis Christi. Ergo hæc locutio non jiotest esse vera, *Hoc est corpus meum.* » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod hoc pronomen *hoc* non demonstrat accidentia ipsa, sed substantiam sub accidentibus contentam, quæ primo fuit panis, et postea est corpus Christi, quod, licet non informetur his accidentibus, tamen sub eis continetur, d — Hæc ille.

Ad secundum dicitur quod corpus Christi continetur in hoc sacramento, el dicitur contentum esse in sacramento, non sicut locatum continetur a loco, sed modo quodam speciali. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 75, art. 1, in solutione tertii, sic dicit : α Corpus Christi non est eo modo in sacramento, sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuratur; sed quodam speciali modo, qui est proprius huic sacramento. Unde dicimus quod corpus Christi est in diversis altaribus, non sicut in diversis locis, sed sicut in sacramento. Per quod non inlelligimus quod Christus sil ibi solum sicut in signo, licet sacramentum sil in genere signi; sed inlelligimus corpus Christi inesse secundum modum proprium huic sacramento. » — Hæc ille. — Item, decima distinctione *Quarti,* q. i, art. 1, in solulione quinti : α Corpus Christi non est hic ut in loco, per se loquendo; sed ut in sacramento, non solum significante, sed continente ipsum ex vi conversionis factæ, etc. » Conceditur tamen quod, cum

( ) *quantitas, qualitas. — quantitate, qualitate* Pr.
( ) *quod.* — Ad. Pr.

(3) *signativo. — significative* Pr.

corpus Christi sit in hoc sacramento modo «pirituali, cl quasi consimiliter illi modo quo spiritualia Mint in loco, non est inconveniens concedere quod corpus Christi contineat aliquo modo species sacra· inentnles. De hoc sanctus Thomas, nona distinctione *Quarti,* q. **I**, art. 1, q'· 1,in solutione secundi, sic dicit : α De ratione manducationis est quoti aliquid per os introrsum sumatur. Sed esse in aliter est in corporalibus, et aliter in spiritualibus: quia, in corporalibus, quod *est in* continetur sicut locatum in loco; in spiritualibus autem, quod *est* <n continet sicut anima corpus. El ideo convenienter cibus corporis trahitur ad corpus, ut contentum ad id quod continet; cibus autem mentis trahit ad se mentem, ut continens contentum. » — H.rc ille. — Et sicut ipso dicit Christum continere sumentem, vel mentem ejus; ila potest concedi quod Christus continet hoc sacramentum uno modo, licet alio modo contineatur a sacramento. Prima continentia est virtualis, et quasi causæ efficientis; secunda est relativa interiorum, per modum habitus et accidentis. Sed de hac materia diffusius dicetur post.

Ad illud autem quod ultimo inducitur, scilicet quod ly *hoc* non habeat demonstrare aliquid contentum, etc., — dicitur quod hoc est falsum. Quia omne inlelligibile pote>t demonstrari per philosophum, demonstratione ad intellectum, etiam Deus. Demons!ratione vero ad sensum non potent nisi ipse silus, vel aliquid determinatum ad situm. Quod tamen potest multipliciter contingere : scilicet quia tale quid est subjectum silus, ul quantum, vel **ol** pars subjecti situs, vel accidens ejus, vel unitum illi, vel velatum ab illo, aut alio modo contentum qualicumque continentia ab ipso quanto.

§ 5. — Ad ARGUMENTA CONTRA sextam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra sextam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 8, q. 3) modo quo recitat arguens. Dicit enim sic : « Dicendum ad primum, quod major est falsa : quia in illis verbis quæ Christus instituit, consistit forma, el non in medietate illorum, quamvis continerent totum offectum. Sixmiin dicatur, *Ego baptizo te,* et nihil plus, non est baptismus; quamvis illud quod additur, *Jn nomine Patris,* etc., non pertineat ad effectum, sed ad causam. El similiter, si dicatur, *Confirmo te,* et non addatur, *Consigno te, chrismate,* el *in nomine,* etc., non est confirmatio, lia et in proposito: quia ex ritu Romanæ Ecclcsiæ ab Apostolis traditum supponimus, sicut acceperunt a Domino, quod illa verba dicantur sub eodem ritu; ideo supponimus illis verbis et non pudoribus consecrari, n — Hæc Petrus in forma, et multum beno.

Cum autem contra hoc replicat Durandus, – dicitur primo, quod replica sua destruit argumentum. Si enim in majori argumenti sui intendat dicere quod non sufficit quocl forma verborum sacramenlalium exprimat totum effectum sacramenti, nisi cum hoc exprimat causam primariam effectivam sacramenti el sui effectus, et quædam alia determinative prædictonim, tunc apprêt quod minor intellecta el debile sumpta sub majore sic intellecta, falsa est, quia in istis verbis precise, *Hic est calix sanguinis mei,* etc., non exprimuntur omnia predicta, scilicet determinantia causam et effectum sacramenti, et potissime ex institutione Christi. Si autem in majori velit et intendat dicere quod sufficit quod forma verborum stcramenlalium consecrationis sanguinis exprimat (a) precise effectum consecrationis sanguinis non exprimendo causam sacramenti, nec aliquam determinationem causæ vel effertus sacramenti, tunc per argumenta Petri apprêt quod major est falsi, et similiter ex propria concessione Durandi in sua replica· Si autem intendat dicere quod requiritur expressio causæ primaria? sacramenti, puta invocatio Trinitatis, vel Christi nominatio, non autem quæcumque alia determinatio effectus, vel causæ, vel inateriæ, vel actus ministri, tunc apprêt quod dictum suum est voluntarium, el falsum in forma sacramenti confirmationis. et contra ritum Romanæ Ecclesiæ quoad sacramentum Eucharistia·, et contra modum et ritum consecrationis beati Ambrosii, de quo supra dictum est (6). I nde responsio Petri stat; el replica Durandi, el corrolioratio argumenti sui non valet usquequaque. — Dicitur Eecundo, quod cum dicunt doctores authentici quod illæ sunt formae sacramentorum, quæ significant effectum sacramenti, non intelligunt quod illa verlxi precise pertineant ad formam sacramenti, quæ significant effectum vel causam sacramenti, ul bene probat Petrus; sed intelligunt quod talis significatio necessaria est formo sacramenti; sed non sufficit, sine pluri, ad integram formam sacramenti, nisi addantur omnia et singula verba instituta a Christo ad completam significationem sacramenti; sir autem non est in prædictis verbis, *Hic est calix sanguinis mei.* Si autem doctores non authentici dicant oppositum, non est curandum de dictis eorum; quia sæpe plus student contentioni quam veritatis auditioni.

Et ex pnedictis plet ad confirmationem primi argumenti Durandi.

Adsceuncluin principale res|K>ndet Petrus (ibid.), dicens quod α non mirum si verba consecrationis pnis sine determinatione sufficiunt : quia in consecrando Christus ea sine determinatione protulit, et talem vim eis dedit, qui potuit etiam uni verbo eamdein vim Iribuere, si voluit. Nam quod addidit,

---

(i) *c-rprtmal. — exprimant* Pr.
(6) Cfr. S3, ad

quad pro vobis tradetur, non in consecrando. sel ante, vcl post, dictum est, ut supponimus ex rilu Ecclesiæ, qui nec ante, nec post, illud dicit, quæ tamen in consecrando nihil de verbis Christi omittit. In consecratione autem sanguinis pro tanto talia verba non sufficiunt, quia Christus ea sino determinatione non protulit sicul prima, ct sic voluit proferri ut ipse protulit, et sic habere efficaciam, sicut tunc habuerunt, non aliter. El si quæralur quare in consecratione sanguinis plus voluerit addere determinationem quam in consecratione corporis; —potest dici quod ideo quia in totali effusione sanguinis fuit consummatum mysterium redemptionis, non autem in traditione corporis, quod die praecedenti factum est; el quia in lanceatione expressius significatum est quod de latere Christi formata est Ecclesia, sicul de latere Adæ dormientis Eva. *p* — Hæc Petrus, el bene, el conformiter sancto Thomæ, 3 p,, q. 78, art. 3, ubi arguit sic, secundo loco; ‹ Non sunt majoris (x) efficaci® verba quæ proferuntur in consecratione panis, quam ea quæ proferuntur in consecratione vini, cum utraque sint verba Christi. Sed Malim dicio, *Hoc est corpus meum,* esi perfecta consecratio panis. Ergo Malim ut dictum est, *Hic est calix sanguinis mei,* esi perfecta consecratio vini el sanguinis; el ita va quæ consequuntur (C) non sunt de substantia formæ, praesertim rum pertineant ad proprietates hujus sacramenti. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod quia sanguis seorsum consecratus expresse passionem Christi repraesentat, ideo j>olius in consecratione sanguinis fil mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subjectum. Quod etiam designatur in hoc quod Dominus dicit, *Quod pro vobis trudetur,* quasi diceret, *Quod pro vobis pas·* lieni *subjicietur.* › — Hæc ille. — liem, secunda questions hujus distinctionis, art. 2, ql· 1. in solutione secundi, respondet sic ad idem argumentum: ‹ Cum Eucharistiæ sacramentum sit memoriale dominion passioni», in consecratione corporis non repraesentatur nisi passionis subjectum; sed in consecratione sanguinis repraesentatur passionis meritum : non enim a corpora Christi sanguis ejus seorsum fuit nisi per passionem; et ideo conditiones dominion passionis exprimuntur |>er verba sequentia, magis in consecratione sanguinis quam in consecratione corporis. » — Ihccille. — liem, ibidem, tertio loco, arguit sic : ‹ Proprietates naturaliter consequuntur substantiam rei. Sed illud quod consequitur substantiam, umi potest esse fnctivum Iranssubstantialionis. Ergo, cum illa verba quæ sequuntur designent aliquas proprietates sanguinis, in quem fit transsubMantiatio, videtur quod non sint de forma. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, quamvis illa quæ sequuntur sint ut proprietates consequentes Christi Sanguinem inquantum hujusmodi, sunt tamen essentiales sanguini Christi inquantum est per passionem effusus. Non autem seorsum a corpore Christi consecratur sanguis Christi, Sicut nec alia· partes ejus, nisi pro eo quod est in passione effusus. Et ideo illa qua» sequuntur, sunt essentialia sanguini, prout in hoc sacramento consecratur. Et ideo oportet quod sint de substantia formæ. *n* — Hæc ille. — Et mulla similia dicit in praedictis locis, conformia solutioni Petri.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), quod, ‹ si verum est quod dicitur, quod scilicet Graeci aliqua verba omittant, tunc dicendum quod ipsi non conficiunt, licet baptizent (a). Nec negantur non A) conficere propter mutationem formæ; sed solum dicitur quod mutatio qualitatis materiæ, quia in fermento conficiunt, non impedit sacramentum, quamvis ipsi econtrario dicant nos non conficere in azymo. & — Hæc Petrus, el bene. — Unde apparet mihi quod vel historia Durandi falsa est; vel, si vera est, oportet dicere quod, si Græci vere conficiunt, hoc est ex speciali consilio el virtute Spiritus Sancti,sicut Apostoli aliquando baptizabant in nomine Christi. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 66, art. 0, sic dicit : « Sacramenta habent efficaciam ex institutione Christi. Et ideo, si praetermittatur aliquid eorum quæ Christus instituit circa ali<piod sacramentum, efficacia caret; nisi ex speciali dispensatione ejus qui virtutem suam sacramentis non alligavit, etc. ›

All qiinrlum respondet Petrus (ibid.), dicens quod « verba perlinentia ad effeclum qui causatur ex usu hujus sacramenti, inter quem el sacramentum est usus medius, non sunt de essentia sacramenti. Nec de his verbis fit hic mentio. Sed verba perlinentia ad effeclum sanguinis Christi, non prout est in sacramento, sed proul fuit fusus in cruce, perlinent ad essentiam, pro lanio quia, ut determinativa praedicati, sunt posita in oratione una, (juæ est consecrativa sanguinis; nec est completa significatio, <piouspie tola oratio sil completa; nec, per cousse«pions, est lolnlis effectus ante, quia significando causant. Et de talibus verbis est quæslio; non autem de primis. » — Hæc Pelrus, el confurmiter ad alia sujMîiius dicta, in solutione lerlii principalis Aureoli contra primam conclusionem. Ibi enim allegatur sanctus Thomas, 3 p., q. 78, ari 1, in solutione secundi, ubi sic dicit : ɑ Ilis verbis, *Accipite ct comedite,* inlelligitur usus materiæ consecratæ, qui non est de necessitate hujus sacramenti. Et ideo nec hæc verba sunt de substantia formæ, etc. ʋ

(s) maiorb. — uiinot t· Pr
(Λ) raiu«quvn(ur. — cornet » unh<r Pr.

x baptiu'nt. — *bophzanl* Pr.
(fc) nrgaiilur n<m. — non ncyantur Pr.

Λ<l qithiitiin respondet Petrus (ibid.), quod « impugnatio rationis non valet : quia illa «leterminatio, *Quod pro vobis trudetur,* non ponitur in forma, licet ponatur in historia Evangdii; alia vero ponitur in forma plus quam iri historia; quia nec intentio Evangelistarum fuit ponere formas sacra· mentorum, sed magis historias dictorum el factorum Christi (a) ». – Hæc Peli us (C), el conformilei· dictis Beati Tliomæ, 3 p., q. 78, art. 3, in solutione noni, ubi sic «licit : ‹i Evangelist.»' non intcndelmnt tradere formas sacramentorum. quas in primitiva Ecclesia oportebat esso occultas, ut dicit Dionysius in line *Ec.clc^iastietc Hierarchise;* sed intenderunt de Christo historiam texere, etc. » Simile dicit, secunda quaestione hujus distinctionis, art. 2, ₫⁋. in solutione primi argumenti.

A»l sextum respondet Petrus (ibid.), quod « impugnatio illa non valet. Quia non omnia quæ perlinent ad rilum, sunt de csnmlia; sed illa sola quæ significant illa qua· ad essentiam pertinent sacramenti, vel ex parle subjecti, vel ex parte praedicati, ct sub eodem rilu proferuntur. De talibus intdligilur major, dc quibus est ilhid, *Novi ct srterni testamenti,* etc. — Quod autem dicit Magister in littera, el Ambrosius, *de Consecratione,* dist. 2. can. *Panis est in altari,* quod illis verbis conficitur (el can. *Quia corpus,* dist. 2, *dr* Cons.),ct reliqua perlinent ad laudes ct orationes, — referendum esi ad reliqua quæ non sunt para illius orationis qua fit consecratio ». — El hæc Peli us, el bene.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum et secundum Aureoli, palet responsio ex dictis ad secundum Durandi. Nam illam determinationem, *Quod pro ₮obi (radetur,* non addidit Christus in forma consecrationis panis, sicut illam, Anri *et ademi,* etc., addidit in forma consecrationis vini.— De forma vero Cnecorum, salis dictum est in solutione lertii Durandi.

III. Ad argumentum aliquorum. - Ad argumentum aliquorum, dicitur quod forma verborum est de essentia consecrationis sacramenti, non autem de essentia sacramenti consecrati elcompleti. Hoc enim sacramentum dificrl ab aliis : quia alia consistunt in quadam successione, el factione, el receptione, el applicatione (γ) materiie exterioris ad hominem, el ideo forma verborum in illis CSl ‹lv essentia sacramenti; sed hoc sacramentum consistit in consecratione materiæ, non quidein activa, sed passiva; undo dificrl ab aliis, sicul permanens a successivis. Propter quod non o|H>rtet formam verhorum esse de essentia hujus sacramenti, sed de essentia consecrationis activa» sacramenti; quia, transeunto forma, manet integrum sacramentum quamdiu species sacrnmontales manent. Vel, si concedatur quod forma ₡ aliquo modo de essentia sacramenti, hoc intelligendum est quoad fieri, non quond factum esse.

A»l argumentum contra conclusionem, respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 1, in solutione quarti : « Quidam, inquit, dixerunt hoc sacramentum perfici non posse pra dictis verbis prolatis, et aliis praetermissis, pnecipue quæ sunt in canone missæ. Sed hoc patet esse falsum, tum ex verbis Ambrosii praedictis (x), tum etiam quia canon nussæ non ₡ idem apud omnes, nec secundum omnia tempora, ›«.‹l divei^a sunt a diversis appo->ita. Unde dicendum est quod, si Sacerdos sola verlaa praedicta proferret, et cum intentione consecrandi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentio facet et ut hæc verba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata,etiamsi verbis præcedentibusboc nonmilaretur.Gravilerlatiien peccaret saccrdoe sic conficiens hoc sacramentum, ut pote rilum Ecclesiæ non servans. Nec est simile de baptismo, quod e$l sacramentum necessitatis. Defectum autem hujus sacramenti idlest supplere spiritualis manducatio, ut Augustinus dicit (in Joannem. tract. 26). » — Hæc ille.

Et hæc de quæslione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO X.

QUÆSTIO I.

UTRUM COMIS CHRISTI SIT IN ALTARI. VEL EL'CHAIUSfIÆ SACRAMENTO, REALITER

a decimam distinctionem 4. Senfen- *uruui* quærilur: Utrum corpus Christi l in altari, vel EucliarisliæSacramento, aliter.

r ipiod non. Quia nullum corpus potest esse in diversis lucis. Sed corpus Christi est vere in ccvlo, quo ascendit. Ergo impossibile est quod sit in altari Probatio priante : quia nihil habet esse extra terminos suos; sed termini cujuslilæl corporis locati, sunt simul cum termini> corporis locantis; ergo nullum corpus locatum in uno loco, potest

( ) *dictorum ct fm lorum Chrhii, — doctorum cl fandorum* Pr.
( ) *H.rc Pclrut.* — Om. Pr.
(7) *appheahune. — ampliatione* Pr,

(a) Cfr. arguin. in oppositum, initio quæstionii

esse extra terminos illius loci; et ita non potest simul esse in duobus locis.

In oppositum arguitur. Quia veritas novi testamenti debet respondere figuris veleris testamenti. Sed, in veteri testamento, ipse agnus, qui figurabat Christum, sumebatur in cibum, ut palet, *Exodi* 12. Ergo, in nova lege, ipsum verum corpus Christi, quod per agnum significatur, debet manducari.

In hac quæstione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod verum corpus Christi esi In Sacramento Euchnristlæ secundum verita·leni, et non solum sicul in signo, vel secundum solam figuram.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 75, art. **I**, ubi sic dicit : < Verum corpus Christi el sanguinem esse in hoc sacramento, neque sensu, neque ratione deprehendi potest, sed sola fide tenetur, quæ di vinæ auctoritati innititur. Unde, super illud Lucæ 22 (v. 19), *Hoc est corpus meum,* etc., dicit Cyrillus: Non *dubites an hoc sit verum; sed potius suscipe verba Salvatoris* in *fide; cum enim sit veritas, non mentitur.* Hoc autem conveniens est, *primo* quidem perfectioni novæ legis. Sacrificia enim veleris legis illud verum sacrificium passionis Christi continebant solum in figura, secundum illud *Hcbrxor.* 10 (v. 1) : *Umbram habet lex futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem.* El ideo oportuit ul aliquid plus haberet sacrificium novæ legis a Christo institutum, ul scilicet contineret ipsum Christum passum, non solum in signo vel figura, sed etiam in rei veritate. El ideo ipsum sacramentum, quod ipsum Christum realiter continet, ut dicit Dionysius, 3 cap. *Ecclesiastica Hierarchies,* est perfectissimum omnium sacramentorum aliorum, in quibus virtus Christi participatur. *Secundo* hoc competit chnritnti Chrisli, ex qua pro salute nostra corpus verum naturæ nostne assumpsit. El quia maxime proprium est amicis convivere,prout dicit Philosophus,9. *Ethicorum (cap.* 12), sui praesentiam corporalem nobis repromittit in premium, Maith. 24 (v. 28) : *Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquila.* Inierim tamen nec sua praesentia corporali nos(«) in hac peregrinatione destituit; sed per veritatem (a)corporis el sanguinis sui nos sibi conjungit in hoc sacramento. Unde ipse dicit, Joan. 6 (v. 57) : *Qui manducat carnem meam, ct bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in co.* Unde hoc sacramentum est maximæ charitalis signum, et nostne spei sublevamentum, ex tam familiari conjunctione Christi ad nas. *Tertio* hoc competit fidei perfectioni, quæ, sicut est de divinitate Christi, ita est de ejus humanitate, secundum illud Joan. 14(v. 1) : *Creditis in Deum, ctin me credite.* Et quia fides est invisibilium, sicut divinitatem suam nobis exhibet Christus invisibiliter, ita et in hoc sacramento carnem suam nobis exhibet invisibili modo. Quæ quidam non attendentes, posuerunt corpus Chrisli el sanguinem non esse in sacramento nisi sicul in signo; quod est tanquam hæreticum abjiciendum, utpote verbis Christi contrarium. Unde et Bercngarhis, qui primus inventor hujus erroris fuerat, postea coactus est suum errorem revocare, el veritatem fidei confiteri. » — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* dist. 10, q. 1, ari. 1, sic dicit : « Sub Sacramento Altaris continetur verum corpus Chrisli, quod de Virgine traxit. Et contrarium dicere, est hæreticum; quia derogat veritati Scripture, qua Dominus dicit (Matth. 26, v. 26; Mare. 14, v. 22; Lue. 22, v. 19) : *Hoc est corpus meum.* Ratio autem quare oportet quod Christus in hoc sacramento contineatur, est quia non ita perfecte nobis Christus conjungeretur, si sola illa sacramenta haberemus, in quibus conjungitur nobis Christus per virtutem suam in illis sacramentis participatam; el ideo oportet esse aliquod sacramentum, in (C) quo Christus non participative, sed per suam essentiam, contineatur, ut sit perfecta conjunctio capitis ad membra. Consequuntur etiam multæ aliæ utilitates : sicut est ostensio maximæ charitalis, in hoc quod seipsum dat nobis in cibum; el sublevatio spei, ex tam familiari conjunctione ad ipsum; el maximum meritum fidei, in hoc quod in hoc sacramento creduntur mulla, quæ non solum sunt pr.eter rationem, sed etiam contra sensum, ut videtur; et multæ aliæ utilitates, quæ sufficienter explicari non possunt. » — Hæc ille.

Ex quibus possunt formari multæ rationes pro conclusione. Prima : quia conclusio competit perfectioni novæ legis, perfectioni charitalis Christi, perfectionique fidei et spei nostne. Secunda : quia hoc competit perfecta conjunctioni capitis ad membra. Tertia ; quia oppositum conclusionis derogat omnibus supradictis, et insuper est condemnatum tanquam hæreticum.

Secunda conclusio phI quod verum corpus Christi, per hoc quod Incipit esse realiter in sacramento

(a) nor. — Om. Pr.

(a) veritatem. — virtutem Pr.
(Ô) in. — Om. Pr.

In terris, non ilolnll esse reallter In cœlh»; imino biimil est In ŧa localiter, o(In terra vel altar! sncraincntnlltrr, rt In ŧlivor loch» el altaribus In terra simul.

Hanc ponit sanctus Thomas, in *Quarto,* ubi supin (dist. 10, q. 1, art. 1), in solutione quinti, ubi sic dicit : < Nullum corpus comparatur ad locum, nisi mediantibus dimensionibus quantitatives; et ideo ibi esi aliquod corpus ut in loco, ubi commensuranlur dimensiones ejus dimensionibus loci. Et, secundum hoc, corpus Chrisli non est nisi in uno loco tantum, scilicet in cœlo. Sed quia substantia panis conversa est in corpus Christi, quæ prius erat in hoc loco determinato mediantibus dimension ibussuis,qiiæ manent transsubstantialione facta; ideo manet locus, non quidem immediate balæns ordinem ad corpus Christi secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones panis remanentes, sub quibus succedit corpus Christi substantial panis. Et ideo non est hic Ut in loco, per se loquendo, sed ul in sacramento, non solum significante, sed continente ipsum ex vi conversionis facta·. Et sic patet quod corpus Chrisli non est ex lia terminos sui loci per illum modum per quem convenit ei esse alicubi, vel esse extra aliquid, ex dimensionibus propriis. Esse autem alicubi per commensurat ionem propriarum dimensionum, est per se esse alicubi; et similiter, esse extra aliquid secundum silum propriarum dimensionum, est esse extra aliquid per se. Sed corpus Christi est extra terminos loci qui competit ei secundum proprias dimensiones, quasi per accidens. Et hoc modo est sub sacramento; quia competit ei esse alicubi ratione illarum dimensionum quæ remanserunt ex illo corpore quod conversum est in corpus Christi. » — Hæc ille.

Simile dicit, 3 p., q. 75, art. I, in solutione tertii, ubi sic dicit : α Corpus Chrisli non est eo modo in sacramento, sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuralur; sed quodam speciali modo, qui est proprius huic sacramento. Unde non dicimus quod corpus Christi est in diversis altaribus sicut in diversis locis, sed sicul in sacramento, etc. »

Hem, art. 2, sic dicit : α Corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem. Primo quidem, quia sequeretur quod desineret Osse in cœlo : non enim quod movetur localiter, pervenit de novo ad aliquem locum, nisi deserat priorem. Secundo, quia omne corpus localiter motum pertransit omnia media; quod hic dici non potest. Tertio, quia impossibile est quod unus motus ejusdem cor|>oris localiter moti terminetur simul ad diversa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento esse simul incipiat, etc. * — Hæc ille.

Ex quibus potest formari pro conclusione Lilia ratio : Ea quæ nullam important contradictionem, Oppositionem, aut quamcumque repugnantiam, vel incompossibililalem circa idem subjectum, si possunt *(i)* eidem successive inose, el similiter possunt eidem rimul inesse, saltem per Dei potentiam. Sed e«e m diversis locis, in uno per m», et in alio per accidens, se habent hoc modo circa Christi corpus. Ergo possunt simul inesse corpori Christi.

El in hoc prirnus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1.— Contra primam conclusionem

I. Argumenta Durandi. —Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. El quidem,contra primam arguit Durandusfdist.Tl, q. I). probando quod corpus Christi non sit in hoc sacramento tanquam contentum, sed solum Linquam pni-sens. Dicit enim >ic : Refert aliquid esse pnvsens alteri, el esse in allero; et, ut loquamur in proposito, referi aliquid es>e in loco, et esse praesens loco. Esse enim in loco importat habitudinem continentiæ ex parte loci; esse autem præsens loco non importat habitudinem continentiæ, sel solum realem exhibitionem essentiæ. Unde et locus ŧ præsens realiter locato, sicut c converso; quamvis locus non contineatur a locato, sed e converso. Et quamvis, proprie loquendo, ita sil, ut dictum est; tamen, large loquendo, consuevit dici omne illud esse in loco, quod est præsens loco. Unde et Deum dicimus esse in omni loco, et angelum in aliquo; cum tamen Deus el angelus loco non contineantur. Et. secundum hoc, dicere possumus quod aliquid est in loco dupliciter: scilicet proprie, ratione continentiæ; vel large, ratione solius pnesentiæ ad locum. Primo motio aliquid j>otesl esse in loco dupliciter: scilicet circumscriptive, ut quantitas et ea quæ quantitate extenduntur; el diflinilive, ut ea quæ sunt in quanto, sed quantitate non extenduntur; sicut ponitur de anima humana; ex quo enim corpus, cujus anima est actus, loco terminatur el finitur tanquam termino el fine exlrinseco, consequens e»l quod anima eodem termino finiatur, sed non circumscribatur, quia non est quanta, nec secundum se, nec secundum accidens. 1-arge vero aliquid dicitur esse iu loco, ratione solius pnesentiæ ad locum; sicul illud quod nec est quantum, nec est in (pianto, ut angelus, dicitur esso in loco, ratione solius oidinis quem habet ad locum vel ad corpus exsistens in loco. His suppositis, dicendum

(i) *potfunt. — poaiul* Pr.

est quod corpus Christi non est in hoc sacramento primo modo, scilicet circumscriptive; nec secundo modof scilicet difflnitive; sed tertio modo. Primum patet : quia illud e»t alicubi circumscriptive, quod commen^iiratur loco continenti, el configuratur ei; sed corpus Christi non commensuratur nec configuratur dimensionibus specierum panis et vini, nec loco eorum;ergo non est ibi circumscriptive· Secundum jwitet : quia corpus Christi non est in speciebus sacramentalibus, nec in aliquo alio, subjective, quemadmodum anima est in corpore, ut per illud possit dici corpus esse difflnitive in sacramento, quemadmodum anima est difflnitive in loco in quo corpus animatum est circumscriptive. — Hæc ille.

Ex prodictis itaque vult deducere quod inconvenienter dicatur corpus Christi esse in hoc sacramento tanquam contentum in sacramento vel in loco sacramenti : quia omne quod continetur loco, oportet quod circumscribatur vel diffiniatur loco vel corpore exsistente in loco; quorum neutrum convenit coipori Christi prout est in sacramento. Sed colum dicitur esse in sacramento per pr.cscntiam essenliæ suæ, eo malo quo substantia non quanta, puta angelus, dicitur esse in corpore quod |K)lest ab eo moveri per talem pnesentiam, et respectu præsentiæad tale corpus, sino quacumque continentia a tali corpore. Et ad hoc inducit aliquas prolationes, quas non recito, quia non sunt proprie contra conclusionem.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit econtra Aureolus (dist. 10, q. I, art. 1). immo verius contra Durandum, protendo quod præsentini ilas quam habet corpusChristi ad species, non sit ordo aut req»ectus·

Primo sic. Nullam habitudinem habet nunc corpus Christi ad species, quam non haberet prius substantia panis ad illas, dum ibi erat præsens. Licet enim non omnem habitudinem quam halxrlKil panis ante transsubstantiationem ad species, halæat nunc corpus Christi post transsubstanlialtuncm (quia non habitudinem subjecti ad accidens, vel extensi ad extensionem); tamen econtra. verum est dicare quod omnem habitudinem quam halat corpus Christi ad species post transsubstantiationorn, habuit panis ante transsulistanlialionem. Et hoc potost confirmari |»er hoc quod tide tenemus, quod corpus Christi est hic per hoc quod panis convertitur in ipsum; ergo corpus Christi, virtute illius conversionis, acquisivit habitudinem ad species, quam habuit prius jams. Et circa istud fundatur tota intentio antiquorum doctorum. Sed ꝑani ante conversionem, non habuit ad hpccics aliquem respectum extrinsecus advenientem. Non enim pinis, mediante aliquo respectu, orat præsens ſilli speciebus; eo quod inter accidens et subjectum nullus radit respectus medius. Quod patet : quia ea quæ per se uniuntur, non uniuntur mediante aliquo respectu; sed subjectum el «accidens per so uniuntur. Patel, 8. (1. c. 15), ubi dicitur quod nulla causa quærenda esi quare figura el a»s faciunt unum; de omni autem eo quod cum alio, mediante aliquo respectu tertio, facit unum, contingit causam q merere quare cum isto facit unum. Cum ergo panis nullum talem respectum fundaret in online ad species, ergo nec corpus Christi nunc fundat talem respectum.

Secundo sic. Illud quod proprie et per se, non denominative, respondetiirad interrogationem faciam perqirid *eat hoc,* demonstratis speciebus, illud non habet tantum ad species respectum pnesentialilatis extrinsecus advenientem. Probatur : nam de angelo qui halabat talem respectum ad columnam nubis, non poterat responderi, demonstrata columna, ad interrogationem factam per *quid est hoc,* proprie, nisi tantum denominative; puta quia erat ab angelo mola, vel hujusmodi. Sed, secundum doctrinam sanctorum, el verbum Christi, demonstrato eo quod sacerdos tenet in manibus, et facta interrogatione, *quid est hoc?* respondetur proprie, et non tantum denominative : Corpus *Christi.* Ergo habet ad species aliam habitudinem quam respectum pnesentiahtatis. Major prolata est; et patet per exemplum de columna, qua demonstrata, non poterat responderi quod esset angelus, vel Spiritus Sanctus. Minor probatur auctoritate Augustini, in libro *Sententiarum Prosperi* (a); el similiter, *de Consecratione,*

(a) Aureolum alludit canoni 11, dist. 2, *de Conseir.,* quem GraUanuv dixit esse depromptum ex Augustino (lib. *Sententiarum Protperi);* el tie se habet (juxta editionem ruinanam) : *Λοι autem in ipc· ie panii ct vuti, quam videniuf, ict* i/irixi6i7et. *id est, Christi carnem et sanguinem hoimiiiiiiHi; nec similiter comprehendimus ħa duas sperlcs, cj quibus ‹umerentur dominicum corpus, quemadmodum ante «onseeititionem comprehendebamus ; cum fideliter fateamur, ante ronseerutionem panem esse ct rinum,quod natiint formai it, post i onset rationem vero Christi nir*nent *ct sanguinem, quod ticnedictio rmisrcravit.* Revera nil tale rrpcritür In libro *Sententiarum Prosperi,* Canon iste ftotius d» 'tiimlur ex operibus I^mfr.mci; qui, in libro *dc Curpor·· rt sanguine Domini,* cap. 13. Berengario objicienti lras verba Augustini *(de Catrrhizandis rudibus,* Cap. 2H), *Signat ula quidem rerum divinarum sunt visibilia, sed res ħusibifr m eis honorantur, nec sir habenda est spe·* cui *benedu tionc sanctifu ata , quemadmotlum habetur* m u,u *quolibet,* respondet : *Illud quod* ‹tr *Idua* do Catechitundr rudibus *uuiinipiiiti, quid tuas parti prosit plene* non *ndvn; utro magis videtur tuam oppugnare, sententiam, nostras ferre subsidium. Nos etenim in specie, panis ct* i ini *quam udemus, res invisibiles, id est, Christi cur·* nr/H *el sanguinem honoramus. Nec similiter pendimus ha» duas species, cj· quibus conte, ratur Domina uni corpus, quemailmodum ante conte, rationem pendebamus : rum fideliter fateamur ante ‹omecratumem esse panem tinumque, id est, eas* re» *quas natura formavit; inter sacrandum veto sonverti m Christi curneni ac «angununii, quas utrasque res benedictio consecravit.* Cfr. Aligne, Pair. Ut., vol 150, cbl. 122 ct scq.;cl odit. *Corporis Jur. Canon.* Lipslons secund , vol. I. col. 1328.

(list. 2, can. *Ante litpcdlclionem;* el in illo can. *Ego Bcrcngarius (?)* (et est confessio «ibi tradita a Papa in concilio (i), ubi confitetur quod illud quod saeeidos tenet in manibiis, eirt veniciter corpus Christi); el Augustinus, in cap. allegato (γ), dicit qttod illud quod ante benedictionem fuit panis, esi corpus Christi; cl Christus incœnn dicit (Maith.26, v. 26) : *Accipite ct manducate, Hoc,* scilicet quod leneo, *est corpus meum,*

Trriio. Quia respectus ṗratentia extrinsecus adveniens, Mibol voluntati ipsius praesentis, si sit naluru? intellectualis: sicut de angelo présenté huic loco; unde potest se mutare de una pratentia ad aliam, pro libilo voluntatis. Sed prudentia quam habet Christus ad species, non subot voluntati ipsius Christi, sed immediate soli ḋivina voluntati, cl inquantum est Deus; unde, inquantum homo, non potest voluntate sua transferre se do presentia quam habet ad species, ad absentiam. Ergo, etc. (J).

Quarto. Quia omnis respectus est aliquid derelictum in aliquo ab alio, secundum auctorem *Sex principiorum.* Et patet inducendo : nam *ubi* e>t aliquid derelictum ex circumscriptione passiva, ct *quando* ex adjacentia temporis, *habitus* vero ex ornatu. Sed circa corpus Christi non relinquitur aliquid, quod dicatur pnesentia, nec ornari, nec circumscribi, et hujusmodi. Igitur. — Si diras quod ille respectus præsentiæ non est in aliquo sex praedicamentorum;— Contra : Ergo erit dare undecimum pr.ediramentum. — Dices quod non o-l inconveniens quod Aristoteles non viderit omnia prædiramenta. — Contra : Ita inconveniens est, quod tu non videas quod quidquid detur, quod sit dicibile incomplexum, non reducatur ad aliquod decem generum.

Quinto. Quantitas coi-puris Christi nullam habet prudentiam qua' sil respectus ad illas species. Ergo nec substantia corporis Christi. Tenet consequentia : quia uniformis est connexio substantia.· corporis Christi ad species, el omnium concomitantium. Antecedens proluitur. Quia pratentia quantitati^ ad quantitatem non est aliud quam contactus· Quod patet : quia talis pnûsentia est simultas. Tunc sic : Illa simultas, aut est secundum ultima, aut secundum se tota. El quocumque modo dicas, semper est ibi contactus : eo enim modo quo duæ quantitates sunt simul, eo motio se tangunt; impossibile est enim a duabus quantitatibus sibi inricem pratentibus ‹ iivumscnbere rationem contactus. Si ergo quantitas corporis Christi haberet talem presentiain ad tales species, esset ibi villus contactus; et ita esset ibi extensa. — II.ec ille, in forma.

Ex quibus videtur quod corpus Christi non sit realiter in Eucharistia tanquam contentum, nec tanquam |iræ$en« speciebus pncæntia re-pecliva.

S 2. — CONTBA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scoti. —Contra secundam conclusionem arguit Scotus multipliciter. El primo (dist. jo, q. 3) vult probare quod modus ponendi quod corpus Christi simul est in curio et in sacramento, wl simul in pluribus locis sacramentahter, sil inconveniens.

Primo. Quia conversio non ot ratio Turmalis corpori Christi essendi hic. Neque quod sit præseiis; (puni palet, <piia, ipsi conversione transeunte, manet hir corpus Clivisli. Neque conversio ut præterita : quia tunc Deus non posset facere corpus suum non ₡5e hir, sicut neque conversionem praeteritam non esse prætei ilam. Nec etiam illud quoi vocatur sacramentum, scilicet $pe ies, >unt formalis ratio corpori Christi essendi hic : quia non sunt fonnaliter aliquid in corpore Christi, nec per ea potest aliquid ine&e corpori Christi. Ex hoc arguitur sic : Deus potes-l facem in creatura aliquid, >ine eo quod non est foimali< ratio ei essendi, nec aliquo modo de essentia eju<. Conversio autem, ut ostensum est, non e>t hujusmodi ratio essendi corpori Christi; nec ies. Ergo Deus potest facere corpus Christi esse hic, sine utroque istorum. Quare, etc.

Secundo sic : Non est major repugnantia corpus Chri>ti esse simul cum substantia pnis, quam cum quantitate ejus; quia non magis repugnat substantia sulistanti.i·. quam quantitas $ubstantia quoad talem simultatem. Sed, corpore Christi exsistente in cœlo, potest Deus facere idem corpus simul esse cum quantitate ṗani svundum omnes. Ergo potest facete idem simul esse cum substantia quanta panis, el, per consequens, sine conversione.

Si eliam illa ṡubstantia panis quanta ponatur saciamentum , adhuc est contra te. Quia, ut supra ostensum est, facilius est facere corpus esse alicubi cum suo modo naturali, quam sine illo. Sed cum substantia panis quanta potest Deus facere corpus suum modo sacramentali, id est, non naturali. Ergo el modo naluixili. Eigo possibile esset quod Deus alibi quam m cado faceret idem corpus sub modo suo naturali sub substantia quanta.

Et >i dicas quod relatio non potest esse vel fleri sine proprio termino, sicut nec sine fundamento; proprius autem terminus hujus præsentiæ est sacramentum, id est, aliquid sensibile replens locum, cum quo el sub quo est corpus Christi, non localiter; — Contra. Non magis e>l possibile, ut videtur, coipus Christi esse cum isto quam cum alio. Ergo non magis sibi repugnat esse cum substantia panis, quam cum quantitate, ut dictum est. El sic de quocumque alio a se. Et tunc ultra : si potest

(a) Culi. 42, «iri. 2, *de Cq h.**
(fi) conri/iü. — *combdorlo* Pr.
(0 Cfr. not s. pag. prive.
(δ) fc'rpe, *cl·* . Om. Pr.

fieri alibi quam ubi est, sub modo non naturali; ergo et cum vel sub substantia modo naturali. Non enim apparet, si potest fieri idem in diversis locis saeramenlaliter, quin possit esse in diversis locis modo naturali; cum in primo sint duo miracula, et in secundo tantum unum. In primo quidem sunt duo miracula : unum, in causando præsentiom corporis Christi hic; et aliud, in separando illud a suo modo naturali. Sic ergo potest esse hic modo naturali, sicut modo non naturali, sub sacramento. — Hæc Scotus, in forma.

II. Alia argumenta Scoti. — Ulterius (<iist. 10, q. 2) nititur prolare quod idem corpus possit e<se localiter simul in diversis locis.

Primo, in generali. Quia quodlibet est tenendum Deo possibile, quod nec ex terminis est manifestum esse impossibile, nec ex eo impossibilitas vel contradictio evidenter concluditur. Sic autem est in pro|»osito. Quod patet. Cum enim dico idem corpus esse simul in diversis locis localiter, nihil dico supra corpus, nisi quemdam respectum extrinsecus advenientem, fundatum in uno quanto, ad aliud quantum circumscribens. Talem autem respectum plurificari super idem fundamentum ad diversos terminos, non apparet contra aliquid notum secundum rationem : quia respectus intrinsecus advenientes, de quibus minus videtur, possunt plurificari, manente eodem fundamento; ut supra camdem albedinem possunt fundari duæ similitudines ad duos terminos. Assumptum patet : quia scilicet *ubi* non dicil nisi respectum extrinsecus («) advenientem, notum est. Et mirum est quod sequentes rationem tantum loquantur secundum imaginationem, quod, quia imaginatio non separat locum a corpore, nec econtra, Hec percipit unum plurificari sine alio, ideo dicatur simpliciter impossibile unum plurificari sine alio. Sequendo enim tantum imaginationem, non apparet aliud. Sed, sequendo rationem, ex rationibus terminorum nulla est necessitas quod, pluriflcato uno, plurificetur aliud; sicul, plurilicato posteriori, non est necesse prius plurificari. Ipsa autem *ubi* sunt manifeste posteriora ipso quanto locato, et accidentaliter et contingenter advenientia. In mullis enim aliis, ubi est major connexio, secundum rationem conceditur unum plurificari sine alio. Vix enim est aliqua alia habitudo occidentalior Suo fundamento quam sit ubi, neque aliquis modus essendi in, neque aliquis modus <*tb.* et sic de aliis mullis habitudinibus; et tamen in aliis habitudinibus (6) non ita proterve asseritur impossibilitas purificationis habitudinum circa idem fundamentum.

El si dicas quod verum est quod plures respectus possunt fundari in eodem fundamento, quando unus eorum non adæquat totum fundamentum ; hic autem unum *ubi* adæquat totam rationem quanti, inquanlum est locale; — hoc videtur esso dictum sine ratione. Quia respectus qui oritur ex natura fundamenti, magis videtur adaequari fundamento, quam ille <{iii oritur extrinsecus, caderis paribus. Sed ad duos possunt esse in eodem fundamento duo tales respectus orientes ex natura fundamenti, ul duæ aequalitates ad duo quanta aequalia. Ergo sine ratione fingitur quod hic unus respectus adaequat. — Confirmatur : Quia non magis adæquat quantitatem suam praesentia ad locum, quam adæquat substantiam sua praesentia sibi conveniens (a). Sed nulla præsentia in altari adæquat substantiam : quia substaiitia potest habere plures pnesentias, etiam primo, cum sil primus terminus inultarum conversionum in altaribus; et cum hoc tamen est præsens in coelo sub suo modo quanlitativo.

Secundo arguitur principaliter. Non minus inconveniens videtur duo corpora esse simul, quam idem corpus esse simul in duobus locis. Sed Deo esi possibile primum. Ergo et secundum. Major palet : Quia, secundum principia sua, philosophi ponerent omnino repugnantiam inter duo quanta respectu ejusdem ubi. sicul inter album el nigrum respectu ejusdem subjecti, sicut palet, 4. *Physicorum,* cap. *de Vacuo* (t. c. 76), quia quantum eo quod quantum expellit aliud ejusdem quantitatis, non quia tale vel tale; et exemplifient de cubo. Minor patet de facto per dolem subtilitatis in nativitate Christi; similiter Christus intravit ad discipulos, januis clausis, el de sepulchro clauso exiit.

Dicetur forte, quod duæ dimensiones repugnant propter situm localem; el hoc tollit dos subtilitatis. Sed illud quod est ratio limitationis ad unum *ubi,* sicut silus determinatus, non potest tolli per aliquod donum vel dotem : quia etiam corpus gloriosum habet silum determinatum, quo oportet ipsum ita esse hic quod non alibi; licet non habeat silum localem, quo resistat alteri corpori. — Sed contra hoc arguilur. Quia: aut unum corpus esse in diversis locis est impossibile, quia oportet locatum multiplicari cum multiplicatione locorum, quia commensuralur loco; aut propter aliam rationem aliquam specialem. Si propter primum, cum æque oportuerit loca commensurari locatis, sicul econtra, quia talis respectus est communis, tunc sequitur quod ad multiplicationem locatorum sequitur multiplicatio locorum; et tune æque impossibile est duo coipora esse in eodem loco, sicut unum in diversis. Si vero propter aliquid aliud, hoc non potest esso nisi postériorités (6) naturalis, vel natu-

ſ tmi *iruf^tum cttrmieiMM.* — *impettum* tn(ri»i«r«ui w.

VD *de alus inulti· /nibitudimbuf; ft tamen* m aliis *i.ahitiulinibus* — *de aliti babdudinibu»* Pr.

(3) iubttanliam tua *pratentia* tibi conuenitfm. — Swb-*tlantia* in ma *prxwntia «ibi convenienti* Pr

(6) *potteriontai.* — *puttenta^* Pr.

nilis simultas loci respectu dimensionis locals?. Nam prius naturaliter ‘non oportet commultiplicari (a) posteriori, sed posterius priori, el simul ei cum quo est simul. Et si ista est ratio, manifestum est quod dimensiones loci sunt posteriores dimensionibus locati. Ergo magis oportet dimensiones loci multiplicari ad multiplicationem dimensionum locali, quam econtra. Assumptum jmtet. Tum quia dimensiones locati sunt causa dimensionum loci; quia locatum facit latera continentis (x) distare, et superficiem ejus esse in actu. Tum quia prius est quod potest esse sine alio, et non econtra; dimensiones autem corporis locati posmintesse sine dimensionibus loci (quod palet de superficie primi cadi); non aulem econtra, quia superficies locantis non possunt distare absque distantia partium locali. Et patet per aliud : quia, in quocumque motu locali, manet eadem superficies locati, non autem loci; immo, communiter, mutatur superficies loci, mutato locato; etiam, si corpus æquale succedit squali et similiter figurato, non manet eadem superficiis priori circumscribens corpus secundum. Et ideo ratio potest sic formari, ad probandum istam consequentiam : Duo corpora possunt simul esse in eodem loco; ergo idem corpus in diversis locis simul. Antecedens conceditur ab omnibus. Probatur consequentia : quia magis possibile est simul cum unitate prioris naturaliter stare multitudinem posterioris naturaliter, quam econtra; dimensio autem locati est prior dimensione loci, ut nunc probatum est; ergo, similiter, magis possibile est uni corpori locato correspondent plures dimensiones locorum, quam econtra.

Tertio arguitur sic principaliter. Possibile est quod Deus convertat quantitatem in quantitatem, sicut convertit substantiam in substantiam. Hoc posito, cum, secundum te, illud in quod aliquid convertitur, sit ubi prius erat aliud conversum in ipsum, sequitur tunc quod corpus in quod fit conversio, sit ubi prius fuit illud quod convertitur; et non potest esse secundum suam quantitatem in aliquo loco, ita quod quantitas sil ei ratio essendi ibi, sicut esset si esset per se terminus conversionis, nisi sil ibi localiter, secundum te. Ergo idem corpus erit localiter ubi prius localiter fuerii aliud conversum. Et, cum hoc, manet in proprio loco; quia conversio non transfert terminum in quem est a loco suo. Ergo potest esse simul localiter in duobus locis.

Dicetur forte, quod aut substantia panis manet in tali conversione : el tunc, vel afficitur dimensionibus corporis Christi, et non sequitur propositum, quod corpus Christi sil dimensive in duobus locis, sed tantum in uno; aut non afficitur substantia panis illis dimensionibus corporis Christi, el tunc corpus Christi non est ubi substantia panis, nisi ratione substantial panis, et, per consequens, non dimensivo, quia, secundum Philosophum, 1. *Phy·ricorum* (t. c. 15), substantia nullam habet magnitudinem; et sic non erit, ibi localiter in duobus locis. Aut omnino totum convertitur in totum; et tunc nihil manet, ratione cujus corpus Christi dicatur esse in loco illius conversi. Et ideo hoc ultimum non est ponendum : quia non esset alicubi sacramentaliter, quia sub nulla specie sensibili; et non est alicubi aliter quam sacramentaliter, nisi in cœlo. El, propter hoc, cum corpus Christi non esset ibi dimensionaliter, non impleret locum quem prius impleverunt dimensiones panis; et ita non remaneret illa capacitas, sed, in instanti conversionis, pries aeris concurrerent, et desineret esse locus qui prius; et sic per ipsum non maneret ibi corpus Christi, sicut nec modo manet corruptis speciebus panis. Si ergo adhuc maneret, hoc non esset nisi propter substantiam partium aeris, quæ immediate prius tangebant dimensiones panis; el sic semper maneret ibi corpus Christi, quia semper manere possent in eodem subjecto vel situ iilæ parles aeris.

Contra istam solutionem ostenditur quod (x) non solvit. Quia convertatur substantia quanta æqualis corpori Christi in corpus Christi quantum; et tunc slat.argumentum, quod illud in quod fit conversio, erit quantitative in loco termini conversi, et, cum hoc, in loco proprio, ubi prius. Quando ergo respondetur dividendo, potest dari hoc membrum, quod totum omnino converlitur in totum. Nec sequitur quod terminus conversionis non sit ibi, si nihil maneat; nisi negetur ista propositio, quod terminus conversionis sil ubi prius fuit conversum. El forte negares eam, nisi cum ista additione, si illud manet, quod fuit in converso ratio locandi. El tunc istud argumentum non concludit contra responsionem. Nec etiam de aere .equali converso in corpus Christi curo insistere : quia credo quod illa propositio cui innititur ista ratio, sil falsa, scilicet quod oportet terminum conversionis esse ubi prius fuerit conversum, sive maneat (6) illud quod in converso fuit ratio locandi, sive non. Posset tamen dari aliud membrum, scilicet quod quantitas acris converteretur in quantitatem corporis Christi, substantia aeris remanente. Et tunc passel inferri quod corpus Christi esset sub sua quantitate el dimensione (patet), el quantitas ejus ubi præfuit quantilas aeris conversi. Ergo corpus Christi ibi erit dimensive, et, cum hoc, in cado.

Quarto arguitur sic principaliter. Ubicumque Deus potest facere substantiam naturalem non sub

(a) comniuliipficari. — *multiplicari* cum Pr.
(C) t *ontincntis.* — ĉontinuitati Pr.

(λ) *quod.* — *quia* Pr.
(6) *maneat.* — *manet* Pr.

suo modo naturali, vel sub modo opposito, potesl ctm licere .mb suo modo proprio naturali, seu convenienti suae natura ; quia in primo, scilicet fidendo illud sine suo modo naturali, sunt duo miracula; el in secundo est tantum unum. Sed Deus, secundum omnes, polol facere corpus suum sacrainenlaliter, id est, non sub modo naturali, simul esse in diversis; et facit de facto. Ergo pote>t licere idem in eisdem sub modo naturali, scilicet localiter ct diincusive.

Nec valet si dicatur quod est ibi per conversionem alterius in ipsum. Immo potest fieri sineconversiono alterins in ipMim, sicut cum conversione : quia, IraMinle conversione, adhuc manet; ergo formali' ratio illi exsendi hic non est conversio; ergo, sine contradictione, potest alicui conferri esse hic, sine conversione alicujus in ipsum; ergo, etc.

Dices forte quod conversio, nt pneterita, est causa hujus prawmtiæ. — Contra : De potentia Dei absoluta Deus non potest facere hujusmodi conversionem prateritam non prateriisse; ergo, de sua potentia absoluta, non posset facere sic præxens Itic non ose prasens sic (a); quod est falsum, ut patet.

Forte dicetur quod species conversi remanens post conversionem est ratio corpori Christi essendi hic; el ideo, si contingit panis nihil remanere, sed totum converti in totum, sequitur quod corpus Christi non erit in loco conversi. — Contra : Illa species non est formaliter in corpore Christi. Ergo non est formalitcr ratio corpori Christi essendi aliquale. Et hoc, loquendo de aliqunli pro quocumque quod formalitcr inest corpori Christi. Sed corpus Christi conceditur esso hic formaliter prasens. Ergo, etc.

Probatur etiam illa prima propositio (f) sic : Possibile e»t novitatem esse circa posteritis, sine novitate circa prius. Ergo possibile est talem praecutiam esse novam sine novitate circa formam substantialem, quw prior est.

Qulniosic. Angelus potest esse simul in pluribus locis diffinitive. Ergo el idem corpus dimensionaliteret localiter. Consequentia palet : quia consimilis est limitatio hic ct ibi; el, per consequens, similis determinatio ad locum, modo ulriipie convenienti. Antecedens probalur : quia Deus pote-l panem convertere in angelum, ut post ostendetur (γ); sed, -ecundum te» ubi est conversum, ibi e>t illud in quod convertitur, |>osl conversionem, saltem si rallo localis manet; ergo angelus est ubi fuit panis, sed non |)utest osse ibi.prasens, quin sil ibi ut in loco, ctMicundum modum sibi convenientem essendi in loco, el, cum hoc, manet in proprio loco, nec movetur de nido; ergo est in duobus locis; et non potest nisi modo convenienti sibi, scilicet diffinitive; ergo, etc. — Hæc Scotiis, in forma.

III. Argumentum Aureoli. —Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (4 *Sentent.*, dist. 48, q. I, ari. 2). Idem corpus esse in diversis locis localiter, non est repugnantia primi modi· Ergo Deus potest illud facere. Undo ratio potest sic formari: Deus potest ilhul quod non implicat contradictionem vel repugnantiam in primo modo; quia hoc facere non est facere affirmationem et negationem ejusdem de eodem. Sed facere quod idem corpus sil in diversis locis, non est contradictio aut repugnantia in primo modo; quia non est affirmatio el negatio ejusdem. Ergo, etc. Probalur minor: Si Deus facit idem corpus in diversis locis (a), facit unam affirmativam, el aliam negativam, non de eodem subjecto, sed de eodem prædicato; affirmatio est ista, *pluri/icari*, negatio est ista, *hoh plurifitari;* modo plurificatio ibidem dicitur de situ, quia situs phirificatur; non plurificatio dicitur de corpore, quia corpus ibi non plurificatur; sed constat quod silus el corpus non sunt idem; ergo affirmatio el negatio ibi non dicitur de eodem. — Hæc ille.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. Et ideo ad argumenta Durandi contra primam conclusionem, dicitur quod solum concludunt quod corpus Christi non sil in Eucharistia proprie localiter, nec circumscriptive, nec diflinitive; et quod neutro illorum inodorum continetur in sacramento. Et hoc conceditur. Non tamen concludunt quod nullo modo ibi contineatur. Est enim alius modus ĕontinentia prater illos, scilicet modus quo quantitas continet substantiam cui inhærel, vel substantiam succedentem substantia·, cui quantitas inhæsit. Et hoc modo species sacramenti continent corpus Christi. Unde sanctus Thomas, prasenti distinctione, q. I , ari. 3, in solutione primæ quaestiuncula·. sic dicit : u Locus dicitur circumscribere locatum ex eo quod in circuitu describit figuram locati; quia loci proprii et locali oportet esse unam figuram. Figura autem est qualitas circa quantitatem. Et quia corpus Christi non habet ordinem ad species sub quibus continetur, mediante

(·) ile. — *hic* Pr.
(C PπΛα/ur elicitu dia prinis propoadio. — Minor *þr&bat* Pr.
(γ) C(r Stylum, 4. SenienL, dbt 11, q 2.
(») locu. — Oin Pr.

quantitate, sod o converso, ideo neque figura corporis Christi respondet iiguræ specierum, sicut palet ad sensum. Et ideo patet quod non est sub speciebus circumscriptive; et, per consequens, nec est in eis sicut in loco, quia nihil, proprie et per se loquendo, est in loco, ut in loco, nisi quod loco circumscribitur, a — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : « Comparatio corporis Christi ad species sub quibus est, non est similis alicui comparationi naturali. Et ideo non potest reduci, proprio loquendo, ad aliquem modorum essendi in alio a Philosopho assignatorum. Habet tamen aliquam similitudinem cum illo modo quo aliquid dicitur esse in loco, secundum quod esse in loco est esse in aliquo separato extra substantiam suam, quod non est causa ejus. Et, secundum hoc, Innocentius dicit corpus Christi esse in pluribus locis, secundum quod continetur sub pluribus specicbus. n— Hæc ille. — Item, in solutione secundæ quæstiunçulæ, determinat quod corpus Christi non diffinitive continetur sub speciebus sacramenti. Item, 3 p., q. 76, art, 5, sic dicit : « Corpus Christi non est in hoc sacramento secundum proprium modum quantitatis dimensivæ, sed magis secundum modum subslantiæ. Omne autem corpus locatum, est in loco secundum modum quantitatis dimensivæ, inquantum scilicet commensuratur loco secundum suam quantitatem. Unde relinquitur quod corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum subslantiæ, eo scilicet modo quo substantia continetur a dimensionibus. Succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento subslantiæ panis; undo, sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum subslantiæ, ita nec substantia corporis Christi. Nec tamen substantia corporis Christi est subjectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis. El ideo panis, ratione suarum dimensionum, localiter erat ibi, quia trahalur ad locum mediantibus propriis dimensionibus; substantia autem corporis Christi comparatur ad illum locum mediantibus dimensionibus alienis, ita quod, e converso, dimensiones propriæ corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia, quod est contra rationem locali. Unde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter, d — Hæc ille. — Ex quibus apprêt quod, licet corpus Christi non sit in hoc sacramento sicut in loco, continetur tamen in sacramento et a sacramento modo prædicto, non per modum locati, sed per modum subslantiæ contenta· sub accidentibus non sibi inhærentibus, sed succedentis priori subslantiæ qu© substabat eisdem.

Dicitur ulterius, quod modus ille novus, de cujus inventione gloriatur Durandus, quo dicit substantiam corporis Christi esse in sacramento non per modum contenti, sed per modum præsentis, parum valet. Et de hoc multum bene inquirit Petrus de Palude, ubi, inter cætera, ostendit quod positio Durandi multa falsa vel dubia continet ; præsertim quia ponit substantiam angeli semper ct simul es-e prudentem omnibus corporibus ab ipso naturaliter mobilibus, si ve actu moveat, sive solum in potentia; secundo, quia ponit expresse, vel in virtute, quod substantia cœli, vel solis, si esset separata a quantitate, esset realiter simul præsens omnibus corporibus inferioribus ab ipso mobilibus; tertio, quia ponit corpus Christi non aliter esse pnesens sacramento Eucharistia quam angelus exsistens in cœlo sit præsens corporibus humanis in terra exsistentibus, in quæ potest naturaliter agere; quarto, quia supponit quod substantia corporis Christi sit in sacramento sine propria quantitate; de cujus falsilale postea videbitur. Omnia ista prosequitur bene Petrus in pn&enti distinctione (q. I).

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, pro quanto latest facere contra eamdem aut omnia sequentia, dicitur, negando majorem. Substantia enim corporis Christi habet habitudinem alterius rationis ad accidentia panis, quam haberet ad illa substantia panis. Tum quia substantia corporis Christi habet habitudinem ad illa accidentia per modum contenti, non subjecti, ad continens, non inhærens; substantia vero panis habebat habitudinem ad illa per modum contenti et subjecti, ut dictum est (in solut. arg. Durandi). Tum quia panis habebat ad illa accidentia habitudinem ut ad rationem circumscriptivam et difünilivam in loco; cujus oppositum est hic, ut dictum est (ibid.). Et multæ aliæ dissimilitudines hinc inde assignari possent.— Et ad confirmationem illius majoris, dicitur quod, licet corpus Christi sit in hoc sacramento virtute conversionis panis in ipsum, ex hoc non sequitur quod corpus Christi acquisivcrit omnem habitudinem ad species, quam prius habuit panis, sed solum similitudines in genere, licet non in specie; nec quod naturam novam el prioribus dissimilem acquisierit, aut omnino disparatam, ut dictum est.

Dicitur secundo, quod minor argumenti est falsi; quia panis, ante conversionem, habuit aliquem vel aliquas respectus ad species derelictas in sacramento. Nec valet probatio, cum assumat falsum, scilicet quod inter accidens el subjectum non est respectus medius. Et cum hoc vult probare per hoc quoti accidenset subjectum uniuntur immediate, etc. ; — dicitur quod inter unita triplex potest considerari medium : scilicet ipse respectus unionis, aut ipsa unio, quæ est indivisio unitorum in aliquo uno esse; el secundo potest considerari medium causons unionem; tertio, medium sequens unionem. Modo conceditur quod nullus respectus cadit medius inter accidens et subjectum, tanquam causons eorum

unionem; sed bene cadit inter ea medium sequens unionem, puta inhaerentia hujus ad illud, et subjectio illius ad hoc; et sic de similibus. De hoc, in suo simili, sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 2, q. 2, art. 2, in solutione tertiæ quæstiuncirlæ, sic dicit < Inter humanam naturam et divinam necesse est cadere unionem mediam, non sicut causam, sed sicut effectum conjunctionem .naturarum consequentem. Est enim natura relationis ut in aliis rerum generibus causam habeat, quia minimum habet de natura entis, ut dicit Commentator in 12. *Metaphysi*™ (com. 19). Unde, quamvis relatio per se non terminet motum, quia in m/ *aliquid* non est motus, ut in 5. *Physicorum* (t. c. 10) probatur, lamen, ex hoc quod motus per se terminatur ad aliquod (x)ens, de necessitate consequitur relatio aliqua; sicut ex hoc quod motus alterationis terminatur ad albedinem, consequitur relatio similitudinis ad omnia alba. Similiter, ex hoc quod motus generationis terminatur ad formam, consequitur hæc relatio, secundum quam materia esse sub forma dicitur. Ita etiam, ex hoc quod motus assumptionis naturae humana? terminatur ad personam, consequitur hæc relatio quæ dicitur unio. Unde unio est medium, non sicut assumptionem causons, sed potius sicut eam consequens. > — Hæc ille. — El similia dicit per totum illum articulum et pnecedentem. Et in mullis aliis locis ponit similia, scilicet quod inter formam el materiam, inter accidens et subjectum, est aliqua relatio, vel respectus, non quidem unionem praedictorum causons, sed potius consequens. El de praedictis mulla dicta sunt lam in secundo quam in tertio *Sententiarum* (6).

Ad secundum, negatur minor, tanquam falsa, el forte erronea. Quia, sicut ista propositio est simpliciter falsa. *Accidentia pania, vel species panis derelicttr* in *Eucharistia post conversionem , sunt corpus Christi;* ila consimiliter ista est falsa, /Zoc *est corpus Christi,* demonstrando species vel accidentia praedicta. Sed verum est quod, sicut ista est vera, *Contentum sub istis speciebus est corpus Christi;* ita consimiliter el ista, *Hoc est corpus Christi,* demonstrando non quidem species, sed contentum sub illis. Et ad hunc sensum intelligendæ sunt auctoritates el dicta Christi. Illud enim quod videtur corporaliter in manibus sacerdotis, et sentitur aliquo sensu exteriori, non est corpus Christi, sed sacramentum et velamentum corporis Christi, ut patet ĕ dictis Magistri in praesenti distinctione.

Ad tertium dicitur quod major est falsa, loquendo de praesentia supernaturaliter facta ; cujusmodi est in proposito. Praesentia enim corporis Christi ad species, sola virtute divina fit principaliter; licet instrumentaliter dispositive flat virtute sacramenti. Et ideo talis praesentia non oportet quod subsit voluntati humaine Christi principaliter, sed divins voluntati. Sicut, in suo simili, pnesentia spiritus damnati ad ignem inferni, cui est divinitus alligatus, non subest voluntati ejus, sed voluntati divinæ; sicut ostendit sanctus Thomas, 4. *Contra Gentiles,* cap. 90, ubi sic dicit : « Patiuntur ergo ab igne corporeo substantiæ incorpore©, per modum alligationis cujusdam. Possunt enim spiritus alligari corporibus : vel per modum formæ, sicut anima corpori humano, ut det ei vitam; vel eliarn absque hocquod sil forma, sicut necromantici (a), virtute dæmonum, spiritus alligant imaginibus aut hujusmodi rebus. Multo ergo magis, virtute divina, spiritus damnandi igni corporeo alligari possunt. Et hoc ipsum est eis in afflictionem, quod sciunt se rebus inferioribus alligatos in poenam. » — Hæc ille. — Similia ponit, dist. 44 hujus quarti, q. 3, art. 3, in solutione tertiæ quæstiunculæ, ubi in fine sic dicit : α Ignis, secundum naturam suam, habet quod spiritus incorporeus sibi possit uniri ut loco locatum; sed, inquantum est instrumentum divinæ juslitiæ, habet ut ipsum quodammodo detineat alligatum, d Verumtamen ista similitudo non currit per omnia, quia aliter continetur corpus Christi a speciebus sacramenti, el alitor delinetur spiritus damnatus ab igne, vel ab alio corpore cui alligatur.

Ad qunrtuin, negatur minor. Quia utique circa corpus Christi, ut est in sacramento, derelinquitur aliquis respectus realis, vel rationis, ad species sacramenlales. Nam, sicut dictum est in solutione argumentbrum Durandi, comparatio corporis Christi ad species sub quibus est, licet non sit similis alicui comparationi naturali, tamen habet aliquam similitudinem cum illo modo quo aliquid dicitur esse in loco, el similiter cum illo modo quo dicitur substantia contineri a suis dimensionibus. Et ideo talis, respectus potest reduci ad praedicamentum *ubi;* vel *habitus;* nam iste species dicuntur a sanctis operimentum corporis Christi, ut patet ex dictis Magistri in praesenti distinctione.

Ad quintum, negatur antecedens. Dicitur enim quod quantitas corporis Christi est realiter et præsentialiter in hoc sacramento, sicut el corpus, licet aliter ct aliter; ct, per consequens, habet respectum praesentiæ ad species sacramenti. Unde sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, ari. 2, qu 3, in solutione secundi, sic dicit : « Quia dimensiones corporis Christi non sunt ex vi sacramenti, sed solum ex eo quodconcomitantur inseparabiliter substantiam, constat qutxl contrario ordine sunt ibi dimensiones propriæ corporis Christi et dimensiones

(s) *aliquod. — aliquid* Pr.

(6) Cfr. prwsertitn 1. *Sentent.,* dbl. 30, q. I, art. 1., C, § t, IV, ad8·» Rd eut. %ol. 2, pag. 306); Rem, 2. *Sentent.,* dist. 15, q 1, art 3,§ 3, 111, ad (vol. t pag. 103); Rem, 3. *Sentent* , dist. 5. q. t. (vol. 3, pg 53, etc.)

ta) iieeromcntici. — nigmnianti Pr.

locali corporis in loco. Corporis enim locali substantia non habet ordinem ad locum nisi mediantibus dimensionibus; el ideo, quia dimensiones corporis locali non possunt esse simul cum aliis dimensionibus, sequitur, ex consequenti, quod substantia corporis locali non possit esse simul cum aliis dimensionibus separatis, neque in alio corpore exsistentibus. Sed hic, econlrario, substantia corporis Christi per se immediate ordinatur ad hoc quod sil sub sacramento, et dimensiones ejus propriæ ex consequenti et per accidens. Substantia autem ex hoc quod est substantia, non prohibetur esse cum dimensionibus quibuscumque, sive conjunctis, sive separatis, sive etiam exsistentibus in alio subjecto; sicut substantia angeli potest esse simul ubi est aliud corpus. Et ideo corpus Christi sub propria quantitate potest esse sub dimensionibus panis.· — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod quantitas corporis Christi habet simultatem et praesentiam ad species sacramenti, sicut el substantia corporis Christi; non tamen eodem modo. — Tunc, ad prolationem antecedentis jam negati, dicilur quod præsentia, vel simultas quantitatis ad quantitatem, in hoc sacramento, nullo modo habet rationem contactus. Nec valet probatio in oppositum. Quia plus requiritur ad rationem contactus quam ad rationem præsenliæ vel simultatis unius quantitatis ad aliam. Oportet enim quod utraque quantitas habeat modum essendi quantitatis. Sic autem non est hic; quia quantitas corporis Christi est in hoc sacramento per modum substantial, et non per modum quantitatis, in ordine ad sacramentum. Unde, sicut species sacramenti non tangunt substantiam corporisChristi, ita nec quantitatem ejus. Et de hoc habebitur in sequenti quaestione.

§ 2.— Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — **Ad primum** Scoti contra secundam conclusionem, dicitur primo, quod conversio panis in corpus Christi est aliquo modo causa corpori Christi quod incipiat esse in hoc loco, dato quod non sit formalis ratio quod corpus Christi Sil in hoc loco; sicut generatio ignis ex lignis est causa vel concausa quod ignis sit ubi prius erani ligna, licet non sit formalis ratio igni essendi in tali loco, nec permanendi in eo. Et de hoc dicetur in sequenti distinctione latius.

Dicilur secundo, quod species sacramentales sunt corpori Christi ratio essendi in hoc loco, puta in altari vel parapside. Nec valet probatio in oppositum : quia, licet ista? species non informent corpus Christi, tamen corpus succedit subslantiæ informata' per illas inseparabiliter quamdiu illæ manent; el ideo sicut illæ species déterminaient substantiam panis ad talem locum, ita determinant corpus Christi ad locum, licel non eodem modo. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 5, sic dicit : « Substantia panis, ratione suarurn dimensionum, localiter erat ibi; quia comparabatur ad locum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Cbristi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis, etc., » ut dictum est in solutione argumentorum Durandi contra primam conclusionem. Item, prima quæstione hujus distinctionis, art. 1, in solutione quinti, sic dicit : ‹ Quia conversa est in corpus Christi substantia panis, quæ prius erat in hoc loco determinato mediantibus dimensionibus propriis suis, quæ manent transsubstantialione facta; ideo manet locus, non quidem immediate habens ordinem ad corpus Christi secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones panis remanentes, sub quibus succedit corpus Christi subslantiæ panis. Et ideo non est hic ut in loco, perse loquendo, sed ut in sacramento. · — Hæc ille.

Dicilur lertio, ad formam argumenti ibidem factam, quod minor argumenti falsa est : quia species sunt formalis ralio corpon Christi essendi in hoc loco, modo quo dictum est, scilicet non ut in loco, sed ut in sacramento. Utrum autem per potentiam Dei absolutam posset corpus Christi esse in hoc loco ut in loco, sine conversione panis in illud, et sine speciebus remanentibus, postea videbitur, scilicet undecima distinctione.

Ad secundum, negatur major. Quia, si corpus Christi esset simul cum substantia quanta panis in hoc loco sacramenti, hoc non posset esse nisi per aliquam mutationem vel motum facium in corpore Christi; quod tamen non oportet, ad hoc quod corpus Christi sit simul cum dimensionibus panis, ut ostendit sanctus Thomas, prima quæstione undecim® distinctionis, art. I, in solutione primæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : ‹ Im|»ossibile est aliquid esse nunc ubi prius non fuit, nisi ipsum mutetur, vel aliquid in ipsum. Nec poscet etiam per miraculum fieri; sicut nec quod esset animal rationale et mortale, et non esset homo. Aliter enim se habere nunc et prius, est idem quod moveri vel transmutari. Si ergo verum corpus Christi esset sub sacramento nunc, et non prius, oporteret.aliquem motum vel mutationem intervenisse. Sed nulla mutatio est facta ex parte panis, secundum hanc positionem. Ergo oportet quod corpus Christi sil mutatum localiter, ut dicatur ήικκἰ corpus Christi est hic; quia per motum localem huc venit. Quod est omnino impossibile : quin, cum simul el semel in diversis locis corpus Christi consecretur, oporteret quod simul et semel ad diversa loca idem corpus moveretur; quod est impossibile, quia contingeret simul contrarios motus inesse eidem subjecto. · — Hæc ille.— El mulla similia dicit ibidem, et in 3 p. (q. 75), ut postea videbitur, in undecima distin-

diene. — El a<l probationem majoris jam negate, dicitur quod, licet simultas substantia' cum substantia sit possibilis simpliciter, sicut sul»tantiæ coqoris Christi cum aliena dimensione; tamen inceptio talis simultatis requireret novam mutai ionein in corpore Christi; non nutem inceptio simullatis corporis Christi cum aliena dimensione.

Cum autem ultorius dicitur, quod facilius e>t facere corpus esse alicubi cum suo modo naturali, etc. ; — dicitur quod facere corpus Chnsti esse in duobus locis cireiim>cripli\o, non ot facere illud on? in secundo illorum locorum modo naturali, sed potius modo contra naturam, ct contra omnem potentiam passivam naturalem el obedienlialem creatura', cum contradictionem impluet, ut postea dicetur.

Dicitur ulterius, quod corpus Christi esse in mullis locis, <ic |>er neddens, ct modo sacramentali, non implicat contradictionem, dato qnodsint ibi mulla miracula. Sed ℭorpu Christi esse in duoℬn ℱoci de perse, el circumscriptive, implicat contradictionem; ct ibi nec unum nec plura miracula sufficerent, Sed de hoc slatim plus dicetur.

II. Ad alia argumenta Scoti. — Ad primum eorum quæ secundo loco Scotus inducit contra eamdom conclusionem, probando scilicet quod jio s m- bile sil idem corpus localiter esse simul in diversis locis, dicitur, negnndo minorem. Hoc enim implicat contradictionem; sicut ostendit sanctus Thomas, tertio *(Juodlibelo,* ari. 2, ubi sic dicit : < Aliquod corpus ess»· localiter in aliquo loco, nihil est aliud quam corpus circumscribi ct comprehendi loco secundum commcn-uralionem propriarum dimensionum. Quod autem comprehenditur a loco, ita e?l in illo, quod nihil ejus est extra locum illum. Undo ponere illud esse simul in alio loco, est ponere contradictoria esse simul. Unde, secundum ρη«·-rnissa, hoc α Deo fieri non potest. — Item (aig. Sed contra) : Omnia duo loca distinguuntur ab invicem Mcundum tiliquun loci ronlrarietetein, qux> sunt sur.Mitn ct deorsum, ante, retro, dextrum, sinisirum. Sed ℱeu non |>olesl facere quod duo contraria sint simul; hoc enim implicat contradictionem Eigo Dens non potest facere quod idem coi pus ml localiter simul in diversis locis· » — Hæc ille.— Similiaponit,quadragesimai|uartadistinclionohujusv q. 2, ari. 3, m solutione tertii argumenti tertie qu.otiunculæ, ubi sic dicit : q Quamvis resistentia qua mobile resistit moventi per contrarielalvm «piam habet ad talem motum ratione inclinationis ad contrarium motum, possit a movente infinite virtutis totaliter superari; non tamen resistentia qua mobile resistit ex hoc quod habet contraimm locum, nili auferalur ab eo esse in tali loco vel situ. Sicut enim album resistit nigro talione albedinis, ct Unio magis, quanto albedo magis diktat a nigredine; ita corpus resistit alicui loco per hoc quod habet locum oppositum, ι·l tanto est major residentia, quanto est distantia. Non nutem potest a corpore removeri quod sil in aliquo situ vel loco, nisi auferalur ei sua corporeitax, per quam debetur ei locus vel situs, etc, » — Hæc ille.

Tunc, ad prolmlionem minoris jam negate, dicitur primo, quod, cum dicimus idem corpus csn» simul localiter in diversis locis, non solum dicirnus vel addimus supra coipus quemdam respectum extrinsecus advenientem fundatum in uno (pianto ad aliud quantum circumscribens ipsum, immo, ultra illum respectum, ponimus comprehensionem (pianti vel corporis circumscripti a quanto vel corpore circumscribente, et, consequenter, negationem alterius circumscriptionis a quocumque quanto vel corpore exlrinseco; et ita ponimus corpus locatum simul bis comprehendi (quin in duobus locis), ct nullatenus comprehendi, cum totum sil extra quemlibet ipsorum locorum; quod implicat manifeste non solum unam, immo duas contradictiones. Sil enim unus illorum locorum A, <·l alius B : tunc prima contradictio est quod G corpus comprehenditur ab A,el idem G non comprehenditur ab A; secunda esi quod C corpus comprehenditur a loco B, el idem non comprehenditur a loco B. Vel alitor : prima Contradictio e^l quod nihil ipsius C est extra A, el, *imul cum hoc, qiiæhlwl pars C est extra A ; secunda vero contradictio est quod nihil ipsius C est extra B, ct, simul cum hoc, quodlibet ipsius Gesi extra B.

Dicitur secundo, quod respectum *ubi* plurilicari super idem fundamentum ad diversos terminos, est æque impossibile sicut duo contraria inesse simul eidem subjecto in actu : quia quilitet duo respectus «le genere *ubi* ad diversa loca sunt contrarii, sicut et quælibet duo loca; el sicut albedo expellit nigredinem formaiiter. ita unum *ubi* expellit aliud, vel resistit alteri. El quidem de contrai ielale locorum expresse ponit Aristoteles, 10. *Ethicorum*, cap. 4, quod incipit, *Quid autem. vel quale quid, mani*-/.-stitix, <;!<·.. ubi sic dicit *In tcinporecnini* ouiuis niohiR, *ct finis alienjus, puta wdificativa perferta, cum faciat quod appetit* (x), *vel in omni tempore utique, vel hoc. In partibus autem Irin· ports omnes impcrfcctiv, ct alter:r specie a lota, ct ab invicem. Laterum enim compositio altera a columntc virqatume ; ct hve a tcmplificationc. Et templi quidem perfecta, nullo enim indigens ad propositum ; fundamenti autem et trisculpti(b) imperfecta, partis enim utraque. Specie ergo differunt. Et non est* in *quocumque tempore accipere motum perfectum specie* (γ); *sed si quidem,*

(«) appeto. — apparet Pr.

W rruaHph. — nuQih Pr.

(γ) *non vit* tn çuorvniçue *tempore arripere* moItllH *perfertum 'preir.* — non fn *quacumque specie acttprre motum perfectum eue* Pr.

in *omni. Similiter autcm in ambulatione* ct *in reliquis. Si enim est latio motus unde* ct *quo, et hæc differre secundum -species, volatio, ambu·latio, saltatio,* ct *talia. Non solum autem sic, sed* ct *in ipsa ambulatione. Hic* (a) *enim unde et quo non idem in stadio et in parte (C), el in altera* ct *altera parte. Neque pertransire lineam hanc,* ct *diam* (γ) : *non solum enim* (o) *lineam perlransit, sed in loco exsistentem; in altero* (c) *autem hæc ab illa. Per certitudinem quidem eryo de motu* in *aliis dictum est. Videtur autem non in omni tempore perfectus esse; sed multi imperfecti,* ct *differentes specie; si quidem quod unde et quo specificum.* — Ilæc ille. — Quod exponens sanctus Thomas, in *Scripto* super eodem loco (lect. 5), sic dicit : α Generationes tolius et partium differunt specie. Et sicut est in generatione, simile videtur esse in ambulatione, el in omnibus aliis motibus localibus. Manifestum est enim quod latio, id est, motus localis, est motus *unde et quo,* id est, a termino et ad terminum. Et sic oportet quod specie diversilicetur (ζ) secundum diversitatem terminorum. Sunt autem divers® species motus localis in animalibus: volatus, qui competit avibus; ambulatio, quæ competit gressibilibus; saltatio, quæ competit locustis; et alia hujusmodi; quæ differunt secundum diversas species principiorum motuum : non enim sunt ejusdem speciei animæ diversorum animalium. Nec solum modo pnedicto diversificanlnr species localium motuum; sed etiam in una dictarum specierum, puta ambulatione, divers® species inveniuntur. Si enim accipiatur motus quo quis perambulat stadium, el motus quo quis perambulat aliquam pariem ejus, non est utrobique idem *unde ct quo,* id est, terminus a quo et terminus ad quem. El simile est de motibus quibus aliquis ambulat hanc et illam partem stadii; quia non sunt iidem termini. Non enim est idem secundum speciem periransire hanc lineam, et illam. Quamvis enim omnes line®, inquantum hujusmodi, sint ejusdem speciei, tamen, secundum quod in certo situ seu loco constituuntur, accipiuntur ut specie différentes, secundum diversitatem locorum, quæ attenditur secundum ordinem ad primum continens. Ille autem qui perlransit lineam, non solum pertransit lineam, sed lineam in loc‹» exsistentem; quia in alio loco est una linea ab alia. El ita manifestum est quod, secundum diversitatem terminorum, differt specie totus motus localis a singulis partibus; ita tamen quod lotus motus habet perfectam speciem, partes autem habent speciem imperfeclam, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus palet quod diversa l‹xra diversitatem specificam et contrarirtatem habent, el, consequenter, diversa *ubi* ex circumscriptione talium locorum derelicta, sicut *ubi «ursum,* et *ubi deorsum,* et sic de aliis. Et, per consequens, apparet quod majorem incompatibilitatem habent diversi effectus de genere *ubi* ad coexsistendurn eidem fundamento ad diversos terminos, quam diverse similitudines in eodem allio ad diversa coalba : quia duo *ubi* differunt specie, et contrariantur ad invicem; non sic duæ similitudines in eodem fundamento fundat® in ordine ad diversas terminos.

Dicitur tertio, quod nec duæ reales similitudines insunt eidem subjecto per idem fundamentum simul in ordine ad diversos terminos. Et de hoc satis dictum est, 3. *Sentent,* (dist. 7 el 8), cum tractaretur de filiatione Christi ad Matrem el Patrem (i). Immo idem subjectum albedinis per eamdem relationem realem similitudinis refertur ad omnia alia alba. De hoc sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 8, q. 1, art. 5, sic dicit : ‹ Relatio non habet ex hoc quod ad alterum dicitur, quod sit aliquid m rerum natura; sed hoc habet ex eo quod relationem causal in re quæ ad alterum dicitur. El quia ex eo res habet unitatem et multitudinem, ex quo habet esse, ideo, secundum id in quo relatio fundatur, judicandum est de ea, utrum sil secundum rem una, vel mulla'. Sunt ergo quædam relationes quæ fundantur super quantitatem, sicut œqualitas, quæ fundatur super unum in quantitate; et cum unitas quantitatis non sit nisi una in una re, inde est quod |ær unam æqualitatcin est res aequalis omnibus quibus æqualis dicitur. · — Hæc ille. — Similia dicit, 3 p., q. 35, art. 5, el multis aliis locis (6).

Dicitur quarto, quod non solum sequendo imaginationem, immo sequendo rationem, habemus ponere quod, plurificato loco, pluriticatur corpus. Quod patet inspicienti quid est corpus esse in loco localiter. Hoc enim importat corpus comprehendi loco, ita ut nihil ejus sil extra illud; ct. consequenter, adæquationem loci el locati; el, consequenter, ad multiplicationem unius sequitur multiplicatio alterius. — Nec valet ratio in oppositum, do priori el de posteriori adducta. Quia, licet ad multiplicationem posterioris non necessario sequatur multiplicatio prioris, quando posteriora taliter multiplicata respiciunt diversa susceptiva, et non idem (sicut diversi radii unius luminaris, vel effectus solis); vel, si respiciunt idem subjectum, nullam tamen habent conlrarielalem ad invicem, nec incompossibililalem simul inexsislendi eidem subjecto (sicut duæ potenti® animæ, puta intellectus el voluntas; aut duo habitus ejusdem potenti®); verum-

(x) *Hir.* — //a-r Pr.
(6) *et* in *parte.* — Om. IV.
(γ) *illam,* — *subftnntiam* Pr.
(j) enim. — in Pr.
(t) *altero.* — *altera* Pr.
(ζ) *diverti/icetur.* — *diversiflcenfitr* Pr.

(«) Cfr. vol 5, pjg. I‖2i et seq.
(C) Cfr. praesertim *Quodlib.* 1, art. 9; et *Quodlib.* 9, art. 4.

tamen quando posterius recipitur in priori subjeclive, et quæcumque duo accepta sub tali posteriori habent ad invicem contrarietatem, vel incompossibilitatem simul inexsistendi eidem, luncoportel quod, multiplicato posteriori realiler, multiplicetur prius secundum rem : sicut, multiplicatis formis substantialibus, multiplicatur materia; et, mulliplicatis contrariis accidentibus, multiplicatur subjeelurn; et idem est de accidentibus solo numero differentibus ejusdem spec»ei. Sic autem est in proposito : quia diversi .respectus dégénéré *ubi,* licet sint posteriores corpore locato, tamen, quia recipiuntur in eo, et quilibet tales duo derelicti ex diversis locis habent contrarietatem el incompossibilitatem respectu ejusdem locali, ideo, multiplicatis talibus respectibus, multiplicantur eorum subjecta, nec possunt simul inesse eidem subjecto.

Dicitur quinio, quod responsio quam arguens recitat, potest probabiliter sustineri, dicendo quod quodlibet *ubi* adæquat suum fundamentum el subjectum, sic quod repugnat cuilibet alteri accidenti ejusdem generis circa idem subjectum, modo prædiclo; sicut quælibel forma substantialis cuilibet alteri circa eamdem materiam, et unum contrariorum alteri circa idem subjectum, el quodlibet accidens alteri ejusdem speciei. — Et ad primam improbationem, dicitur quod fundatur in duobus falsis. Primum est, quod duo respectus ejusdem speciei, puta duæ æqualilales, vel similitudines, vel filiationes, possint simul eidem subjecto vel fundamento inesse. Secundum est, quod esse in loco localiter non importet nisi solum respectum de genere *ubi,* et non aliquam negationem alterius *ubi,* nec comprehensionem locati a loco; cujus oppositum visum est supra. — Ad confirmationem, dicitur quod similitudo ibidem posita de prasentia quantitatis ad locum, et de praesentia substanti® ad locum, penitus nihil valet. Quia de ratione prima est comprehensio taliter præsentia a loco, cui dicitur esse localiter præsens; non autem de ratione secund®; potissime quia secunda praesentia est quasi per accidens, cum non sit de ratione alicujus formaliter inexsistenlis substantia} taliter praesenti, sed solum ratione extrinsecarum dimensionum, scilicet panis conversi in corpus Christi, sub quibus secunda substantia succedit priori.

Et sic palet quod prima ratio principalis non militat contra conclusionem

Ad secundam rationem principalem, negatur major. Cujus rationem assignat sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 44, q. 2, art. 2, q[*] 3, in solutione quarti, ubi sic dicit : ‹ Unum corpus esse localiter in diversis locis non potest fleri per miraculum (corpus enim Christi non est in altari localiter, ut supra, dist. 10, q. 1, art. 3(a), dictum est); quamvis miraculose possit fieri quod duo corpora sint in eodem loco. Quia esse in pluribus locis simul, repugnat individuo ratione ejus quod est esse indivisum in se; sequeretur (x) enim quod esset distinctum in situ; sed esse cum alio corpore in eodem loco, repugnat ei quantum ad hoc quod estasse divisum ab alio. Halio autem unius perficitur in indivisione, ut patet, 4. *Metaphysics* (t. c. 4); sed divisio ab aliis est de consequentibus ad rationem unius. Unde quod idem corpus localiter sil in diversis locis simul, includit contradictionem, sicut quod homo careat ratione; sed duo corpora esse in eodem loco, non includit contradictionem, ulex dictis palet. Ideo non est simile. › — Hæc ille. — Item, primo *Quodlibeto,* ari. 22, arguit sic (primo loco) : ‹ Sicut se habet unum corpus ad unum locum, ita duo corpora ad duo loca. Ergo, commutatim, sicut unum corpus ad duo loca, ita duo corpora ad unum. Sed unum corpus nullo modo potest esse in duobus locis. Ergo nec duo corpora in uno loco. » — Ecce argumentum. Sequitur responsio: ‹ Dicendum quod proportione commutata sic est utendum : Sicut se habet primum ad secundum, utduoad tria ; ita se habet tertium adquartum,utquatuoradsex (6). Ergo,commutatim,sicutse habet primum ad tertium, ut duo ad quatuor; ita se habet secundum ad quartum, ut tria ad sex. Et secundum hoc ratio deberet procedere : Sicut se habet unum corpus ad unurn locum, ita duo corpora ad duo loca. Ergo, sicut se habet unum corpus ad duo corpora, ita unus locus ad duo loca. Et sic non sequitur quod si unum corpus non potest esse in duobus locis, quod duo corpora non possint esse in uno loco. Unum enim corpus esse localiter in duobus locis, implicat contradictionem : quia de ratione loci est quod sit terminus locati; terminus autem est extra quem nihil est rei ; unde nihil locati potest esse in loco exteriori; quod si ponatur esse in duobus locis, sequitur quod sil extra locum ; et ita sequitur quod sit locatum el non locatum. Nec est instantia de corpore Christi : quia non est in Sacramento Altaris localiter, sed per conversionem, n — Hæc ille. — Ex quibus palet quod minus inconveniens est duo corpora esse simul in eodem loco, quam idem corpus esse simul localiter in diversis locis; cum secundum implied contradictionem simpliciter et absolute, primum vero non implicat contradictionem simpliciter el absolute, sed secundum quid. Et de hoc sanctus Thomas, in *Scripto super Boetium, de Trinitate,* in illa quæslione ubi quæril: Utrum duo corpora possint intelligi esse in eodem loco. Arguit sic(arg. l) : ‹ Omnis propositio videtur esse intelligibilis, in cujus subjecto non includitur oppositum prædicati; quia talis propositio

(») *diti.* 10, g. I, *art* 3. — Om. Pr.

(») *sequeretur. — tcquitur* Pr.
(6) ut *quatuor ad trx.* — Om. Pr.

ηυιι habet repugnantiam intellectuum. Sed ƙuci propositio, Duo *corpora sunt in codem loco,* non est hujusmodi, alias nunquam posset fieri miraculose; quod patet esse falsum in corpore Dominico, quod exivit clauso utero Virginis, et intravit ad discipulos januis clausis; non enim potest Deus facere quod affirmatio et negatio sint simul vera, ut dicit Augustinus *Contra Faustum* (lib. 26, cap. 4 et 5). Ergo potest aliquis intelligere, vel saltem intellectu fingere, duo corpora esse in eodem loco. › Ecce albumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod dupliciter potest esse aliqua prapo›itio non iiilelligibilis. Uno modo, ex parte intelligente, qui deficit intellectu; sicut hæc propositio, *In tribus divinis personis est una essentia;* et hujusmodi propositio non oportet quod implicit contradictionem. Alio modo, ex parte ipsius propositionis. Et hoc dupliciter. Uno modo, quia implicat contradictionem simpliciter ct absolute; sicut Ma, *Rationale est irrationale;* et hujusmodi propositiones nullo miraculo verificari possunt. Alio modo, quia implicant contradictionem aliquo modo; sicut ista, *Mortuus redit ad vitam virtute propria,* cum ponatur, per hoc quod dicilur mortuum, omni principio vilæ destitutum; et talia possunt verificari miraculo, superiori virtute operante. Et similiter est in proposito. Sicut enim duobus corporibus in eodem loco positis non potest aliqua causa naturalis diversitatis inveniri; sic divina virtus potest ea. quamvis sint unila in situ, in sua distinctione conservare; el sic miraculose fieri potest duo corpora esse in eodem loco. ‹ — Hæc ille.

Tunc ad probationem majoris negatae, dicilur primo, quod, licet philosophi ponerent repugnantiam inter duo quanta respectu ejusdem *ubi,* modo prædicto; non tamen talem qualis esi inter duo contraria respectu ejusdem subjecti, quia *ubi* non est subjectum duorum corporum, nec recipit ea sicul subjectum recipit in se contraria, sed |x)lius respectus de genere *ubi* recipitur subjective in corpore vel quanto locato. Tamen philosophi dicerent quod duo corpora, vel quanta, non possunt habere idem *ubi* simul, ea ratione, quia impo&ibilo est idem accidens esse in diversis subjectis.

Dicitur secundo, quod, posito, per miraculum, quod duo quanta essent simul in eodem loco, ex hoc nullatenus sequitur quod illa duo quanta haberent idem *ubi* numera, sed duo distincta; sicut duo alba habent duos respectus similitudinis in ordine ad euindem terminum, et duo temporalia habent duos respectus de genere *quando* ad idem tempus vel instans.

Dicilur tertio, quod duorum quantorum repugnantia respectu ejusdem loci simul, non est repugnantia proprie formalis (qualis est inter duo contraria, vel contradictoria, vel privative opposita), sed potius repugnantia effectiva :quia scilicet unum exjællit reliquum quantum sibi æquale de eodem loco effective, non autem formaliter; quia, in expulsione formali, illud quod expellitur, desinit esse et inesse, sicut terminus a quo, adveniente termino ad quem. Talem autem repugnantiam effectivam potest Deus suspendere, manentibus duobus quantis in eodem loco; non autem repugnantiam formalem, «pialis est inter duo *ubi* respectu ejusdem corporis. Unde probatio illa arguit a minori affirmative. Ideo non xalet.

Dicitur quarto, quod dos ƨubtilitati non tollit a duobus quantis illud quod est causa incompossibilitatis duorum quantorum in eodem loco, aut duorum *ubi* vel locorum respectu ejusdem locali. Iden responsio ibidem recitata, nun est tenenda. Et dc hoc sanctus Thomas, qundragesimaquarla distinctione hujus *Quarti,* q. 2, ait. 2, in solutione secundæ quæstinnculæ, sic dicit : ‹ Non potest «lici quod corpus gloriosum ratione subtilitatis sua habeat «pient possit esse cum alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatem auferatur ab eo illud quo prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidam, quod prohibetur ab hoc, in isto statu (i), ratione corpulentia.', per quam habet quod repleat locum ; quæ quidem corpulentia ab eo per dotem subtilitatis tolletur. Sed hoc stare non potest, propter duo. *Primo,* quia corpulentia, quam dos subtilitatis aufert, est ad detectum pertinens, puta aliqua inordinatio materia? non perfecti? substantis suæ formæ. Totum enim «piod ad integritatem corjwris perlinet, in corpora resurget, tam ex parte formæ, «piam ex parte materia?. Quod autem (6) aliquod corpus sit repletivum loci, hoc habet per id quod est de integritate «'jus, cl non ex aliquo defectu natura?. Cum enim plenum opponatur vacuo, illud solum non replet locum, quo posito in loco, locus nihilominus (γ) remanet vacuus. Vacuum autem diffinitur, i. *Physicarum* (!. c. 6), quod est locus non rapidus sensibili corpore. Dicitur autem aliquod corpus sensibile esso ex materia et forma et naturalibus accidentibus; quæ omnia ad integritatem materis pertinent. Constat etiam quod corpus gloriosum ent sensibile secundum tactum, ut jiatet in corpora Domini, Luca.· ult. (v. 39); nec ei deerit materia, aut forma, aut alia naturalia accidentia, scilicet calidum el frigidum el hujusmodi. Unde patet quod corpus gloriosumnon obstante subtilitatis dote, replebit locum. Insania autem videtur esse, dicere quod locus ubi esset corpus gloriosum, esset vacuus. *Secundo,* ratio eorum prædicta non xalet. Quin impedire exsistentiam corporis in eodem loco, est in plus quam replere locum. Si enim ponamus

( ) *itahi* - Om. Pr.
( ) *Quoti nutem, — Quia quod* Pr.
(γ) ni/n7<nmtiiis. — *nortu* Pr.

dimensiones esse separatas a materia, illa? dimensiones non replent locum; unde (x) quidam ponentes vacuum, dixerunt (δ) vacuum esse locum in quo Sunt hujusmodi dimensiones sine aliquo corpore sensibili; et tamen istm dimensiones prohibent ne sint simul cum alio corpore in eodem loco, ut patet per Philosophum. L *Physicorum* (t. c. 76), el 3. .Vdap/q/«lc.e (t. c. 9), ubi habet pro inconvenienti quod corpus mathematicum, quod nihil aliud e>l quam dimensiones separata?, sit (γ) simul cum curpon· naturali sensibili· Unde, dato quod subtilitas corporis gloriosi auferret ab eo hoc quod e>l replere locum, non tamen sequeretur quod propter hoc posset esse cum alio cbrpoio in eodem loco; quia, remoto io quod est in minus, non propter hoc removetur quod est in plus. — Dicendum est ergo, quod illud quod impedit corpus nostrum nunc ne silsimul cum alio corpore in eodem loco,nullo modo |K>terit ab eo removeri per dolem subtilitatis. Nihil enir.i potest prohibere corpus aliquod ne sil simul silualnm cum alio corpore in eodem luco, nisi quod fac.il in eo quod requirat diversum silum; nihil enim ‹-t impedimentum identitatis, nisi quod est rausa diversitatis. Hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua corporis qualitas : quia coi pori non debetur aliquis situs ratione sua? qualitatis; unde, remoto a corpore sensibili quod sil calidum aut frigidum, aut grave aul leve, nihilominus in eo remanet necessitas prædiclæ distinctionis, ut palet per Philosophum, 4. *Physicorum* (t. c. 76); el per sC planum est. Similiter etiam materia non potest inducere necessitatem predictæ distinctionis; quia materia? non ad venit situs, nisi medianto quantitate dimensiva. Similiter etiam neque forma silum habet, nisi ex materia silum habente, Restat ergo quod necessitas distinctionis duorum corporum in I '•itu causatur a natura (o) quantitatis dimensivæ, cui per se convenit silus : cadit enim in diffinitione rjus; quia quantitas dimensiva, est quantitas |K»itùmem habetis, vel situm; et inde est quod, remotis omnibus aliis qua? sunt in re, talis distinctionis necessitas invenitur in sola quantitate dimensiva. Si enim accipiatur linea separata, oportet quod, si sint dur liner, vel ðuo partes unius linea?, quod -mt ði&tinctx in situ; alias linea addita linea? non ufliœret majus; quod est contra communem animi onceptionem. Et similiter est de suporlicicbuH et corporibus mathematicis. Et quia ħaterio debetur I "itus inquantum substat dimensioni, exinde prædicti necessitas ad materiam situatam derivatur. J ul, sicut non est possibile duas lineas, vel duas lartes linea?, nisi sint distincta? secundum situm; ita impossibile est esse duas malerins, vel dua> partes maleriæ, nisi sit distinctio silus. El quia distiti, ctio maleriæ est principium distinctionis individuorum, inde est quod Boetius dicit, in libro *de Trinilale,* quod *duobus corporibus unum locum fmgere nullo modo possumus,* ul hanc saltem varietatem accidentium distinctio individuorum requirat. Subtilitas autem a corpore glorioso dimensionem non auferet. Unde nullo modo auferet sibi piædiclain necessitatem distinctionis situs ab alio corpore, Et ita corpus gloriosum non habet ratione mkc subtilitatis quod possit esso simul cum alio corpore; sed poterit esso simul cum alio corjiorc, ex operatione virtutis divina· : sicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita quod ad inumbratiunem ejus sanarentur infirmi, sed hoc habebat virtute divina, ad ædiiicationem fidei; ita faciet virtus divina, ut corpus gloriosum possit rss? cum alio corpore, ad perfectionem gloriæ. n — Hæc ille. — Similia dicit, ultima qiiæstione primi *Quodlibeti* (ari. 22). — Ex quibus palet veritas quarti dicti.

Dicitur quinto, quod, licet responsio allegata non valeat, tamen impugnatio ejus parum valet. Quod enim impossibile sil idem corpus esse localiter in diversis locis, hoc non est precise ex aliqua causarum quas arguens ponit,scilicet ex coinmensurationu loci el locali, neque ex priorilale vel poslerioritate aul simultate unius illmmu respectu alterius. Soil illa impossibilitas est ex causis per Sanctum Thomam Assignatis, scilicet quia locus comprehendit loi-nlum, el esi terminus locali, el non econlra; ideoque nihil locati potest esse extra locum, proprie loquendo de ly *c^tru,* scilicet ul sit ibi localiter; quia esse in alio sacramentaliter, non localiter, sed «le per accidens, non est proprie extra.

Dicitur sexto,ipiod forma rationis ultima? adducta, parum movet. Quia major est neganda, in illo casu ubi multitudo interioris cum unitate prioris infert op|M).sita inesse eidem ; non autem multitudo prioris cum unitate posterioris. Sic autem est in proposito, ul patere potest ex dictis.

Ad tertiam rationem principalem respondet virlualiter sanctus Thomas, tertio *Quodhbeto*, ari. 2. ubi arguit sic (primo loco) : « Difficilius est quod hæc substantia mutetur in illam substantiam, quam ‹P›wl 'l0c accidens mutetur in illud accidens. Sei, I ln Sacramento Altaris, ex hoc quod divina virtute substantia panis, remanentibus ejus dimensionibus, J secundum quas loco commensuratur, convertilur substantiam ‹ oi|Hu ib Christi, sequitur quod idem (corpus Christi sit non localiter secundum commen- HirMiHiirin propiiaiufii dimm-mnum. -·■! sa< ra- mentaliter, in pluribus locis simul. Eigo potest I facere quod convertatur dimensio hujus corporis in I dimensionen\ alterius : el sic erit idem corpus localiter in diversis locis simul. › Ecce argumenlum.

(a) cum. — Ad. Pr.
(C) durerunt. — dixerint Pr.
(γ) tir — *tint* Pr
(!) a nalura — in *antea* Pr.

Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod difficilius est hoc accidene mutari in illud accidens, quam hanc substantiam mutari in illam substantiam. Tum quia duæ substantia conveniunt in subjecto materiali, quod est pars ntriu-qiio substantia essentialis. Tum quia substantia habet individiiationem per seipsam, accidens voro non est individunbile per seipsum, sed per subjectum; unde non potest sibi convenire quod hoc accidens convertatur in hoc accidens. Dato tamen quod hæc dimensio converteretur in illam dimensionem, non sequeretur quod idem corpus esset in duobus sirnul, sed in uno tantum : quia, sicut postquam substantia panis conversa est in substantiam corporis Christi, jam non sunt ibi dua» substantia?, sed una tantum; ita etiam, si hæc dimensio hujus corporis convertatur in illam dimensionem alterius corporis, jam non duæ erunt dimensiones, sed una tantum; et sic non commensurabitur diversis locis, sed uni tantum. › — Hæc ille. — Ex quo patet solutio ad argumentum Scoti. Dicitur enim quod, in casu argumenti sui. substantia prius subjecta quantitati converse in quantitatem corporis Christi, vel alterius, ex vi talis conversionis non haberet quod esset in aliquo loco localiter. Non quidem in loco primo, qui sibi debeiiatur ratione sua dimensionis : quia illa dimensio, facta conversione tali, cum non sit. non est in loco; nec dat substantiæ quod sit in loco quocumque, sicut dabat prius; el sic talis substantia, nec ex se, nec ex quacumque dimensione, haliet quod sit in primo loco. Similiter nec habet quod sil in loco quantitatis, vel dimensionis, in quam Mia dimensio conversa est : quia dimensio sua non est in illo loco, cum tunc non sit; nec substantia illa conversa in aliam substantiam, ut supponitur; et, dato quod in aliam substantiam conversa esset, non tamen virtute conversionis, nec virlute prôpriæ dimensionis, nec aliena?, esset in alio loco localiter; et sic patet quod, in dicto casu, dimensio conversa, non est ex vi convereiohis in duobus locis localiter. Similiter nec substantia prius illi subjecta, esset, nec in uno loco localiter el in alio sacramentaliler, nec in duobus locis saciamentalitor; sed una substantia, qua· prius orat in loco localiter, ratione propriarum dimensionum, si remalicrel non conversa in aliud, esset abstracta ab omni loco, situ el itW; nisi forte diceretur esse alicubi per contactum virtutis, eo modo quo substantiæ sopnratæ, qui modus non est ad propositum. Similiter, nec quantitas in quam conversa est. nec substantia ei subjecta, virtute conversionis prædicta» esset in duobus locis localiter. Quod apparet. Cum enim dicit arguens, quod, secundum nos, terminus conversionis *ad quem* est ubi prius fuit terminus *a quo* conversionis, et in eodem loco, etc., — patet quod hoc non valet ad propositum. Quia illa propositio solum habet locum ubi remanet ratio locationis ipsius conversi : sicut in Eucharistia, facta conversione, remanent dimensiones substanliæ conversa», qua? erani sibi ratio essendi in loco; ideo substantia corporis Christi incipit esse in loco ubi sunt dimensiones substantia» conversæ, quæ erant ratio locandi. Sedt in rasu argumenti, cum nulla ratio localiva quantitatis conversio remaneat, non oportet quod terminus *ad quem* sit ubi prius fuit terminus *a quo* conversionis; vel, dato quod terminus *ad quem* fingeretur esse ibi aliquo modo, non tamen localiter. Et sic nullo modo sequitur quod terminus *ad quem* sit in duobus locis localiter, sed tantum in uno. Unde patet quod responsio quam recitat arguens, sufficienter evacuat argumentum. Nec replica contra responsionem adductam valet, ut finalitcr arguens confitetur. —Cum autem finaliter dicit, quod, in casu quo quantitas aeris converteretur in quantitatem corporis Christi, manente substantia aeris, etc., — respondetur quod, in illo casu, corpus Christi cum sua quantitate non esset localiter alibi quam prius; quia nec ratione suarum dimensionum, nec alienarum. Unde argumentum istud nihil concludit, sicut ner præcedentia. El si dicatur quod immo, quia dimensio (a) corporis Christi nullo casu succederet quantitati aeris de per se el directe in eodem loco in quo prius erat quantitas aeris, el esset in quantitate. el per modum quantitatis, et ita localiter, ijec propter talem conversionem desineret e‹se in endo localiter, el ita simul esset in duobus locis; — dicitur quod, cum locus esset quid extrinsecum quantitati conversa», nec ullatenus foret eidem ratio essendi in loco, non oporteret quod quantitas corporis Christi esset post conversionem in loco in quo profuit quantitas conversa. Vel, si detur quod corpus Christi, secundum suam quantitatem, inciperet esse localiter in eodem loco, tunc desineret esse in cœlo localiter, et esset tantum in alterum in quo placeret Deo, et non in utroque et localiter simul. Et hoc sufficit ad argumentum illud.

Ad qiinrtuiu principale dicitur quod forma arguendi non valet, aut nihil concludit contra conclusionem. Si autem reducatur ad debitam formam, dicendo sic : In quotcumque locis Deus pote›t facere substantiam naturalem simul esse modo sacramentali, potest cam in tot locis facere simul esse, vel ponere, modo locali et suæ naturo convenienti,etc., — tunc sic. negatur illa major : quia substantiam naturalem coi poris Christi esse in multis locis localiter. implicat contradictionem; non autem illam esse simul in mullis locis non localiter, sed sacrameiitnliter, ut sepe dictum fuit. Nec valet probatio majoris : quia ad faciendum substantiam esse simul in pluribus locis localiter, vel modo convenienti suæ naturo, non sufficit unum miraculum; immo requi-

(a) *rtimentia. — divitia* Pr.

relur positio (t) impossibilium vol iiicompossibilium, scilicet quod duo contradictoria essent simul vera.

De responsione vero quam recitat arguens, dicendum est sicut prius dictum fuit, in simili, respondendo ad primum argumentum eorum qu® primo loco contra istam conclusionem inducta sunt : scilicet quod conversio non est formalis ratio corpori Christi essendi in hoc loco, sed potius species panis, quibus mediantibus comparatur ad locum, non tamen localiter, sed sacramentaliter.

Nec obstat quod tales species non insunt formaliter corpori Christi. Sufficit enim quod infuerint substanti® panis, cui substantia corporis Christi successit, et habel aliquam praesentiam vel unitionem aut alligationem ad illas species; sicut quantitas informans corpus humanum est formalis ratio animæ intellecti v® essendi in loco, licet non insit animæ formaliter, nec econtra, propter aliqualem unionem eorum in tertio, scilicet corpora· humano; potissime quia corpus Christi non est in hoc loco ul in loco, nec ul subjectum *ubi* vel *situs,* et sic nec formaliter in loco proprie.

Cum autem ulterius dicit quod possibile est novitatem esse circa posterius, nulla facta novitate circa prius, etc.; — dicitur quod impossibile est ponere novum respectum sine novitate vel innovatione facta circa aliquod absolutum, ut alias dictum est (6). Talis autem novitas non apparel in proposito alia, qu® sufficiat ad novitatem praesenti® corporis Christi in loco vel sacramento, nisi nova inceptio alicujus, vel conversio alicujus prius hic locati in corpus Christi, vel motus unius ad aliud. Primum et tertium non possunt dari. Ergo oportet dare secundum. Sed de hoc in sequenti quæslione latior erit sermo. Et licet non omne prius innovetur ad innovationem posterioris, tamen aliquod sic innovalur; sicut subjectum, ad innovationem propri® passionis, qu® natura posterior est. El muli® ali® instanti® dari possunt.

Ad quintum, negatur antecedens, sicut implicans contradictionem. Quod enim diffinitive est in aliquo loco, sic est ibi, quod non alibi. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 5, in solutione primi, sic dicit : « Corpus Christi non est in hoc sacramento diffinitive : quia sic non esset alibi quam in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum; cum tamen sit in cado in propria specie, et in multis aliis altaribus sub specie sacramenti. » — Hæc ille. — Similia dicit, praesenti distinctione, q. 1, art. 3, in solutione secund® quæstiuncul®. Et, I p., q. 52, art. 2, sic dicit : « Diversimode e«se in loco convenit corpori, et angelo, el Deo. Nam corpus dicitur esse in loco circumscriptive, quia commensuratur loco; angelus autem non circumscriptive, quia non commensuratur loco, sed diffinitive, quia ita est in uno loco quod non in alio; Deus autem neque diffinitive, neque circumscriptive, quia est ubique, i — Hæc ille.

Tunc ad probationem antecedentis negati, dicitur primo, quod, datu casu illo, qui multis apparet nn ·? ·sibilis, angelus esset sub speciebus panis conversi in angelum, modo sacra men tali. Nec oporteret quod esset ibi diffinitive, sicut nec corpus Christi est diffinitive sub speciebus sacramenti. Unde, praesenti distinctione, ubi statim allegatum est (q. 1, ari. 3, qh 2), dicit sic sanctus Thomas : a Ad hoc quod aliquid sit in loco diffinitive, duo requiruntur. Primum est, ut competat ei ibi esse; quia quod non est in aliquo loco, non potest illo loco diffiniri. Secundum est, quod sil ibi sicut in loco commensurato aliquo modosu® quantitati, vel virtuti. Corpus enim bicubitale (a) non diffinitur loco unius cubiti, quamvis aliquo modo ibi sil; neque anima est diffinitive in manu, quia etiam est in aliis partibus, eo quod non est in manu secundum suam totam virtutem. Et ideo omne quod habet quantitatem finitam, vel virtutem finitam, oportet quod sit diffinitive in loco in quo est. Et ideo angeli diffinitive sunt in loco; non tamen Deus. Corpus autem Christi, quamvis secundum veritatem (6) sit sub speciebus, non tamen competit ei esse ibi ratione sui : quia nec ratione sux» quantitatis, ut dictum est (art. 2), nec ratione suæ virtutis, sed ratione illius quod in ipsum conversum est ibi praeexsistens, cujus dimensiones corporis adhuc manent, quibus ad locum illum determinabatur. Et ideo non diffinitur illo loco; sed simili modo potest esse alibi, ubicumque fuerint dimensiones panis conversi in ipsum. » — Hæc ille. — Item, ibidem (arg. Sed Contr. 2°"), arguit sic : « Omne quod potest sine sua mutatione alibi esse quam hic, non est hic diffinitive; propter hoc enim ponimus angelos moveri, quia loco diffiniuntur. Sed corpus Christi potest alicubi esso quam sub istis speciebus, sine omni mutatione sua, vel spccierum; puta si alibi corpus Christi consecratur. Igitur non est hic diffinitive. *n* — Hæc ille.

Dicitur secundo, quod, pûsito, sed non concesso, quod angelus esset in loco specierum diffinitive, et modo naturali, qualis jiotest angelo competere, non tamen oportet quod simul cum hoc esset alibi naturali modo. Quia possibile est angelum nullibi esse localiter; iinmo nunquam est alicubi localiter, proprie loquendo, sicut subjectum vel *ubi* vel *situs;* nec est in loco sicut in loco, per se, sed per accidens, ratione corporis ab eo assumpti, vel moti, vel aliqualiter sibi uniti aut alligati. El ideo, casu illo, non oportel quod esset simul in duobus locis loca-

ia) ponho — opjiontio Pr.
C) CTr ÐI I hojui *Quarti,* q. 1, »il. 3, § I, I, ad 3«"'.

ta) *bicubitale.* — *cubitale* Pr.
(6) veritatem. — *virtutem* inani Pr.

liter; immo nec alicubi localiter, proprii· loquendo. Et de hoc satis dictum esi, 2. *Sentent.* (disl. 2, q. I).

El ista possunt sufficere ad argumenta Scoti.

III. Aci argumentum Aureoli. — Ad dicta Aureoli contra earndem conclusionem, dicitur, negando antecedens prima· forma·. Quia, sicut dictum fuit (ad primum eorum <jua· secundo loco objicit Scotus), idem corpus esse in diversis locis (a) localiter, implicat contradictionem primi modi, scilicet affirmationem el negationem de eodem subjecto invicem. Sequitur enim ex hoc prima contradictio, quod idem corpus est comprehensum a loco, el idem corpus non est comprehensum ab eodem loco. Secunda est, quod idem corpus ℓ locatum, et idem non est locatum. Et multæ alia.· contradictiones, superius deducte ex dictis sancti Thoma·. —Cum autem dicit arguens, quod in illo casu non sequitur quod corpus idem pluriiicetur, sed (€) situs, etc.; — dicitur quod ex illo casu sequitur quod corpus non plurificalur, cum maneat idem in duobus locis; el, simul cum hoc, sequitur quod idem corpus pluriiicetur, et non maneat idem, nec unum, nec indi visum : quia, si esi in hoc loco localiter, ergo nihil ejus esi exim hunc locum; ergo omne quod esi in alio foco localiter, esi aliud ab islo corpore, el ah omni parte ejus, el non esi hoc corpus, nec aliquid corporis hujus; igitur exsistens in secundo loco non est idem cum exsistente in primo loco, sed aliud; et sic >unt duo distincta corpora. Et ista sufficiant Aureolo.

Ad argumentum contra quæstionem, responsum est supra, in probatione secundas conclusionis, |»er dicta beati Thomœ (4. Sentent.· disl. 10, q. I, ari. 1, ad 5um) in forma respondentis ad illud.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen,

QUÆSTIO II.

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IX EUCHARIMTE SACRAMENTO, VEL CHRISTUS TOTALITER

ERUM, circa decimam distinctionem, qmoritur : Utrum corpus Christi sit in Eucharistia· sacramento, vel Christus totaliter.

El arguitur qùod non. Quia Christus incipit esse in hoc sacramento per conversionem panis el vini. Sed manifestum esi quod panis el vinum non possunt converti neque in divinitatem Christi, neque in ejus animam. Cum ergo Christus exsistat ‹ x tubus substantiis, scilicet divinitate, anima, et corpore, videtur quod Christus non sit lotu^ in hoc sacramento.

In oppositum arguitur. Quia dicil Ambrosius, in libro *be* iis *qui mystcms initiantur* (cap. 0) : *In iulo sacramento totus Christus est.*

In hac quaestione tres erunt articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quoti Christus est totus et tulnllier in hoc sacramento, quoad omnem sui substantiam.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 1, dicens : ‹i Omnino neeesse est confiteri, secundum fidem catholicam, quoti totus Christus sit in hoc sacramento. Sciendum «t tamen quod aliquid e>l in hoc sacramento dupliciter uno modo, ex vi sacramenti; alio modo, ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti est sub speciebus hujus sacramenti id in quod directe convertitur substantia panis el vini praeexsistens, prout significatur per verba forma·, quæ sunt effectiva in hoc sacramento, mcul et in caderis ; puta cum dicitur, *Hoc est corpus meum, Hic est* sanguis *incus.* Ex nalurali autem concomitantia est in hoc sacramento illud quod esi realiler conjunctum ei in quod prædicla convetsio terminatur. Si enim aliqua duo sunt realiler Conjuncta, ubicumque est unum realiler, oportet et aliud esse. Sola enim operatione animæ distinguuntur quæ sunt realiler conjuncta. » — Hæc ill··.

liem, q. 75, art. 6, in solutioue secundi, sic <licit : « Anima est forma cor|>oris, <lans ei lotum ordinem esse |H!iT«\livi, scilicet esse, el essecor|X>reum, el esse animatum, et sic de aliis. Convertitur ergo forma panis in formam corporis Christi, secundum quod dal esse corporeum, non autem secundum quod dal esse animatum tali anima. » — Hæc ill»·.

Similia pomi, praesenti distinctione, q. I, art. 2, in solutione prinue qme&tiuncula·.

Hem, disl. 11. q. 1,art. I. qh 3, arguit sic, secundo loco ; « Illud quod non mutatur in aliquid corporis Christi, oportet quod po>l consecrationem inaneal. Sed forma substantialis panis non convertitur in aliquid corporis Christi : quia, si converteretur, oporIeret quod converteretur in animam, qua·

( ) *divertit locit — eodem loco* Pr
( ) *ted. — tecutulum* Pr.

est forma substantialis corporis Christi, in quam non convertitur aliquid. Eryo forma substantialis puis manet sicut accidentia. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: ‹ Dicendum, inquit, quod anima non est forma quæ perficiat uniformiter suum perfeciibile in loto et in omnibus partibus; unde ſingula partes ex anima consequuntur perfectionem eis proportionabilern. Unde, quamvis in animam Christi, secundum quod est perfectio totius, non convertitur aliquid; tamen substantia panis tota, et quantum ad materiam, et quantum ad formam, convertitur in ipsum corpus Christi lotum, secundum quod intelligitur accepisse congruentes perfectiones in singulis partibus, quia aie est organicum, el propria materia animæ. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Ubicumque est aliqua causata el integra substantia Christi, est quælibet substantia Christi. Sed in Eucharistia est aliqua causata substantia Christi, puta caro et sanguis. Ergo ibi est quælibet substantia Christi, puta divinitas, anima, et sic de aliis partibus huinanæ nature.

Secunda conclusio esi quod In Euchnrlktin est lotus Christus totalltnte quantitatis diinviislvre, sic quod loin quantitas dliiiensiva corporis Christi est in hoc sacramento.

.Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 4, ubi sic dicit : « Dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento : uno modo, ex vi sacramenti; alio modo, ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti, quantitas dimensiva corporis Christi non est in hoc sacramento . ex vi enim sacramenti est in hoc sacramento illud in quod conversio directe terminatur; conversio autem quæ Iit in hoc sacramento, terminatur directo nd substantiam corporis Christi, non autem ad dimensiones ejus; quod palet ex hoc quod quantitas dimensiva panis remanet, facta consecratione, sola substantia panis transeunto. Quia (i) tamen substantia corporis Christi realiter non dividitur a sua quantitate dimensiva el ab aliis accidentibus, inde est quod, ex vi realis concomitſantia est in lioc sacramento tota quantitas dimensiva corporis Christi, et omnia alia accidentia ejus.n — Hæc ille.

Item, art. 3, sic dicit : ‹ Quia in hoc sacramento substantia corporis Christi est ex vi sacramenti, quantitas autem dimensiva ex vi realis concomitſantia ideo corpus Christi est in hoc sacramento per modum ſubstantia id est, per modum quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, id est, non per illum modum quo quantitas dimensiva alicujus corporis est sub quantitate dimensiva loci. Manifestum est autem quod natura ſubstantia lota est sub qualibet parte dimensionum, sub quibus continetur, etc. »

Item, ari. 4, arguit sic, primo loco: ‹t Totum corpus Christi continetur sub qualibet parte hostile consecrata». Sed nulla quantitas dimensiva lota continetur in aliquo loto, el in qualibet ejus parte. Ergo impossibile est quod lota quantitas dimensiva corporis Christi contineatur in hoc sacramento. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod modus exsistendi cujuslibct rei determinatur secundum illud quod inest ei perse, non autem secundum illud quod est per accidens; unde et dulcedo est in visu secundum modum albe· dinis, et non secundum modum dulcedinis. Quia ergo ex vi sacramenti hujus est in altari substantia coi puris Christi, quantitas autem dimensiva est ibi concomitan1er et quasi per accidens, ideo quantitas dimensiva corporis Christi est in hoc sacramento non secundum proprium modum, ul scilicet sit totum in loto, et singulæ parles in singulis partibus, sed per modum subslantiii·, cujus natura est tola in toto,€‘t tota in qualibet parte, v — Hæc ille.

Idem jionit, prima quiolione hujus distinctionis, ari. 2, in solutione terliie et quarta? quaestiuncularum.— Item, septimo *Quodlibcto,* art. 8, ponit idem.

Ex quibus possunt formari rationes pro conclusione. — Prima sic : De ratione corporis vivi est organizatio, quæ requirit diversum silum partium. Silus autem præsupponit quantitatem. Ergo oportet quud Corpus Christi, si sil vivum in sacramento, quod sil ibi sub propria quantitate. —Secundo sic : Subjectum nunquam separatur a propria passione. ſ<?<! ſubstantia corporalis propria passio est quantitas dimensiva. Ergo, cum substantia corporis Christi sil sub sacramento, et quantitas ejus dimensiva erit in sacramento. — Tertio : Totalilas corporis attenditur secundum Malitatem quantitatis ejus, quia secundum quantitatem dividitur, et habet partes. Sed,secundum Augustinum, totus Christus manducatur in sacramento. Igitur est ibi secundum totam suam quantitatem. — Quarto sic ; Impossibile est aliquid esse alicubi secundum partem quantitatis, et non secundum totam, nisi divisa quantitate ip-ius. Sert quantitas corporis Christi non dividitur actu, quia corpus illud est incorruptibile. Igitur, cumin sacramento contineatur aliquid quantitatis ejus, impossibile est quin contineatur ibi tota. — liem : Quandocumque duo sunt realiter conjuncta, et neutrum excedit reliquum, sed utrumque adicqual alterum, ubicumque est realiter unum illorum, el reliquum. Sed sic est de corpore Christi ct ejus lota quantitate. Igitur, etc. Dico autem notantor, quando neutrum excedit reliquum, propter instantias ipiæ possent dari de divinitate respectu humanitati^ ăssumpta , et de anima respectu suarum potentiarum.

El in hoc primus articulus terminatur.

AHTIGULUS II.

PON UN T UH OBJECTIONES

§ 1. — CONTHA PIUM.VM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones, El quidem contra aliqua contenta in declaratione primæ conclusionis, scilicet quod ex vi sacramenti continetur in Eucharistia anima rationalis, non inqunnlum anima, sed inquantlim dal corporeum. Et quidem supponitur quod in €hri non est aliqua forma substantialis pr.rivr animam rationalem, qmn dat et ose substantiam, el esse coipus, Ct esse animal, el esse hominem, etc. Arguit Scolu ' dial. II, q. 3).

Primo sic : Quia, si hostia consecrata in cœna a Christo, in pyxide fuisset conservata, in triduo permansisset ibi eadem res primo contenta. Illud autem in quod fiebat primo conversio, non fuit materia prima, nec accidentia, nec compositum ex materia et accidente; ergo compositum ex materia el forma substantiali. Illud ergo semper mansisset in triduo. Sed tunc non erat compositum ex prima materia ct anima intellectiva : quia Christus fuit voie mortuus in cruce; el ila anima intellectiva vere fuit *»parata. Sed non |M)l‹·›l simul es‹e separata el unita corpori. Igitur.

Secundo. Quia terminus hujus conversionis oportet quod sil ens reale; quia conversio est realis. Sed anima intellectiva, ut dat esse coqxireiim, distinguendo contra esse intellectivum, secundum te, non € esse reale, ĕd tantum quoddani abstractum per artum intellectus, ›i‹ ut commune o'I aliquid pneter singularia. Secundum te ergo ista conversio non Idlest esse in animam ul esi dans esse corporeum.

Tertio sic arguit Illud corpus quod ṗoni terminum conversionis primum, est corpus mathematicum, aut corpus naturale; non enim distinguit Philosophus corpus in plura. Si mathematicum, ergo includit actu quantitatem; ergo quantitas esset ibi primo ex vi conversionis; nec erit transsulrttantiatio, sed transaccidentntio, si accidens perse requiratur in termino. Si sit corpus naturale, ergo esi nalunde per formam substantialem, vel |wr qualitatem. Si primo modo, habetur propositum, quod illa forma non est anima intellectiva. Si secundo modo, cum qualitas naturalis pncsup|M)nat quantitatem, adhuc habetur propositum, quod primus tei minus conversionis includit materiam cum quantitate el qualitate; el ila erit dupliciter ens per accidens.

Quarto. Quia non efficacioia sunt verba ĕu|M sanguinem, (piam super corpus. Sed dicendo, *//ir est xanguûl,* vel, *Hir c.›t calix sanquinis mei,* non potest ibi fingi terminus conversionis sola materia sub modo qu.mlilnlivo : quia illud non ₵ sanguis; cum sanguis dirai aliquam sulrtantiam quæ generatur a nutrimento sumpto, ‹4 e·»! proximum convertendum (x) in carnem; nec generaretur, nec converteretur, nisi balaret propriam formam substantialem.

Quinto. Quia, cum dicitur, /for est corpus, corpus *(C)* non |KHulnr ad distrahendum de veritate čarni et el hujusmodi, ĕd potius ut includit omnes partes ejus quod e›t primo animabile. Sed, µ dio ielui. *Hire ent caro,* vel os, fictio videretur ponere terminum conversioni·!· esse tantummodo materiam sub modo quantitative, vel materiam Fine ferma substantiali· Ergo multo magis in proposito, accipiendo corpus ut ₵ quoddam includens omnia illa, sicut hic accipitur.

Sexto. Quia ista via non solum non salvat sufficienter veritatem Eucharistiae, sed nec ǎlvat veritatem rei contvnl.e in Eucharistia, ›xilicet (γ) veritatem corporis et smguims Christi. Quia, sicut in exsistentia materiali, ita el in Eucharistia erat idem corpus vivum et mortuum, ut probatur per multas anetorilaṫe Sanctorum. Similiter nec identitatem ǂanguini effusi super terram de latere Christi mortui — lla?c ille, cum multis aliis rationibus addučti Miper 2. *Sentent,* (dist. 15, q. l i, in materia de phinlnle formarum in homine; quæ non sunl ad ṗlacui propositum; ideo non recitantur (0).

II Argumenta Aureoli. — Contra eamdem com lusionem arguit Aureolus (disL l 1,q. 4, art. 1), et secundum idem, tripliciter.

Primo. Quia (piando aliqua differunt sola ratione, impossibile est quoi |›er aliquam actionem attingatur unum, el non aliud Sed anima ul dat esse ĕoi|K»r» ṗ te, sula ratione differt a seipsa ut dat ĕs intellectivum. Transsubstantiatio autem est actio realis Ergo impossibile ₵ quod attingat animam ut dal e^se corporeum, quin attingat eam ul dat esse intellectivum. Ergo vi conversionis œque directe anima ‹› in sacramento ut dal esse intellectivum, ṙvul ul dal ṡse corporeum. Ergo videtur contradictio, quod terminus conversionis sit anima dans esse Corporeum, el, ul esi intellectiva, ṙt tantummodo terminus per cuncomiUmtiam.

Secundo sic : Nam Innocentius, in *de Of/icto* (‹) (lib 4, c. 7), dicit : *E(jo,* inquit, *vitam a ternam habere desidero; ideo carnem Christi comedo, veraciter illam quam extraxit de* Γı›·· *aine.* Tunc sic : Si in triduo aliquis apostolorum confecisset : aut fuisset illa caro quæ hodie est; aut

(1) *t<uirerlciiduin. — »-uHvc»lf»nh* Pr.
(ὐ) a·» j»uf. — Om. Pr
(γ) sci/krı/. — *iecundmn* Pr.
β) (Tr. vol. I. ρμ <4
ii) Innoc»-nlius III. Pont mix ,c^t auctor huju› tractatus, qui habet etiam titulum *de Sacro Altaru* niyiienu.

non. Si sic, habetur propositum; quia illa caro quæ tunc fuit, non includebat animam Chrisli ut dat esse corporeum, sed aliam formam camis. Si vero non sit eadem caro quæ hodie est in Eucharistia, et illa quæ fuisset in triduo, ergo non est sacramentum semper uniforme. Et sequitur ulterius, quod illa caro quæ est hodie, non est illa a qua fluxit sanguis in cruce, et quæ jacuit in sepulchre; quia sanguis exivit a carne separata ab anima rationali, ul habetur, Joan. 19 (v. 33 et 34). Similiter, sequitur quod hodie non fit transsubstantiatio in sanguinem qui emanavit de Christi latere, quia ille non erat animatus.

Tertio sic, ex eadem auctoritate. Nam dicitur ibi ; *Illam carnem manduco, quam Christus de Virgine traxit.* Sed constat quod Christus non traxit de Virgine animam, cum anima non sil ex traduce. Igitur, etc. — Hæc Aureolus, in forma.

III. Argumenta Henrici. — Contra camdem conclusionem arguit Henricus, nono *Quodlibcto,* q 8, ubi prlmo(s), post multa argumenta quibus probat in homine esse aliam formam substantialem prater animam rationalem, infert sic Ex parte corporis, patet in quid Iit conversio : quia in corpus aliam formam habens prater animam rationalem. Item, videndum est ex parte conversionis. Quia tota substantia panis convertitur in verum corpus; quia est ibi, et non aliter nisi per conversionem. Et ideo, cum materia non sil corpus, non fit conversio m solam materiam. Tunc enim, cum minus esse habeat materia quam forma substantialis, habens majus et verius esse converteretur actione divina in minus esse; quod est inconveniens : quia, sicut Deus nulli est causa tendendi in non esse, secundum Augustinum, *Octoginta trium Qu:estionum* (q. 21), ita nec tendendi in minus esse; quia utrumque sonat in defectum. Ergo tota substantia panis non convertitur in materiam. Item nec in materiam cum intentione corporeitalis absque re alicujus ſormo quia sic non esset conversio in corpus reaie, sed rationis. Unde non iit conversio in rem quæ est anima rationalis, sicul nec in divinitatem; licet quædam nova positio dicat quod conversio fit in animam secundum quod dat esse corporeum, non autem secundum quod dat esse animatum tali anima. Sed, si hoc esset, tunc non esset conversio in corpus generatum ex Virgine, quia anima rationalis secundum nullam rationem generata est; quo<l falsum est, quia dicit Ambrosius (libr. *De* iis *qui initiantur mysteriis,* cap. 9), quod conficimus corpus quod dû Virgine est.

Secundo. Quia, si ita «ssel, tunc in triduo, anima ^parata a corpore, non potuit dici quod corpus Christi fuit m sepulchre, nisi secundum materiam. Nec fuisset lacta consecratio nisi in nudam materiam, ct non in corpus: quia deficiebat terminus conversionis; quia corpus Christ non est corpus, ut dicunt, nisi ab anima rationali; nec fuit illud corpus idem vivum et mortuum, nisi unitate suppositi. Et sic in triduo non fuissent vera verba consecrationis, *Hoc est corpus meum.*

Tertio. Si hostia consecrata ante mortem Christi fuisset servata, cum fuisset anima separata in morte, non mansisset corpus; et sic, manentibus speciebus, defecisset res sacramenti, el non fuisset corpus Chrisli sub hostia; quæsunt inconvenientia; nec possunt evadi, nisi ponendo formam aliam in homine prater animam. Fit ergo conversio in tale corpus, quod mansit in triduo idem quod prius; et consecratum remansisset, nisi quod, hora mortis in cruce, mortuum fuisset per separationem animæ. Unde dicit Guillelthus Allissiodorensis *(Summa,* lib. 4. tract, *de Euch.,* cap. 5), quod, « si corpus Christi fuisset servatum in pyxide, concedenda esset ista, *Corpus Christi moritur in pyxide.* Nec per hoc intelligitur aliqua nova proprietas advenire; sed sensus est : *anima Chrisli incipit non esse hic.* n El sic non est ponendum quod maneat materia nuda sine forma; nec quod forma cadaveris introducatur. El sic stat quod divinitas et anima non sunt in sacramento ex vi sacramenti, licet sint ibi per naturalem concomitantiam, quamdiu anima conjuncta fuit, praeter triduum. Et ideo non valet quod moderni dicunt, quod conversio iit in animam secundum quod dat esse corporeum; tamen, ul est rationalis, non est nisi per concomitantiam. Immo fit conversio in corpus quod habet aliam formam. In bruto autem, cum non sit alia forma quam anima, ei, virtute divina, fieret conversio alicujus in corpus bruti, dicendo, *Hoc est corpus bruti,* anima bruti esset ibi vi verborum, et non per concomitantiam, quoad illud quod est ibi secundum rem, licet bene (a) quoad rationem (6) vegetabilis el sensibilis; aut (γ) non esset conversio in corpus, sed tantum in materiam el partes ejus, quæ corpus non appellatur. — Hæc Henricus, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus, probando quod in Eucharistia non sit quantitas dimensiva corporis Chi isti.

Primo (8). Quia non sequitur Quantitas Christi

(il *ubi fmnio. — dicem* Pi

(«) *licet bene.* — Orn. Pr.

(β) *autem* Ad Pr.

(γ) aut. — Om. Pr

(?) Hoc argumentum et tria sequentia reportantur, quoad scosum, apud Durandum, I. *Sentent.,* dist 10, q. 2. Auctor vero ta referi justa formam quam habent apud Petrum de | Palude, pnwentl distinctione, q. 2.

non separatur n corpore suo; ergo est curn corpore in sacramento, per concomitantiam. Sicut enim locus cœli non separatur ab eo secundum contactum, qui tamen non propter hoc est in sacramento; sic videtur esse hic.

Secundo sic. Cessante causa, cessat effectus. Et ideo, cum corpus Christi sit hic propter ordinem quem habet ad species, ut substantia, non ut quantum; ergo est hic substantia, et non quantitas.

Tertio. Quia quod aliqui arguunt, valet. Dicunt enim quod non sequitur : Deus facit quod (a) calidum præsens calefactibili non (6) comparetur ei in ratione calefacientis, suspendendo actionem, el retinendo calorem (γ); ergo, licet non faciat quantitatem corporis Christi esse in se indivisibilem, quia hoc esset contradictio, potest tamen facere ipsam comparari ad species, quæ sunt extra, modo indivisibili. Hoc autem non est simile. Quia quod sequitur ad approximationem agentis ad patiens, est aliquid absolutum, quod Deus potest impedire. Sed, sicut non potest facere quod qualitates (o) unius rationis ad invicem comparai», una non sit inferior alia, vel æqualis; sic etiam nec quantitates ad invicem, quin una sit major, aut minor, aut æqualis, quo facto, sic non cornparetur dissimiliter ad lotum et partem, vel para ad partem, et totum ad totum, etc.

Quarto sic. Impossibile est quod quantitas comparetur quantitati modo natune incompossibili. Sed modus naturæ quantitatis est divisibilitas. Ergo imposibile est quod quantitas comparetur modo indivisibili. Sed, si quantitas corporis Christi præsens esset speciebus modo substanti», compararetur ad eas modo indivisibili. Igitur, etc.

Quinto (e). Quia substantia potest comparari ad locum circu inseri pli vu m mediante quantitate quam habet, el sequitur modum quantitatis; quia hoc non repugnat su» natune. Licet enim substantia non sit divisibilis aut quanta secundum se, est tamen quanta el divisibilis per accidens, ratione quantitatis sibi inhærentiS, per quam extenditur. Sed quantitas, cum de ratione sua intrinseca habeat partes positione (ζ) distinctas, et per hoc sit divisibilis, nullo modo potest sibi competere respectu cujuscumque alterius indivisibilité!' se habere; propter quod non comparari potest ad locum modo substantiae, ut tota sit sub speciebus, et tota sub qualibet parte.

Sexto. Quia anima rationalis, quæ secundum se est indivisibilis, quamvis sil m corpore quanto, et, mediante eo, sit in loco; tamen non comparatur nec comparari potest divisibiliter, seu quantitative, ad ipsum corpus quantum, nec ad ejus locum; immo ipsa tota est in corpore et in qualibet parte corporis, el similiter se habet ad locum continens corpus suum. Ergo similiter, quantitas, quæ, de se et de natura suo intrinseca, est divisibilis, quia habet pries positione differentes, quamvis sit in substantia, quæ de se est non quanta nec divisibilis, non potest ratione substanti» comparari ad aliquid indivisibiliter; sed necessario comparatur quantitative et divisibiliter, ita quod necessario se habet dissimiliter ad totum et ad quamlibet ejus partem. Et sic, si quantitas corporis Christi est m sacramento per concomitantiam ad substantiam, non apparet possibile qualiter ipsa tota esse æqualiler præsens speciebus et cuilibet parti specierum.

Septimo. Quia ubicumque est substantia in -e realiter, ibi est substantialiter; quia iste modus est ab ea inseparabilis. Ergo, similiter, ubicumque est quantitas in se realiter, est ibi quantitative; quia iste modus est sibi essentialis, vel inseparabilis. Sed illud quod inest quantitative alicui, non potest comparari ad lotum, vel ejus partem, consimiliter. Igitur ut prius. — Hæc Durandus.

II Argumenta Scoti — Contra eamdem conclusionem arguit Scotus (dist 10, q. 1), probando quod modus ponendi corpus Chrisli quantum non quantitative in Eucharistia, non sit conveniens.

Primo. Quia unumquodque, sive sit primus terminus transsubstantiationis, si\e secundus, si tamen est ibi, habet proprietates suas, qua? sibi necessario et naturaliter conveniunt. Quod probatur ex eo quod, si Deus creet substantiam quantam, vel natura generet substantiam ul concomitetur quantitas, utriusque productionis primus terminus est substantia, et terminus concomitans est quantitas; et tamen tam in genito quam in creato quantitas habet suum modum realem, sicut haberet, si primo terminaret aliquam mutationem. Et hoc probatur per rationem. Quia alia et alia (x) habitudo ad agens non variat naturam rei, hoc est, prima vel secunda, mediata vel immediata, dum tamen producatur; quia nec habitudo ad aliud agens variat naturam rei act®, secundum Augustinum, 3. *de Trinitate* capitulo 9. Non ergo carebit quantitas suo proprio modo naturali, prtfpter hoc tantum quia non est primus terminus transsubslantiationis, dum tamen sil ibi realiter, sive primo, sive secundo, per illam mutationem.

Secundo sic. Si per conversionem sit terminus *ad quem* ubi prius fuit terminus *a quo*, ergo modus essendi hujus el illius erit similis (ille saltem qui

(a) *quod.* — Orn. Pr.
(<5) non. — niti Pr.
(v) *ergo* in *se non est calidum, vel calefactivum.* Ad.— Pr'
($) *qualitates.* — *quantitates* Pr.
(<) Hoc argumentum et duo sequentia inveniuntur, etiam quoad formam, apud Durandum, dist. 10, q. 2.
(ζ) *positione.* — *positbiles* Pr.

(a) *et aha.* — Om. Pr,

ossecomintini^utriqueh Sc<l ponis conversus, erat hic qiinnlitative, suo modo: quia sub quantitate. ℏalari partem exim |mrh»m. Eigo et ℧h-slanlh ℭmpiri Christi, exsistens hi< e\ \ι »·ou-verrionis, erat hic mio modo, quantitative, halwns gdlicrt partem siihslantiæ sub prie qunntitatts; ct tunc quantitas ejus erit hic proprie dimensive.

Tertio. Quia positio qua? est differentia quantitatis, necessario est in quanto continuo |>ermainmti. El istam oportet silvnri in pnqiositti, qu.v scilicet dial ordinum parlinm in toto non enim est intelligvre aliquid r—‹· dimeii-iuiintmu. quin sil significare in l<ito ordinem hujus pailn ad illam secundum quantitatem interminatam. — 11w ille.

III Argumenta Aureoli. — Contra eamdem arguit \uieulns (dist 10, q. 3, art. 2), probando quod non idro quantitas coqioris Christi in Eucharistia ℧lisohitm a legibus quantitatis quia non e>l ibi nisi per cnncomilanliam.

Primo. Quia, secundum le, dimensiones interminate non Mint in materia, ni>i per fui mani : ita quod cuncomilnntUr formam in materia ; el generatio, quæ |H»r se terminatur ad formam, terminatur secundario el pei accidetis ad quantitatem; el quantum dat generans de forma, tantum dat de «pi.Hililale. Sed, hoc non obstante, quod quantitates sint in materia per concoinitanliam, non absolvuntur in so a legibus quantitatis; alias omne coipus e^-.t indivisibile secundum suam quantitatem , etc.

Secundo. Quia. >i ratio tua sil Imiiu i, quod (plia substantia est ibi sine legibus quantitatis, ideo ill;»-dimensiones sint sine proprietatibus ℧quantitati eo quod sunt ibi |mt concoinitanliam substantia»; per eamdem rationem, sequitur quod islæ dimensiones ibi sint ad indivisibilitatein rêductæ, quia sunt ibi modo subslantiæ, quæ do se indivisibilis est.

Tertio. Quia omne accidens, etsi sil posterius suo subjecto, in illo tamen posteriori quo advenit subjecto, |wiil suum effectum formalem et suarum ℧num circa subjectum : sicut albedo, in posteriori quo advenit subjecto, dat esse album. Sed, |»er te. in Sacramento Altaris est vera quantitas corporis Christi realiter, licet per accidens. Ergo in illo inferiori dabit esse quantum corpori, et alias ℧ne quantitatis.

Qiinitu. Illud quod concurrit cum substantia ad fundandum ordinem ad divisibilitatem, videtur haltere per ℭ ordinem ad illam. Sed quantitas cum militantia concurrit ad fundandum illum ordinem. Quia illa substantia corporis Christi, aut est divisi-ℬili aut indivisibilis. Si, ut fundat illum ordinem partiunt ad invicem, sit divisibilis; ergo per quantitatem; et habetur propositum. Si sit indivisibilis; ergo non habet partes; el sic corpus Christi in sacramento non habet caput, nec (a) plura membra. — Hire ille, in forma.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ I. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supra dictis. Et quidèin

Ad primum &oti rontra primam conclusionem, dicitur qtiod, in illo casu quem tangit argumentum, imlem inudo ℑsca in Eucharistia res primo ibi contenta, eadem numero vel specie, sicut remandit eadem extra Eurliaristiain, puta in sepulchre vi l supra terram. Nec oportet dare majorem identitatem corpori ve! sanguini Christi pro tunc in Eucharistia, quam habuerit pro tunc extra Eucharistiam. Corpus autem et sanguis Christi in triduo n<»ii fuerunt extra Eucliaiisliaiu eadem <pi;e prius, identitate >pecifiea. propter unitatem alicujus formæ sulttdnntialis rmàanenlis in roijmre Christi vel sanguine mortuo, el prius exsistentis in vivo; sed fueninl eadem numero propter liia, scilicet propter unilaleni materiæ, propter unitatem suppositi, et propter unilaleni ejusdem esse actualis exsistentia», se< undiim quod declarat Ifernardus de (jannalo in inipiignali<»nibus *Qitodlibrli* 9 Henrici, q. B, el 1 *QuoiUib.,* q. 4, et 2. *Quodlib.,* q. 2 el 3. Item sanctus Thomas, 3 p., q. Γ0, art. 5, sic dicit: « Hoc quod dito *fiunplicitrr*, potest dupliciter accipi. Uno inudo, prmil *simpliciter* idem est quod ubsosiciil *simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur,* ut Philosophus dicit (2. *Topicorum t* cap. tilt.). Et hoc modo corpus Christi mortuum et vivum, fuit simpliciter idem numero. Dicitur enim riuipli» iter aliquid esse idem numero, quia esi idem diippo-il<i. Corpus autem Christi vivum el morimini, fuit ℑqq»osilo idem : quia non habuit aliam byposlasim, vivum el mortuum, pncler hypostasim Verbi Dei. El hoc rnodu loquitur Athanasius, in EpMola ad Epictetum, «licens : *Circumciso corpori, ct potato, ct manducanti, ct laboranti (C), ct* in *lujnn af/ito inerat impassibile ct incorporeum Hei Verbum; hoc erat in scpulchro positum,* Alio modo, *simpliciter* idem est quod *omnino* vel *totaliter.* El sic corpus Christi vivum et mortuum, non fuit simpliciter idem numero : qnia non fuit totaliter idem, cum vita sil nliqnid de essentia corporis viventis; est enim pnedicaluin essentiali»,

(a) *nee,* — **nui Pr.**
(A) **el** *tabfininh. ℑähorauti* **Pr.**

non accidentale; unde consequens est quod corpus quod desinit esso vivum, non totaliter idem remaneat· Si autem diceretur quod corpus Christi mortuum, totaliter idem numero remaneret, sequitur quod non esset corruptum, corruptione dico mortis; quod est hæresis Gaianitarum, ut dicit laidorus (8. *Ethimolog.,* cap. 6), et habetur in Decretis, catis. 24, q. 3 (can. *Quidam autem).* Et Damascenus dicit *(de Fid. Ort.),* in tertio libro (c. 28) quod *nomen corruptionis duo significat : uno modo, separationem animæ a corpore. el alia hujus·modi, alio modo, dissolutionem in elementa. Ergo incorruptibile dicere corpus Domini, secundum Julianum ct Gaianum, secundum primum corruptionis modum, ante resurrectionem, impium est; quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec in veritate mortuum c>sel, nec secundum veritatem salvati essemus. Secundo modo autem, corpus Christi fuit incorruptum.* › — Hæc ille. — Item, tertio *Quodlibcto.* ari. 4, quæril : Utrum oculus Chrteti post mortem fuerit æquivoce oculus. Et respondet sic : « /Equi vocum et univocum dicuntur secundum rationem diflinilivam eamdem, vel non eamdem (a). Kalio autem diflniliva cujuslibel speciei sumitur a forma spedfica ipsius. Forma autem specifica hominis est anima rationalis. Unde, remota anima rationali, non potest remanere homo univoce, sed tantum æquivoce. Oportet autem idem accipere in partibus quod est in loto : nam sicut anima se habet ad totum corpus, ita pars animæ se habet ad partem corporis ut visus ad oculum, ut dicitur, 2. *de Anima* (l. c. 9). Unde, Separata anima a corpore, sicut non dicitur homo nisi æquivoce, ita nec dicitur oculus nisi tequivoce; et hoc indifferenter, sive præsupponatur alia forma substantialis in corpore ante animam rationalem, ut quidam volunt, sive non, ut magis videtur consonum \erilati. Quodeumque enim principiorum essentialium subtrahatur, jam non remanebit eadem ratio speciei; unde nec nomon univoce dicetur. Solo autem hoc modo recedente anima, remaneret corpus humanum et ejus paries secundum eamdem rationem speciei, si anima non uniretur corjK>ri ut forma. Sed tunc sequeretur quod nec per unitionem animæ esset substantialis generatio, nec per separationem corruptio; quod quidem ponere in corj»re Christi est hæreticuin, etc. n Item, secundo *Quodlibcto,* art. 1, sic dicit : a De Christo in triduo mortis possumus loqui dupliciter. Uno modo, quantum ad personam vel hypostasim; et sic est idem numero simpliciter, qui prius fuit. Aut quantum ad naturam humanam. El hoc dupliciter. Uno modo, quantum ad totam naturam, quæ humanitas dicitur; et sic Christus non fuit homo in triduo mortis; unde nec idem homo, nec alius homo, sed eadem hypostasis. Aut quantum ad partes humanæ naturæ; et sic anima quidem ornninn fuit eadem numero, eo quod non est transmutate; secundum corpus vero fuit idem numero secundum materiam, sed non secundum formam substantialem, quæ est anima. Unde non potest dici quod simpliciter fuerit idem numero : quia quælibet differentia substantialis excludit idem simpliciter; anima autem est differentia substantialis; et ideo mori est corrumpi, non alterari tantum. Nec iterum potest dici quod simpliciter *(i)* sil non idem, vel aliud; quia non est secundum totam substantiam non idem, vel aliud. Dicendum est ergo quod secundum quid est idem, et secundum quid non idem : secundum materiam enim est idem; secundum formam vero non idem.» — Haec ille. — El similia dicit multis alite locis (?). Ex quibus apparet quod corpus Christi in triduo non fuit omnino idem quod ante, dum viveret; nec, per consequens, res primo contenta in Eucharistia in nocte cœnæ, et contenta in Eucharistia in triduo sepultura, fuit omnino eadem, <ed secundum quid, illo triplici modo quem ponit Bernardus de Gannato, ubi supra. Nam corpus Christi contentum in Eucharistia tempore mortis dicit quoddam compositum ex materia prima el ex aliqua forma sulislantiali dante esse corporeum, non autem esse vivum, vel animatum; corpus autem Christi viventis dicit compositum ex materia et anima rationali, prout dat es<e corporeum de genere substantia» ipsi materiæ; constat autem illa duo composita non omnino esse idem, ut sæpe dictum fuit.

Verumtamen ad istud argumentum potest dici aliter: scilicet quod, in casu argumenti, sub Eucharistia contineliatur materia prius informate ab anima; et similiter anima Christi, prout continet virtualiler formam corporeitatis, non quidem ut informans materiam, sed assistens illi. Et hanc solutionem ponit Hervæus. in tractatu *de Pluritate formarum* (γ), respondendo ad centesimum quadragesimum tertium argumentum, quod est tale, in forma : c Ponatur quod aliquis consecrasse! in die cœnæ, et resenasset hostiam usque ad sabkitum sequens. Tunc quæro utrum corpus Christi sit sub illa hostia sacramentaliter, aut non? Non potest dici quod non : quia, manente hostia, videtur manere ibidem corpus Christi sub hostia. Si autem ponatur côrpus Christi esse sub hostia,

(a) *dicuntur tccundum rationem dif/mituam eamdem, vel non eamdem. — tccundum rationem diffinitivam dicuntur eamdem* Pr.

(i) *simpliciter,* — Om. Pr.

(0 Cfr. pneoertim, 3. *Sentent,,* dist. 22, q t, irt. t.

(γ) Hic tractatus Hcrvrl non est ille qui typb full edituw Venrtiis. ann. 1513, et qui potius est *de unitate formarum.* Nec etiam est alius qusdem auctoris, vt fere ejusdem rationis, de quo exstat codex inanusciiplus in Bibliotheca Vaticana, n· 862. Opus ex quo Capreolus hoc argumentum deprompsit, usque nunc reperire non potuimus.

quæro : utrum corpus Christi vivum sit sub en, aut corpus Christi mortuum? Non corpus Christi vivum: quia tunc non erat vivum. Nec corpus Christi mortuum, nisi remanserit aliqua forma corporeitalis, quæ fuerat in vivo, in quam facta fuerat illa conversio : quia, si nova forma est introducta in morte, in quam non fuit conversa forma panis, illa forma corporis mortui non esset sub sacramento virtute sacramenti, sed sola materia prima. Ergo oportet ponere in Christo aliquam formam corporeitatis, praeter animam, in quam fiat illa conversio praediata, » Ecce argumentum, quod est virtualiter idem cum argumento Scoti. Sequitur responsio : c Dicendum, inquit, quod, secundum quosdam, corpus Christi mortuum, esset, stante hypothesi, sub sacramento solum quoad materiam. Aliter potest dici : quod corpus mortuum potest dici illud quod per mortem est generatum; et tale corpus mortuum, est cadaver (cadaver enim non corrumpitur per mortem, quia quod est corruptum jam non tot; sed magis genitum); el tale corpus mortuum, non esset sub sacramento, stante hypothesi, virtute sacramenti, nisi solum quantum ad primam materiam. Alio modo dicitur corpus mortuum, corpus quod fuit vivum, quod per mortem tot corruptum; et tale corpus mortuum, idem tot realiter quod homo mortuus; et tale corpus mortuum, stante hypothesi, fuisset in sabbato in sacramento, quantum ad suas partes, ꝙua sunt anima rationalis el materia prima, quæ in morte cujuslibet hominis remanent, licet divisim. Et si dicatur contra hoc, quod non remanerent divisim, si conjungerentur in sacramento; — dico quod, licet secundum esse sacramentale quo sunt in sacramento unirentur, non tamen unum unitur alteri ut forma materiæ. Prima quidem unio non repugnat morti, sed secunda. Unde, quantum ad divisionem oppositam secundae unioni, stante hypothesi, adhuc remanerent divisa in morte, t» — Hæc ille.

Et hæc sufficiant ad primum Scoti.

Ad secundum, negatur minor, scilicet quod anima rationalis, ut dat esse corporeum, non sit ens reale, sed tantuin rationis. Nec valet probatio per simile de communi abstracto a singularibus. Cum enim dicitur, anima *rationalis, ut dat esse corporeum, prêter* eoe *rationale,* et hujusmodi, non intendo dicere aliquod commune sic abstractum a singularibus per intellectum, nec aliquod ens fabricatum per intellectum, puta actum intellectus, aut speciem præviam actui, aut conceptum terminantem actum intelligendi, aut respeçlum rationis, vel aliquod tale; mh! dico meram realitatem animæ, prout continet in se virtualiter et realiter, licet non formaliter, formam substantialem de genere substantial, qu.e nata est dare materiæ vel composito esse corporeum, et non esse vivum, vel animatum, aut rationale, eo modo quo forma superior continet inferiorem ejusdem generis subalterni. respectu subjecti capacis utrarumque. Nec etiam dicimus quod anima, ut dat esse corporeum distinctum ab esso rationali, sit in sacramento hoc modo, quod distinctio illa, quæ est mere et præcise rationis, sil primus terminus, vel pars, aut accidens, aut conditio primi termini conversionis in actu, licet in potentia fundet talem distinctionem rationum, aut distinctionum, aut respectuum rationis. Et ideo arguens false recitat positionem sancti Thomæ, in hoc quod talis distinctio sil aliquid termini conversionis. Et pro hoc mullum bene loquitur Hervæus, ubi supra, in solutione centesimi trigesimi noni argumenti, ubi sic dicit ; « Sciendum quod quando in aliqua essentia simplici inveniuntur plures perfectiones, quæ, licet in aliis rebus pluriticentur realiter, tamen in illa re simplici sunt unum realiter, el sola ratione differunt, tunc, inquantuni inveniuntur in illa principium alicujus actus secundum unam illarum, et non secundum aliam, illa una el eadem realis essentia dicitur secundum alteram illarum perfectionum per se requiri ad illum actum, el secundum alteram non requiri per se, sed concomitative se habere : sicul eadem divina essentia est natura et voluntas, et realiter est natura, et realiter est voluntas, cl voluntas et natura in ea non differunt realiter, sed sola ratione; et tamen, in generatione Filii, essentia divina ut natura est per se principium productivum, sed ul voluntas habet se concomitati ve; non quin essentia, quæ realiter est v(duritas, vere et realiter sit illud quod est principium productivum Filii; sed quia, ad hoc quod talis essentia sit principium productivum Filii, non requiritur quod ipsa,secundum quod est hujusmodi principium, sit voluntas ut voluntas. Et sicut, si eadem essentia esset calor, el calor diceretur calefacere secundum quod est calor, sed secundum quod est calor concomitative se haberet; ita eliain, licet illud in quod convertitur forma panis, sit realiter el essentialiter forma corporeitalis, et sit anima, tamen non est terminus in eo quod anima, sed in eo quod forma corporeitalis; quia, dato quod illa essentia non esset anima, el esset forma corporeitalis, adhuc converteretur in earn forma panis, quia verba sacramenti efficiunt quod significant, el significant conversionem fieri in corpus. Sic ergo essentia in quam convertitur forma panis, et est forma corporeitalis,et tot anima ;$edtamen est ibi concomitative inquanlum est anima, quia accidit illi ẽssentia quod sit anima, ad hoc quod fiat in eam conversio formæ panis; sicut etiam, in generatione Filii, dicitur concomitative se habere voluntas. » — Hæc ille. — Item, in responsione centesimi quadragesimi, melius facit ad propositum. Argumentum enim centesimum quadragesimum tale est : « Terminus conversionis est res verav Intentiones autem secundum quas eadem res potest ratione differre a seipsa ut est

corporea, et ut eat animata, non sunt termini conversionis, nisi per accidens. Eorum autcm quæ sunt termini per accidens ipsius conversionis, qua ratione unum ponitur esse terminus, el aliud. Ergo non potest dici quod forma panis convertatur in animam ul dat esso corporeum, sicut non convertitur in ipsam ul dat esse animatum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod minor supponit falsum, scilicet quod esse cor|>oreum et esse animatum, sive forma corporeitalis et anima, dicant intentiones logicas, sive entia rationis. Hoc enim est falsum; immo forma corporeitatis el anima dicunt res venis. Et ideo, quando ponitur quod forma hominis, secundum quod dat esse corporeum, sit terminus conversionis, non ponitur terminus per accidens, sed ponitur terminus per se. Sed si quæratur : quare etiam ipsa anima, cum sit eadem realiter cum forma corporeilalis, non sil terminus hujus conversionis per se, el secundum quod est anima? — dico quod hujus causa est, quia, dato quod illa essentia non esset anima, dum tamen esset forma corporeitalis, adhuc fieret in eam conversio; sed. si esset anima , ita quod non esset forma corporeilatis, non fieret in eam conversio. » — Hæc ille, et bene, el sufficienter ad secundum Scoti, cum precedent!bus,

A<l tertium ejus, dicitur quod corpus in quod iit conversio, est corpus naturale, el physicum, per formam substantialem , quæ est anima ut dat esse corporeum. Et ideo neganda est minor, cum dicil quod illa forma non est anima intellectiva.

Ad quartum dicendum quod, cum dicitur. *Hic cut calix sanguinis,* etc., terminus conversionis nullo modo includit animam, sed aliquam aliam formam substantialem, dantem esse corporeum el sanguineum : quia, secundum multos, anima nullo modo est forma sulistantialis sanguinis, licet sit forma substantialis omnium partium corporis, puta carnis, ossis, nervi, et similium; secus est ile sanguine, qui non est actu pars animalis, sed tantummodo in potentia. Et licet de hoc diffuse dictum sil, 2. *Sentent,* (dist. 15, q. 1), tamen hir recito dit ia sancti Thomæ in quæslionibus *de Anima,* q. 9, ubi sic dicit : « Inter omnia *esse* est istud tpiod immediatius et intimius convenit rebus, ul dicitur in libro *de Causis* (prop. 4). Unde oportet tpiod, cum materia habeat esse actu per formam, tpiod forma dans esse maleriæ, ante omnia inlelligalur advenire materia.l, el immediatius sibi messe. Est autem hoc proprium formæ substantialis, quod det materiæ esse simpliciter ; ipsa enim est per quam res est hoc aliquid· Non autem per formas accidentales habet esse simpliciter, sed esse secundum quid : puta esse magnum, vel coloratum, vel aliquid tale. Si qua ergo forma est, quæ non det materiæ esse simpliciter, sed adveniat materiæ exsistenti (a) in actu per aliam formam, non erit forma substantialis. Ex quo palet quod inter formam substantialem el materiam non potest cadere aliqua forma substantialis media, sicut quidam volunt, ponentes quod secundum ordinem generum, quorum unum sub allero ordinatur, esi ordo diversarum formarum in materia : ul puta, si (6) dicamus quod materia secundum unam formam habet quod sit substantia in actu, el secundum aliam quod sit corpus, el sic deinceps. Sed, hac positione facta, sola prima forma quæ faceret ẽss substantiam in actu, eseet substantialis, aliae vero omnes accidentale quin forma substantialis, esi quæ facit hoc *aliquid,* ul jam dictum est (quastionib. *de Anima,* q. I h Oportet ergo dicere quod eadem forma numero sil, per quam res habet quod sit substantia, et quod sit in ultima sjæcie specialissima, et in omnibus intermediis generibus. Relinquitur ergo dicendum quod. cum formæ rerum naturalium sint sicut numen, in quibus est diversitas speciei, addita vel subtracta unitate, ut dicitur, 8. *Metaphysics?* (I. c. 10), oportet inteliigerediversitatem formanim nalurnlium, secundum quas constituitur materia in diversis speciebus, cx hoc quod una addit perfectionem super aliam : ut puta quod una forma constituit in esse corporali lanium (hunc enim oportet esse intimum gradum formarum naturalium, eo quod materia non est in potentia nisi ad formas corporales; quæ enim incorporea sunt, immaterialia sunt); alia autem perfectior forma constituit materiam in esse corporali, et ulterius dat ei esse vitale; et ulterius, alia forma dat ei et esse corporale, et esse vitale, et super hoc addit esse sensitivum; el sic est in aliis. Oj»ortet ergo intelligore quod forma perfectior, secundum quod constituit materiam in perfectione inferioris gradus, simul cum materia compositum inlelligalur ul materiale respectu ulterioris perfectionis, el sic ulterius procedendo : ut|H>te (γ) materia pruna, secundum quod jam consliluta est in esse corporeo, est in potentia respectu ulterioris perfectionis, quæ est vita. El (o) exinde est quod corpus est genus corporis viventis, el animatum, sive vivens, est differentia ; nam genus sumitur a materia, et differentia a forma. Et sic quodammodo una el eadem forma, scilicet quæ constituit materiam in actu inferioris gradus, est media inter materiam et seipsam secundum quod constituit eam inactu superioris gradus. Materia autem, prout intelligitur constituta in esse sul>stanliali secundum perfectionem inferioris gradus, per consequens intelligi jxitest ul accidentibus subjecta;

(a) exiiitenli. — er *coiueqnenti* Pr
(8) >i. — Om. Pr.
(γ) in. — Ad Pr.
(ê) *Et.* — Om. Pr.

nam substantia, secundum inferiorem illum gradum perfectionis, necesse est quod habeat aliqua accidentia propria, quæ necesse est ci inesse; sicut ex materia constituta in esse corporeo per formas, statim consequitur ut sint in ea dimensiones, per quas inlelligitur materia divisibilis per diversas juries, iit sic secundum diversas juries sui possit esse susceptive diversarum formarum. Et ulterius, ex quo materia jam intdligitur constituta in esso quodam Mibstantiali, intelligi potest susceptiva accidentium quibus disponitur ad ulteriorem perfectionem Mhcipiendam. Hujusmodi autem dispositiones piwinlelligiintur formæ ut inducta' ab agente in materiam, licet sint accidentia ita propria formæ, quod nonnisi ex ipsa forma causantur in materia; unde non præintelliguntur in materia forma' quasi dispositiones, sed magis forma præinlelligitur cis, sicut causa effectui. Sic ergo, cum anima sil forma substantialis, quia constituit hominem in determinata sqiecie subslantiæ, non est aliqua alia forma substanlialis media inter animam et materiam primam; sed homo ab anima ipsa porficilur secundum diversos gradus perfectionum, ut sil scilicet corpus, el corpus animatum, et animal, el rationale. Sml oportet quod materia, secundum quod inlelligitur ut recipiens ab anima rationali perfectiones inférions gradus, puta quod sit corpus, et animatum corpus, el animal, intelligatnr simul (a) cum dispositionibus convenientibus, qmxl sit materia propria ad animam rationalem, secundum quod dat ultimam perfectionem. Sic ergo anima, secundum quod est forma dans esse, non habet aliquid aliud medium inter se ct materiam primam. Sed quia eadem forma dans ȣM· materiæ, est etiam operationis pi incipium, »o quod unumquodque agit secundum quod Osi in actu, necessc est quod anima, sicut et quælilwl alia forma, sit operationis principium. Sed considerandum est quod secundum gradum formarum m perfectione essendi e>t etiam gradus earum in virtute operandi, cum operatio sit exsistentis in actu. Et ideo quanto aliqua forma est majoris ꝑfectioni in dando esse, tanto est majoris virtutis in operando. Unde ſorma perfectiores halænl plures operationes, ct magis diversas, quam formæ minus perfectæ. Et inde est quod nd diversitatem operationum in rebus minus perfectis sufficit diversitas accidentium. In rebus autem magis perfectis requiritur ulterius diversitas partium; et tanto major, (pianto forma fuerit perfectior. Videmus enim quod igni conveniunt diversæ operationes secundum diversa accidentia, ut ferri sursum secundum levitatem, calefacere autem secundum calorem. él sic de aliis; sed tamen qnæjibct harum operationum competit igni secundum quamlibet ejus pariem. Corporibus vero animatis quæ habent nobiliores formas, diversis operationibus deputantur diverae partes; sicut in plantis alia est operatio radicis, el stipitis, el ramorum. Et (pianto corpora animata fuerint perfectiora, tanto propter majorem perfectionem necesse c-t inveniri majorem diversitatem in partibus. Unde, cum anima rationalis sil perfectissima formarum materialium, in homine invenitur maxima distinctio partium propter diversas operationes. El i.nima singulis earum dat esse substantiale, secundum illum modum quo competit operationi illarum. Cujus signum est, quod, remota (a) anima, non remanet neque caro, neque oculus, nisi æquivocc. Sed cum oporteat ordinem instrumentorum secundum ordinem operationum, diversarum autem operationum quæ sunt ab anima, una naturaliter præcedil aliam, necesse e>t quod una pars corporis moveatur per aliam ad suam operationem. Sic ergo inter animam secundum quod est molor ct principium operationum, el totum corpus, cadit medium aliquid; quia mediante aliqua prima parte movet alias pries ad suas operationes, sicut mediante corde movet alia membra ad vitales operationes. Sed secundum quod dal esse corj»ori, immediate dat esse substantiale et specificum omnibus partibus corporis. Et hoc esi quod a mullis dicilur, quod anima unitur corpori ut forma sine medio, ut autem molor unitur ei per medium. Et hæc opinio procedit secundum sententiam Aristotelis, qui ponit animam c>m· formam substantialem corporis. Sed quidam ponentes, secundum intentionem Platonis, animam uniri corpori sicut unam substantiam alteri, necesse habuerunt ponere media quibus anima uniretur corpori; quia diversæ substanlke et distantes non colligantur, nisi sil aliquid quod uniat eas; sicut posuerunt quidam spiritum el humorem esse medium inter animam et corpus, el quidam lucem, et quidam potentias animæ, vel aliquid aliud hujusmodi. Sed nullum istorum est necessarium, si aniina est forma corporis : quia unumquodque secundum quod est ens, est unum; unde, cum forma secundum seipsam det esse materiæ, secundum seipsam unitur materiæ, ct non per aliquod ligamentum. j› — Ihec sanctus Thomas. — Ex quibus apparet : primo, quod pereamdem formam sul>-stantialein homo e&t sulislanlia ct corpus et animatum ct animal et rationale, et non jver diversas formas; secundo, quod per eamdem formam, non ıɳїγ diversas, caro hominis est caro, et os est os, et si< decoleris, ⁑|ua sunt jiartes hominis in actu, et non xdum in potentia proxima vel remota; quod addo propter quatuor humores complexionales, (pii non sunt partes animalis in actu, sed in potentia proxima, puta per conversionem digestivam. Unde non est necesse dicere quod anima sil forma substantialis sanguinis, aut phlegmatis, aut cholera?.

i) *inteUiijatur timui. inteliigitur tolitm* Pr.

(a) remota. — rrntanenO' Pr.

aut melancholia», sicut dicilur quod (a) e-t forma corjjoris et cujuslibet partis animalis in actu, puta carnis, ossis, et nervi, capitis, pedis, et hujusmodi.

Quod autem prodicti humores non rint paties animalis in actu, sed in potentia, ostendit sanctus Thomas, I p., q. 119, art. 2. Et specialiter, 3 p., q, 31, art. 5(C), in solutione primi, sic dicit: « Cum Beata Virgo fuerit ejusdem naturo cum aliis fœminis, consequens est quod habuit carnem et ossa ejusdem naturo Carnes autem et ossa sunt actuales partes corporis, ex quibus constituitur integritas corporis; et ideo subtrahi non possunt sine corruptione corporis, vel diminutione. Christus autem, qui venerat corrupta reparare, nullam corruptionem aut diminutionem integritati Matris inferre debuit. Et ideo non debuit corpus Christi formari de carne vel ossibus Virginis, sed de sanguine, qui nondum est actu pars, sed est potentia totum, ut dicitur in libro *dc Generatione animalium* (lib. 1, cap. 18 ct 19). Et ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse, non quod materia corporis fuerit actu caro, sed sanguis, qui est potentia caro. » — Hæc ille. — El hoc modo intelligi debet illud quod ipse dicit, 3 p., q. 76, ari. 2, arg. 2, quod sanguis est una partium corporis humani; et similiter illud quod dicit, 4. *Sentent.,* dist. 44, q. i, art. 2. in solutione tertiæ quæstiunculæ. Ibi enim sic dicit (ad 3“·) : « Sicut elementa sunt in via generationis respectu corporum mixtorum, quia sunt sicut (Mirum materia, non autem ita quod semper sint in transeundo in corpora mixta; ita etiam humores se habent ad membra· El, propter hoc, sicut elementa (γ) in partibus universi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione universi, sicut et corpora mixta; ita etiam humores sunt de perfectione corporis humani, sicut et aliæ parles, quamvis non perveniant ad tantam perfectionem sicut aliæ partes; nec elementa habent ita jierfectas formas sicut mixta. Sicut autem omnes partes universi a Deo perfectionem consequuntur non æqualiter, sed unumquodque secundum modum suum; ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali, non tamen eodem modo sicut partes perfectiores. » — Hæc ille. — Ex quibus rideretur quod sanguis et alii humores perficiantur ab anima rationali, sicut caro et os, quæ sunt partes animalis in actu; nec hnlieant aliam formam substantialem prater animam. Sed dicendum quod hoc non habetur ex dictis sancti Thomæ, sed solum quod, sicut Deus perfleit effectivo, licet non formaliter elementa, sic anima perficit effective quatuor humores, non autem formaliter. Immo ibidem expresse ponit humores habere proprias formas. Dicit enim sic (in principali responsione) : « Est autem in homine triplex humiditas. Qu.rdam enim humiditas est in recedendo a perfectione hujus individui : vel quia illud est in via corruptionis, et a natura abjicitur, sicut urina, sudor, sanies, et hujusmodi; vel quia a natura ordinatur ad conservationem speciei in alio individuo, sive per artum generative, sicut semen, sive per actum nutritivæ, sicut lac. Et nulla talium bumiditatum resurget, eo quod non est de perfectione individui resurgentis. Secunda humiditas est, quæ nondum pervenit ad ultimam perfectionem quam natura operatur in individuo; sed est ad illam ordinata a natura. Et hæc est dupliciter. Quia quædam est, quæ haltet aliquam formam determinatam, secundum quam continetur inter partes corporis; sicut sanguis. et alii 1res humores, quos natura ordinat ad membra quae ex eis generantur, sed tamen halænt iα) aliquas formas determinatas, sicut et aliæ partes corporis; et ideo resurgent cum aliis partibus. Q'iædam \ero humiditas est in via transeundi de forma in formam, scilicet de forma humaris in formam membri. Et talis humiditas non resurget : quia, post resurrectionem corporis, šingula piles corporis in suis formis stabilientur, ut alia in aliam non transeat; et ideo non resurget illa humiditas quæ est in ipso actu transeundi do forma in formam. Hæc autem humiditas potest in duplici statu accipi, etc.i — i Lee ille. — Ex quibus apparet qifod, secundum eum, halænl formas determinatas, ex quibus potest esse transitus ad formam membri per viam generationis. Cum autem forma membrorum sit anima rationalis in homine, secundum eum. manifeste palet quod intentio ejus est quod sanguis non est pai-s hominis in actu, sed in potentia, nec habet formam hominis in actu, sed in potentia proxima. — Ex quibus ulterius sequitur quod similitudo de corporo Christi et sanguine non a alet : quia, dato quod, virtute consecrationis sanguinis, primus terminus consecrationis includeret aliquam formam substantialem, qua» non est anima rationalis; secus est de consecratione corporis Christi, ut patet per prædicta. Si vero aliquis contendat quod immo forma substantialis sanguinis Christi ot anima rationalis, — dicendum est, ut prius, do forma corporis ut est corpus. Sed tamen ex dictis Sancti Thomæ non cogimur dicere aut concedere dictam similitudinem, aut identitatem formæ corporis Christi et forma» sanguinis, nec, per consequent, euindem terminum |Kirlialem dictarum conversionum, quod scilicet anima rationalis sit partialis terminus utriusque.

El hæcsufliaunl ad quartum.

( ) *quod. — et* Pr.

( ) *Et specialiter,* 3 *q.* 31, *art* 5. — *qui est finis Summit, specialiter* Pr.

(y) *elementa.* — Om. Pr,

(a) *habent. — habet* Pr.

Ad quintum patet per prædict Non enim dicimus quod primus terminus conversionis panis sit materia sola, aut materia sub esse accidentali, sed potius quoddam compositum ex materia et forma substantiali, puta anima rationali in conversione panis, el ex materia et forma sanguinis in conversione vini. Et sic argumentum non valet.

Ad fiextnm dicitur quod ista via sufficienter salvat ea que sunt fidei, et ea quæ possunt concludi ex dictis sanctorum bene intellectis, scilicet quomodo in triduo fuit idem corpus Christi sepulti et Christi (i) vivi, ut patuit in responsione nd primum. Et ideo antecedens argumenti est negandum. Opposita vero via non potest evadere multa contraria fidei ; ut puta quod anima rationalis nunquam fuit forma substantialis corporis Christi, et quod corpus Christi per separationem animæ non fuit veraciter mortuum aut corruptum, et multa alia quæ patent ex prædictis.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, dicitur quod argumentum fundatur in falsa consequentia, puta hac : conversio terminatur ad esse corporeum et ad esse intellectivum; igitur, si per se ad primum, per $e ad secundum, et si directe ad primum, directe ad secundum. Et nullitas hujus argumenti satis patere potest ex dictis Hervæi in solutione ad secundum Scoti. Cum enim aliqua sunt eadem per accidens, cl non per se, non oportet quod actio quæ poise terminatur ad primum, per se terminetur ad secundum, sicut ibidem diffuse dictum fuit.

Ad secundum patet responsio ex dictis ad primum Scoti (6). Quia, sicut habetur ex ibidem dictis, caro Christi mortua et caro Christi viva non sunt eadem caro specifico, nec univoce, propter causas ibidem dictas. Nec valet hujus improbatio suinpta ex uniformitate sacramenti nunc et tunc : quia, sicut res sacramenti diffonniter se habebat nunc el tunc extra sacramentum, non est inconveniens si diffonniter se habuit sub sacramento nunc et tunc. Quoad secundum inconveniens ibidem illatum, dicitur quod caro Christi quæ hodie continetur in Eucharistia, est eadem illi a qua finxit sanguis, et quæ jacuit in sepulchro, triplici modo identitatis superius sæpe dicto; non autem fuit simpliciter eadem, alias non fuisset vere mortua, nec veraciter fuissemus per eam redempti, secundum quod deducit Damascenus *(de Fid. Orth* , lib 3, cap. 28). Quoad tertium inconveniens ibidem illatum de sanguine Christi, patet quid dicendum, per prædicta : quia, secundum unum modum, |X)le$t dm quod est omnino idem sanguis modo sub Eucharistia, qui tunc effundebatur de Christi latere; secundum vero alium modum, potest dici quod est idem non omnino, sed secundum quid, scilicet triplici identitate.

Ad tertium dicitur quod penitus nihil valet, sicut nec præcedentia. Undead istud argumentum, el consimilia, qua) deducunt ad aliqua inconvenientia secundum judicium vulgi, el non simpliciter inconvenientia, dicit Hervæus, ubi supra (x), in solutione centesimi vigesimi secundi argumenti ; ‹Christus habuit corpus a Matre sua sicut a préparante materiam transeuntem, sicut si aliquis diceretur habere panem a dante farinam : non autem habuit corpus ah ea sicut a dante formam substantialem corporeilatis manentem in eo, etc. » — Hæc ille. — Et sicut ille dicit de corpore, ita dicendum est de carne. Unde Bernardus de Gannato, ubi supra : (G) α Quod dicit Hernicus, quod non fieret conversio in corpus generatum de Virgine, — dicendum quod illo modo quo corpus Christi in endo est de Virgine, quod in illud idem fit conversio. Licet enim non sit ibi aliqua forma substantialis quam Christus traxerit de Virgine, est tamen materia eadem, et corpus, quantum ad idem suppositum et idem esse quod habuit Christus in utero Virginis; et illud idem suppositum quod naturam humanam assumpsit in Virgine, illud idem est in cœlo; et in illud dorpus iit conversio. Unde, sicut nulla mater in brutis ministrat aliquam formam substantialem (quia forma fœtus in brutis educitur per virtutem maris, non fœminæ), sic Beata Virgo nullam formam dedit Christo, sed materiam tantum, cum dispositionibus convenientibus ad animam. › — Hæc ille.— Ad illud etiam patet solutio ex dictis sancti Thomæ superius recilatisty), de3p., q. 31, ari 5, in solutione primi, in line, ubi expositum est quomodo debet intclligi Christum sumpsisse de Virgine carnem.

III. Ad argumenta Henrici. — Ad primum Henrici respondet Bernardus, ubi supra, dicens: ‹ fota substantia panis convertitur in corpus Christi el animam secundum qtiod dat esse corporeum. Non enim anima Christi separata est a corpore; in illud ergo corpus secundum quod habet ab anima rationali ul corpus sit, Iit conversio, et materiæ in materiam, et formæ in formam, id est, in animam secundum quod habet virtutem corporeilalis : ita quod conversio ex vi sacramenti non attingit ad rem quaest anima, sed ad corpus, quod est compositum ex materia et forma corporeilalis, quæ virtute includitur in anima; ita quod usque ad animam secundum quod habet talem virtutem, attingit vis sacramenti. Sed ipsa anima secundum quod rationalis

**) CArufi. — *corpora* Pr.
(0 SetMi. — Ocn Pr

(a) Cfr. ad t«» et ad 2’« Scoti.
!β) Cfr. ud K”» Scoti.
(γ) Cfr. ad Scoh.

est. non est ibi ex vi sacramenti, sed ex naturali concomitantia. Unde non iit conversio in solam materiam, sed in corpus Christi reale et verum, (piale est illud quod habet Christus.— Quod autem dicit, quod non fieret conversio in corpus generatum de Virgine, — dicendum quod illo modo quo corpusChrisli in cœlo est de Virgine, etc. a, ut statim recitatum est ad ultimum Aureoli.

Ad secundum respondet idem, quod, u .securidum prædicta, verum fuit dicere quod corpus Christi jacuit in sepiiIciiro : non propter aliquam formam substantialem quam habebat, el quæ prius fuerit in Christo vivo; sed quia habebat illam triplicem identitatem, de qua dictum fuit prius. Unde, si in triduo fuisset consecratum, fuisset corpus mortuum consecratum ; quia tale erat secundum seritatem. Et si hostia consecrata fuisset servata, dicendum esset quod, vivente corpore Christi, erat in hostia corpus vivum, ct, eo mortuo, erat mortuum in hostia; quia tale est in hostia secundum veritatem, quale est in seipso. Per prædicta patet ad multa alia quæ dicit. Finaliter autem redit ad propositum nostrum : quia dicit quod, si in corpus bruti, virtute divina, fieret conversio, anima bruti esset ibi secundum illud quod est, de vi sacramenti, sed non inquantum vegetabilis aut sensibilis; quare epgo in Christo anima rationalis secundum illud quod dat esse corpori, non est ibi ex vi sacramenti, el inquantum rationalis solum per concoinitantiam, non videtur ratio esse. Unde in tenendo positionem istam melius saltantur omnia quam in tenendo suam. » — Hæc Bernardus contra Hernicum, el bene. — Ex quibus patet ad tertium ejusdem Henrici.

§ 2. — An ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

L Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra secundam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 10, q. 2), dicens quod α non est simile de contiguis, quorum non ipsa, sed illorum ultima, sunt simul, nec unum locatur per aliud (unde ignis et aer non separantur secundum contactum; tamen ignis est in coalo sicut in loco immediato, aer autem non, sed in ipso igne) (x), et de illis quorum unum cum alio facit unam naturam, ita quod illud quod convenit uni |>er se, convenit alteri per accidens. Et est consequentia talis : Quantitas Christi non separatur ab essentia et natura corporis Christi, sicut nec q IImmIo a quantitate; ergo, cum corpus Christi sil in sacramento |>er se, ibi est el quantitas per accidens; sicut ubi est quantitas per se, ibi erit ejus color j»er accidens. Nec est simile de locato et locante, qüæ differunt per essentiam et naturam el subjecto el supposito, et unum est extra aliud et separatum, ut dicitur, 4. *Physicorum* (t c. 43). · — Hæc Peirus, in forma, el liene. Clarum est enim quod similitudo non valet de inseparabili per inhærentiam, quod est quasi propria passio substantia corpora®, ut corpus est, modo prius exposito per dicta sancti Thomas

Ad secundum respondet idem Petrus (ibid.), quod « consequentia est nulla : quia, licet assante causa cesset effectus inquantum hujusmodi, tamen, quia aliquid est Causa unius per se, et alterius per accidens (immo etiam calidum, quod est causa calefaciendi per se, est causa oppositi, scilicet fngefaciendi, |>er accidens), ideo non sequitur, *Cessat a causalitate per $et ergo cessat a causando.* Constat enim quod substantia non est in loco causaliter ut substantia est, sed ut quanta est, ita quod quantitas est causa essendi in loco. Non tamen propter hoc sequitur quod sola quantitas subslantiæ sit in loco.'immo et substantia; ipsa quidem quantitas est in loco per se, substantia vero per accidens. El similiter, quia substantia est in sacramento ut substantia est, non ut quanta est, propter hoc sequitur quod quantitas non est hic per se et directe, ex vi sacramenti, sed solum substantia. Non tamen sequitur quin quantitas sit hic cum sulistantia, ex naturali concomitantia; immo sequitur quod sic, ex quo est idem subjecto, d — Hæc Petrus, el bene; hoc addito, quod quantitas esi accidens absolutum, et propria passio corporis inquantum hujusmodi ; quia, loquendo de accidentibus respectivis, non oportet quod omne accidens inhærens corpori Christi in eœlo, inhæreal ei ut est in sacramento, sicut patet de respectu (pii est de genere *ubi* vel *situs.* De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 5, arguit sic, tertio loco : α In sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dirnensiva, el cum omnibus suis accidentibus. Sed esse in loco, est accidens corporis; unde et *ubi* numeratur inter novem genera accidentium. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : u Accidentia, inquit, corporis Christi sunt in hoc sacramento, secundum realem concernitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento, quæ sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationem ad extrinsccum continens. Et ideo non oportet quod Christus sil in hoc sacramento sicut in loco. » — Hæc ille.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), quod « Deus non potest facere quin quantitas corporis Christi alteri conqiarala, non sit major, aut minor, aut æqualis. Unde quantitas corporis Christi est mullo major quam quantitas hostia?. Sed quia quantitas cor|x>ri> Christi non est in hostia per se, sed per hoc quod ipsa est in substantia corporis Christi, ideo, cum substantia corporis Christi sil in altari solum infra circumferentiam hostiæ, sicut et substantia

(a) a verbo *immediato* usque ad *'tgnr,* om. Pr.

conversa erat, ideo solum ibi, el non extra, est quantitas corporisChristi sacramentaliter. El sicut anima conjuncta, est in loco per accidens, ratione quantitatis sui corporis, nec tamen propter hoc ei commensuratur, quia ei repugnat; sic quantitas esi in hostia per necessariam concomitantiani, non tamen commensuratur quantitati hostiæ, quia repugnat quantitati secundum esse non quantitativum commen.surari quantitati prout habet modum quantitatis. Vel sicut anima, cui repugnat jær se circumscribi, est tamen circumscriptive in loco per quantitatem, non quod ipsa immediate circumscribatur, sed quia sua quantitas circumscribitur, el anima mediante quantitate est in loco circumscribente; sic e converso, quantitas, cui repugnat esse indivisibile, est tamen modo indivisibili in sacramento per sub .stantiam indivisibilem, non quod ipsa in se balæat modum indivisibilem, sed quia substantia in qua est, ut sic habet modum indivisibilem : quia sicut punctus tangit lineam modo indivisibili, scilicet per suum modum, non illius; sic substantia, quæ *(i)* sine quantitate convertitur, et per consequens ut indivisibilis, comparatur ad suum terminum indi visibiliter» licet ille sil divisibilis quantitati conjunctus. El sicut anima erat in loco per divisibile, modo divisibili, quia mediante sua quantitate occupabat locum divisibilem, et divisibililer; sic e convergo, quantitas Christi, per ejus substantiam succedentem modo indivisibili substantia? convert infra species, erit ibi modo indivisibili, quia per suam substantiam erit ibi pnesens mediate indi visibiliter : non enim plus repugnat divisibili esse in loco indivisibili1er, quam e converso indivisibili esse in loco divisibililer. Nec obstat si dicatur quod potentia visiva inhæret animæ, nec propter hoc est in pede, ubi tamen est anima : quia anima excedit potentiam visivam, nec |>er eam tota terminatur; sed corpus Christi, quod ratione corporeitatis est in sacramento, non excedit suam quantitatem, ut jk›s-sit esse alicubi sine illa, quæ est suus terminus et totalis, » — llæc Petrus, et bene. Licet non oporteat concedere omnia quæ ponit, in hoc tamen verum dicit, ei tamen intendat ita dicere quod, sicut approximato agente ad passum, divina virtute potest inqiediri mutua actio et (Iassio quæ includunt respectum, puta suspendendo actionem activi, vel nolendo ei coagere, vel subtrahendo agenti corporali modum quantitativum, sicut colori Christi in sacramento, et multis aliis modis Deo possibilibus; ita similiter possibile est quantitatem exsistentem in sacramento modo non quantitativo, similiter se habere ad totum et ad partes loci et dimensionis, quoad hoc quod sicut non commensuratur nec condividitur parti quantitatis extrinsecæ, ita nec toti quantitati.

(s) *ğu* — Om. pr.

Aii quartum dicit Petrus (ibid.), quod « verum est Deum non posse facere aliquid de aliquo illi incompossibile, quia contradictio asset. Item, bene est incompossibile, illud quod est divisibile, inqunnlum hujusmodi, esse indivisibile, el e converso. Sh I illud quod intrinsece est divisibile, comparari (a) ad aliud extra modo indivisibili, videtur possibile, etiam per naturam, secundum quod dicunt lærapeclivi, speciem visibilem, quæ divisibilis est ut ad oculum apparet, modo indivisibili coni (Mirari ad speculum : tum quia, ut dicunt, recipitur in puncto; tum quia ad divisionem speculi multiplicatur in tanta quantitate sicut prius, sicut punctus ad divisionem lineæ. Mullo magis hoc est possibile divina virtute. Item : sicut quando sphæricum tangit planum in puncto, vel unum sphæricum aliud sphæricuin in convexo, utrumque est divisibile, et tamen ad invicem comparantur vel commensurantur modo indivisibili, quia illud secundum quod so tangunt, est indivisibile ; ita quantitas hostiæ el quantitas corporis Christi, licet sint duo in se divisibilia, quia tamen ad invicem comparantur mediantibus duobus indivisibilibus, scilicet substantia panis et vini quæ conversa est, et substantia corporis Christi el sanguinis in quam *(ζ)* conversa est, quæ primæ successit, quorum comparatio ad invicem habuit modum indivisibilem, ideo et ista mediata modo indivisibili ad invicem comparantur ». — Hæc Petrus, el liene. Nulla enim contradictio est, duo divisibilia comparari ad invicem per accidens, el mediate, el indirecte, modo indivisibili. Sic autem est in proposito.

Ad quintum patet responsio per praedicta. Assumit enim falsum : scilicet quod sicut de ratione quantitatis dimensivæ est habere partibilitalem el divisibilitatem et positionem vel situm partium in se, et oppositum repugnat ei; sic de ratione ejus sil habere partibilitalem et situm in ordine ad quantitatem exlrinsecain, sive comparetur ei per se el immediate et directe, sive per accidens et indirecte el mediante alio. Ut enim dictum est, hoc non ourlet, potissime ubi per divinum miraculum assumit modum essendi non quantitativum, scilicet habendo modum substantial in ordine ad aliquid exlrinsecum.

A<l sextum dicitur primo, quod anima rationalis, quæ de se ert indivisibilis, non |>otest comparari ad coipus proprium, nec ad locum corporis sui, dii isibiliter, sic quod ipsa secundum ejus essentiam condividatur alicui quanto, sed sic quod dat esse corporedm et quantum et circumscriptibile, et est forma corporeitatis, el pars essentialis natura corporeæ, constitutiva substantial partibili» in paries homogeneas et beterogeneas; el ulterius, ratione

(i) *ci^Hparan, — comparatur* Pr.
(C) tn *quam. — inquantum* Pr.

corporis quanti, habet multiplicem divisibilitatem potentiarum organicarum. Et ita aliquam paitibilitatom sortitur ratione corporis quod informat; el aliquo modo divisibililer comparatur ad locum sui corporis, quia in alia parte loci hnlæt potentiam visivam, el in alia auditivam, et sic de celeris sensibus tam exterioribus (piam interioribus; el ila divisibililer se habet ad lotum locum ct ad partes loci, quia omnes potentiæ sunt in loto loco, sed non omnes sunt in qualibet parle loci. Item, plores effectus tinrisenliites el immanentes exercet in loto loco (piam in aliqua parte loci. El sic similitudo Petri de Palude superius posita (a), de anima rationali el de quantitate potest sustineri. De hoc inclus Thomas, in Quaestionibus r/c *Anima,* q. 10, sic dicit : < In anima hominis, el cujuslibet animalis |»erfecli, non |M.»U accipi totalitas nfai secundum perfectionem speciei, el secundum |K>tentiam seu virtutem. Dicimus ergo quod cum ftorfeclio Speciei pertineat ad animam secundum suam essentiam, anima autem secundum suam essentiam est forma <or|K»ris. el proni est forma empori esi in qualibet parte corporis, ut ostensum est, relinquitur quod anima lota sil in qualibet parte corporis secundum totalitatem perfectionis speciei. Si autem accipiatur totalitns quantum ad virtutem el potestatem, sic non est lota in qualibet parle corporis, ner etiam tota in loto, si loquamur de anima hominis. Ostensum enim est ex superioribus qmestionibus(de /inima, q. 1,2el 5). quod anima humana, quia excedit corporis capacitatem, remanel ei virliis ad operandum quasdam |M|Mones sine communicationecoqioris, sicut sunl inlelligere el velle; unde intellectus el voluntas non sunl actus alicujus Organi corjionilis. Sed quantum ad alias Operationes, quas exercet per organa corporalia, tola virtus el potestas ejus est in toto corpore; non autem in qualibet parle corpris; quia divorsæ partes corporis sunl proportionals ad diversas operationes animæ; unde (6) secundum illam potentiam tantum est in aliqua parte quæ respicit operationem quæ per illam pariem corporis exercetur. i) — Hæc ille. — Similia dicit, t p.,<|. 76, ari. 8.

Dicitur secundo, quod, dato quod exemplum de anima rationali datum a Petro non sufficeret ad propositum, tamen in aliis animabus el formis substantialibus lend, quoad hoc quod sicut forma lapidis, aut vegetabilis, aut bruli, licet sil secundum se indivisibilis, tamen mediante corpoiæ quod informat sortitur divisibilitatem partium quanlitaIharum per accidens; sic e converso, quantitas, quæ de natura sua habet divisibilitatem et distinctionem partium, mediante substantia quam informal potest sortiri quemdam modum indivisibiliter se habendi, non in fc, sed respectu extrinseci, puta exterioris loci aut dimensionis, et hoc indirecte, el mediate, et per accidens, et virtute supernatural!.

Dicitur tertio, quod, curn naturaliter prius possit trahi ad participandum aliquid de modo posterioris, ut patet de anima conjuncta corpori, nil mirum si jxwterius, virtute divina, posait trabi ad pariicipandum aliquid de modo prioris, puta quantitas de modo aubstantiie.

A«l pt imum dicitur primo, quod substantia non potest alicubi esse nisi substantialiter, si per ly *subitunliahtei·* intelligatur aliqui modus conveniens fiul»lanthe in primo vtd tecundo modo dicendi vel essendi per se, potisdme sola virtute creata Posset tamen sulrdantia esse .alicubi, vel in aliquo, non Milistanlialiter, virtute divina, si per ly non *substantialiter* intellegatur medus qui, liret non sit repugnans substantia in primo vel secundo modo perseitatis, nec divina? virtuti, tamen non habet in substantia creata potentiam naturalem activam, nec passivam, licet habeat oliedientialem potentiam : sicut patet de natura humana in supposito divin.v liersorm·, ubi Imliet aliquem modum accidentis, dum innititur alterius natura supposito, el trahitur ad pailicipalionem exsistentia» actualis persons Filii el divini esse; qui modus est aliquo modo non substantialis, non solum extiinsere, immo intrinsece.

Dicitur secundo, quod quantitas dimensiva non potest esse alicubi motio non quanlitativo, si per non quanhiuticr intelligalur modus repugnans quantitati in primo vel secundo modo perseitatis, et contra omnem potentiam passivam quantitatis, naturalem et obedientialem. Potest autem divina virtute esse in aliquo, vel alicubi, non quantitative, hoc est, modo cui non corresponded aliqua potentia passiva quantitatis naturalis, sevi tantum obedientialis, el per quem non derogatur natura quantitatis m se, sed lautum in comparatione ad aliquod extrinsecum, quod quidem non necessario nec per se primo vel secundo modo consequitur quantitatem. sicut est respectus de genere *ubi* vel *situs;* ut palet in ultima sphæra, quæ nullum respectum habet ad continens extrinsecum. Sic autem est in proposito·

El hæc sufficiunt argumentis Durandi.

II. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra eamdem conclusionem. dicitur primo, quod quantitas corporis Christi, per hoc quod concerni-l.ilur in sacramento primum terminum transsubstanliatiûnis, non caret ibi aliqua proprietate sibi naturaliter et necessario conveniente ut quantitas est. Licet enim non habeat modum essendi quantitative in ordine ad extrinsecum a se separatum, habet tamen modum essendi quantitative quoad se et proprium subjectum; et sic non perdit aliquid necessario el naturaliter consequens; quia condi-

(i) Cfr. ad 3«"·.
(6) mule. — tame/i Pr.

vidi el commenstirari loco vel exteriori dimensioni, non necessario nec naturaliter convenit quantitati dimensivæ; sicut palet de quantitate ultima? sphœræ, quæ nulli loco vel continenti commensuratur. Nec valet si dicatur quod lux: ideo esi, quia non continetur aliqua dimensione exteriori, cum nullam habeat extra se. Quia etiam non oportet quantitatem dimensivam exsistentem infra locum, vel aliam dimensionem exteriorem separatam, illi semper commensurari aut condividi, nisi habeat per se habitudinem aut ordinem ad exteriorem dimensionem. Non sic nutem est hic. Et ideo non oportet quod quantitas corporis Christi sit modo quanlitativo sub dimensionibus panis, nec infra locum illarum dimensionum.

De prodictis beatus Thomas, pnesenli distinctione, q. I, art. 2, in solutione tertiœ et quarta» quæsliunculæ, plura dicit. Unde, in solutione lertiæ quæstiunculæ, sic dicit : α Substantia panis, quæ convertitur in corpus Christi, non habet aliquam proportionem similitudinis ad quantitatem vel alia accidentia Christi, sed tantummodo ad substantiam corporis ejus. Et ideo, cum nihil convertatur in corpus Christi de pane nisi substantia panis, quia accidentia manent, constat quod conversio illa directe terminatur ad substantiam, non aulein ad accidentia, quia accidentia panis remanent (x). Et ideo quantitas el alia accidentia corporis Christi non sunt ibi ex vi sacramenti. Sunt tamen ibi secundum rei veritatem, ex naturali concomitantia accidentis ad subjectum. » — Hæc ille. — Item, <|,a 4, arguit sic, tertio loco : < QuandOcumque sub aliqua quantitate extrinseca continetur aliquod corpus habens partes distinctas secundum suam intrinsecam quantitatem lotam, contingit assignare sub qua parte illius quantitatis singulæ partes contineantur. Sed corpus Christi, cum sit organicum, habet partes distinctas. Si ergo secundum totam suam quantitatem continetur sub <limensionibus panis, erit assignare ubi sit caput ejus, el manus, el pes; quod est impossibile •bkceargumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod silus quantitatem praesupponil; et quia quantitas Christi nullam habet habitudinem ad dimensiones panis, ideo etiam nec silus partium corpris Christi. El ideo, quamvis corpus Christi, prout est sub sacramento, habeat paries distinctas, et situates situ naturali, non est tamen assignare in partibus dimensionis panis ubi singulæ partes corporis Christi jaceant. Nec tamen bcquilur quod dicatur corpus Christi confusum; quia ordinem habent partes in se; sed (6) secundum ordinem illum non comparantur ad dimensiones exteriores. » — Hæc ille. — liem, 3 p., q. 76, art. 3, arguit sic (tertio loco) : « Corpus Christi semper relinet veram corporis naturam, nec unquam mutatur in spiritum. Sed de ratione corpris est nl sit quantitas positionem habens, ut palet in *Prtedicaniculis* (x) (cap *de Quanto).* Sed ad rationem hujus quantitatis pertinet quod diversæ parles in diversis partibus loci exsistant. Ergo, etc. u Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod ratio illa procedit de natura corporis, quam habet secundum quantitatem dimensivam. Didum est autem (in corp, art.) quod corpus Christi non comparatur ad hoc sacramentum ratione quantitatis dimensi vir, sed ratione substantial, u — Hæc ille. — Hem, in solutione secundi, sic dicit : « Determinata distantia partium in corpre organico fundatursupra quantitatem dimensivam ipsius; ipsi autem natum substantia» praecedit quantitatem dimensivam. El quia conversio substantiae panis directe terminatur ad substantiam corporis Christi, secundum cujus modum proprie et directe est in hoc sacramento corpus Christi, talis distantia partium est in corpore Christi vero; sed non secundum hanc distantiam compratur ad hoc sacramentum, sed secundum modum substanliæ. » — Hæc ille.— Ex quibus apprêt : Primo, quod quantitas corporis Christi nullo modo est terminus transsubstantialionis sacramentalis, primus aut secundus, nec mediatus aut immediatus; cujus oppositum supponil argumentum. Secundo, quod quantitas illa nullo modo est in sacramento virtute conversionis substantialis aut accidentalis. Tertio, quod illa quantitas nullum de per se habet ordinem nec aliquam comparationem ad dimensiones puis, quæ sil respectus de genere *ubi,* aut situs, aut contactus, aut sil positio aut alia consimilis habitudo quæ sit dc pr se el proprie quantitatis ad quantitatem, plus quam substantia corporis Christi habeat ad dictas dimensiones, vel anima Christi ad illas. Quarto, quod quantitas corporis Christi dat illi corpri esse quantum et divisibile, et situm naturalem partium in toto; non tamen dat ei situm partium in loco, qui e>t de speciali genere silus. Quinto, quod illa quantitas est in dicto sacramento quantitative, hoc est, quoad modum consequentem quantitatem in online totius ad prtes, el talis accidentis ad suum subjectum, scilicet silum de genere quantitatis; non tamen est ibi quantitative quantum ad luoduin consequentem quantitatem in ordine ad continens separatum, quod est silus de pnedicamento situs. Sexto, quod primus situs, vel psitio, est inseparabilis a quantitate, scilicet ordo partium in toto; non autem secundus, scilicet ordo prtium in loco extrinseco; piissime ubi quantitas dimensiva est in aliquo loco pr accidens, el mediante substantia, et pr miraculum divinum, ut sæp <lictum fuit.

H) rrmanmf — numtnt Pr.
(Ô) **i** terbo ordinem usque ad *ted,* om. Pr. *f* *Pfatdicamenli», —* Pr.

Dicitur secundo, ad argumentum, quod neutra probatio antecedentis assumpti procedit contra conclusionem. — Non quidem prima. Quia, in utroque casu ibidem posito, quantitas est proprie terminus productionis, scilicet creationis, aut generationis, et non solum concoinitatur terminum productionis; et ideo nil mirum si in utroque casu quantitas habet utrumque situm, et ulrumquo modum quantitativum, scilicet extendere subjectum, et occupare locum. Sed secus est in proposito nostro. — Similiter nec valet secunda probatio. Quia, ut dictum est, in Eucharistia quantitas non est tanquam secundus terminus conversionis, aut transubstantiationis, aut cujuscumque productionis vel mutationis; nec proprie est ibi virtute alicuju talis actionis; sed mere per accidens, ex concomitantia subjecti. Et ulterius, in Eucharistia non variatur natura, nec aliquid naturale quantitati : quia non est sibi naturale habere comparationem ad dimensionem extrinsecam, vel locum, sub quo non est per se, nec ratione sui, sed solum ex concomitantia subjecti, ut sæpe dictum luit in prolatione secunda· conclusionis.

Ad seeiindum, negatur consequentia principalis. Quia terminus *a quo* conversionis, scilicet substantia panis, erat in loco ratione propriarum dimensionum, et consequenter erat ibi quantitative utroque modo; sed terminus m/ *quem* non est in dicto loco ratione propriarum dimensionum, sed ration»· dimensionum panis; aliter autem est aliquid in loco ratione propriarum dimensionum, et aliter ratione dimensionum non sibi inhærentium, sed seiiarata-rum. De hoc sanctus Thomas, present! distinctione, q. **I**, ari. 2, in solutione secundi tertiæ quæstiunculæ, sic dicit : u Quia dimensiones corporis Christi non sunt ibi ex vi sacramenti, sed solum ex eo quod inseparabiliter concomitantur substantiam, constat quod contrario online sunt ibi dimensiones propria corporis Christi, el dimensiones corporis locati in loco. Corporis enim locali substantia non habet ordinem ad locum nisi mediantibus dimensionibus; el ideo, quia dimensiones corporis locati non possunt esse simul cum aliis dimensionibus, sequitur quod ex consequenti substantia corporis locati non possit esso simul cum aliis dimensionibus separatis, nec in alio corporo exsistentibus. Sed hic e contrario substantia corporis Christi ordinatur per se immediate ad hoc quod sit sub sacramento, el dimensiones ejus propriæ ex consequenti et per accidens. Substantia autem, ex hoc quod esi substantia, non prohibetur esse cum dimensionibus quibuscumque, sive conjunctis sibi, sive separatis, aut exsistentibus in alio subjecto; sicut substantia angeli potest esso simul ubi est aliud corpus. Et ideo corpus Christi potest esse sub dimensionibus panis cum propria quantitate. » — Hire ille. — Item, art. 3, in solutione ad tertium tertia· quæstiunculæ, sic dicit : < Spiritum convenit esse totum in toto, et in qualibet parte; quia non haliet quantitatem, nec substantia ejus a quantitate dependet. Corpus autem Christi, quamvis in se consideratum non absolvatur a propria quantitate, tamen non comparatur ad hostiam sub qua est, secundum propriam quantitatem; et ideo non est spiritus; sed participat, quantum ad aliquid, proprietatem spiritus, secundum comparationem ad species sub quibus continetur. > — Hæc ille. — liem. art. **I**, in solutione quinti, sic dicit : « Nullum corpus comparatur ad locum nisi mediantibus dimensionibus quantitatives; el ideo ibi est corpus aliquod ut in loco, ubi commensurantur dimensiones ejus dimensionibus loci. El, secundum hoc, corpus Christi est in uno loco tantum, scilicet in cado. Sed quia conversa est in corpus Christi substantia pani quæ prius erat in hoc loco determinato mediantibus dipensionibussuis, quæ manent transsulfetantintione facta, ideo manet locus, non quidem Italiens immediate ordinem ad corpus Christi secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones panis remanento, sub quibus succedit corpus Christi substantia panis; et idro non est hic ut in loro, perse loquendo, sed ut in sacramento, non solum significante, sed continente (x) ipsum ex vi conversionis facta.· in ipsum, etc. b — Hæc ille, ut in precedent! quæstiono (conci. 2) allegatum Hiil.

Ad tertium palet responsio per predicta. Conceditur enim quod corpus Christi sub sacramento habet situm de genere quantitatis. Unde sanctus Thomas, ubi supra (4. *Sentent.*, dist. 10, q. 1), art. 3, in solutione secundi tertiæ quæstiunculæ, sic dicit : a Confusio opponitur ordini partium, qui (C) pertinet ad rationem situs. El quia corpus Christi non est situalilcr sub sacramento, ideo non sequitur ibi aliqua confusio partium ex hoc quod in quolibet signato hostis est totum corpus, et quoeliliet pars ejus. Quamvis enim non sit accipere ordinem partium corporis Christi secundum comparationem ad parles hosliæ, tamen est accipere ordinem ipsarum partium ad invicem in corpore Christi secundum propriam quantitatem· & — Hæc ille. — Ex quibus, et mullis aliis superius allegatis in present! distinctione, patet quomodo quantitas corporis Christi est in Eucharistia quantitative, et quomodo non; el quem silum habet, et quem non; et quomodo modus essendi sub sacramento est super, vel pr.etcr, vel contra naturam, et quomodo non; hoc addito, ct s<»nqHT presup]K>sito, quod semper divina virtus novos modos essendi potest dare tam substantia· corporis Christi quam >uæ dimensioni, qui tamen modus non repugnat nature illarum, nec

(a) ronlmoiir. — ronripiente Pr.
(€) *qui, — qur* Pr.

convenit eis nisi Unium secundum potentiam obedienlialem, et non secundum naturalem potentiam passivam·

Et hoc sufficit ad argumenta Scoti.

III Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, dicitur primo, quod in Eucharistia non totaliter absolvitur quantitas a legibus quantitatis, nec ab aliquo sibi necessario convenienti intrinsece, sed a quodam respectu extrinsecus adveniente, vel a quodam effectu accidentali.— Dicitur secundo, quod, posito quodquantitas absolvatur ibi a quadam lege exlrinseca, hoc non est totaliter, nec principaliter, nisi a virtute divina efficiente, et non ex concomitantia substantif, nec ex aliquo creato; licet aliqua negatio vel respectus sit dispositio ad illam absolutionem, puta quod quantitas non est in Eucharistia tanquam terminus conversionis, nec virtute sacramenti, sed ex inseparabili inhæsione et concomitantia subjecti.— Dicitur tertio, quod instantia, vel similitudo adducta de quantitate interminata, non est ad propositum, secundum prædicta. Tum quia dimensiones interminabe, vel quantitas interminata concomitalur formam substantialem in materia, Linquam terminus productus vel comproduclus per generationem terminatam ad formam substantialem, aut per aliam productionem vel mutationem pneviam aut subsequenlem generationem, el non mere per accidens; non sic est de quantitate corporis Christi in Eucharistia. Tum quia illæ dimensiones sunt in materia virtute mutationis; non sic in Eucharistia, in qua nulla quantitas vere et realiter producitur, nec vere aliquid in quantitatem convertitur, nec ad Eucharistiam realiter movetur aliqua quantitas. Elmullæ alia» dissimilitudines adduci possunt; potissime quia in qualibet generatione simplici prius dispositive esi conversio quantitatis in quantitatem, quam unius formæ substantialis in aliam. Quid autem sentiendum sil de dimensionibus interminatis, diffuse dictum fuit, 2. *Sentent.* (dist. 18, q. I), ct forte in sequentibus adhuc dicetur.

Ad secundum dicitur primo, quod positio nostra non dicil quod substantia sit in Eucharistia omnino absoluta in se el intrinsece a legibus quantitatis, cum ponat substantiam corporis Christi habere es>e quantum et divisibile, el ordinem partium in loto, el distinctionem partiuin organicarum; sed dicil quod absolvitur a quadam secundaria lege quantitatis, qua» est, |>er quantitatem comparari ad locum, et habere situm localem, et ordinem partium in loco. Hæc enim proprietas non necessario consequitur quantitatem nec ejus subjectum, nisi quando quantitas primo et per se habet ordinem ad locum %el ad dimensiones exteriores, ut sæpe dictum fuit; cujus oppositum est in Eucharistia. — Dicitur secundo, quod illo modo quo quantitas corporis Christi in Eucharistia absolvitur a lege vel proprie, late exlrinseca, illo modo absolvitur a divisibililale exlrinseca : quia scilicet non concluditur loco, ct habet quemdam modum indivisibilitatis et epirilualitatis in online ad exlrinsecum, ut dictum fuit de substantia, prius. Sed sicut non absolvitur a lege intrinseca quantitatis, ita nec ab intrinseca divisibilitale; nec habet intrinsecam indivisibilitatem in se, nec in online ad subjectum proprium.

Ad tertium patet responsio per prædicla. Concludit enim unum concessum n nobis, scilicet quod quantitas corporis Christi dat ei omnem effectum formalem quem quantitas dat suo subjecto intrinsece. Non tamen concludit quod det ei respectum de genere ubi, aut situs, in ordine ad Eucharistiam aut ad locum Eucharistiæ, ul saepissime replicatum fuit.

Ad quartum patet per idem. Conceditur enim quod substantia corporis Christi, ul in sacramento, haliet divisibilitalem, el partes, et silum partium in toto, de genere quantitatis; et sic est ibi quantitative aliquo modo. Non autem habet divisibilitalem aut silum in ordine ad species Eucharistiæ, nec ad locum earum; el sic aliquo modo est ibi non quantitative, et indivisibiliter, et modo spirituali, in online ad exlrinsecum, modo prius exposito.

Ad argumentum contra quaestionem (a), respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. **I**, in solutione primi, dicens : α Quia conversio panis el vini non terminatur ad divinitatem, vel ad animam Christi, consequens est quod divinitas, vel anima Christi, non sit in hoc sacramento ex vi sacramenti, sed ex reali concomitantia. Quia enim divinitas corpus assumptum nunquam deposuit, ubicumque est corpus Christi, neccsse est et ejus divinitatem esse. Et ideo in hoc sacramento neccsse est esse divinitatem Christi, concomitantem ejus corpus. Unde in symbolo, vel synodo Ephesina (6), legitur : *Participes efficimur corporis et sanguinis Christi, non ut communem carnem percipientes, nec* (γ) *viri sanctificati ct Verbo conjuncti secundum* (o) *divinitatis unitatem, sed vere vivificatricem, et ipsius Verbi propriam factam.* Anima vero readier fuit separata a corpore in triduo. Et ideo, si in illo triduo mortis fuisset hoc sacramentum celebratum, non fuisset ibi anima, nec ex vi sacramenti, nec ex reali concomitantia. Sed quia *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur,* ul dicitur, *Roman.* (>(v 9), anima ejus semper est realiter carni unita. Et ideo in hoc sacramento est

(e) *fpuulionem, — com lationem* Pr.

(6| Aci. Conditi Epheiim, part t, cap 26; Episl. Cyrilli ad Nestor., cap. 6. — Cfr. can. *Xcretsarie,* dist. 2, *de Cone.*

(γ) perripientet, nec. — participantes, ut Pr.

3) *tccundum. — ted* Pr.

corpus Christi ex vi sacramenti, anima autem ex reali concomitantia. » — Hæc illo.

Et hæc de qinestione sufficiant. De qua benedictus sil Deus. Arnen.

QUÆSTIO III.

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN EUCHARISTIA MOBILITER, HOC EST, UTRUM IBI MOVEATUR LOCALITER

_^^UIISUS circa eamdem decimam distinPSyV ctionem quæritur: Utrum corpus Christi sil in Eucharistia mobiliter, hoc est, utrum ibi moveatur localiter.

El arguitur quod non. Quia impossibile est idem esse motum ct quietum; quia sic contradictoria verilicarentur de eodem. Sed corpus Christi in coelo quietum residet. Non ergo movetur in hoc sacramento.

In oppositum arguitur. Quia dicit Philosophus, 2. *Topicorum* (cap. 3, loc. 24), quod, *motis nobis, moventur omnia yuir in nobis sunt;* quod quidem verum est etiam de spirituali substantia animæ. Sed Christus est in hoc sacramento. Ergo movetur ad motum ipsius.

In hac quæstipne erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. in secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS 1.

PONUNTUH CONCLUSIGNES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod Christus, secundum esse quod habet In Eucharistia, non movetur perse.

Secunda conclusio est quod potest moveri per accidens localiter, ad motum Eucharistia».

Has duas ponit sanctus Thomas, 3 p.. q. 76, ari. 0, ubi sic dicil : a (anu aliquid est unum subjecto, et multiplex secundum esse, nihil prohibet ipsum secundum aliquid moveri, et secundum aliud immobile permanere : sicut corpori aliud est esse album, et aliud esse magnum ; unde potest moveri secundum nlliedinem, el permanere secundum magnitudinem immobile. Christo autem non est idem *esse* secundum se, el *esse* sub sacramento; quia per hoc quod dicimus ipsum esse sub sacramento, significatur quædam habitudo ejus ad hoc sacramentum. Secundum ergo hoc eue non movetur Christus perse secundum locum,sed solum per accidens : quia Christus noti est in hoc sacramento sicut in loco; quod autem non est in loco, non movetur perse in loco, >ed solum per motum ejus in quo est. Similiter autem neque per se movetur secundum esse quod habet in sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quod desinat esse sub sacramento. Quia illud quod habet *esse* indeficiens, non potest esse deficiendi principium, sed, alio deficiente, hoc esse desinit in eo; sicut Deus, cujus ease est indeficiens et immortale, desinit esse in aliqua creatura corporali, per hoc quod creatura corporalis desinit esse. El hoc modo, cum Christus halæal ĕe indeficiens el incorruptibile (a), non desinit esse sub sacramento, neque per hoc quod ipsum desinat esse, neque etiam per motum localem sui; sed per hoc quod species hujus sacramenti desinunt ŝe. Unde petet quod Christus, per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento. » — Hæc ille.

Item, in hac distinctione, q. 1, art. 3, in solutione quartae ʠuaestiuncula sic dicil : < Moveri in loco, includit esse in loco; unde ad hoc quod aliquid per se moveatur in loco, oportet quod per se sit in loco, el quod per se moveatur, non ad motum alterius. Sed per accidens aliquid movetur in loco dupliciter: uno modo, quia per accidens est in loco; alio modo, quia per se est in loco, sed per accidens movetur in loco; sicut patet in his quæ vehuntur, quia locus quem mutant, est per se eorum proprius locus, vel communis. Corpus autem Christi in loco quem species mutant, non est perse, neque sicut in loco proprio, neque sicut in loco communi, sicut ex dictis plere potest. El ideo per se in illo moveri non potest; neque per accidens, sicut corpora per accidens moventur; sed hoc modo quo aliquid et per accidens est in loco et per accidens movetur. Nec dilïert, ut quidam dicunt, dicere utrum species moveantur in eodem loco, aut transferantur de loco ad locum; quia quod in eodem loco manens secundum substantiam movetur, mutat locum, non solum secundum pnrtes, sed secundum totum, ut in 6. *Physicorum* (t. c. 74) probatur. » — Hæc ille.

Ex quibus |K>ssunl formari rationes pro utraque conclusione.— Pio prima, talis. Omne quoi! per se movetur localiter in aliquo, per se est in illo ut in loco. Sed Christus non est lll Eucharistia ut in loco; nec est per se in loco Eucharistiæ, sed solum per accidens. Ergo non per se movetur localiter secundum quod habet in Eucharistia. — Pro secunda conclusione arguitur sic : Quod continetur in aliquo localiter moto secundum se et quodlibet sui, cl non separatur ab eo quamdiu movetur, tale

(e) *incorruptibite. — tncorjHjixile* Pr.

movetur, saltem per accidens, ad motum alterius. Sic est de corpore Christi respectu Eucharisties. Igitur, etc.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

Contra secundam conclusionem

I. Argumentum Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. El quidem, contra secundam arguit Scotus (disl. 10, q. 6, conci. 4), probando quod nulla virtus creata potest movere corpus Christi ut in sacramento.

Primo. Quia quod non habet virtutem molivam super aliquid quando illud est per se, non movet illud per accidens quando esi cum alio cum quo non facit per se unum, sicut actus cum potentia. Sed virtus creata omnino non potest super corpus Christi in se, sub isto modo exsistendi, ad movendum ipsum. Ergo quando est cum alio, respectu cujus non est sicut potentia, nec sicut actus, sequitur quod eadem virtus non poterit illud movere etiam per accidens. Sic autem est cum hostia. Quod patet quia spedes non est forma ejus, nec ipsum est fonna speciei. Si major ista negatur, quia grave exsistens in navi movetur a movente navem, licet grave non sit forma navis, nec econtra; — instantia non est ad propositum; quia virtus motiva illius posset super grave per se, si grave per se esset. Ideo autem addidi in majore, quorum *neutrum est actus alterius;* quia, etsi aliquid quod est actus alicujus, non poSSet per se moveri ab illo, tamen potest per accidens moveri ab eodem potente movere totum cujus illud est actus. — Sed, ut omnis instantia tohatur, accipiatur ista major : Quando aliqua conjunguntur precise per actum voluntatis contingenter se habentis ad illam conjunctionem, si unum illorum sit mobile omnino improperlionatum alicui moventi, el reliquum proportionatum, ipsum non eadem motione potest movere utrumque conjunctorum. Patet. Quia, si movet unum quod est sibi proporlionatum, non propter hoc per accidens movet reliquum : quia reliquum non est pnesens isti moto (»), nec ut actus potentiæ, nec econtra; nec simpliciter ex aliqua necessitate ita naturali, sicut grave est pnesens illi cui innititur, el propter hoc simul movetur cum illo; sed tantummodo est <ibi prssens voluntate aliqua (€) contingenter se habente ad illam conjunctionem, quæ per consequenspotest non velle istam conjunctionem, stante tamen motione alterius illorum. Exemplum istius : Si angelus voluntarie faceret se præsentem lapidi, si moveo lapidem, non propter hoc moveo angelum; quia nec est mobilis per se a virtute mea; nec per accidens, in proposito, quia nec est forma, nec para alicujus mobilis per se a me. Si ergo angelus esset pnesens lapidi molo a me, el simul moveretur, hoc non esset per actum meum, sed per suam propriam actionem, qua faceret se præsenlem illi. Eodem mo<Jo, in proposito: cum corpus Christi sil pnesens speciei tantummodo per actum voluntatis divinæ, si facio speciem habere novum *ubi,* per illam motionem non erit ibi corpus; quia nullo modo subesi presentialitas illius corporis, neque nova, neque antiqua, voluntati meæ; nec etiam per accidens, quia non est forma nec pars illius quod subest meæ motioni. — Hæc Scotus.

II. Argumenta Durandi. — Contra earndem conclusionem arguit Durandus (disl. 10, q. 3), probando quod corpus Christi non movetur ad motum hostiæ.

Primo. Quia quando aliqua duo ila se habent, quod non sunt unum secundum subjectum, nec se balient ut continens et contentum, nec habent alligationem aut contactum, nullo modo uno molo movetur alterum. Sed corpus Christi el species non sunt unum subjecto, nec unum continetur ab alio, nec habent alligationem, nec contactum, quia non se tangunt. Ergo ad motum specierum, nullo modo, nec per se, nec per accidens, sequitur motus corporis Christi. Major palet, inducendo in omnes modos secundum quos uno moto movetur aliud. Minor patet ex dictis eorum.

Secundo. Quia unum et idem non potest simul moveri oppositis molibus, maximo quando uterqne motus convenit ei eodem modo. Sed illud contingeret, si corpus Christi moveretur motu hostiæ. Ergo, etc. Minor probatur : quia, uno elevante hostiam sursum, alius deponit aliam deorsum; si ergo corpus Christi moveretur motu hostiæ, vel ad motum hostiæ, simul moveretur sursum et deorsum.

Tertio. Quia, si corpus Christi moveretur mota hostia, eadem ratione, frangeretur fracta hostia. Sed illud est falsum. Ergo et aliud.

Quarto. Quia corpus Christi exsistens in ccrlo localiter, iit (a) de novo in hoc sacramento, non motum localiter, nec (C) perse, nec per accidens. Ergo, fortiori ratione, exsistens in hoc sacramento, nec deserens locum suum in cudo, non movetur ratione motus specierum localiter, nec per se, nec |>er accidens. Igitur.

(a) uti moto. — uto modo Pr
(<) *aliqua.* — *aha* Pr.
( ) *fit* — fi *iit* Pr.
( ) *ncc.* — Om. Pr.

Quinto. Quia, si sic, hoc maxime videretur propter hanc rationem : (juin scilicet quod incipit esse ubi prius non end, et desinit csm? ubi prius erat, videtur localiter motum; sed corpus Christi, per motum hostiæ, desinit esse in allnri, ubi prius erat, et incipit case in ore hominis, ubi prius non erat; ergo, etc. — Sed ista ratio non valet, propter inulta. Primo, quia major est falsa de modo quo aliquid est in hoc sacramento, ubi est solum propter ordinem ad species hujus sacramenti. Sicut enim corpus Christi non motum incipit esse in hoc sacramento, et, corruptis speciebus, desinit esse ibidem absque motu suo; sic, translatis speciebus, desinit esse ubi fuerunt species, el (a) incipit esse ubi feruntur species, per solam translationem specierum, el non per motum suum; quia non est pnesens loco, nisi quia est pnesens speciebus exsistentibus in loco; eadem autem est ratio præsentiæ Christi ad species, sive sint inolæ, sive quiescentes. — Item, quia, majore concessa, |>otest dici ad minorem, quod corpus Christi in hoc sacramento non desinit esse ubi prius erat, nec incipit esse ubi prius non erat, |ɳ ?γ motum hostiæ. Quia corpus Christi solum pnesens est hostiæ ex vi sacramenti; sed ad locum hostiæ nullam praesentiam habet, ratione qua est in hoc sacramento; quia per aliam rationem comparantur species ad locum, et corpus Christi ad species ut (€) ad sacramentum. El ideo, manentibus speciebus, quantumcumque transferantur de loco ad locum, corpus Christi pnesens eis, semper est ubi erat : quia est in coelo localiter, et in speciebus sacramentaliter; ad nihil aliud autem habet realem praesentiam. — Et |K)test poni exemplum salis conveniens. Quia angelus est realiler pnesens corpori quod movet; ista tamen pnesentia in angelo non est localis, sic quod angelus sil illi corpori propinquus, et ab alio distet ; propter quod, moto corpore de loco ad locum, angelus non movetur in se, nec perse, nec per accidens, nec efficitur in aliquo loco de novo. Sic, cum praesentia corporis Christi in sacramento non sit localis, quantumcumque species moveantur localiter, ipsum tamen non movetur, nec per se, nec per accidens, nec acquirit novum locum. — Hæc Durandus.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumentum Scoti.— Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem, ad objecta Scoti contra secundam conclusionem, dicitur primo, quod faciliter posset dici, quod ex dictis in prima conclusione non potest expresse haberi quod corpus Christi, secundum ěs quod habet in Eucharistia, possit moveri a sacerdote, vel ab alia virtute creata; sed solum quod, secundum tale esse, moveri potest, et movetur, a quacumque virtute hoc fiat, creata vel increata.

Dicitur secundo, quod, concesso quod possit moveri a virtute creata, sicut puto sensisse sanctum Thomam, tamen argumenta Scoti non concludunt sufficienter oppositum. Unde, ad primam formam ibidem factam, dicitur, negando majorem. Sufficit enim quod tale mobile per accidens ad motum alterius, faciat aliqualiter unum cum illo quod movetur per se, etsi non sicut actus cum potentia, vel potentia cum actu, tamen sicut succedens subjecto aut potentiæ actus, æque inseparabiliter unitum actui remanenti, sicut subjectum aut potentia præcedens tali actui uniebatur, licet prima unio potentiæ cum actu esset per inhærentiam et informationem, non autem unio vel conjunctio sequens. Sic autem est in proposito nostro : quia, licet corpus Christi non faciat unum per se cum speciebus Ɇucharistia sicut potentia vel subjectum cum actu, nec actuelur aut informetur prædictis speciebus, tamen succedit subetantiæ panis, quæ unielûtur praedictis speciebirs sicut subjectum et potentia suo actui, el actuabalur el informabatur eisdem («); et tanta est inseparabilitas specierum panis a corpore Christi, quanta fuit earumdem a substantia panis, sic quod ipsis speciebus manentibus, nulla virtute creata possunt separari a corpore Christi, potissime localiter; licet corpus Christi possit esse sine eis postquam corrupta? sunt, sicut substantia panis poterat esse sine illis, si naturali virtute spoliaretur accidentibus supradictis, sicut et poterat. El de tali inseparabilitate loquitur probatio primi· conclusionis in parte. Et, pnrter hoc, sanctus Thomas, 3 p., q. 76, art. 6, in solutione tertii, sic dicit : < Corpus Christi remanet in hoc sacramento non solum in crastinum, sed etiam in futurum, quousque species sacramentales manent; quibus cessantibus, desinit esse corpus Christi sub eis; non quia ab eis dependeat, sed quia tollitur habitudo corporis Christi ad illas species; per quem modum Deus desinit esse Dominus creatura? desinentis. > — Hæc ille.

Dicitur tertio, quod instantia adducta de gravi, insufficienler solvitur. Potest enim dari casus, in quo aliquid movet aliquam substantiam immaterialem per accidens, movendo aliquid per se, el tamen illa substantia immaterialis nullo modo est unita tali molo per se : sicut cum naula, movendo navem perse, movet per accidens animas hominum exsi-

(i) a verbo *deiinit* ŭ.kμι ad *et,* om. Pr.
(β) *ad* iprciej *ut.* — Oin. Pr.

(a) *eudem. — eidem Pr.*

stantium in navi per accidens; el tamen anima hominis non facit per se unum cum navi, sicut actus cum potentia, sal solum cum proprio corpore. Itpm, falsum dicit arguens, in hoc quod <|ua?-libol virtus movens aliquod grave per accidens ad motum navis, possit illud grave per se movere, si sit separatum a navi. Hujus enim falsitas manifeste patet: nam naula, movendo navem, movet per accidens centum equos vel homines, et immensa pondera ferri ; quæ tamen non [>otesl per se movere extra navem.

Dicitur quarto, pro secunda forma ibidem adducta, quod, concessa majore ibidem posita, minor neganda est; quia corpus Christi, secundum esse quod habet in Eucharistia, non est mobile omnino improper-tionatum potentia? motivæ creatura». Licet enim non sil proportionatum quoad moveri perse a creatura, e>l tamen proportionatum quoad moveri per accidens ad motum hostia? : quia, licet non se habeat ad hostiam modis ibidem recitatis, tamen sufficienter unitur Eucharistiæ modo pnedicto, ut puta |>er modum succedentis subjecto accidentium, ordinem halænlis ad illa, cum æquali inseparabilitate quintam habuit praecedens subjectum ad accidentia predicts, modo superius exposito. Et ideo similitudo de presentia angeli ad lapidem, et de corpore Christi ad hostiam, non valet in ρπηκ>-sito.

Dicitur quinto, quod non est inconveniens concedere in tali motione per accidens cor|>oris Christi ad motum hostiae, esse aliquam participationem miraculi, nec mere fieri virtute creata principaliter: non quod talis motio sil novum miraculum; sed dependet ex principali miraculo conversionis substantia? panis in corpus Christi, quo iit ut corpus Christi, sine informatione et inbæsione, uniatur insepanibili concomitantia speciebus panis conversi remanentibus, el sic reddatur mobile proportionalum virtuti creata· motione per accidens, secundum esse quod halæl sub speciebus, ut dictum est; ul sic virtus creata, per se moveat hostiam ul agens principle, corpus Christi vero moveat ut movens instrumentale respectu divinæ virtutis principaliter moventis illud. Tamen non oportet hic refugere ad miraculum. Ideo standum est in prima solutione, quod ista motio Iit a virtute creata naturali, sine infusione novæ virtutis supernatoralis ipsi moventi hostiam; licet non sit sine miraculo, quod corpus Christi sit mobile per accidens. proporlioiiatuni virtuti nvatæ moventi per se hostiam.

Et hæc sufficiant ad objecta Scoti.

II Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 10, q. 3), «licens quod μ majoi illius argumenti in naturalibus quidem non habet instantiam; sed, simpliciter loquendo, falsa est in proposito. Quia, si aliqua duo non (a) se habent aliquo illorum modorum quos ponit, si tamen se habeant per concomitantiam inseparabilem, sic scilicet quod non solum ubicumque est unum, est aliud, sed quod ubicumque unum esse incipit localiter, el aliud incipit esse ibi realiter pnesens, cum prius realiter ibi esset absens, el ubicumque unum desinit esse localiter, aliud incipit ibi esse realiter absens, cum prius realiter esset ibi pnesens, tunc verum est quod ad motum unius per se, movetur aliud per accidens. Moveri enim de loco ad locum, est realiter deserere primum locum, el realiter petere secundum locum; quamvis alterum non sufficiat; quia corpus quod de novo creatur, habet novum locum, nec tamen est localiter inolum; similiter, quod de novo generatur, et, c converso, quod de novo corrumpitur, perdit locum quem habebat, nec tamen est localiter motum. Sed corpus Christi, dato quod nullo modorum quos ponit arguens, so haberet ad species; tamen se habet a«l eas secundum hujusmodi concomitantiam inseparabilem. Ergo ipsum movetur per accidens, ad motum illarum per se. Unde, dato quod corpus Christi non posset dici motum localiter sacramentaliter quando de novo consecratur, quia, licet habeat locum quem prius non habebat, non tamen deserit primum locum; et similiter, non potest dici motum «piando species corrumpuntur, quia, licet desinat esse hic, non tamen per hoc desinere incipit alibi esse, cum (β) utcumque requiratur; tamen quia per motum localem .specierum desinit esse in primo loco spccierum, el incipit esse in secundo loco carum, videtur esse motum secundum illud esse locale quod habet in sacramento ». — Hæc Petrus, et bene, et conformiter ad prædicta.

Ad secundum respondet idem Petrus (ibid.), dicens quod «i idem secundum idem esse numerale, non potest moveri diversis motibus; sed secundum diversa, sic. Sicut enim secundum unam manum |>otest homo moveri sursum, et secundum aliam deôrsum; sic, si una manus posset esse dextra et sinistra, secundum esse dextrum posset levari, et secundum sinistrum deponi. Cum enim (γ) motus localis fundetur immediate non super illud quod est in loco, sed super ipsum esse in loco, si unum et idem babel duo esse in loco, poterit habere duos motus. Ergo secundum unam hostiam non nvisam, in qua Christus habet unum esse sacramentale numero, non potest ipse moveri motibus oppositis; sed secundum «luas hostias, in quibus habet duplex esse saciamentale, sic. — Quod autem in diversis hostiis corpus Christi habeat duplex esse sacramentale secundum nuinerum, licet unum secundum

(x) non. — Om. Pr.
(6) cum. — ·« Pr.
(γ) enim. — èjui Pr.

speciem, probatur. Quin quæ Mini unum secundum esse numerale, simul gejierantur et corrumpuntur; sed corpus Christi seorsum incipit esse el desinit in diversis locis hostiarum, secundum quod diversis temporibus consecrantur et corrumpuntur; ergo sunt ibi diversa esse; et, per consequens, contrarii motus possunt inesse. Similiter : motus el quies non possunt convenire eidein secundum euindern modum essendi, et secundum idem esse in; sed, supposito quod aliquid bnlicat esse in pluribus locis, nihil prohibet ipsum moveri secundum unum locum, el manere secundum alium. Et sic : supposito quod Christus non sil localiter nisi m cado, impossibile est quod per se moveatur localiter et quiescat; el similiter, supposito quod non sit sacramentaliter nisi in uno altari, impossibile est quod secundum esse sacramentale moveatur et quiescat; sed, si est in cœlo localiter, et in altari sacramenlaliler, poterii discurrere per cœlum, et quiescere in altari, et poterit quiescere in cado, et |>orlari per vicum ad infirmum; et, si est in mullis altaribus sacramentali1er, poterii in uno quiescere, el in alio moveri : sicut, si secundum pedem ego sum in aqua, el secundum manum in acre,secundum unum possum moveri, et secundum aliud quiescere; el idem erit de sola manu, supposito quod ipsa posset esse simul in diversis locis, n — Hæc Petrus, et bene.

Ad tertium respondet idem Petrus (ibid.), quod α non sequitur : *movetur, inota hostia; ergo frangitur, fracta hostia.* Quia ad motum localem sufficit quod aliquid deserat locum quem prius haliebat. el accipiat novum locum quem prius non habebat. Tunc enim, sicut dicebatur esse in loco prius, et nunc (a) in loco, dicitur motum de loco ad locum : quia mutari non est aliud quam aliter se habere nunc el prius, secundum unumquodque genus mutationis; unde aliler se habere ad locum quam prius, e>l mutari secundum locum, I'nde, cum corpus Christi dicatur esse in illo loco ubi est hostia, realiter et presentialiter, elsi non localiter; sicul illi qui dicunt angelum esse in loco diffinitive, dicunt eum (δ) moveri localiter, quia incipit esse realiter absens illi cui erat realiter præsens, el e converso, quamvis non sit alicubi localiter, sed diffinitive; sic, ex quo ad motum hostite corpus Christi incipit esse et desinit esse in loco, et reali præsenlia el absentia (γ). sic ei convenit moveri de loco ad locum ad motum hostite, sicut esse in loco ad pnesenliam hostile. Sed a<l fractionem non sufficit nec reqUirittir quod ipsum quod end in uno loco, liai in pluribus, cum etiam in vacuo fractio esse possit; sed quod illud quod erat unum continuum et integrum, per violentiam in duas partes dividatur, quarum qutelibet sit minor toto. Et quia hoc realiter competit quantitati hostite, ideo quantitas illa, quæ, perdita sua integritate, in minutas partes dividitur, vere frangitur. Sed sic non est de corpore Christi, et ejus quantitate : quia manet integrum el indivisum, cum sit impassibile; et est totum integrum in qualibet parte hostite fractæ, ita quod non solum est integer in se, imrno integro modo est in parte fracta, sicut erat in integra; ideo, nec secundum quod est in se, nec secundum quod e?l in hostia, frangitur. Sed, si, ad fractionem hostiæ, Christus, in se manens integer, non esset secundum se lotum in qualibet parte, sed secundum partem tantum, tunc haberet colorem quod, sicul ad motum hostite movetur non secundum csm» locale quod habet in cœlo, sed secundum osse sacramentale quod habet in sacramento, sic secundum fractionem hostiæ frangeretur et ip^e, non secundum esse naturale quod habet in se, sed secundum esse sacramentale quod habet in alio. Et forte talem fractionem Berengarius fieri dixil in corpore Christi, secundum esse sacramentale, non naturale >. — Hæc Petrus, et liene. — Verumtamen sanctus Thomas, 3 p., q. 77, art. 7, in solutione tertii, sic dicit : < Illud quod manducatur in propria specie, ipsum frangitur el masticatur in sua specie. Corpus autem Christi non manducatur in sua specie, sed in specie sacramentali. El ideo ipsum corpus Christi non frangitur, nisi secundum speciem sacramentalem. El hoc modo intelligenda est confessio llerengarii, ut fractio el contritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua est corpus Christi. · — Here ille.

Ad quartum, negatur consequentia. Quia ad rationem motus el mutationis propne dictorum requiritur deperxlilio termini *a quo* et acquisitio termini *ad quem,* el istorum terminorum successio, non simultas, immo quædam ineompossibilitas. Non sic autem est do loco Christi in cœlo, qui sibi competit ratione propriarum dimensionum, el de loco (pii sibi competit in altari ratione dimensionum panis; quæ loca simul sibi conveniunt, nec acquisitio unius est perditio alterius. Secus est de diversis locis sibi convenientibus ratione translationis hostiæ do loco ad locum, ut patet per prædicta.

Verumtamen Petrus de Palude (dist. 10, q. 3) negat antecedens hujus argumenti, et concedit quod corpus Christi exsistens in cœlo. non incipit este in sacramento, nisi interveniat aliquis motus in Christo. Dicil enim sic ; « Illud quod incipit esse realiter ubi prius non erat, per aliquod in se realiter factum, id est, ad se mutatum, vel in se mutatum aul conversum, illud esi motum realiter, secundum realilatem essendi qua ibi est. Sic est in proposito. Ergo, etc. — Item : sicul Christus, non obstante sua impossibilitate, potest esse mutabilis de loco ad locum, et incipit esse localiter ubi prius non erat;

(a) *nunc.* — *tunc* Pr.
(β) eum. — *cum* Pr.
(γ) *ergo.* — Ad. Pr.

sic non præjudicat suœ impossibilitati, si incipit esse realiter præsens ubi prius non erat; quia non (a) plus fit in eo per istam novam praesentiam, quam fleret per novam circumscriptionem· Sicul ergu diceretur motum localiter, si inciperet esse circumscriptive ubi prius non erat; sic potest dici motus sacramenlnliler, quia est sacramentali 1er ubi non erat. — Item, videtur quod jxissit dici realiter mutatus. Quia est subjectum realiter mutationis; el haliel realem modum essendi, quem prius non habebat. Ita enim realiter esi in sacramento, sicut in cado. Unde, sicul e»se alicubi esi in eo modus redis essendi, sic esse in sacramento. El sicul si incipit esse localiter ubi prius non erat, est in eo facta mutatio malis, quia se habet nunc aliter quam prius (quod tamen non praqudicat stiæ impossibilitati, quia |>er hoc nihil de absolutis mutatur in eo); sic in proposito. — Nec valet, si dicatur : Deus incipit esse de novo in mundo realiter, cum prius non esset, sine sui mutatione. Quia Deus non incipit esse in re per mutationem rei in se, sicut corpus Chrisli. Unde, cum realiter res in corpus Christi convertatur, el, per hoc, corpus Chrisli hic esse incipit, non videtur absurdum dicere corpus Christi mutatum esse, cum hoc sil minus quam >i localiter mutaretur. — liem, corruptis speciebus, desinit ibi esse. El cum omnis corruptio sil qmedam mutatio, cum esse quod haliebal ibi, esset quoddam esse reale, et non tantum rationis relatio, sicul est signatum in signo; sicut quando aliquid desinit esse in loco, ipsum *ubi* corrumpitur, et est realis mutatio ; sic *ubi* sacramcnlale generatur quando hostia consecratur, el corrmnpilui quando hostia corrumpitur. El tamen, cum corpus Chrisli secundum substantiam sil subjectum istius ubi sacramentalis, sicul ejus quantitas est subjectum ubi naturalis, videtur hic sicut ibi esse quædam mutatio, cujus subjectum est substantia; el, per consequens, est mutata, se habens aliter nunc quam prius, secundum tale ubi extrinsecum. — Si dicatur quod ad motum localem requiritur desertio primi loci, el adeptio secundi; unde quod movetur a loco ad vacuum, vel a vacuo ad locum, non ₥ove lur localiter, licet possit dici motum a loco, vel ad locum; et, per consequens, facta conversione, non potest dici mutatus, quia non desinit esse in cœlo; el, corruptis speciebus, non est mutatus, quia non incipit per hoc esse alibi vel alicubi; sicul creatum in loco, vel annihilatum in loco, non est motum localiter, licet incipiat vel desinat esse in loco realiter; — dicendum quod saltem quando hostia consecrata de luco ad locum, transfertur, corpus Chrisli concomitans potest dici moveri sacramentaliter; quia deserit primum locum sacramentalem. el habet novum locum sacramentalem. Immo etiam per novam conversionem, et novam corruptionem specierum, potest dici esso motum sacramentaliter: quia non solum dicitur mutari illud quod transit de uno extrinseco in aliud, sed etiam illud quod transii de non osso ad esse, et de esse ad non esse; sicul aer, cum de tenebroso fit lucidus, el econtra; unde corpus motum ile loco in vacuum, vel econtra, potest dici mutatum, accipiendo vel perdendo novum ubi. Et similiter in proposito : corpus Christi, novum es>e sacramcnlale acquirendo el nullum perdendo, el .similiter esse sacramentale jæidendo el nullum acquirendo, mutatur realiter; cum illud esse sit res vera, vel realis modus essendi. Nec est simile de illo quod creatur vel annihilatur in loco. Quia quod creatur, non præexsistit; el quod annihilatur, non remanet; oportet autem ad veram mutationem idem numero substerni utrique termino. Hic autem corpus Chrisli idem numero pneexsistit conversioni, et remanet post corruptionem. Quod ergo dicunt Doctores, quod non mutatur, verum csl per se; sed per accidens mutatur (a) : sicul dicitur, 5. *Physicorum* (t. c. 10), quod relatio nova realis advenit, nulla mutatione facta in ipso, verum est per se; sed per accidens, sic (ὐ), quia habet modum essendi realem, quem prius non habebat. Sed quia communis opinio est in contrarium, quod scilicet sine sui mutatione coipus Christi incipit esse el desinit essi? in altari, ideo contrarium inquisitive, sim· assertione dictum, accipiatur. Sed quin (γ) moveatur per accidens, ad motum specierum, non videtur. » — Hæc Petrus, el salis probabiliter quoad mulla : licet assumat aliqua dubia, potissime quod corpus Chrisli habet realem habitudinem, relationem aut comparationem, ad locum Eucha₮istia vel specieium panis; item, quod incipit esse sub speciebus panis per realem motum, el desinit esse sub eis similiter; item, quod æque realiter sil in loco Eucharistia! sicut in loco cœli, sic quod æque realem respectum habeat ad altare vel calicem in sacramento sicut ad proprium locum in cœlo; et quædam alia, quæ videntur dissona a doctrina sancti Thomæ, ul in sequentibus forte dicetur, etc.

Ad quintum respondet idem Petrus (ibid.), in sententia, dicens : « Si dicatur, sicul aliqui dicunt, quod, translatis speciebus, incipit esse et desinit sine sui motu, — verum est, secundum esse locah et naturale, sed non sine sui motu, secundum esse quod habet (8) m sacramento; quia ex quo ipsum esse in sacramento mutatur, per consequens, corpus Christi, subjectum illius esse, mutatur subjective, sicul terminati ve. El quando dicunt quod

(>) mm. — Om. Pr.

(x) *mutatin',* — Om. Pr.
(ὐ) fir. — Om. Pr.
(γ) çuin — Quam/o Pr.
t^) fecundum ewr quod *habet. — quem hahet secundum* | ene Pr.

non est præsens loco, nisi quia est praesens speciebus exsistentibus in loco, — verum est. Kt quando subjungunt quod eamdem rationem pnesentiæ habet ad species motas et quiescentes, — verum est. Sed propter hoc non sequitur quin ad motum earum moveatur, et nd quietem earum quiescat, secundum esse quod habet in eis : sicut color est in quanto quiescente et moto eodem modo, scilicet per inbft-rentiarn; quæ inhærenlia non variatur per motum subjecti, nec per quietem; tamen, quia ad motum subjecti accidit ipsum colorem distare et appropinquare, esse pnesens et absens, dicitur moveri per accidens; ita est in proposito. — Nec est simile quod adducunt de Deo, qui incipit esse et desmit alicubi per rerum generationem et corruptionem, sine sui mutatione. Quia Deus non est diffinitive in loco, sic hic quod non ibi; immo in omni quod est, Deus est. Sed corpus Christi, sicut est localiter ubi est sua quantitas, ita est diffinitive sacramentaliter ubi est quantitas substantiæ in illud converse. Sed quia in multis locis potest esse simul ista conversio, ideo non est diffinitive in uno loco conversionis, sic quod non in alio; sed locum substantiæ converse sic sibi diffinit, quod est ubi erat quod in eum conversum est, et non alibi; ratione cujus diffinitionis moveri potest. — Sed (x) quidam negant minorem, dicentes quod corpus Christi est solum pnesens hostiae ex vi sacramenti, sed ad locum hostis nullam praesentiam habet ratione qua est in hoc sacramento; quia per aliam rationem comparantur species ad locum, et corpus Christi ad species ut ad sacramentum ; el ideo, manentibus speciebus, quamvis transferatur de loco ad locum, corpus Chrisli, quod esi præsens eis, semper est ubi erat. Sed propter hoc non est neganda minor. Et ideo probatur sic : Quia quando aliquis communicat, corpus Chrisli est in ore ejus, et in venire ejus; et realiter suscipit corpus Christi ; et sic incipit esse ubi prius non erat. Unde Apostolus (1. *Corinth.* 10, v. 1G) : Panem quem *sumimus,* etc.; «4(1. *Corinth.* If, v. 29) : Qui *manducat et bibit,* etc. Manducatio autem est motus quidam ; et sic est ubi prius non erat. Et quando ablatum est de altari, jam plus non est ibi. Et ideo ad rationem suam est dicendum quod, licet corpus Christi non sil præsens nisi speciebus immediate; tamen, ipsis mediantibus, est pnesens illis quibus ilke sunt présentes; el ex quo eas inseparabiliter concomitatur, sequitur eas quocumque vadant. Unde, licet corpus Christi, translatis speciebus, semper sit ubi erat, quia est in speciebus ubi prius erat; tamen, loquendo de loco communi et remoto, est ubi prius non erat, el non est ubi prius erat. Sicut qui est in navi, semper est ubi erat, si de sede sua se non moveat, quantum ad navem, quia hi eadem parte navis ubi prius; sed, respectu aqua» vel ripæ, ex quo navis est (x) mota, est ubi prius non erat, et non est ubi prius erat. Et similiter est in proposito, de esse sacramentali, sicut ibi de esn? locali. Nam corpus Christi, secundum esse sacramentale, sic in altari est, quod non in cœlo; immo, secundum illud esse, est realiter absens et distans a cœlo, et realiter præsens el propinquum altari. Ergo, secundum tale esse, convenit ei motus, secundum quod diffinit sibi locum, etsi non quoad (6) circumscriptionem et silum, saltem quoad realem pnesentiam (ut non dicam propinquitatem, quæ sonat modum quantitatis; quia non est hic modo quantitativo). › — Hæc ille. — Ex quibus patet solutio ad utrumque caput quinti argumenti. Cum enim fert instantiam contra majorem argumenti Petri, patet, ex dictis, quod instantia nulla est, sicut patet ex dictis in solutione quarti. Nam, dum corpus Christi incipit esse in sacramento, ipsum incipit esse in uno loco, non deserendo alium locum; secus est dum hostia de loco ad locum transfertur. Rursus, quia coquis Chrisli incipit esse in sacramento, et in loco sacramenti, per conversionem panis in ipsum, et per realem mutationem vel desinitionem alterius, ideo non oportet corpus Christi ex hoc mulari; secus est dum, concomitando sacramentum, transfertur de loco ad locum, nulla facta conversione vel mutatione alicujus substantiæ in ipsum. Et sic, licet in primo casu corpus Christi non possit dici proprie motum \el mutatum, tamen in sêcundo casu veraciter movetur. Sciendum tamen est quod, cum dicit Petrus ipsum vere moveri vel mulari, etiam in primo casu, quia ad veram mutationem sufficit acquisitio novi termini sine deperditione prioris, sicul cum aer de tenebroso fit lucidus, etc., — dicitur quod ad veram mutationem sufficit acquisitio novi termini, sine deperditione alicujus positivi praeexsistentis. Sed hoc non sufficit ad veram rationem motus, ubi oportet utrumque terminum, *a quo* et *ad quem,* esse positivum, ul palet, 5. *Physicorum* (1. c. 9). IJitio autem localis est motus proprie dictus, ut patet, 5. *Physicorum* (ibid.). Ideo nihil mutatur localiter, nisi perdat unum locum, et acquirat alium. Et ideo, cum corpus Chrisli incipit esse in sacramento, el in loco sacramenti, per novam conversionem, non potest dici motum aut mutatum localiter. Nec apparet quo alio motu vel mutatione tunc mutetur; cum, praeter locum el sacramentum, nullum absolutum acquirat, sed purum respectum extra genus ipsius *ubi,* qui non potest esse terminus motus proprie dicti. Ex acquisitione autem extrinseci sacramenti, vel loci sacramenti, non potest dici motum esse, sed forte mutatum esse, improprie valde, mutatione acquisitive vel deperditiva. Et forte hoc

(a) *quia.* — Ad. Pr.

(e) *e»t.* — Om Pr.
(6) *quoad.* — cif *iccundum* Pr.

concedendum est, ut liat vis inter motum localem el mutationem localem, el iterum inter mutationem localem locati et mutationem localem non locati sed tantum uniti locato, quæ est mutatio localis per accidens, sicut et acquisitive loci per accidens ct mediante aliquo per se locato. Et ita secunda mutatio localis per accidens potest concmli inesse corpori Christi in instanti conversionis panis in ipsum; non autem motus localis.

Dicitur secundo, quod instantia lata contra minorem argumenti, sufficienter evacuata est ex prodictis : quia corpus Christi, licet non habeat ad locum hostiae praesentiam per se et immediate, haliei tamen præsentiam ad illum per accidens, et mediante ratione dimensionum panis, quas inseparabiliter concomitatur, el quibus aliqua unione conjungitur.

Exemplum autem quod adducitur de angelo, non valet. Tum quia substantia angeli alio modo est præsens corpori molo ab angelo, el alio modo corpus Christi ad species panis ⁑ quia prima pr.esenlia est sicut motoris ad mobile, secunda vero praesentia est sicul ⁑ubstantia ad quantitatem, et lialæns aliquid simile illi presenti© qua subjectum dicitur presens suo accidenti; quia, licet corpus Christi non subjiciatur dimensionibus panis conversi, succedit tamen subjecto dimensionum, sine informatione, in consimili pnpsentia, et eadem vel tanta inseparabilitate. Tum quia pncsenlia angeli ad corpus est voluntaria, non autem pnesentia corporis Christi ad species, modo prius exposito. Tum quia falsum assumit arguens, scilicet quod angelus movens corpus non moveatur ad motum talis corporis. Unde sanctus Thomas, I p., q. 51, art. 3, in «elutione tertii, sic dicit : ‹ Motus qui est a ⁑molon conjuncto, est proprium opus vita·. Sic autem non moventur corpora assumpta ab angelis; quia angeli non sunt formæ eorum. Moventur tamen angeli per accidens, molis hujusmodi comioribus; cum sint in eissicul motores in mobilibus; el ita sunt hir, quod non alibi; quod de Deo dici non potest. Unde, licet Deus non moveatur, motis his in quibus est, quia ubique est, angeli tamen moventur per accidens, ad motum corporum assumpturum; non autem ad motum corporum cœlesitum, ebi sint in eis ut motores in mobilibus; quia corpora coelestia non recedunt de loco secundum totum; nec determinatur spiritui moventi Orbem locus secundum aliquam determinatam partem ⁑ubstantia orbis, quæ nunc est in oriente, nunc in occidente, sed secundum determinatum situm, quia semper est in oriente virtus movens, ut dicitur, 8. *Physicorum* (t. c. 84). › — Hæc ille. — Ex quibus patet exemplum adductum ad pro|»o~situm nil valere.

Et bæc sufficiant ad objecta Durandi.

Ad argumentum contra quaestionem, patet resjwjnsio per prædn la.

Et hæc de quaestione sufficiant. De qua benedictus sil Deus. Arnen.

QUÆSTIO IV.

UTRUM CORPUS CHRISTI SIT IN EUCHARISTIA VISIBILITER, HOC EST, UTRUM POSSIT Illi VIDERI OCULO CREATO

LTiMO. circa decimam distinctionem quarti, q uteri tu r: Utrum corpus Christi sil in Eucharistia visibiliter, hoc est, utrum possit ibi videri oculo creato.

Et arguitur quod sic. Quia corpora gloriosa erunt *configurata corpori claritatis Christi,* ut dicitur, *Philippeus.* 3(v. 21). Sed oculus Christi videt seipsum prout est in sacramento hoc. Ergo, pari ratione, quilibet alius oculus glorificabis potest ipsum videre.

In op|)ositiiin arguitur sic : Nihil enim idem, el eodem modo exsistens, {lolesl simul ab eodem videri in diversis speciebus. Sed oculus glori liratus semper videt Christum prout est in sua specie, secundum illud Isaiæ 33 (v. 17) : *Begem in decore suo videbunt.* Ergo videtur tpiod non videat Christum prout est sub specie hujus sacramenti.

In bac quaestione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones, in tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum a‹fprimum articulum, sit

Prima conclusio : Quod nullus oculus corporalis potest videre corpus Christi prout est In hoc sacramento.

Secunda conclusio est quod quilibet oculus Intellectualis beatus potest videre corpus Christi prout est In hoc sacramento.

Tertia conclusio est quod nullus oculus Intellectualis, non beatus, potest videre, cursu naturali et propria virtute naturali, corpus Christi prout est In hoc sacramento.

Has 1res conclusiones ponit sententialiter Beatus Thomas, 3 p., ‹(. 76, art. 7, ubi sic dicil : « Duplex

est oculus : scilicet corporalis proprie dictus, et intellectualis, qui per similitudinem dicitur. Λ nullo autem oculo corporali corpus Christi potest videri prout est in hoc sacramento. Primo quidem, quia (i) corpus visibile per sua accidentia immutat medium; accidentia autem corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substantia, ita scilicet quod accidentia corporis Christi non halænt immediatam habitudinem neque ad locum neque ad corpora quæ ipsum circumstant; et ideo non possunt immutare medium, ut sic aliquo corporali oculo videri possint. Secundo, quia corpus Christi est in hoc sacramento per modum subslantiæ; substantia autem, inquanlum hujusmodi, non («1 visibilis oculo corporali, neque subjacet alicui sensui, neque imaginationi, sed soli intellectui, cujus objectum est *quod quid est,* ul dicitur, 3. *de Anima* (t. c. 20); el ideo, proprie loquendo, corpus Christi, secundum modum essendi quem habet iu Sacramento isto, neque sensu neque imaginatione perceptibile est, sed solo intellectu, qui dicitur oculus spiritualis. Percipitur autem diversimode a diversis intellectibus. Quia enim inodus essendi quo Christus est in hoc sacramento, est penitus ⁑supernatural! a supernatural! (6) intellectu, scilicet divino, secundum se visibilis est, et, per consequens, ab intellectu beato angeli vel hominis, qui, secundum |>articipatam claritatem divini intellectus, videt ea quæ supernaturalia (γ)δηηἰ, per visionem divina» essentiæ. Ab intellectu autem hominis viatoris non potest conspici nisi per fidem, sicut et cetera (o) supernaturalia. Sed nec etiam intellectus angelicus secundum sua naturalia sufficit ad hoc intuendum. Unde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento, nisi per fidem, cui non voluntate assentiunl, sed ad eam signorum evidentia convincuntur, prout dicitur, Jacob. 2 (v. 19), quod *dæmones credunt et contremiscunt.* › — Hæc ille.

Hem, præsenli distinctione, q. I, ari. 4, in solutione priinæ quæstiuncuhe,.sic dicil: ɑ Nihil videtur corporali visu, nisi per hoc quod oculus ejus inoretur ab objecto secundum similitudinem coloris in ipso exsistentis. Qure quidem similitudo primo fit in medio, el deinde in sensu. Corpus autem Christi non habet ordinem ad species, sub quibus est, ratione quantitatis sute. Et ideo non potest aggenerari similitudo coloris ejus in aere contingente species, duplici ratione. Primo, quia omnis actio corporalis requirit contactum; tactus autem corporalis sequitur quantitatem, quia nihil aliud est quam conjunctio terminorum duarum quantitatum ; et ideo corpus Christi non tangit aerem circumstantem, el, propter hoc, non potest in ipso aggenerare similitudinem sui coloris. Secundo, quia color sequitur quantitatem, cum immediatum <ubjectuin ejus sit ⁑si|»erficie quia corpus Christi non habet ordinem ad hunc locum ratione fuæ quantitatis, ideo nec ratione sui coloris; et ideo, sicut non conjungitur aeri circumstanti secundum quantitatem, ita non assimilât sibi ipsum, aggenerandosimilitudinem coloris sui in ipso. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione quartæ ⁑quæstiunculæ, sic dicit: ‹ Angelus nihil videt visione corporali; quia, licet corpus assumat, non tamen conceditur quod rideat per corpus assumptum. Unde relinquitur quod in eo non e>l nisi visus ⁑intellectu qui quidem non est recipiendo a sensibilibus, soil vel per species innatas, quantum ad ea quæ naturali cognitione intelligunl, vel per Verbum quod vident, quantum ad ea quæ supra naturalem cognitionem ipsorum sunt. Et quia angeli sunt beati, oportet quod habeant plenam visionem omnium eorum de quibus est fides, quantum ad visionem gloriosam, quæ fidei succedit. Et ideo, sicut fides credit corpus Christi esse sub sacramento, ita visione beata angeli vident. Credo autem quod omnia ⁑qua sunt fidei, sunt supra naturalem cognitionem angelorum, sicut supra naturalem rationem hominum; et ideo mvsteria fidei dicuntur esse *abscondita a reculis in Deo,* ut dicitur, *Ephes.* 3 (v. 9). Unde naturali cognitione non vident angeli corpus Christi esse sub sacramento, sed solum beata· Dæmones vero non vident plenarie, sed credunt, et contremiscunt. ® — Hæc ille.

Item, in solutione quintæ quæstiunculæ, sic dicit: « Illa tantum intellectus noster videre dicitur, proprie loquendo, quorum essentia ei repr.esentatur, sive lumine naturali, sive gratiæ aut ⁑gloria El ideo, per consequens, videre dicitur illa principia, quæ, statim cognitis terminis, quasi visi» essentiis terminorum, cognoscuntur: et. per consequens, omnia et tantum illa quæ reducuntur in illa principia, sicut conclusiones scientiarum. Quæ vero nullo modo ordinem habent ad principia naturaliter cognita, nec ad sensus perceptionem, non |K)tcst in statu via» videre. Et quia corpus Christi esse sub sacramento nullum ordinem habet ad principia naturaliter cognita, quæ sunt principia scientiarum, neque etiam sensu a nobis comprehendi |M)test, ideo intellectus viatoris nullo modo hoc videre potest, et mullo minus comprehendere (quia aliquid videtur, quod non comprehenditur, sicul essentia divina in patria); nisi videre lapgo modo dicto, secundum quod dicimur videre ea quæ sunt fidei, in speculo et iu ænigmate, I. *Corinth.* 13 (v 12). › — H.fc ille.

Ex quibus |u>ssunt formari rationes pro conclusionibus. Et quidem, pro prima, |M)test sic formari ratio: Nullum corpus non potens immutare medium

( ) *quia.* — *quod* Pr.
( ) *lupcniuturalu, a tuprniaturali.* — *Spirituali t a spirituali* Pr.
(γ) *supeinaturalia* —*spiritualia* Pr.
(4) *spiritualia* ve/. — Ad Pr,

videndi per sua accidentia, nec organum visus, potest videri ab oculo corporali. Sed corpus Christi, secundum esse quod habet in Eucharistia, est hujusmodi. Igitur, secundum tale esse, non potest videri ab oculo corporali. — Pro secunda apguitur sic : Quilibet oculus beatus intellectualis videt actu vel habitu omnia de quibus est fides viatoris. Sed de corpore Christi, secundum essequod habet in Eucharistia, est fides viatoris. Ergo et visio beatorum est de illo, vel esse potest. — Pro tertia arguitur sic : Naturalis cognitio visiva angelorum non potest esse de illo de quo directe est fides. Sed Christum esse in Eucharistia, est hujusmodi. Igitur, etc.

In hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. —Contra primam conclusionem

Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam conclusionem arguit Scotus (dist. 10, q. 9), probando quod oculus corporalis potest videre corpus Christi ut exsistens in Eucharistia.

Primo. Quia, si corpus Christi, ut exsistens in Eucharistia, non posset immuUre visum, hoc esset quia est inextensum. Sed hoc non velet. Quia angelus nusquam est præsens localiter, nisi diflinitive; movet tamen localiter corpus sibi proportionalum præsens, et, si haberet virtutem alterandi ipsum, alteraretur corpus ut est præsens. Ergo non requiritur ex parte moventis extensio corporalis, ad hoc quod alteret organum ad sensationem.

Secundo. Quia corpus Christi non est præsens speciei alicui (a) ad minus, nisi minimo sensibili; quia nulli indivisibili est præsens. Minimum autem sensibile potest percipi a sensu |>erfeclissimo, secundum Philosophum, in *de Sensu ct Sensato.* Ergo et istud poterii percipi a visu perfectissimo, non obstante suo modo exsistendi.

Tertio (6). Quia illud quod dicitur de tactu in probatione conclusionis, non valet, nec concludit. Quia contactus (γ), ul dicit habitudinem corjroris ad corpus extrinsecum, non videtur necessario requiri ad aliquam actionem absolutam, cujusmodi est mutatio sensus; quia actio absoluta videtur posse praecedere quemcumque talem respectum extrinsecus advenientem. Ergo, licet corpus Christi, ut hic, non contingat, excludendo talem respectum extrinsecus advenientem ad aliud corpus, non sequitur quin posset alterare, quod est movere vel mulare ad formam absolutam.

Quarto (a). Quia illud quod dicitur de quantitate, non concludit nisi quod color non habet ordinem ad locum, eo modo quo quantitas, quæ est ejus subjectum, non habet ordinem ad locum. Hoc autem non est nisi quia non est extensio proportionabilis extensioni quantitatis illius corporis. Ergo inferas quod color non extenditur extensioni quantitatis continentis. Sed, si inferatur, *ergo non potest alterare medium,* nihil ad propositum.

Quinto (6). Quia similiter illud de derivatione per medium, non valet, ut patet per primam rationem : quia angelus potest bene habere aliquem effectum ordinate determinatum in passo, secundum paries passi; licet angelus, ut agens, non habeat alicubi esse localiter.

Sexto. Quia, cum visio sil forma absoluta, potest sine contradictione fieri a Deo in oculo quocumque, sive glorificato, sive non glorificato, sive respectu pncsenlialitatis ad objectum, vel quocumque tali respectu, ut videtur.

Septimo. Quia illud quod additur de miraculo, non valet. Quia miraculum non est ad illud quod includit contradictionem. Sed quod oculus corporalis videat corpus Christi ut hic primo, implicat. Patet : quia tam causatio quam terminatio visionis requirit in objecto primo causante, vel terminante, dispositionem debitam, et hoc secundum locum, utpote approximationem et distantiam debitam ; sed corpus Christi ut in Eucharistia non potest debite approximari organo, nec distare debite, quia non est hic ul in loco. — Hæc Scotus, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumentum Scoti. — Contra secundam conclusionem arguit idem Scotus (dist. 10, q. 8, conci. 3), probando quod beatus per actum beatificum non videt corpus Christi in Eucharistia. Quia beatus non distinguitur a non beato, nisi beatificum objectum videndo, et ea quæ includuntur in ipso,

(s) fpectat alicui. — itta specie a/icujuj Pr.

(6) Hoc argumentum est responsio data a Scoto alicui probationi conclusionis, quam sic praesentavil : « Non potest ibi esse ţontactu.- sine quo non est actio naturalis in corporibus Ratio autcrn quare ibi non potest esse contactus, est: quia corpus Chneti non respicit ibi species ratione quantitatis, quantitas autem sola est ratio contactus. B

(γ) *contactu». — cum tactu»* Pr.

(a) Per istud quartum argumentum respondet Scotus þro battant conclusionis ab ipso sic eiTonnnla· : · Alia ratio est, quia color respicit quantitatem pro per se subjecto, corpus autem Christi non habet ordinem ad locum ratione quantitatis; ergo nec ratione coloris; ergo corpus Christi non potest immutare medium immutatione aliqua, virtute coloris; ct ila nec ad visionem, t

(€) Ratio ad quam respondet Scotus per hoc argumentum, ab eo sic enuntiatur : « Species non potest hic derivari ab objecto per medium, quia objectum non est in loco; derivatio autem talis requiritur ad visionem. »

ut est tnle objectum. Sed corpus Christi in Eucharistia non est tale objectum lieatificuin, ut patet. Nec inclusum in objecto beatifico. Patet: quia reque naturaliter pertinet ad objectum beatificum in ralione objecti videre unam rem unius sacramenti, sicut alterius (sicut ad fidem aeque pertinet credere veritatem unius articuli, sicut alterius); sed nullo modo pertinet ad objectum beatificum includere istud sub ratione ostensi, scilicet gratiam conferri parvulo in baptismo, vel gratiam conferri confitenti in confessione; ct ista teque veraciter includuntur in sacramentis, sicut corpus Christi in Eucharistia; ergo nullo modo objectum beatificum, ut objectum tale est, includit corpus Christi ut visum in Eucharistia. Et addo, juxta hoc, quod multo minus requiritur ad beatitudinem quod beatus videat exsistentiam corporis Christi in Eucharistia in proprio genere; quia mullo minus requiritur ad beatitudinem talis perfectio visionis, quam visionis in Verbo. — Hæc Scotus, in forma.

£ 3. — CONTKA TERTIAM CONCLUSIONEM

Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclusionem arguit idem Scotus (dist. 10, q. 8, conci. 2), probando quod intellectus angelicus, vel animæ separate, sive hominis beati, naturaliter potest videre exsistentiam corporis Christi in Eucharistia.

Primo. Quia intellectus se habens ad intelligibilia sicut ipsa sunt inlelligibilia in se, prius inlelligit illud quod prius est intelligibile in se, el per consequens illud quod prius est in se ens; quia unumquodque, sicut se habet ad esse, ita ad intelligibilitatem et veritatem secundum se, ul patet, 2. *Metaphysics* (t. c. 4). Talis autem intellectus respicit lotum ens, et quodlibel, secundum ordinem suæ intelligibilitatis. Substantia autem est prior, sicut in entikile, ila in cognoscibilitate, quocumque modo accidentali ipsius. Ergo talis intellectus prius inlelligil substantiam ipsam, quam queincumqm· inodum ejus; et, per consequens, nullus modus ejus sub specie potest impedire intellectionem substantiæalali intellectu. Breviterarguilur(i)sic: Modus accidentalis in per se objecto, non impedit cognitionem illius objecti. Ista præsenlia in Eucharistia est modus accidentalis substantia: corporis Christi. Ergo non impedii illam substantiam cognosci a tali intellectu, cujus ipsa esi per se objectum. Est autem objectum per se illius intellectus abstracti, qui non dependet in intelligendo a sensibus. Igitur, etc.

Dices quod ista concludunt quod talis substantia corporis Christi posset cognosci a tali intellectu, sed non intuitive videri (6) : quia illa exsistentia est supernatandis, et per consequens improportiona-

(1) *arguitur, ^arguit* **Pr.**
ti) *videri. — videre* **Pr.VI**

bilis intellectui creato, vel naturaliter cognoscenti. — Sed contra hoc arguitur. Quia virtus potens cognoscere objectum intuitive dum est prraens, potest cognoscere ejus absentiam dum est absens; patet, 2 dr Anima (t. c. 71), quia visu non tantum cognoscimus lucem, sed tenebrem» Sed intellectus talis potest cognoscere substantiam panis, vel præMjntiam panis, quando est pnesens; quis non est objectum *supernatural Ergo potest cognoscere absentiam panis, quando est absens. Elqua ratione potest cognoscere istam absentiam substantial panis, potest cognoscere praesentiam substantiae (?) corporis Christi : quia illud in se est objectum proportionatum tali intellectui ut intuenti; ergo modi» accidentalis ipsius corporis non impedit quin ril objectum intuibile ipsi intellectui.

Secundo sic. Totum ens creatum, sicut est objectum proportionatam tali intellectui quantum ad cognitionem abslractivam, ita quantum ad intuitivam. Non enim differt intuitiva ab abstractive, nisi propter prssentiam objecti aliam et aliam. Quidquid autem potest esse sibi praesens hac praesentia, hoc et illa. Si ergo quodeumque ens potest abstractive cognosci a tali intellectu quando est sibi pnesensuno modo, sequitur quod potest intuitive intelligi cpiando est sibi praesens in propria exsistentia actuali.

Tertio sic. Naturale el *supernatural non distinguunt naturam alicujus in se, sed lanium in comparatione ad agens : ideo enim dicitur aliquid supernatande, quia a supematurali agente; naturale vero, quia a naturali agente. Habitudo vero ad agens aliud el aliud, non concludit aliquid esse aliud et aliud in se, secundum Augustinum, 3. *de Trinitate,* cap. 9. Ergo non concludit illud esse aliud et aliud in ratione inlelligibilis. Hoc etiam patet : quia imperfectum ens passel esse supernatural el naturale aliquid posset esse (6) perfectius eo; sicut omnis substantia est simpliciter perfectior omni accidente, 7. *Metaphysics* (t. r. 4, etc.); et tamen alicui substantia?, quæ est ens mere naturale, posset inesse aliquod accidens *supernatural Hoc autem patet : quia virtutes theological, ut (γ) charilas, et hujusmodi, sunt in determinata specie qualitatis; et, secundum multos, angelus habet naturaliter principia cognoscendi omnes species entium, ct cognoscendi illas virtutes, licet sint entia supematuralia. — Hicc Scotus in forma.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

(3) **prawnbani** *rubtiantir. — jubilantium* **Pr.**
(6) **ew. — Om. Pr.**
(γ) *ut. — et* **Pr.**

VI IV

ARTICULUS HL

PONUNTUR SOLUTIONES

— An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supra dictis. Ideo

Ati primum contra primam (a) conclusionem, dicitur, negando minorem, seu secundam partem antecedentis. Et ad prolationem ejus, dicitur quod similitudo adducta tie angelo movente corpus, non valet. Quia modus naturalis angeli moventis corpus, est tangere corpus solo tactu motapbysico (C) vel villulis, sine(ɣ)contactu mathematico; et ille tactus sufficit atl hoc quoti motent corpus motu locali. Similiter talis contactus virtutis sufficit ad hoc quod anima rationalis moveat corpus sibi conjunctum, motu locali, el augmenti, et alteiationis. Secus autem est de agente mere corporali : tale enim non potest naturaliter agere, nisi tangat suum proximum el immediatum passum, tactu mathematico. De hoc sanctus Thomas, 2. *Contra Gentiles,* cap. 56 < Est, inquit, quidam contactus, quo substantia intellectualis corpori uniri potest. Corpora enim naturaliter tangendo se alterant; el sic ad invicem uniuntur, non solum secundum ultima quantitatis, sed diam secundum similitudinem qualitatis aut formæ, dum alterans formam suam imprimit in alleratum. Et quamvis, si considerentur solum ultima quantitatis, oporteat in omnibus univocum esse tactum; tamen, si attendatur ad actionem et passionem, inveniuntur aliqua esse (angentia tantum, d aliqua tacta tantum. Corpora enim cœleslia tangunt quidem hoc modo elementaria corpora, inquantum alterant ea; non autem tanguntur ab eis, quia ab eis non patiuntur. Si ergo sint aliqua tangentia, quæ in quantitatis ultimis non tangant, dicentur nihilominus tangere, inquantum agunt; secundum quem modum dicimus quod contristans nos tangit, Hoc modo tangendi possibile est uniri substantiam intellectualem corpori per contactum. Agunt enim subslantiæ intellectuales in corpora, d movent ea, cum sint immateriales, et magis in actu exsistente». Hic autem tactus non est quantitatis, sed virtutis. Unde differt hic tactus a tactu corpreo in tribus» *Primo,* quia hoc tactu id quod est indivisibile potest tangere divisibile; quod in tactu corporeo non potest contingere : nam puncto non jiotest tangi nisi aliquid indivisibile; substantia autem intellectualis, quamvis sil indivisibilis, potest tangere quantitatem divisibilem, inquantum agit in ipsam. Alio enim modo est indivisibile punctum, d substantia intellectualis : punctum quidem, sicut quantitatis terminus; ct ideo habet situm determinatum in continuo, ultra quem porrigi non potest; substantia autem intellectualis, est indivisibilis, quasi extra genu» quantitatis exsistens; undo non determinatur ei aliquod indivisibile quantitatis ad tangendum. *Secundo,* quia tactus quantitatis est solum secundum ultima, tactus autem virtutis est ad totum quod tangitur: sic enim tangitur, secundum quod patitur el movetur; hoc autem fit secundum quod est in potentia; potentia est autem secundum totum, et non solum secundum ultima totius; unde totum tangitur. Ex quo patet *tertia differentia :* quia in tactu quantitatis, qui fit secundum extrema, cqiortet tangens exlrinsecum esse ei quod tangitur, et non potest incedere per ipsum, sed impeililur ab eo; tactus autem virtutis, qui compedit substantiis intellectualibus et (a) spiritualibus, cum sit ad intima, facit substantiam tangentem esse intra id quod tangitur, et incedentem per ipsum absque impedimento. Sic ergo substantia intellectualis potest uniri corpori per contactum ‡virtutis» — Hæc ille. — Simile ponit -4. *Sentent.,* dist. -44, q. 3, art. 3, qll 3, in solutione septimi argumenti. Ex quo palet nullitas similitudinis argumenti. Quia in motione qua substantia intellectualis movet corpus, qualicumque motu, sive locali, sive alterationis, sufficit contactus virtutis, sine contactu quantitative; quia alium contactum habere non potest respectu corj>oris, aut alterius passibilis vel mobilis. Corpus autem non potest movere suum proximum et immediatum mobile, nisi illud tangat tactu quantitative, qui dicitur mathematicus : nam contactus quo substantia intellectualis tangit corpus, coq»ori convenire non potest, ut palet ex duabus ultimis conditionibus prædicli tactus supradiclis; et tamen movens et motum oportet esse simul, ct movens tangere aliqualiter mobile. Unde sanctus Thomas, 2. *Contra Gentiles,* cap. 20, sic dicit : e Nullum corpus agit nisi moveatur, eo quod oportet agens et italiens esse simul, vel faciens el factum. Simul autem sunt quæ in eodem loco sunt, ut habetur, 5. *Physicorum* (t. c. 22). Locum autem non acquirit corpus nisi per motum, etc. * Item, in fine capituli, sic dicit : « Movens el motum, faciens ct factum, oportet simul esse, ut probatur, 7. *Physicorum* (1. c. 10). Corpus autem agens non |>otest adesse suo effectui nisi per contactum, quo tangentium ultima simul sunt. Unde impossibile est aliquod corpus agere nisi tangendo, etc. n — Hæc ille.

Ad secundum, negatur antecedens. Quia corpus Christi non solum est præsens minimo sensibili, eo

(x) ρηηιαηι. — Om. Pr.
(C) *mttaphynco. — phyiico* Pr
(i) *tine.* — tire Pr.

(3) *et.* — Om, Pr.

modo quo concedendum est minimum sensibile posse dnri, scilicet ad hunc sensum quod tale quid separatum posset sentiri, et nullum minus eo9 separatum ab aliis» [Missel sentiri, licet inexsistens (a) alicui toti posset cum aliis sentiri; tali, inquam, minimo sensibili in partibus Eucharistia- corpus Christi est pnesens, et non solum tali, immo cuilibet parti ejus. Tale enim mininum in infinitum divisibile est in partes non ^oluin ℀mathematica quantitatis, immo in partes sensibiles ut inexsislunt toti, licet non in partes separalim sensibiles. — Cum autem dicit arguens, quod corpus Christi non est præsens alicui indivisibili sub specie, etc.; — dicitur primo, quod substantia corporis Christi est pnesens cuilibet parti dimensionum, et cuilibet puncto, et lineæ, el superficiei, el corpori, quibus substantia panis fuit præsons. Quodlibet enim praedictorum fuit subjectivi·, mediate vel immediate, in substantia pinis, sicut in subjecto adzequato vel inadæqualo, ut diffuse dictum fuit. *2.Sentent'^).*— Dicitur secundo, quod, posito quod corpus Christi non esset pnesens alicui indivisibili dégénéré quantitatis aut substantia?, ex hoc non halietur quod non sit praesens alicui minori minimo sensibili : quia illud minimum non ideo dicitur minimum sensibile eo quod omne minus illo, aut ipsum, sit indivisibile, vel quia non habeat partes consensibiles; sed quia non est divisibile in partes seorsum sensibiles. — Dicitur tertio, quod hæc consequentia, in cpia argumentum fundatur, scilicet : *Corpus Christi est praesens minimo sensibili in Eucharistia, ergo corpus Christi in Eucharistia est sensibile,* non plus valet quam ista, Anima *rationalis est præsens digito sensibili, igitur ipsa est sensibilis in digito.* Cujus causa est : quia minimum sensibile offertur oculo modo extensivo; non autem corpus Christi præsens illi, cum non habeat modum quantitativum in ordine ad locum vel corpus exlrinsecum, ut sæpe dictum fuit prius; objectum autem oculi corporalis, est quid extensive oblatum oculo.

Ad tertium, negatur antecedens; quia probatio adducta de tactu, bona est, ut prius patuit (ad primum). El ad improbationem illius probationis, dicitur quod omnis actio corporis, sive absoluta, sive respqcliva, necessario pnesupponit contactum corporis ad corpus, ut pnedictum est (ibid.).

Ad quartum dicitur quod fundatur super illo falso male probato in primo argumento, scilicet quod corpus, vel qualitas corporalis, possit immutare medium vel organum sensus, abstracta a quantitate, vel a modo quantitativp in ordine ad exlrinsectim. Hujus enim oppositum sæpe dictum fuit.

Ad quintum palet per idem : quia similitudo de actione angeli et de actione corporis. vel qualitatis corjwireæ, non valet, ut visum fuit in primo argumento, vel in solutione primi argumenti.

Ad sextum dicitur quod visio corporalis, licet rit forma absoluta quantum ad illud quoi dicit intrinsece et in recto, importat tamen in obliquo respectum ad potentiam visivatn, ricut ad suum efficient et subjectum; esi enim in illo, et ab illo. Et similiter importat rcspcclurn pnrsentialitalis ad objectum proportionali!m polenliæ, el eidem debite oblatum, puta sub modo extensivo. Et ideo, sicut per nullam potentiam posset fieri visio in oculo corporali, per quem videretur substantia abstracta a quantitate, vel color indivisibilis el penitus inexstensus; sic nulla visione corporali potest videri color vel coloratum habens modum exsistendi spiritualem, el sine coexstensione respectu exlrinseci medii vel organi; cujusmodi habet corpus Christi in Eucharistia, et ejus quantitas, et color. Unde de hoc Petrus de Palude, ultima quaestione hujus distinctionis, sic dicit : « Coquis Christi oculo corporali mortali non videtur, secundum quod est in sacramento. Et ratio est : quia est velatum speciebus opacis, ultra quas aculies visus figi non potest; etiamsi esset localiter ibi, quasi in poris vel concavitate; sicut medicina cooperta nebula non videtur. — Ulterius, dico quod nec videtur oculo corporali immortali Virginis Beats; dato etiam quod opacitas medii interpositi non impediret visum oculi glorificati. ut quod exsistentes in cœlo, sine motu, viderent damnatos in inferno, non obstante opacitate terne; quod forte esset possibile, si non ab objecto speciem recipit oculus, sicut nunc, sed a Deo; quod hic esse non potest: quia esse sensatum non potest nisi quod sensibile est; sensibile autem proprium, non est sine sensibili communi, quia allk-do non quanta, visibilis non est; idem autem est esse non quantum, el non habere moduin quantitativum, quantum ad propositum; propter quod Christus quantus æqualiter(a) est in pana hostia, ac si non esset quantus, quia non est ibi modo quantilativo; ergo nec oculus glorificatus potest ibi videre corpus Christi, ubi non est modo quantitative, sicut nec posset videre ipsum ubi esset sine quantitate. — Dico tertio, quod nec oculus Christi (quamvis Thomas hoc dicat, arguendo el solvendo : dicit enim quod, si esset extra, quod non videret se, nisi per miraculum; ubi tamen non asserit quod exsistens intra, videat se, nec quod per miraculum). Et ideo primo ostendo quod non videt se, prout est extra. Quia oculus Christi est localiter extra, el intra sacramentaliter. Quia, licet oculus Christi, prout est extra hoc sacramentum. localiter, sil visivus, non tamen est visivus esso intellectualis, sed sensibilis. Cum ergo nullum esse substantiale sil

( ) *inrxtinlens. — incontentis* Pr.

( ) Cfr pr.isertiin, 2 *Sentent.,* dist. 2. q. I, art. 3, § 2; ct dist. 18. q. t, art. 3, § 1.

(a) *Kgualiter. — euentialiter* Pr.

sensibile nisi mediante accidentali, ista mutatio, prout est substantialis, in nullo attingens accidens, non est sensibilis, maxime sensu exteriori (quod dico propter aliquos, qui dicunt substantiam individualem sentiri per cogilativam). Cum ergo accidens Christi non fiat hic nisi per substantiam, ergo nec suum fleri hic est cognoscibile nisi per fieri substantia?; quia eadem sunt principia essendi et cognoscendi. Ulterius autern, si mutatio non est sensibilis, nec |>er consequens mutatum esse, vel terminus ejus; ita enim est sensibilis dealbatio, sicul albedo; ergo, etc. Prælerea, corpus Christi secundum esse sacramentale, non est presens, sed absens oculo Christi secundum esse locale; ergo oportet quod ei praesentetur. Aut ergo secundum modum qui est in sacramento; et ille non est modus visibilis, cum secundum figuram pyramidalem sit nata fieri visio, el non secundum modum indivisibilem. Aut representsbitur aliter quam sit; et sic non videbitur prout est ibi. — Dico quarto, quod nec etiam videt se, prout est intra sacramentaliter. El ratio est, quin non est ibi Christi oculus modo visivo; cum de ratione oculi, ut visivus est, sit extensio; oculus autem Christi non est in sacramento modo quantitatis, sicut nec corpus Christi; ita quod nec corpus Christi est hic modo visibili, nec oculus modo visivo, quia neutrum modo quantitatis, qui solus modus est visibilis ct visivus. Et ideo oculus Christi, absolute loquendo, videbat Christum exsistentem in sacramento in cœna, et nunc etiam videt se exsistentem in sacramento. Sed non videt oculus Christi prout est extra localiter, vel intra sacramentaliter, vel qilomodolibet aliter, Christum prout est in sacramento, id est, secundum esse sacramentale. Sed, secundum esse naturale, oculus Christi nunc extra hoc sacramentum, temper eum videre potest; secundum autem esse quod habet hic, non convenit sibi videre, nec videri. — Dico quinto, quod nec etiam per miraculum hoc fieri potest. Quia non potest fieri quod potentia feratur nisi in suum objectum. Cum ergo objectum visus sit quantitas, et qualitas, inquantum hujusmodi, non substantia; quantitas, quæ est hic per modum substantiæ, est invisibilis. Et, licet Deus facere possit sine objecto speciem visibilem, tarnen species quam Deus faceret, si reprasentaret corpus Christi prout est ibi, non repræsentaret eum modo visibili. Unde, sicul non potest fieri per miraculum quod oculus videat spiritum, sic nec quod videat coqius secundum quod habet modum spiritus; nisi forte diceretur quod si aliquis sensus interior cognoscit substantiam, potest Deus facere quod sensus exterior cognosceret eam, vel quantitatem ut habet modum substantial. Sed nec hoc sequitur; quia Deus non potest facere quod oculus videat sonum, quamvis sonus sit perceptibilis aliquo Hjnsu. Praeterea, cum corpus Christi sit ibi modo spirituali, non corporali, quia non est ibi situaliter, nec localiter, nec hic, nec nunc, sub quibus conditionibus tantum sensus apprehendit, ideo est ibi insensibiliter. Non videtur etiam verum illud quod statim supponebatur, scilicet quod aliquis sensus, quantumeumque altus, possit substantiam apprehendere : quia substantia non est sensibile proprium, nec commune; quæ sola sentiuntur sensibus interioribus ct exterioribus, excepta æstirnativa, quia illa sunt forma· accidentales, ut patet discurrendo per omnia. Nec etiam peræstimativam; quia illa non apprehendit formas intentionales, sed tamen accidentales. Unde nullus sensus npprehendit *quod quid est* substantia», quod est proprium objectum intellectus, ut dicitur, 3. *de Anima* (cap. 2). » — Hæc Petrus, in forma ; et bene.

Sed in ejus dictis sunt duo dubia. Primum est, utrum substantia sit aliquo sensu interiori perceptibilis. Secundum est, quid senserit sanctus Thomas de hoc, utrum per miraculum oculus corporeus possit senlire corpus Christi secundum esse quod habet in Eucharistia.

De primo, sciendum est quod sanctus Thomas, in tractatu *de Principio individuationis,* qui incipit, *Quoniam diae sunt polentae cognoscitivoo,* etc., ad illud propositum sic dicit : α Nunc restat ostendere ubi separantur cognitio sensus et intellectus mutuo a se. Manifestum est eniin intellectum incipere ubi sensus desinit. Sensus autem exteriores ipsa sensibilia accidentia, scilicet propria et communia, habent pro per se objectis. Quidditas autem particularis rei in particulari non spectat ut per se objectum ad istos sensus exteriores, cum quidditas ista substantia sit, non accidens; nec ad intellectum pertinet ut per se objectum ejus, propter suam materialitatem. Ideo quidditas rei materialis, in ipsa sua parlicularilate, est objectum rationis particularis, cujus est de intentionibus particularibus conferre; loco cujus in brutis est æstiinativa naturalis. Hæc enim (a) potentia, per sui conjunctum cum intellectu, ubi est ipsa ratio qua· confert de universalibus, participat vim collativam; sed quia para sensitiva est, non abstrahit omnino a materia; unde objectum suum proprium manet quidditas rei particularis materialis. Hoc aptem non est eo quod ista potentia apprehendat materiam in se. cum ipsa non possit sciri nisi per analogiam ad formam; sed hoc est quia (C) collatio de materia in online (γ) ad formam per materiam individuatam, spectat ad hanc potentiam; sicut collatio, sive consideratio de materia in communi in online ad formam speciei, spectat ad rationem superiorem. ® — Haxille. — Similia dicit, quadragesimanona distinte) *naturalis, Urc enim — naturalis* enim *hire* Pr.
(6) /ux *est quia· — ostendit quod* Pr.
(γ) in *ordine.* — Oin Pr.

clione *Quarti,* q. 2, art. 2: « Sensu cnr|>orali, inquit, aliquid sentitur dupliciter: uno modo per se, alio modo per accidens. Per sc quidem sentitur illud quod per se passionem sensui corporali inferre potest. Per se autem potest aliquid passionem inferre sensui dupliciter : aut sensui inquantum sensus est, aut huic sensui inquantum est hic sensus. Quod autem secundo modo infert passionem sensui, dicitur sensibile proprium : sicut color respectu visus, et sonus respectu auditus. Quia autem sensus, inquantum est sensus, utitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter; cum omne quod recipitur in aliquo, sit in eo per modum recipientis. Et ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensui inquantum est sensus, secundum quoi habent magnitudinem. Et ideo magnitudo, et omnia consequentia, ut motus et quies, numerus et hujusmodi, dicuntur sensibilia communia, per se tantum (a). Per accidens autem sentitur illud quod non infert passionem sensui, neque inquantum est sensus, neque inquantum est hic sensus, >ed conjungitur (6) his quæ per se sensui inferunt passionem; sicut Socrates, et filius Diaris, el amicus, ct alia hujusmodi, quæ per se cognoscuntur in universali intellectu, in particulari autem virtute cogitative in homine, æstimativa autem in aliis animalibus. Hujusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire, quamvis per accidens, quando ex eo quod perse sentitur, vis apprehensiva, cujus est illud cognitum per se cognoscere, statim, sine dubitatione el discursu, apprehendit; sicut videmus aliquid vivere ex hoc quod loquitur. Quando autem aliter se habet, non dicitur sensus illud videre, etiam per accidens, etc. » — Hæc ille, cum mullis aliis facientibus ad materiam de insensibilitate corporis Christi in Eucharistia. — Similia dicit, 1 p., q. 85, ari. 3, ubi sic ait : « Primum secundum sensum judicamus magis commune quam minus commune, et secundum locum, et secundum tempus. Secundum locum quidem : sicut cum aliquid videtur a remotis, prius deprehenditur esse corpus quam deprehendatur rsse animal, et prius deprehenditur esse animal quam deprehendatur esse homo, ct prius deprehenditur esse homo quam deprehendatur esse Socrates vel Plato.Secundum teinpiisautein quia puer a principio prius distinguit hominem a non homine, quam distinguat hunc hominem ab alio homine; et ideo *pueri in principio appellant omnes hamineu patres, posterius autem determinant unumquodque,* ut dicitur, 1. *Physicorum* (t. c. 5). » — Hœc ille. —liem, q. 86, art. I, in solutione secundi, dicit consimilia : scilicet quod pars Sensitiva format propositiones jmrticulares, ut istam, *Socrates est honio;* nec intellectus tales format, nisi cum admiculo portis sensitive. Et hoc modo intelhgendum est quod dicit in princi]»di solutione articuli (/), scilicet quod intellectus tales propositiones indirecte format, per reflexionem ad phantasmata; quia constat quod nullum phantasma est subjective in intellectu possibili, nec aliqua species aut conceptus indivisibilis Socratis ut Socrates est. Ex quibus, et rnultis aliis, apparet ipsum in pnedictis locis sensisse quod quidditas sulislantiœ materialis, et ipsæ substanti# particulares, possunt cognosci et percipi sensu interiori, qui dicitur virtus cogitali va, seu ratio particularis; talia enim objecta simul includunt sul>stantiam cum accidentibus. Econtra autem videtur, per dicta in prolatione ṕrima conclusionis, ipsum in *tertia parte* sensisse substantiam nullo sensu interiori aut exteriori, sed solo intellectu, percipi poeee Sed non est vere contradictio. Quia, in prolatione primæ conclusionis adducta de *tertia parte,* loquitur de substantia seorsum ab accidentibus accepta, vel abstracta a modo essendi quantitative, et accepta secundum proprium modum essendi substanti#; constat enim quod substantia sicaccepta solo intellectu perceptibilis est. Sed in aliis locis loquitur de substantia physica, secundum proprium modum naturalem essendi accepta, scilicet quanlitativo ct qualitativo, el sine abstractione pradicla; sic autem accepta includit sensibilia communia, et propria, et per accidens; unde potest percipi sensu interiori, ut dictum est. De hoc Albertus, in commento super I. *Physicorum,* tractatu 1, cap. 6, concorditer ad pnedicta. Undo non est proprie contradictio in pnedictis.

Ad secundum dubium patebit in sequentibus.

Ad septimum dicendum est quoi sanctus Thomas, prima quaestione præsentis distinctionis, art. 4, qu I, arguit sic, primo loco : ‹ Ipse Christus sub speciebus exsistens, videt seipsum ibi corporali oculo. Sed coi |M»ra glorificata conformantur corpori ejus, ut dicitur. *Philipp.* 3 (v. 21). Ergo el alius oculus glorificatur, puta Virginis. posset hoc ipsum. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : · Dicendum. inquit, quoti, si oculus Christi esset extra species sacramenti, non videret suam substantiam intra species contentam, ex natura gloriæ. nisi miraculose. Et ideo non oportet quod oculus glorilicatus \ideal ipsum, nisi forte per miraculum. » — Hæc ille. - - liem, ibidom, in solutione secunda» quæstiunculæ, sic dicit : * Posset fieri, divino miraculo, quod similitudocorporis Christi fieret inoculo, sicut naturaliter fieret, si corpus Christi prasens esset. ℵt est deceptio quia non lit nisi ad instructionem fidei, et devotionem excitandam, v — H®c ille — Ex quibus videretur ipsum sensisse quod per miraculum posset fieri quod aliquis oculus corporalis videret corpu> Christi prout est in sacra-

( ) *tantum — tamen* Pr
( ) *conjungitur. — conjunguntur* Pr.

(a) *articuli argumenti* Pr

mento; cujus oppositum praedictum fuit. — Sed dicendum quod sanctus Thomas ibidem loquitur tantum dubitative el opinalive, sine firma assertione; quod innuit modus suus loquendi cum ly *fork*. — Potest etiam dici quod divino miraculo posset fieri quod oculus glorificalus videret corpus Christi in sacramento, non tanquam visibile per se, sed per accidens, scilicet videndo circa sacramentum aliqua corporalia el visibilia signa, teslificantia exsistentiam corporis Christi sub sacramento. Et ad hunc sensum concedit, in suo simili, quod post resurrectionem oculus corporalis videbit divinam essentiam. Unde, 1 p., q. 12, ari. 3, arguit sic, secundo loco : Augustinus dicit, in fine *dc Civitate Dei* (lib. 22, c. 29) : Vis *præcellentior erit oculorum,* scilicet glori ficatorum : *non ut acrius videant quam quidam perhibentur videre serpentes, aut aquilx, qui nil aliud possunt videre quam corpora; sed ut videant incorporalia.* Quicumque autem potest videre incorporalia, |>otesl elevari ad videndum Deum. Igitur oculus glorificalus potest videre Deum. › Ecco argumentum. Sequitur responsio : ɑ Dicendum, inquit, quod Augustinus loquitur inquirendo in illis verbis, el sub conditione. Quod patet ex ipso quod pnemittitur : *Longe itaque alterius potentiæ erunt,* scilicet oculi glori ficati, *si per eos videbitur incorporea natura.* Sed posl-moduin hoc determinat, «licens : *Valde credibile est,* sic nos visuros *mundana tunc corpora cwli novi(s)ct terne novx, ut Deum ubique présentent, ct universa corpora gubernantem, clarissima perspicuitate videamus; non sicut nunc invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sed sicut homines, mox ut aspicimus, non credimus vivere, sed videmus.* Ex quo palet quod hoc modo intclligil oculos glorificato» visuros Deum, sicut nunc oculi nostri vident ulicujus vitam. Vita autem non videtur oculo corporali, sicut |>er se visibile, sed sicut sensibile per accidens; quod quidem per visum non cognoscitur, sed statim cum sensu aliqua alia virtute cognoscitiva. Quod autem, statim visis corporibus, divina praesentia ex eis cognoscatur per intellectum, ex duobus continget ; scilicet ex perspicuitate intellectus, et ex refulgentia divina» claritatis in corporibus innovatis. » — ll.ee ille. — Simile ponit, quadragesimnnona distinctione *Quarti,* q. 2, art. 2 : ‹i Deus, inquit, nullo modo potest videri visu corporali, aut liquo alio sensu sentiri, sicut per se visibile, nec hic, nec in patria. Quia, si a sensu removeatur id quod convenit sensui inquantum sensus est. non erit sensus; et similiter, si a visu removeatur id quod est visus inquantum est visus (6), non erit visus. Cum ergo sensus percipiat magnitudinem, et visus, inquantum est talis sensus, percipiat colo·rem, impossibile est (i) quod visus percipiat aliquid quod non est color nec magnitudo, nisi sensus diceretur æquivoce. Cum ergo visus et sensus sit fulurus idem specie in corpore glorificato, non poterit esse quod divinam essentiam videat sicut per so visibile. Videbit autem eam sicut visibile per accidens : dum, ex una parte, visus corporalis tantam gloriam Dei inspiciet in corporibus, ‹?l pnecipue gloriosis, ct maxime in corpore Christi; ct, ex alia parte, intellectus tam clare videbit Deum, quod in rebus corporalibus visis Deus percipietur, sicut in locutione percipitur vita. Quamvis enim tunc intellectus non videat Deum ex creaturis corporaliter visis, videbit tamen Deum in illis, etc. i» — Hæc ille. — Similiter potest dici in proposito, de oculo glorificato, respectu subslantiæ corporis Christi in Eucharistia. — Potest tertio «lici, quod sanctus Thomas in *Scripto* fuit illius opinionis; sed in tertia parte *Summa* aliter opinatus est. Quod potest patere, quia ad pnedictum argu mentum aliter respondet, nullam de miraculo faciendo mentionem. Dicit enim sic, 3 p., q. 76, in solutione secundi : « Oculus corporalis Christi videt seipsum sub sacramento, quantum pertinet ad intellectum. Nec tamen est simile «le alio oculo glorioso; quia et ipse oculus Christi est sub sacramento, in «pio non conformatur ei alius oculus gloriosus, d — Hæc ille. — Ubi patet expresse quomodo oculus corporalis Christi dicilur se videre sub sacramento, quantum pertinet ad intellectum : hoc est dictu, quod oculus corporalis videt corpus Christi sub sacramento tanquam visibile per accidens, per se tamen visum ab intellectu, eo modo quo dictum est supra, oculum corporalem videre vitam, el divinam essentiam visurum post resurrectionem el innovationem mundi.

Et hæc sufficiant ad objecta Scoti contra primam conclusionem.

§2. — Au ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumentum Scoti. — Ad primum contra secundam conclusionem, dicitur, negando minorem. Licet enim corpus Christi ut in Eucharistia non sil objectum beatificum; tamen, secundum praesentem cursum gratiæ et gloriæ, includitur in objecto beatifico: hoc est «lictu, quod objectum beatificum, inquantum hujusmo«li, repnpsentat videnti ipsum corpus Christi secundum quod est in Eucharistia, et consimiliter res aliorum sacramentorum; licet, secundum |»otenliam Dei absolutam, aliter esse posset; nam, dato quod sola divinitas videretur clare, et nulla creatura in ea videretur, adhuc talis visio esset beatifica. Quod autem læati videant res contentas in sacramentis, potest haberi tum ex pro-

(·) nmi. — Oin. Pr.
(C) *inquantum est* viflM. — Otn.Pr.

(a) — Om Pr.

Lationibus conclusionum, tum ex dictis sancti Thomæ, 2' 2 q. I, jirl. 8, ubi sic dicit : « Illa per se perlinent ad fidem, quorum visione in vita alterna perfl uemur, et per quæ deducimur in vitam adornam. Dun autem nobis ibi videnda proponuntur : scilicet occultum divinitatis, cujus visio nos beatos facit; et mysterium humanitatis Christi, [>er quem in gloriam filiorum Dei accessum habemus, etc. d Item,q. 4, art. I : « Fides dicitur substantia sperandarum rerum (ad Hebraeos, cap. 11, v. I|, quia scilicet prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei, quæ virtute continet omnes res sperandas. In hoc enim Sfieramus beatificari, quod videbimus aperta visione veritatem, cui per fidem odhæremus. i» — Hæc ille. — Item, ⁋ 2,v, q. 67, art. 5, ostendit quod nihil fidei remanebit in patria; sed omnia credita, ibi erunt clare visa. Item, q. 103, ari. 3: « Exterior cultus proporlionari debet interiori cultui, (pii consistit in fide, spe et charilatc. Unde, secundum diversitatem interioris cultus, debuit di versificari cultus exterior. Potest autem distingui triplex status interioris cultus. Unus quidem, secundum quod lialietur fides el spes de bonis eœleslibus, el de his |M?r quæ in cœlestia introducimur; de utrisque quidem sicut de quibusdam futuris; et talis fuit status fidei et spei in veteri loge. Alius autem est status interioris cultus, in quo habetur fides et spes de coelestibus lionis, sicut de quibusdam futuris, sed de his per quæ introducimur in cœlestia, sicut de prasentibus vel praeteritis; el iste est status nova' legis. Tertius autem status est, in quo utraque habentur ut prasenlia, et nihil creditur ut absens, neque speratur ut futurum; el iste est status læatorum. In illo ergo statu beatorum nihil erit figurale ad divinum cultum pertinens, sed solum *gratiarum actio ct ro.r laudis* (Isaiæ 51, v. 3). d — Hæc ille. — Hem, 3. *Sentent.,* dist. 31, q. 2, art. I, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit « In fide est cognitio quædam, et modus cognoscendi, quia cognoscit in speculo et in ænigmate. Modus autem imperfectionis est, et obscuritatem importat. Unde, cum gloria adveniens omnem obscuritatem et imperfectionem tollat, tollet quidem modum fidei, quantum ad modum cognoscendi ; sed remanebit cognitio eorum quorum est fides, non quidem jam ;vnigmata, sed clan. » — Hæc ille. — Similia dicit, 4 *Sentent.,* dist. 1, q. I. art. 2. qu 5, in solutione primi, ubi sic dicit: α Sicut dicit Dionysius in *Ecclesiastica Ilierarchia* (cap. 5), status ⁋ova legis medius CSt inter statum veleris legis et statum coelestis ⁋atri.» El ideo ea quæ sunt nova» legis, sunt veritas respectu Signorum veleris legis; et sunt figura res,vectu manifeste el plena? cognitionis veritatis, quæ erit in patria. Et ideo oportet adhuc quod in nova lege maneant aliquæ figura. Sed in patria, ubi erit plenaria perceptio veritatis, omnes figure cessabunt. › — Hæc ille; el loquitur de figuris sacramentorum. Idem dicit, 3 p., q. 61, art. 4, in Hilulione primi : ‹ Sicut, inquit, dicit Dionysius, 5 cap. *Errlesiasticx Hierarchic,* status novæ legis medius est inter statum veteris legis, cujus figura implentur in nova lege, et statum gloriæ, in qua omnis nude el perfecte manifestabitur veritis; et ideo tunc nulla erunt sacramenta. Nunc autem, quamdiu *per speculum* in *aenigmate* cognoscimus, ul dicilur, 1. *Corinth.* 13 (v. 12), oportet nos per aliqua signa sensibilia in spiritualia devenir»·; quod perlinet ad rationem sacramentorum. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod de omnibus de quibus nunc est fides, in gloria erit manifesta visio. Item, quod omnia figurata in sacramentis, tunc manifeste videbuntur.

Dicitur secundo principaliter, quod non æqualiter pertinet ad objectum læatificum res sacramenti Imptismi, vel pœnitentiæ, sicut res contenta in Eucharistia. Tum quia res contenta in Eucharistia, propinquius se habet ad mysterium Christi, de quo principaliter est fides, quam res sacramenti baptismi, vel pœnitentiæ, ut de se palet. Tum quia res, puta sacramenti Eucharistia?, continetur in Eucharistia; non sic res baptismi, vel pœnitentiæ. quæ non continetur actualiter, sed solum virtualiter in sacramento; formaliter vero continetur in suscipiente, si sil dispositus. Tum quia sacramentum Eucharistia? nunquam frustratur sua re, cum semper contineat Christum; alia vero sacramenta possunt frustrari, ex fictione suscipientis. Tum quia Eucharistia est principalissimum inter omnia sacramenta; el ideo perfecta cognitio contenti in ipsa, et modi quo corpus Christi in ea continetur, magis pertinet ad cognitionem beatificam gloriæ, sicut nunc magis pertinet ad fidem via». Tum quia res baptismi, vel poenitentiae, aliquando dependet dispositive ex cognitione et volitione suscipientis, quæ sunt occulta quædam, reservata divin# cognitioni, et ipsius cognoscentis vel volentis, et omnibus aliis ignota, nisi per specialem vel generalem revelationem Dei. Ex quibus patet falsitas illius assumpti, dicentis quod æque pertinet ad cognitionem beatificam res unius sacramenti sicut alterius.

Dicilur tertio, quod ultimum dictum arguentis stare potest, scilicet quod ad beatiludinem non requiritur quod beatus videat exsistentiam corporis in sacramento, per visionem ejus in proprio genere, hoc est, |M't visionem factam per medium vel speciem creatam, el non per ipsum Verbum, qua? dicatur visio vespertina, et non matutina Verumtamen Oportet (piod quilibet homo beatus habeat de hoc aliquam cognitionem ; cum de eodem cognitionem fidei habuerit in via, nec sil verisimile quod aliquod credibile cognitum per fidem theologicam in via. sit a læato oblitum, vel ignoratum, aut totaliter nescitum. Cum ergo de talibus non hal>eat cognitionem

ænigmalicatn, restat quod habet apertam visionem. — Verumtamen contra prodicta potest instari : quia non apparet quod quilibet beatus homo purus vidi-al in Verbo aliquid, quod non omnes angeli vident in Verbo; sed non omnes angeli vitient in Verbo exsistentiam corporis Christi in Eucharistia; ergo nec quilibet purus homo beatus. Major videtur nota. Sed minor probatur : quia non omnes angeli viderunt in Verbo, a principio suæ bealitudinis, exsistentiam corporis Christi in sacramento Eucharistiæ, nec alia sacramentorum mysteria; ergo nec nunc vident talia in Verbo. Tenet consequentia, per ea quæ dicta sunt, 3. *Sentent.* cum ile scientia animæ Christi tractaretur, ubi dictum est quod non est possibile beatum videre in Verbo plura nunc quam prius, nisi videat clarius ipsum Verbum nunc quain prius, el, consequenter, nisi fiat beatior; quod non conceditur. — Ad hoc respondet Petrus de Palude, ubi supra (dist. 10, q. 4), dicens: α Oculus intellectualis beatus, tam angeli quam hominis, videt clare exsistentiam corporis Christi in sacramento. Hominis quidem : quia quod audivit hic et credidit, illic clare videbit, secundum illud (Isai;e 7, v. 9), Mai *credideritis, non intelligetis* (i), et secundum illud (Psalm. 17, v. 9), Sicut «m/irimus, *sic vidimus,* etc. Idem est de oculo intellectuali angeli : quin hiérarchie nostra illuminatur a bierarcbia codesti, a qua (6) differt in luce et ænigmate. Unde ipsi clare vident omnia, de quibus credendis nos illuminant. Credibilia nobis et eis pro statu via? communia, sicut Trinitatem, et hujusmodi, meruerunt ipsi videre, sicut et nos. Credibilia autem nobis propria, sicut articulos incarnationis, vident per revelationem. Unde de omnibus mysteriis gratiæ Dei, de quibus nos illuminant, habent gratuitam visionem. › — Hæc Petrus. — Mihi videtur quod omnes angeli beati, a principio suæ beatiludinis viderunt in Verbo omnia mysteria gratiæ, de quibus est principaliter tides hominum viatorum, et de quibus angeli viatores illuminant, sicut sunt articuli fidei el sacramenta ad mysterium incarnationis Christi pertinentia. Alia vero mysteria gratiæ, de quibus non est principaliter fides, sed pertinent ad instructionem vel promotionem alicujus personæ vel communitatis particularis, possunt aliqui angeli cognovere non in Verbo, sed in proprio genere; el de talibus noviler illuminari per superiores ingelos, qui talia vident in Verbo.

Et hoc sufficit ad objecta conim secundam conclusionem.

(>) In Vulflta legitur Si non ererііideritta, non *penna nehitu.* gita. — </uo.

§3. — An ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum contra tertiam conclusionem, dicitur primo, quod minor est simpliciter falsa. Quia nec intellectus angelicus, nec anirnæ separate, se habent ad omnia intelligibilia sicut illa sunt inlelligibilia in se : nam, si ita esset, tunc quilibet talis intellectus prius el perfectius intelligeret Deum quam seipsum, el perfectiora in entibus quam imperfectiora; quod est manifest».· falsum. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 8, ari. 3, arguit sic, secundo loco : u Quod potest intelligere minus, potest intelligere majus Sed essentia divina est maxime intelligibilis, cum sit a materia immunis, ex quo contingit aliquid esse intelligibile actu. Cum igitur (a) intellectus angeli naturali cognitione possit alia inlelligibilia cognoscere, multo fortius poterit ex puris naturalibus intelligere divinam essentiam. — (Arg. 3) Sed dicetur (6) quod, licet divina essentia sil in se maxime intelligibilis, non tamen est maxime intelligibilis intellectui angelico. — Sed contra : Illud(γ) quod est magis visibile in se, non esse magis (g) visibile nobis, causa est defectus nostri visus. Sed in intellectu angelico non est aliquis defectus; cum angelus sit speculum purum, clarissimum, incontaminatum, ut dicit Dionysius, 4 cap. *de Divini Nominibus.* Ergo illud quod est magis intelligibile in se, est magis intelligibile angelo. » Ecce argumentum cum replica. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod, quamvis divina essentia sil in se maxime cognoscibilis, tamen non est maxime cognoscibilis intellectui creato, quia est extra genus ipsius. — Ad tertium, inquit, dicendum quod intellectus angelicus dicilur esse speculum purum ct incontaminatum el sine defectu, quia non patitur defectum intelligibilis luminis, considerata natura sui generis, sicut patitur intellectus humanus, in quo intelligibile himen obumbratur in tantum ut necesse sit a phantasmatibus accipere, et cum continuo et tempore, et discurrendo de uno in aliud (propter quod Isaac dicit, quod ratio oritur in umbra intelligentiæ); el ideo potentia intellectiva ejus potest intelligere omnem formam intelligibilem creatam, quæ. est sui generis. Sed intellectus angelicus comparatus ad essentiam divinam, quæ est extra genus suum, invenitur defectivus et tenebrosus; el ideo deficit a visione divinæ essentiæ, quamvis ipsa sit in se maxime intelligibilis. » — II®c ille. — Item, ibidem, in solutione quarti, sic dicit : α Pro tanto substantia intelligibilis, qu® in se est maxime inlel-

---

( ) igitur. — tamen Pr.
( ) *dirttur.* — *dicebat* Pr
(γ) *Illud.* — ftu. Pr.
(δ) niagif. — maxime Pr.

ligibilis, fit nobis minus intelligibilis, quia excedit formam a sensu abstractam, qua naturaliter intolligiinus. Et similiter, immo(i) mullo amplius, essentia divina excedit formam intelligibilern creatam, qua intelligit intellectus angeli. Et ideo intellectus angeli ininus intelligit essentiam divinam, quamvis sit magis intelligibilis; sicut et intellectus noster minus intelligit essentiam angeli, quamvis sit magis intelligibilis, quam res sensibiles, a — Hæc ille, ibi, cum multis similibus. — Ex quibus patet quod intellectus angelicus non ita se habet ad omnia inlelligibilia, sicut sunt inlelligibilia in seipsis, ut prius dicebatur.

Dicitur secundo, quod, concessa conclusione argumenti, quæ potest inferri debile ex prærnissis, non aliud habetur nisi quod intellectus angelicus |x>lesl intelligere substantiam corporis Christi exsistentem sub specie panis; non tamen concludit quod inlelligat illam secundum esse quod habet sub sacramento, nec modum essendi sub illo et in illo. Et ideo responsio quam arguens recitat, bona est, si recte intelligatur, ut (equivalent huic dicto. Licet enim non legam in sancio Thoma illam in forma distinctionem de notitia intuitiva et abstractiva, haberi tamen potest in æquivalenli ex dictis ejus ; ut dicamus quod alia est notitia visionis, alia notitia simplicis intelligentiæ; prima dicalur intuiliva, secunda vero abstractiva. Hanc autem ponit, 1 p., q. 14, ari. 9 : α Horum, inquit, quæ actu non sunt, est attendenda quædam diversitas. Quædam enim, licet non sint nunc in actu, tamen fuerunt vel erunt; el ista omnia dicitur Deus scire scientia visionis; quia, cum intelligere Dei, quod est ejus esse, æternitate mensuretur, quæ, sine successione exsistens, totum tempus comprehendit, pnesens intuitus Dei fertur in lotum tempus, et in omnia quæ sunt in quocumque tempore, sicut in sibi subjecta prasenlialiler. Quædam vero sunt in potentia Dei, vel creaturo, quæ tamen nec eunt, nec erunt, nec fuerunt; et res|>eclu horum non dicilur haben? scientiam visionis, sed simplicis intelligentiæ; quod ideo dicitur, quia ea quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem. » – Hæc ille. — Eamdem distinctionem ponit, 1. *Sentent.,* dist. 39, q. **I**, art. 2; et 3. *Sentent.,* dist. 14, q. **I**, art. 2, in solutione secundæ quæstiunculæ; et 4. *Sentent.,* dist. 49, q. 2, art. 5, ubi sic dicit a Deus, videndo essentiam suam, cognoscit omnia quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt. El hæc dicilur cognoscere notitia visionis; quia, ad similitudinem visionis corporalis, cognoscit ea quasi prosentia. Cognoscit insuper, videndo essentiam suam, omnia qua· potest facere, quamvis nunquam fecerit nec facturus sit ; alias non perfecte cognosceret potentiam suam. Et luec dicitur cognoscere notitia simplicis intelligentia > — Hæc ille. — Similia ponit, *de Veritate,* q. 8, ari. 4, el q. 20, art. 4; el mullis aliis locis. Ex quibus potest halieri quod illa notitia intellectiva dicitur visionis scientia, per quam cognoscitur res intellecta ut prosens, secundum esse suum el modum essendi, ipei intelligent! ; hoc autem alii dicunt notitiam intuitivam. Notitiam autem intellectivam simplicis intelligentiæ vocat sanctus Thoma- illam per quam intelligitur essentia rei, non intellecta ejus exsistentia, vel prosenlialitate, aut modo exsistendi extra ipsum intelligenUm ; et hanc vocant alii notitiam abstractivarn. Sic itaque intelligendo distinctionem de notitia intuiliva el abstractiva, conceditur responsio per arguentem recitata, scilicet quod angelus naturali cognitione potest cognoscere sul>slanliarn corporis Christi quæ est sub sacramento, abstractive, seu notitia simplicis intelligentiæ; non autem intuitive, vel scientia visionis; quia non videt corpus Christi esse sub sacramento illo modo supernaturali quo est ibi, licet videat modum naturalem quo est extra sacramentum. Cujus ratio est. quia angeli non cognoscunt plene mysteria gratiæ, naturali cognitione. De hoc sanctus Thomas, 1 p., q. 57, ari. 5, sic dicil : ‹ In angelis est duplex cognitio. Una quidem naturalis, secundum quam cognoscunt res, tum per essentiam suam, tum etiam per species innatas. El hac cognitione mysteria gratiæ cognoscere non possunt. Hæc enim mysteria ex pura Dei voluntate dependent. Si autem unus angelus non potest cognoscere cogitationes alterius, ex voluntate ejusdem dependentes, multo minus potest cognoscere ea quæ ex Dei voluntate dependent. Et sic argumentatur Apostolus, I. *Corinth.,* cap. 2 (v. 11) : Quæ sunt *hominis, nemo novit,* nisi *spiritus hominis, qui* in *ipso est; ita et quæ sunt Dei, nemo novit,* nisi *Spiritus Dei.*— Est autem alia angelorum cognitio, quæ eos beatos facit, qua vident Verbum, et res in Verbo. El hac quidem visione cognoscunt mysteria gratiæ, non quidem omnia, nec æqualiter, sed secundum quod Deus eis voluerit revelare,secundum illud Aposloli, I. *Corinth.,* cap. 2 (v. 10) : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* n — Hæc ille.

Dicilur tertio, quod replica contra responsionem datam, non valet. Quia, concesso quod intellectus angelicus naturali cognitione possit cognoscere prasentiam el absentiam panis sub accidentibus Eucharistia?, non tamen prosentiam substanti» corporis Christi sub eisdem. Nec potest illud ibi intueri, sicut intuebatur ibi substantiam panis : quia exis stentiam panis sub speciebus erat modus panis naturalis exsistendi sub illis, non autem modus quo corpus Christi est sub eisdem. Nec sequitur, si corpus Christi e>t inluibile in se ab angelo, quod modus quo est sub sacraniento, sil inliiibilis ab eodem. El sic angelus non intuetur corpus Christi ut est in sacramento, sed solum ut est in cado, vel abstrahendo a qualibet exsistentia.

(i) inirno. — Om. Pr.

Ad secundum dicitur primo, quod prima pars antecedentis esi similiter falsa : quia nullus angelus naturali cognitione Mia, per sola principia intrinseca, potest cognoscere intuitive et in particulari cogitationes alterius angeli, ul diffuse tractatum fuit in 2. *Sentent.* (dist. 8), el prout proluit sanctus Thomas in multis locis, ubicumque loquitur de illa materia (a); licet possit cognoscere tales cogitationes abstractive, et in universali, et conjecturaliter, per signa exteriora. Est etiam dubium, utrum angelus naturaliter cognoscat gratiam aut cbaritatem suam, vel alterius angeli, quidquid sil de sua, loquendo de notitia intuitiva vel visionis. Nec valet probatio assumpti de duplici prasenlia : — Tum quia arguens false supponit quod objectum notitia) ïntuitiv® non sit pnesens per speciem intellectui angelico, aut ănima separata, nec illa notitia liat per mediam speciem inter objectum ct intellectum, sed quod ipsum objectum sil pnesens in sua reali exsistentia, el per illam moveat intellectum ad sui notitiam; objectum autem abstractive sil (6) pnesens per speciem, qme immediate moveat intellectum ad notitiam objecti. Hoc enim falsum est : quia nullum extrinsecum movet intellectum angelicum immediate; immo cujuslibet notitia» angelice species intelligibilis, ab objecto distincta, est |>er proximum productivum una cum potentia intellectiva; nisi quando angelus intelligitseipsuin vel Deum naturaliter, vel quando videt divinam essentiam beatifice; tunc enim essentia angeli, vel essentia divina, tenet locum speciei intelligibilis el actus primi. El ista determinat diffuse sanctus Thomas, tam in Summo, quam in *Scriptis,* quam in *Questionibus disputatis* (γ). — Tum etiam quia illud falsum assumit, scilicet quod omne objectum potens (o) prasentari vel esse pnesens angelico intellectui abstractive, posait esse sibi pnesens intuitive naturaliter. Hoc enim falsum est de futuris contingentibus, qme potest angelus cognoscere attractive in causis suis. non tamen intuitive, quamdiu futura sunt, ut ostendit sanctus Thomas, l p. q. 57, art. 3, et mullis aliis locis (t). Similiter falsum est de cogitationibus et volitionibus aliorum angelorum aut hominum, quas angelus non potest naturaliter cognoscere intuitive, sed tantum abstractive, ut patet per enmdem sanctum Thomam, l p., q. 57, art. i, et *dc Ventate,* q. 8, art. 13, el *de Malo,* q. 16, art. 8. el multis aliis locis, in quibus ostendit quod angelus naturaliter non potest ens cognoscere secundum quod in se sunt, quod est cognoscere intuitive, sed prout sunt in suis causis, vel manifestantur exterius per signa, quod est cognoscere abstractive. El mulla alia exempla dari possunt, in quibus illud assumptum fnllil. — Turn etiam quin argumentum supponit aliud falsum, scilicet quod objecta exteriora moveant intellectum angelicum ad sui cognitionem, causando in eo actum primum vel secundum. Hoc enim falsum est : nam omnia quæ angelus naturaliter cognoscit, cognoscit jm»f essentiam suam, vel per species innatas et concreatas, ul ostendit sanctus Thomas in mullis locis (a). — Tum etiam quia species concreatas angelo non æqualiter possunt præsentaro substantias et accidentia per accidens talibus substantiis, |>otissime accidentia supematuraliter eis contingentia, vela sola voluntate Dei aut creatura dependentia, non habentia naturalem ct necessarium ordinem ad substantias vel aliquam causam naturalem universi, ut ostendit sanctus Thomas, locis pneallegalis, potissime *de Malo,* q. 16, ari. 8, ubi arguit sic, decimoseptimo loco : ‹i Sicut dicil Augustinus, '2. *Super Genes. ad litteram* (cap. 8), angeli per species qtias in sui creatione receperunt, omnia quæ eunt infra eos cognoscunt. Sed cogitationes (6) nostra sunt infra eoe, secundum ordinem natura; anima enim est inferior angelo. Ergo daemones per illas species innatas possunt cognoscere cogitationes hominum. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod Augustinus intendit loqui de naturis inferioribus, quas angeli naturaliter cognoscunt |>er formas innatas, non autem de cogitationibus voluntariis (γ). » — Hæc ille. — Item, *de Veritate,* q. 8, art. 13, sic dicit : α Motus voluntatis alterius non potest angelo notus esse naturali cognitione : quia angelus naturaliter cognoscit per formas inditas, quæ sunt similitudines rerum in natura exsistentium; motus autem voluntatis non halæt dependentiam nec connexionem ad aliquam causam naturalem, sed solum ad causam divinam, quæ in voluntate sola imprimere potest. Unde motus voluntatis, el cordis cogitatio, non potest cognosci in aliquibus similitudinibus rerum naturalium, sed solum in divina essentia, etc. i› — Hæc ille. — Sed quæret aliquis : ex quo unus angelus per species quas habet apud se, non jHitesl naturaliter cognoscere intuitive cogitationes alterius, quomodo ergo alius angelus potest ei loqui, vel revelare cogitationem vel volitionem suam? Dicitur quod hoc iit non per impressionem novarum specierum, nec per hoc quod alius angelus causet cognitionem aliquam in alio, sed jær hoc quod angelus loquens alteri ordinat

i) Cfr pr.vnerttrn l p.w q 57, ari \ ; *de .Malot* q. 16, art. K. *de Veritate,* q 8. art. 13

(<) iil. — *fit* Pr.

(γ) Cfr. prxscrtitn t p., q. 55 rt 56; 2. *Sentent.,* dill. 3, q 3, et *de Vevitute,* q. 8.

(δ) *potent — potentur* Pr.

(tj Cfr. prvsertim *de Veritate,* q. 8, ari. 12; et *de Malo.* q 16, art 7.

( ) Cfr pnescrlim 1 p.. q. 55, art. t rt 2, q. 56. art. t el 2. q. 89, art t, 2 cl 3; el *dc* I>nbi/r, q. 8, art. G. 7, 8 el 0.

( ) cogitatio^ea. — cognitione· Pr.

(γ) votunhiriii. — voluntati· Pr.

conceptum suum ad manifestandum alteri miam voluntatem : statim enim quod conceptus unius ordinatur sic ad alium, innotescit alteri, ut ostendit sanctus Thomas, 1 p.,q. 107, art. 1; ct *dc Veritate,* q. 9, art. 4 et 5. Nec oportet quod causetur in audiente nova species : quia per species concreatas diversimode ordinatas, vel per confortationem luminis alterius angeli sibi loquentia et illuminantis, potest aliquid noviter cognoscere, quod prius non poterat; sicut in suo simili ostendit sanctus Thomas, 21 2 q. 173, art. 2, loquendo de revelatione prophetica; el *dc Veritate,* q. 12, ari. 7; et multis aliis locis. Et sicut est dictum de revelatione cogitationum, ila dicendum est de revelatione secretorum sacramentalium, ad quæ naturalis angeli cognitio non |>olesl pertingere, nisi per revelationem eis faciam per visionem Verbi, vel per species noviter impressas in eis, a Deo concreatas. — Et hoc sufficit ad secundum Scoti.

Ad tertium faciliter patet solutio per prodicta. Dicitur enim primo, quod distinctio naturalium el supernaturalium non solum est per respectum ad agens aliud et aliud, imino quandoque est per specificam distinctionem essentiarum horum et illorum; sicut palet de gratia el gloria, qua· distinguuntur ab omnibus effectibus naturalibus specifice; nec aliquod agens naturale ptest producere aliquid idem specie cum charilale aut gratia gratum faciente, vel cum septem donis Spiritus Sancti, aut cum gloria animæ vel côrporis, ut de se patet. Conceditur tamen quod quidquid producitur a causa naturali, potest produci a causa supernatural!. Nec semper quidquid producitur a sola causa supernatural!, dicitur supernaturale vel miraculosum, nisi in tribus casibus quos ponit sanctus Thomas, 1 p., q. 105, art. 8 : α scilicet quando effectus productus excedit facultatem naturo quoad substantiam facti (sicut quod duo corpora sint simul, vel quod sol retrocedat, vel quod corpus humanum glorificetur, quod natura nullo modo potest facere); secundo, quando effectus excedit facultatem nature, non quantum ad illud quod fit, sed quantum ad illud in quo fit (sicut ressuscitatio mortuorum, vel illuminatio cœcorum : potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo; el potest prostare visum, sed non in c;eco); tertio, quando excedit facultatem nature, quantum ad modum (a) el ordinem faciendi (sicut cum aliquis subito per divinam potentiam n febre curatur, absque curatione (€) et consueto cursu naturo in talibus; et cum mare statim condensatur in pluvias, virtute divina, absque naturalibus causis, sicut factum est ad preces Samuelis el Elke). n — Dicitur secundo, quod, posito quod aliquis effectus supernaturalis quandoque sil imjærfectior aliquo effectu naturali, et se habeat ad illum ut substantia ad accidens, non tamen sequitur quod, si angelus cognoscit naturaliter effectum naturalem qui est perfectior, quod ideo cognoscat effectum supematuralem qui est imperfectior. Cujus causa est, quia angelus habet speciem directe repraesentantem naturalem, et non supematuralem, vel aliquam substantiam, et non ejus accidentia: sicut patet de substantia angeli, et ejus naturalibus potentiis, id est, intellectu ct voluntate, quæ sunt naturaliter nola·, cuilibet angelo; non tamen ejus cogitationes, aut volitiones, aut habitus supcmaturaliter infusi. El de hoc diffuse loquitur sanctus Thomas, ubi supra, 1 p., q. 57, ari. 4; *de Veritate,* q. 8, art. 13; *de Mala,* q. 16, art. 8. — Dicitur trrtio, quod, secundum prodicta, nullus angelus habet species concreatas représentantes directe omnes effectus naturales, hoc est, a causis naturalibus producibiles, prosectitn arbitrio libero, quod est causa naturalis, hoc est, non supernaturalis (licet non dicatur naturalis, distinguendo naturale contra voluntarium liberum), et multo minus omnes effectus ğratis vel gloriæ; sed species eis concreabo, directe représentant substantias materiales et immateriales, quæ sunt de perfectione naturali universi, ut supra dictum est. Quod autem per eas possint noviter cognoscere effectus graliæ vel gloriæ, aut voluntates vel cogitationes alienas, vel futura contingentia. contingit ex alterius revelatione; quæ, qualiter fiat, alterius est sj»eculationis, et tamen in parte tactum est in procedenti solutione.

El hæc sufficiunt ad objecta Scoti.

Sciendum tamen quod Petrus dc Palude» ultima quæstione hujus distinctionis, pro procedentium intellectu, sic dicit: ‹ Oculus intellectualis angeli l>oni vel mali non potest videre corpus Christi in altari clare el immediate el directe, quia est de supernaturalibus intellectualibus : quia supernatural ia sensibilia angelus novit, cum etiam ad oculum homo videat ea, puta mortuum ressuscitatum, vel oculum restitutum; supernaturalia autem intelligibilia angelus non videt naturaliter; tale autem est esse corporis Christi in altari ; ideo, etc. — Sed quod ex naturalibus angelus cognoscat hic esse accidentia sine subjecto, non autem hic esse corpus Christi, dubium est : quia ipse potest scire quid factum est de substantia panis, quod (a) non est annihilate, et quod (C) est conversa in corpus Christi, sicut quod cibus convertitur in cibatum, el hujusmodi (scit enim generationem et corruptionem rerum naturalium); sed corpus Christi non est hic nisi per hoc quod in ipsum conversum est id quod erat hic; ergo, etc. — Sed potest dici quod angelus scit, vel scire potest, nisi prohibeatur specialiter, quidquid

( ) *quantum tui modum — quemadmodum* Pr.
( ) cura/ionc. — curvitalione Pr.

(a) *quod. — quia* Pr.
(€) nun. — Ad. Pr.

fil in naturalibus modo naturali; set! quod lit modo supernatural!, non oportet. Nec apparet quare plus cognoscat accidentia esse sine subjecto, quam conversionem factam in corpus Christi; cum utrumque sit prater cursum natura. — Vel dicendum esi, quod, sicut nos cognoscimus sensibilia, sic ipse intdligibilia. Unde, sicut videmus accidentia ℮ơr| rea non r>se, sed non videmus quid de illis factum sil» cum apparet in forma carnis vel pueri; sic angelus videt substantiam ibi non esse, sed non videt utrum sil annibilata vel conversa. Sed hujusmodi supei naturalia possunt ipsi citius el certius quam nos conjicere, indirecte, per miracula facta, quæ ipsi sciunt esse vera; nos autem non; quia qui nobis videtur suscitatus, forte est angelus in corpore assumpto; sed talis deceptio non cadit in angelo. Unde credunt et contremiscunt : credunt, quia non vidènt illud in se, sicut nec Trinitatem, nec unionem Verbi cum carne; tamen sciunt indirecte, per miracula, quia conjecturant quod impossibile est non esse verum; sicut aliter cognosco puerum natum, quem in se video, aliter quando adhuc est in utero tumescente, sed nescio quid determinate, an vivum aut mortuum, masculus an fœmina. Et sic est de supernaturalibus respectu dœmonum, quæ per miracula cadentia sub eorum naturali evidentia sunt probata. Oculus ergo angeli naturalis non videt clare hic esse corpus Christi; sed hoc conjicit infallibiliter ex miraculis sensibilibus, quæ clare vidit fieri ad testimonium hujus veritatis. » — Uax Petrus, et bene, et conformiter supradictis, potissime pro solutione secundi.

Ad argumentum pro quæstiono, patet solutio ex dictis ad septimum (a) argumentum Scoti contra primam conclusionem.

Et de quæstione hæc sufficiant. Do qua benedictus Dens. Arnen.

DISTINCTIO XI.

QUÆST10 L

UTRUM POST CONSECRATIONEM EUCHAR1STIÆ BEMANUt IBI SUBSTAMIX PANE

8 1RCA undecimam distinctionem 4. Sententiarum quæntur: Utrum post consecrationem Eucharistiæ remaneat ibi substantia panis.

Et arguitur quod sic. Quia dicit Damascenus (de *Fid, Orth.),* lib. 4 (cap. 13) : *Quia consuetudo at hominibus comedere panem et bibere vinum, conjugavit eis suam divinitatem , ct fecit ea corpus el sanguinem suum.* El ita panis communicationis non simplex panis est, sed unitus divinitati. Sed conjugatio est rerum exsistentium actu. Ergo panis el vinum simul sunl iu sacramento Eucharistia» cum corpore et sanguine Christi.

In oppositum arguitur. Quia dicit Ambrosius, libr. *de Sacramentis : Licet figura panis et vini videatur, nihil tamen aliud quam caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt* (a).

In hac quæslione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod substantia panis et vint non remanet post consecrationem in hoc sacramento.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 75, art. 2, ubi sic dicit : « Quidam posuerunt post consecrationem substantiam panis et vini remanere in hoc sacramento. Sed haec positio stare non potest. *Primo* quidem, quia per hanc tollitur virtus vel veritas hujus sacramenti, ad quam pertinet ut verum corpus Christi in hoc sacramento exsistat; quod quidem ibi non est ante consecrationem. Non autem aliquid potest esse alicubi, ubi prius non erat, nisi per loci mutationem, vel per alterius conversionem in ipsum : sicut in domo aliqua incipit de novo esse ignis, aut quia illuc defertur, aut quia ibi generatur. Manifestum esi autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem. Primo quidem, quia sequeretur quod desineret esso m coelo : non enim aliquid localiter pervenit de novo ad locum aliquem, nisi deserat priorem. Secundo» quia omne corpus localiter motum pertrnnsit omnia media; quod hic dici non potest. Tertio, quia impossibile est quod unus motus ejusdem corporis localiter moti terminetur simul ad diversa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat. El, propter hoc, relinquitur quod non possit aliter corpus Christi incipere de novo esse in hoc sacramento. nisi per conversionem substantial panis in

(>) ·îφ(ιπîMπι — Om. Pr.

(a) Hrc verba operiuntur in *Decreto,* can. 74, dist. 2. *dc* Coni.; deduci possunt es dictis Ambrosii, *de Sacramentis,* hb. 4» cap. 4, el lib. 6, cap. 1.

ipsum. Quod nutem convertitur in aliud, facta conversione, non manet. Unde relinquitur quod, salva veritate hujus sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non possit. *Secundo,* quia hæc positio contrariatur formæ hujus sacramenti, in qua dicitur, *Hoc est corpus meum;* quod non est verum, si substantia panis ibi remaneret; nunquam enim substantia panis est corpus Christi; sed potius esset dicendum, *Hic est corpus meum. Tertio,* quia contrariaretur venerationi hujus sacramenti, si aliqua substantia esset ibi, quæ non posset adorari adoratione latriæ. *Quarto,* quia contrariaretur ritui Ecclesiae, secundum quem post corjioralem cibum non licet sumere corpus Christi, cum tamen post hostiam consecratam liceat sumere aliam. Unde hæc positio vitanda est tanquam hmretica. d — Hæc ille.

Item, prima quiestione hujus distinctionis, art. 1, in solutione priinæ quæstiunculæ, sic dicit ‹ Hæc positio, quæ jionit substantiam panis remanere post consecrationem simul cum vero Christi corpore, est incompelens huic sacramento, et impossibilis, et hærelica. Incompetens quidem, quia impediret venerationem debitam huic sacramento : esset enim idolatriæ occasio, si hostiæ veneratio latriæ exhiberetur, substantia panis ibi remanente. Esset etiam contra significationem sacramenti : quia species non ducerent in verum corpus Christi per modum signi, sed magis in substantiam panis. Esset etiam contra usum sacramenti : quia cibus iste non esset spiritualis, sed corporalis etiam. — Sed quod sit impossibilis, patet ex hoc quod impossibile est aliquid nunc esse ubi prius non fuit, nisi ipso mutato, vel alio in ipsum. Nec posset etiam per miraculum fieri; sicut nec quod aliquid esset animal rationale et mortale, el non esset homo. Aliter enim se habere nunc et prius, est idem quod moveri vel transmutari. Si ergo verum corpus Christi esset sub sacramento nunc et non prius, oporteret aliquem motum vel mutationem intervenisse. Sed nulla mutatio est facta ex parte panis, secundum hanc positionem. Ergo oportet quod corpus Christi sit mutatum saltem localiter, ut dicatur quod corpus Christi est hic, quia per motum localem huc venit. Quod omnino esse non potest : quia, cum simul et semel in diversis locis corpus Christi consecretur, oporteret quod simul et seinel ad diversa loca unum numero corpus moveretur; quod est impossibile, quia contingeret simul contrarios motus inesse eidem subjecto. — Quod autem sit hærelica, patet ex hoc quod (x) contradicit veritati Scripturæ : non enim esset verum dicere, *Hoc est corpus meum,* sed, *Hic est corpus meum,* n — Hæc ille, cum multis aliis ad propositum.

(a) *quod.* — i/ıηα Pr.

Simile ponit, 4. *Contra Gentiles,* cap. 63; et alus locis (a).

Ex quibus potest formari talis ratio : Illa positio quæ tollit veritatem Eucharistiæ, et contrariatur formæ sarramenti, et ejus venerationi, et ritui, abjicienda est tanquam hærelica. Sed positio quæ }M>nit substantiam panis remanere in Eucharistia post consecrationem, est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio ₵ quod substanda panis pt vini, licet non maneat In Eucharistia post consecrationem, non tamen proprie annihilatur.

Hanc, ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 75, art. 3, ubi sic dicit : α Quia substantia pani? vel vini non manet in hoc sacramento, quidam impossibile reputantes quod substantia panis vel vini in corpus Christi el sanguinem convertatur, posuerunt quod per consecrationem substantia panis el vini vel resolvitur in præjarentem materiam, vel quod annihiletur. Praejacens autem materia, in quam corpora mixta resolvi possunt, sunt quatuor elementa. Non enim potest poni resolutio in materiam primam, ita quod sine forma exsistat, quia materia sine forma esse non potest. Cum autem post consecrationem nihil sub speciebus remaneat, nisi corpus et sanguis, oportebit dicere quod elementa, in quæ resoluta est substantia panis et vim, inde discedant per motum localem ; quod sensu perciperetur. Similiter etiam substantia panis et vini manet usque ad ultimum instans consecrationis. In ultimo autem instanti consecrationis, jam est ibi substantia corporis et sanguinis Christi; sicut in ultimo instanti generationis, jam inest forma. Unde non erit dare aliquod instans in quo sit ibi pnejacens materia. Non enim potest dici quod paulatim substantia panis el vini resolvatur in præjarentem materiam, vel successive egrediatur de loco specierum : quia, si hoc inciperet fieri in ultimo instanti consecrationis, simul sub aliqua parte hostiæ esset corpus Christi cum substantia panis; quod est contra predicts (3 p., q. 75, ari. 2). Si vero incipiat fieri ante consecrationem, erit dare aliquod tempus, in quo sub aliqua parte hostiæ neque erit sulislantia panis neque erit corpus Christi; quod est inconveniens. El hoc ipsi perpendisse videntur. Unde posuerunt aliud sub disjunctione, scilicet quod annihiletur. Sed nec hoc esse potest : quia non erit dare aliquem modum quo corpus Christi verum incipiat esse in hoc sacramento, nisi per conversionem substantiæ panis in ipsum; quæ quidem conversio tollitur, posita vel annihilalione panis, vel resolutione ejus in pnejacentem materiam. Similiter non est dare

(i) Cfr *Quodlib.* 7. art. 9, *Quodlib.* 9, art. 5. ad 3ıı®; et Exposition, in Epislol. L *ad Corinth.,* cap. 11, led. 4 cl 5.

undo talis resolutio vel annihilatio in hoc sacramento causetur; cum effectus sacramenti significetur per formam, neutrum autem significatur per hæc verba formæ, /for *est corpus meum.* Unde patet prædictam positionem esse (a) falsam. » — Hæc ni·.

Similia ponit, pratenti distinctione, q. I, ari. *2* : ‹ Non potest, inquit, dici quod substantia panis annihiletur, eo quod omnis motus denominatur a termino *ad quem,* sicut motus qui est ad albedinrm dicitur dealbatio. Unde illa transmutatio tantummodo posset dici annihilatio, cujus terminus *ad quem* esset nihil. Hoc autem non |>otesl esse in ista conversione. Quia oportet hanc conversionem terminari ad corpus Christi quia nihil potest inci-|»ore ȣ» hic, cum prius non fuerit hic, nisi per mutum aut mutationem propriam, vel alterius terminatam ad ipsum aliquo modo; unde, si conversio pr.nlicta ad corpus Christi non terminaretur, oporteret quod corpus Christi esset hic in altari, facta consecratione, ubi prius non orat, per motum proprium. Unde patet quod opinio illa falsa est, quæ ponebat substantiam panis annihilari. * — Hæc ille.

Hem, ibidem, arguit sic (arg. I Sed contra): « Augustinus dicit, in libro *Octoginta trium quaestionum* (q. 21) : /Ile *ad quem non esse non pertinet, non est causa tendendi ad non esse.* Sed Deus est hujusmodi. Ergo ipse nihil in nihilum reducit. Sed pnidicla conversio fit virtute divina. Ergo mm reducitur substantia panis in nihilum. » — Hæc ille.

Eamdem conclusionem tenet, 4. *Contra Gentiles,* cap. 63; et quinto *Quodlibeto,* art. II.

Ex quibus fotesl formari talis ratio pro conclusione : Omnis annihilatio proprie terminatur ad nihil. Sed conversio panis, vel ejus mutatio, non terminatur ad nihil. Igitur, etc.

Tertia conclusio est quod substantia panis et vini convertitur in corpus et sanguinem Christi, conversione singiilarisslinn.

Hanc ponit, 3 p., q, 75, ari 4, ubi sic dicit : * Cum in hoc sacramento sil verum corpus Christi, nec incipiat ibi »·χμ* de novo per motum localem, cum etiam nec corpus Christi sil ibi sicut in loco, neceese est dicere quod ibi incipiat esse per conversionem panis in ipsum. Hæc tamen conversio non est similis conversionibus naturalibus; sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute effecta. Unde Ambrosius, in libro *De* iis *qui initiantur mysteriis* (cap. 9|, dicil . *Liquet quod prater natura ordinem* Virpo *generavit, et hoc quod conficitur, corpus ex Virgine est. Quid igitur quxris natura ordinem in Christi corpore, cum prieter naturam sit ipse Dominus Jesus partit ex Virgine(* El super illud Joan. 6 (v. 04), *Verba quæ ego locutus sum vobis,* scilicet de hoc sacramento. *spiritus et vita sunt,* dicit Chrysostomus (Horn. 46 in Joan.) : *Id est, spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturalem; sed eruta sunt ab omni tali necessitate qutr in terra, et a legibus qu:e hic posita· sunt.* Manifestum est enim quod ornne agens agit inquantum est actu. Quodlibel autem agens creatum, est determinatum in suo actu, cum sit determinati generis et speciei. El ideo cujuslihel agentis creati aclio fertur super aliquem determinatum actum. Determinatio autem cujuslihel rei in esse actuali, est per formam ejus. Unde nullum agens naturale, vel creatum, potest agere nisi ad immutationem formæ; et, propter hoc, omnis conversio quæ Iit secundum leges nature, est formalis. Sed Deus esi infinitus actus. L ude ejus actio se extendit ad totam naturam entis. Non ergo solum potest perficere conversionem formalem, ul scilicet diversæ formæ sibi in eodem subjecto succedant, sed etiam conversionem totius entis, ul scilicet lota substantia hujus convertatur in totam substantiam illius. El hoc agitur divina virtute in hoc sacramento : nani tota substantia panis convertitur in lotam substantiam corporis Christi, el tota substantia vim in lotam substantiam sanguinis. Unde hæc conversio non esi formalis, sed substantialis; nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine potest dici transsubstantiatio. » — Hæc ille.

Item, ibidem, arguit sic (primo loco) : « Conversio est quædam mutatio. Sed in omni mutatione oportet esse aliquod subjectum, quod prius est in potentia, et postea in aclu ; ut enim dicitur, 3. *Physicorum* (t. c. 6, 9 et 23), *motus est actus entis exsistentis in potentia.* Non est autem dare aliquod subjectum commune substantiæ panis el corporis Christi; quia de ratione substantial est quod non sit in subjecto, ul dicitur in *Prtedicamenlis* (cap. *de Substantia).* Non ergo potest esse quod lota substantia panis convertatur in corpus Christi, n Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod objectio illa procedit de mutatione formali; quia formæ proprium est esse in materia, vel (6) in subjecto. Non autem habet locum in conversione totius ȣubstantia Unde, cum hæc conversio substantialis importet quemdam ordinem substantiarum, quarum una convertitur in alteram, est sicut in subjecto in utraque substantia, sicut ordo et numerus. › — Hæc ille.

Eamdem sententiam ponit, pratenti distinctione, q. I, ari. 3, in solutione primæ quæstiunculæ.

(«) *eue.* — Om. Pr.

( ) Cfr. can. ΓA), § 3, Dist. 2, *dr Com.*

( ) in materia, tel. — inimatenalu Pr.

Dicit enim sic: u In mutationibus naturalibus invenitui aliqua mutatio, secundum quam nihil variatur de illo quod est intraneum rei, sed solum hoc quod est extra; sicut patet in motu locali. Aliqua vero est mutatio, in qua variatur illud quod inest rei accidentaliter, quasi quantitas vel qualitas; ul patet in motu augmenti et alteration^. Aliqua vero est imitatio, quæ pertingit usque ad formam substantialem; sicut generatio et corruptio. Sed naturalis mutatio non potest pertingere usque ad variationem materia? : quia operatur ex supposita materia; sicut quodlibet secundum agens operatur præsuppasitis his quæ sibi data sunt a primo agente; et hæc principia ojiortct manere in operationo nature, ut dicitur,!. *Physicorum* (t. c. 59). Sicut autem quod ex suppositione materiæ natura producit, operationi ħatura subjicitur; ita ipsa materia quam præsupponit natura, subjicitur actioni primi agentis, scilicet Dei, a quo hoc i|isuin inqierfectum esse (scilicet in potentia) quod habet, accepit. Unde operatio divina pertingere ;>otesl ad variationem materiæ : ut scilicet, sicut natura facit hoc lotum, ut ex loto aere lotam aquam; ita Deus facit ex hac materia signata illam. El quia materia signata est individuationis principium, ideo solius Dei O]>eratione fieri potest ut hoc individuum demonstratum liat illud individuum demonstratum. Et talis modus conversionis est in hoc sacramento; quia ex hoc pane fit hoc corpus Christi. Ex quo palet quod ista conversio differt ab omnibus naturalibus conversionibus in quatuor. Primo, in hoc quod usque ad materiam pertingit; quod in illis non invenitur. El quia materia est primum subjectum, el ipsius non est aliud subjectum, ideo *secundo* dillert in hoc quod hæc conversio non habet subjectum sicut illæ habent. *Tertio,* quia in naturalibus conversionibus totum convertitur in lotum, non autem partes essentiales in paries. Totus enim aer convertitur in aquam; sed maleria aeris non convertitur in aliquid, quia est eadem; forma etiam non convertitur, quia abscedit, et alia introducitur. Sed hic et lotum convertitur in totum, quia totus panis in totum corpus Christi; et partes convertuntur in pries (α), quin materia panis fit maleria corporis Christi, el forma substantialis similiter fit illa forma quæ est corporis Christi. *Quarto,* quia in naturalibus conversionibus transmutatur el id quod convertitur, ct illud in quod convertitur. Illud quidem quod in alterum convertitur, semper transmutatur corruptione; sed illud in quod aliquid naturaliter convertitur, si quidem sit simplex conversio, transmutatur per generationem, sicut cum aqua generatur ex aere; si autem sit conversio cum additione ad alterum pneexsistens, illud cui additur, transmutalur secundum augmentum, vel saltem per restaurationem perditi, sicut accidit in nutrimento. Sed hic, illud in qutxl Ct conversio, erat pneexsistens; et quod convertitur non ei additur, quia, ul dictum est, id quod convertitur, convertitur in ipsum et secundum totum el secundum omnes partes ejus. Unde hic etiam illud ad quod terminatur conversio, nullo modo transmutatur, scilicet corpus Christi, sed solum panis, qui convertitur. > — Hæc ille.

Hem, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : u Transmutatio naturalis ponit actum imperfectum, ut palet, 3. *Physicorum* (t c. 6). El quia idem est subjectum actus jierfecti et imperfecti, ideo ƀj>orU quod subjectum transmutationis naturalis sil id quod est Mibjcctum postmodum actus perfecti, scilicet formæ, ad quam tendit motus, et non ipsum jam lærfeclum. Sed transmutatio hujus conversionis non ponit aliquem actum imperfectum, sed solum succensionem quamdam perfectorum, non solum actuum, mnl rerum subsistentium. Successio autem est in succedentibus sibi, sicut ordo in ordinatis. Sed secundum regulam in primo libro, distinctione 26 (q. 2), de relativis datam, erit ista relatio ordinis hujus successionis, secundum rem quidem in ipso pane qui mutatur, non autem in corpore Christi, nisi secundum rationem, quia ipsum immutatum permanet. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro prima parte conclusionis, scilicet quod panis convertatur in corpus Christi : Quia omne quod incipit esse hic, est hic noviter per propriam mutationem, vel per mutationem alterius terminatam ad ipsum. Sed corpus Christi incipit esse in altari et sub sacramento, et non per propriam mutationem. Igitur per mutationem alterius terminatam ad ipsum. Sed non est aliud cujus mutatio terminetur ad ipsum, nisi panis; nec ille, nisi per conversionem. Igitur, etc. — Pro secunda jiarle conclusionis potest sic argui : Illa mutatio vel conversio est singularissima, quæ singularissime dillert ab omni naturali mutatione. Sed conversio panis in corpus Christi est hujusmodi. Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUH OBJECTIONES

§ 1. — CoNTBA PHDtAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Johannis Parisiensis. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. El quidem, contra primam arguitur n quodam Johanne Parisiens! (i), volente probare

(a) in *partes·* — Om. Pr.

(a) Johannes Parisiensis secundus, O. P., inter aotera ťdK scripsit *de modo exsistendi corponi Christi* in *Sacramento Altarii, alio quam tit ille*

improbubilitatcin nostra positionis, et probabilitatem opposita? (scilicet quod probabilius est ponere substantiam panis remanere in sacramento, quam ponere oppositum), aut saltem possibilitatem suæ novæ positionis.

Primo (a) auctoritate Damasceni *(de Fid. Ort.),* quarto libro, cap. 13, ubi dicit quod panis assumitur et unitur divinitati in hac esca spirituali, sicut carbo est lignum unitum igni, el humanitas Deo in incarnatione. Item, idem Damascenus, lib. 4, cap. 13, dicit sic : A'unc *interrogas qualiter panis fd corpus Christi, et vinum et aqua sanguis Christi, Tibi dico et ego, quod Spiritus Sanctus supervend, et hæc fac'd quæ super rationem et intellectum sunt, Panis autem et vinum assumuntur.* El hoc dicil Damascenus consequenter ei quod dixerat dc assumptione humanæ nature a supposito Eilii Dei, de quo dictum est Virgmi per angelurn : *Spiritus Sanctus superveniet in te,* etc. (Luc. 1, v. 35). Item, infra, eodem capitulo, dicitur sic : *Quemadmodum in baptismate, quia consuetudo est hominibus aqua lavari et oleo ungi, conjugavit oleo et aquæ gratiam Spiritus, et fecit illud lavacrum regenerationis; ita, quia consuetudo est hominibus panem comedere et bibere vinum ct aquam, conjugavit* eis *divinitatem, et fecit ea corpus et sanguinem ejus.* Similiter, infra (eod. cap.), loquens de hoc sacramento, dicit : *Carbo autem lignum simplex non est, sed unitum igni; da et panis communionis non panis simplex est, sed unitus divinitati.* — Dionysius etiam, *dc Ecclesiastica Hierarchia,* cap. 3, parte quæ intilulalur θκωρ'χ, vocat istud sacramentum *assumptionis,* vel sum/itionis. El infra exponit, dicens quod Christus hic assumit nostra, ut communiret nobis sua.

Secundo. Quia Apostolus dicit, 1. *Corinth.* cap. 10 (v. 16) : Panis *quem communicamus,* etc. (6).

Tertio, Quia ab antiquo inventa est hæc opinio, non solum de possibilitate, sed de enlitate. El ratio est, quia plures difficultates tolluntur per hanc positionem. Solum enim difficultas de unione est hic. Cum ergo pauciora sint ponenda in articulis fidei, et quæ salvant apparentia; apparent autem in hoc sacramento esse panis et vinum ; quod conversio non salvat, sed assumptio; et assumptio est specialis articulus; ergo, etc.

Quarto. Quia confessio Berengarii est quod corpus Christi substantialiter frangitur. — Nec obstat quod non esset ibi unitas, vel veritas. Quia, sicul dicis substantiam panis non (a) manere, id est, substantiam quæ est panis, ul creatura saltem; sic dicimus, *Corpus Christi,* id est, *Corpus quod est Christus,* et. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.*

Quinto. Quia ista positio quæ ponit substantiam panis manere quoad essentiam, non quoad esse, et per assumptionem, in inultis difiert ab illa quæ ponit substantiam panis manere sine assumptione, et reputatur hæretica. Primo, quia illa ponit post consecrationem duo supposita; hæc autem unum solum in tribus naturis. Secundo, quia illa ponit manere panis subsistentiam ; hæc autem substantiam per modum accidentis, non subsistentiae. Tertio, quia illa ponit manere panem quoad esse proprium; hæc autem quoad essentiam tantum. Quarto, quia illa ponit eumdem panem et idem vinum; hæc vero alium panem et aliud vinum, licet eamdem paneilatem et vineitatem. Quinto, quia ex illa sequitur veraciter non esse corpus Christi in altari de novo, cum nec ipsum mutetur, nec aliud in ipsum; hæc autem sic, quia ponit panem et (C) vinum mutari quoad esse. Sexto, quia ex illa non est communicatio idiomalum, cum sint sicut duo supposita; ex ista autem sic. Septimo, quia ex illa non adoratur quidquid est in altari adoratione latriæ; ex ista autem sic, propter unitatem suppositi. Octavo, quia illa dicit sic esse ; hæc autem non sic esse (γ), sed posse esse.

Sexto. Quia quæcumque sunt idem supposito limitata, ubicumque est unum, ibi est reliquum : sicut ubicumque est musica Socratis, ibi est ejus albedo. Dico autem *limitata :* quia, si unum esset limitatum, et aliud illimitatum, quamvis ubicumque esset limitatum, ibi esset et illimitatum; non tamen ubicumque esset illimitatum, ibi esset et limitatum; nec identitas suppositi sufficeret ad hoc. Verbi gratia : licet enim ubicumque est corpus Christi, ibi sit Christus; non tamen ubicumque est Christus secundum divinitatem, ibi est sua humanitas. Sed, pane assumpto, corpus Christi humanum et corpus panis essent (o) unum supposito, et

qvrm tenet Eccbvia, ubi, licet admittat catholicam sententiam de transsubstantiatione, quia non ipsi evidens est hanc doctrinam esse de fide definitum, alium modum possibilem proponit šalvandi realis Christi presenti» in Eucharistia, scilicet per assumptionem substantia» panis et vini in suppositum Verbi. Ab episco|»o Parisiens! condemnatus, appellavit Johannes ad Sanciam Sedem, sed, cum diffinitivam ciapcctaret sententiam, obiit Burdigala», anno Domini 1306. Opus ejus fuit postea typis editum, Londini, an. 1686. — Cfr. Quetif et Echard, *Script. Ord. Pretd,,* vol. I. pag. 500

i) Hæc argumentâmes opere Johannis Parisirnsisdeprompta. Auctor refert juxta formam quam ipsis dederunt Durandus et Petrus dc Palude. Secundam, tertiam, quartam el quintam auctoritates primi argumenti invenies apud Durandum, dist. 10, q, 1, prima vero auctoritas hujus argumenti, ficui et ărter argumenta, reperiunlur apud Petrum de Palude, dist. 11, q. 2.

(C) In Vulgata legitur: *Calix benedictioni», cui benedicimus, nonne communicatio mnguini» Christi ettf et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini rttf*

(e) non. — Om. Pr.
(C) *panem et.* — Om. Pr.
(γ) «jte. — Om. Pr.
(I) *estent.* — met Pr.

utrumque esset limitatum. Ergo, cum in altari esset panis assumptus, ibi esset per consequens corpus Christi.

Septimo. Quia medium est propinquius quam extremum. Sed, si Christus assumeret panem vel panoitatem, hoc faceret mediante sua corporeitate; quia indignius assumptihile est mediante digniori, secundum congruitalem assumptionis. Igitur, cum suppositum Christi assumens esset in altari cum pane assumpto, multo magis ibi esset corpus Christi, quod esset medium assumptionis.

Octavo. Quia ibi est Christus sacramentaliter, ubi est virtute sacramenti directe. Sed directius iit Christus in altari per assumptionem, quam per conversionem : quia forma hujus sacramenti, quæ efficit significando, directius efficit illud quod magis proprie significat; et hoc est unio per assumptio nem, qua communicantur idiomata, ita ul hic sit illud quod sonant verba formæ, *Hoc est corpus meum;* non autem unio conversionis, quia per illam panis non est Christus, nec e converso, sed panis fit Christus, vel convertitur in Christum. Igitur, etc.

Ponit ergo ista opinio tria. *Primo* dicil quod corpus Christi est, vel potest esse in Eucharistia, per assumptionem naturae panis, mediante corpore quod est pars, el non toto supposito vel humanitate, ut sil communicatio idiomatuin corporis et panis (sicul nunc est Dei el hominis, quia immediate assumpsit humanitatem), non autem assumentis ad assumptum, quia reputatur erroneum dicere Verbum *impanatum,* sicut *Verbum incarnatum* sicut dicitur albus cui albedo inest mediante tota superficie; sed Æthiops dicitur albus dente, quia dens ejus e>t albus, quia est pars mediante qua inest albedo; sed non ipse dicitur albus, quia non secundum totum sui conjungituralbedini.—*Secundo* ponit hæc opinio quod ex hoc sequitur, corpus Christi de Virgine natum, crucifixum, esse hic realiter : quia quæcumque praedicantur de praedicato, el de subjecto; cum ergo panis sil hic, quia corpus Christi est panis, per consequens corpus illud est hic. Sicut, quia homo erat in praeaepio, vel in cruce, vel in utero, ibi erat Deus qui erat homo; et sicut, quia Deus est ille homo qui est passus et mortuus, etc., Deus est ita; sic, per consequens, quia panis manducatur, frangitur et comeditur vel dividitur, consequenter corpus Christi, quod est panis, frangitur, ole. — *Tertio* ponit quod nihilominus salvantur auctoritates Sanctorum de conversione cum assumptione. Cum enim esse differat ah essentia, unum potest assumi, alio non assumpto. Undo non sic est Verbum incarnatum sicut impanatum· Quia in illa assumptione praeventa fuit essentia assumpta, antequam haberet esse; unde nunquam habuit esse aliud ab esse divino sibi communicato; propter quod fuit assumptio sine conversione aliqua assumpti in assumens, et e converso; unde Ecclesia dicit (in Symlwlo S. Alhanasii) : *Non conversione divinitatis in carne, nec* supple *c converto, sed assumptione humanitatis in beo.* Sed panis praeexsistens habet esse et essentiam; et assumptio ad unitatem suppositi consumit ipsum subsistere, non |M?r annihilationem, sed per conversionem; unde |H;r conversionem esse substantialis, et (x) per assumptionem essenti® substantialis, perficitur hoc mysterium. Et sic omnes auctoritates de transsuhslantiatione loquente», el conversione, possunt referri ad esse, el non ad essentiam. Et auctoritates dicentes quod post consecrationem non manet panis, sed fuit, verum est secundum esse; sed solum secundum essentiam manet (6). Sic ergo dicil ista opinio quod ita veraciter potest esse sacramentaliter in altari corpus Christi sine conversione per assumptionem paucitatis, sicul modo ponitur communiter per conversionem.

II. Argumenta Scoti. — Contra eamdem conclusionem , et similiter contra tertiam, per eadem media, arguit Scolus (disl. 10, q. 1), probando quod corpus Christi non incipit esse in sacramento solum per conversionem panis in illud.

Primo, inquit, suppono quod, secundum te, transsubstantiatio est mutatio substantialis, eo modo qpo conceditur esse mutatio. Ex hoc sequitur quod habet pro per se terniino *ad quem* substantiam. Per nullam autem mutationem habetur per se illud quod est posterius suo per se termino. Sed hujusmodi praesentia est quid posterius simpliciter substantia corporis Christi, quæ substantia terminat mutationem : quia non est hujusmodi praesentia prius naturaliter aul essentialiter ijisa substantia, quia substantia corporis Christi posset esse sine hujusmodi praesentia; nec simul natura, quia tunc non posset praesentia talis destrui nisi destrueretur substantia corporis Christi, quod est falsum.

Secundo sic. Per nullam mutationem habetur per se illud quod est aliud a per se termino. Sed hujusmodi praesentia est aliud simpliciter a substantia, quæ est per se terminus transsubslantialionis. Ergo, etc. Major |>alel : quia unius mutationis per se, est unus per se terminus; el ita quidquid est aliud ab illo per se termino, licet sit per accidens idem cum eo, non habetur per se per illam mutationem. Minor patet : quia hujusmodi praesentia non est substantia panis; nec ista praesentia est sulistantia corporis Christi, quia hujusmodi substantia fuil quando ista praesentia non fuit.

Tertio. Quia Deus potest facere corpus suum praesens cum pane, manente substantia panis. El tunc non erit hic per aliquam mutationem quæ sit

( ) .i verblt per com *ersionem; unde* usque ad *et,* om. Pr.
( ) *manet,* — Om. Pr.

ad substantiam ut perse terminum, quia nulla est nova substantia panis. Et tamen per illam acquireretur (a) praesentia ejusdem rationis cum illa qua. nunc habetur. Ergo oportet quod per mutationem ejusdem rationis. Ergo per aliam fieret quam per mutationem substantialem. Major probatur. Quia ad novitatem posterioris non sequitur novitas prioris, cx 8. *Physicorum,* ubi Mill Aristoteles, quod in cœlo (6) potest esse motus secundum *ubi t* licet non possit ibi esse novitas secundum aliquam formam absolutam (γ). Unde aliquid potest moveri localiter, sine mutatione ad substantiam. Cujus ratio est : quia *ubi* est quidam respectus extrinsecus adveniens, et non forma absoluta. Sed praesentia ista posterior est substantia panis, sicut respectus posterior est absoluto, maxime posterior substantia. Ergo sine mutatione aliqua circa substantiam panis, potest esse nova praesentia corporis Christi ad panem. Oportet ergo dare aliam mutationem ad hujusmodi praesentiam, quæ non sit substantialis. El, per consequens, in proposito, per transmutationem substantialem non per se habetur ista praesentia; quia terminus ejusdem rationis, cujusmodi est praesentia, non est proprie et per se terminus duarum mutationum distinctarum secundum genus. — Et si dicas quod potest fieri pnesens cum substantia panis, sine mutatione substantiali; tamen nunc fit praesens jær mutationem substantialem panis in corpus Christi, el non per aliam; — Con-Ira. In corpus Christi prius factum praesens pani, posset Deus convertere panem : non enim hic est magis contradictio, quam quod modo convertatur in corpus Christi non prius praesens. Ergo per talem conversionem (Î) factam tunc in corpus Chrisli prius præsens speciei panis, non fieret ibi de novo præsens (i). Vel ojiortel dicere quod fieret pnesens postquam (ζ) fuit præsens, et quod eadem praesentia terminaret duas mutationes dictas.

Quarto. Quod convertitur in aliquid praeexsistens, magis acquirit conditiones ejus quam econtra. Patet : si enim nutritivum convertatur in carnem, magis animatur anima carnis (η), quam caro informetur forma ejus; et universaliter acquirit conditiones absolutas, el ubi, et alios respectus carnis, magis (0) quam econtra. Ergo ex sola conversione panis in corpus Christi præexsistons, magis acquireret panis ut conversus praesentiam corporis Christi in cœlo, quam corpus Christi praesentiam speciei panis in altari.

( ) *acquireretur. — acquiretur* Pr.
(C) m *caelo. — interdio Pjr.*
(γ) Cir. Commentar., 8 *Phytic.,* corn 79; <t Philosopli., 8 MchipA.. t. c. 12, et 12 *Metaph.,* t. c. 10.
( ) *non,* — Ad. Pr.
(i) prrrenf. — *per talrm* romenûnie/n Pr.
(ζ) *potlquam. — priusquam* Pr
(r) camu. — *corponi* Pr.
(Q *magis.* — Om. Pr

Quinto. Quia Deus |iosset convertere substantiam panis in corpus Chrisli ul exsistens in cœlo, vol ul habens esse in endo; quia hic non est major contradictio quam m ea conversione quæ nunc ponitur. Sed lune non haberet corpus Christi esso sub specie panis ex ipsa conversione. Ergo nec nunc.

Sexto. Si panis quantus converteretur in corpus Christi quantum, ita quod quantitas in quantitatem, et substantia in substantiam, corpus Christi quantum non haberet *ubi* ciren inscriptive, quod fuit panis circumscriptive. Ergo ex conversione substantiæ in substantiam corpus Chrisli non habet *ubi* diffinitive, quod erat substantiæ panis diffinitive. Antecedens notum est : quia non posset illud quantum corpus Christi esse circumscriptive in loco panis, cum sit majus pane. Consequentia probatur quia sicut substantia el substantia quæ subsunt quantitati, diffinitive se habent ad locum, ita substantia quanta ad substantiam quantam circumscriptive. Ergo conversio substantiæ in substantiam facit ad esse circumscriptive in loco.— Hæc Scotus, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Scoti.— Contra secundam conclusionem arguit idem Scotus (dist. 11, q. 4), probando quod substantia panis annihiletur in transsubstantiatione.

Primo (x) sic. Illud quod prœcessit, et nihil ejus remanet, annihilatum est. Sed substantia panis praefuit. El nihil ejus manet, quia nec materia, nec forma; totum enim totaliter transit, scilicet materia in materiam, el forma in formam. Ergo,eUh

Secundo sic. Quod praefuit, et modo nihil est, nec in se, neci n alio, annihilatur. Panis autem, post conversionem, nihil est in se. Nihil etiam est in corpore Christi : quia tunc corpus Christi augeretur per conversionem panis in ipsum; illud enim fit majus, in quod convertitur aliud quantum manens.

Si dicatur quod non est nihilatio, quia terminus *ad quem* hujus transitus est aliquid, scilicet corpus Christi; — contra hoc arguitur. Quia, etsi desinilionem hujus panis comitetur positio corporis Christi hic, tamen illa desinitio panis secundum propriam rationem non distinguitur ab annihilatione, quia terminus *ad quem* ejus est nihilitas panis.

Confirmatur per similo. Quia corruptio non est annihilatio modo, non propter hoc solum quia generatio concomilatur eam : quia, si propter hoc et propter terminum generationis præcise non esset annihilatio, ipsa corruptio esset mutatio positivai propter terminum mutationis positivum; quod est falsum. Nunc ergo corruptio, secundum propriam rationem sui, ut distinguitur essentialiter a genera-

li) *Primo.* — Om. Pr

tione concomitanti·, non est annihilatio, quia aliquid corrupti manet, -scilicet mataria· Et ex hoc sequitur quod negatio n<l quam est, est negatio in apto nato; ergo privatio. Ergo, per oppositum, cum in proposito nihil termini *a* </uo maneat, nec negatio esse panis sit privatio (quia non in apto nato), sed purum non esso, sequitur quod ista destructio panis secundum propriam rationem sui sit annihilate.

Confirmatur ulterius. Quia per se ratio alieujus non variatur ex aliquo concurrente per accidens cum eo. Sed per accidens est quod cum destructione panis concurrit positio corporis Christi hic. Probatio (a) : posset enim primum separari a secundo. Ergo propter istam positionem Corporis Christi hic, non variatur ratio hujus destructionis. Sed, si sola esset, sine illa positione. <-sset annihilatio panis. Ergo et modo.

Item. Si panis annihilaretur, et corpus Christi poneretur hic præsens, omni eodem modo halæret se, tam panis quam corpus Christi, quantum ad omnem conditionem, tam esse quam non esse, sicut modo se hahet. Sed quod omni eodem modo se habet sicut si esset annihilatum, illud est annihilatum. Ergo, etc. Prima propositio manifesta est : quia, si esset annihilatio, nec forma nec materia ejus maneret, et eodem modo nec nunc; sed etiam tunc corpus Chrisli esset pnesens sub accidentibus, ita et nunc.

Item. Quia terminus novæ actionis est novus. Ergo negatio esse panis, ul terminus desinilionis panis, nova est. Sed, ut in corpore Christi, non est nova : nam illo modo quo disparatum includit negationem disparati, ante desinilionem panis corpus Christi fuit non panis; et similiter corpus Christi prius fuit. Igitur terminus illius desinitionis non est corpus Chrisli, nec negatio panis in corpore Christi.

Si dicas quod non esse panis, ut in corpore Chrisli, non est nova negatio, sicut nec disparatio corporis Christi ad panem est nova; sed tamen non *esae* panis est novum; — Contra. Ex hoc sequitur quod *non esae* panis est terminus : quia negatio ista, ut in corjiore, est per rationem disparationis; si ergo *non esse* terminat ut novum, non terminat ut (ὐ) in corpore per ralionem disparationis.

Forte dicetur, propter ista argumenta, aliter ad primas rationes : quod post conversionem substantia panis non est totaliter nihil, sed est quodammodo aliquid, non illud quod pnvfuit, sed illud in quod conversa est. — Sed contra hoc arguitur. Primo. Quia terminus mutationis, inquantum est terminus, includit non osso alterius termini. Hoc probatur: quia, inquantum est terminus, habet aliquam incoinpo&ûbilitatein ad alium terminum; ergo, ut est terminus, non includit aliquitatem alterius termini, nec alterum terminum osse aliquo modo aliquid; quia contradictio est quod, ut includit non ejus, includat aliquitatem ejus.

Secundo, ad idem· Quia corpus Chrisli nullo modo aliter se habet post conversionem, quam ante; ergo nec aliquid alio modo habet esse in ipso. Sed [«inis non conversus, nullo modo habet aliquitatem suam in corpore Christi, nec aliquitatem corporis Christi. Ergo nec panis post conversionem. Probatur consequentia prima : E>se secundum quid in aliquo, est propter ejus esse simpliciter; quin enim aliquid in se est tale, ideo sic vel sic habet aliquid in >e; ergo non est differentia in modo essendi alicujus in aliquo, nisi propter differentiam entis in se.

Tertio ad idem. Cujus est aliquitas, illud est ea aliquid formaliter. Si ergo aliquitas corporis Chrisli sit ejus nunc quod fuit substantia panis, ergo illud quod fuit substantia panis, est aliquid formaliter illa aliquitate. Quiero quid aliquid? Non panis : <piia non esi panis; et præterea contradictio esse videtur, quod aliquitate corporis sit aliquid formaliter quod non est panis. Nec ista aliquitate est aliquid quod fuit panis, puta corpus Chrisli : quia quod fuil substantia panis simpliciter, desiit esse; corpus autem Christi manet in eodem esse. Nec [Milesi diri quod ista aliquitate est aliquid aliud, nisi panis, vel corpus. — Hæc Scotus, in forma.

II. Argumenta Durandi. — Contra eamdern conclusionem, simul el praecedentem, arguit Durandus (dist. 11, q. 3), profando quod vel aliquid de sufatantia panis, puta materia, remanet in hoc sacramento; vel substantia [mnis veraciter et proprie annihilatur.

Primo (x) sic. Illud quod non est magis in alio num quam prius, non est magis conversum in aliud nunc quam prius. Sed, si pania non manet, post conversionem, in corporeChrisli secundum se totum, nec secundum aliquid sui, puta secundum materiam, aut formam, non est in ipso post conversionem plus quam ante. Ergo non debet dici conversum in ipsum nunc (6) plus quam ante vel prius.

Si dicatur quod unum manet in alio, quia communicant in materia, el unum est educibile de altero vit lute divina; — non valet : quia simili modo maneret panis incorpore Christi, si esset corruptus corruptione naturali; quia eodem modo communicaret cum qiso in materia, et posset educi de ipso virtute divina; igitur, etc.

Secundo sic. Omnis terminus actionis attingitur

( ) *Probatio. — Primo* Pr.
( ) *non terminat ut. — terminat ut non* Pr.

(x) Hoc argumentum et quatuor sequentia Auctor ailcrl juxta formam quam h.dxuil apud Petrum de Palude, dist tt, q. 3.

(6) a verbis in *corpore Christi* usque ad nunc, om. Pr

per actionem; eed in conversione panis in corpus Christi, secundum te, corpus Christi est terminus; ergo per talem actionem attingitur. Sed, si nihil fit in ipso, qualiter attingatur non est inlelligibile, cum illud esset actio per quam nihil ageretur. — Nec valet si dicatur quod per conversionem substantia» aliquid agatur in corpus Christi, prout est hic, scilicet prout in sacramento altaris. Quia istud non fit per conversionem; quia, si fieret conversio totius in totum secundum substantiam et omnia accidentia, corpus Christi non esset plus hic nunc quam prius. Ergo, etc.

Tertio. Quia, si in corruptione materia desineret esse quemadmodum et forma, tunc non esset corruptio, sed annihilatio. Sed, secundum hanc positionem, materia panis desinit esse, sicut et forma. Ergo ibi est vera annihilatio, et non conversio.

Quarto sic. Qualiter potest intelligi conversio formæ in formam praeexsistentem, non est intelligibile. Quia nihil aliud videtur hic esse, nisi quod una desinit esse, alia incipiente esse; ex quo, per desinilionem unius, nihil advenit alteri; et quod materia quæ fuit sub una forma, sit de novo sub alia, quemadmodum dicit Philosophus, 1. *Physicorum* (t. c. G8), quod materia primo fuit sub uno contrariorum, postea sub alio.

Quinto. Quia, si materia non annihilatur, sed convertitur, hoc est altero duorum modorum : aut quia manet, non in se, sed in suo simili, scilicet materia alterius; aut quia ex ipsa el materia alterius efficitur unum. Primum non potest dici : quia tunc conversio non differret ah annihilations, annihilata enim materia unius, nihilominus ipsa remanet in simili materia alterius. Nec potest dici magis converti in materiam alicujus determinati, quam in materiam alterius cujuscurnque ; cum materia omnium sit ejusdem rationis. Si vero dicatur secundum, habetur propositum: quia, sicut materia non distinguitur a materia nisi per formam sub qua est, sic non potest effici unum cum materia alterius, nisi quia utrumque efficitur sub eadem forma. Ergo materia panis non potest converti in materiam corporis Christi, nisi efficiatur sub eadem forma; et sic aliquid quod fuit sub forma panis, efficitur sub forma corporis Christi; et non desinit totaliter.

Sexto. Si, de duabus hostiis, substantia panis unius annihilaretur, manentibus speciebus, et substantia panis alterius converteretur, eo modo quo dicit tua positio, non plus maneret de substantia panis unius quam alterius. Ergo, si prima non dicitur conversa, sed nnnihilata, pari ralione nec secunda.

Septimo. Quia, si, remanente corpore Christi, in nullo mutato, nnliret eadem substantia panis qua» prius fuit, ipsa vere crearetur: quia de nihilo fieret; non enim fieret de substantia corporis Christi, nec de alia, ul supponimus. Ergo, si, praeexsistente corpore Christi, et nihil substantis panis in eo remanente, panis desinat esso, vere annihilatur. Consequentia probatur : quia eodem modo se babet aliquid ut sit terminus *ad quem* annihilalionis, et ut sit terminus *a quo* creationis; et ideo, sicul exsistentia corporis Christi non impediret quin esset creatio, substantia panis redeunto, sic exsistentia ejus non impedit quin sil vera annihilatio, nihil de substantia panis remanente in ipso.

Octavo. Illud quod prius fuit aliquid, el postea est nihil, est vere annihilatum. Sed, secundum te, substantia panis ante consecrationem fuit aliquid, post consecrationem autem est nihil. Ergo substantia panis est vere annihilato. Major patet de se, ex ralione terminorum. Minor probatur. Quia illud quod non est aliquid in se vel in alio, est vere nihil; quia non aliquid et nihil æquipollent. Sed substantia panis post consecrationem non est aliquid in se, quia desiit esse; nec est in alio, scilicet corpore Christi, quia post consecrationem nihil est plu.< in corpore Christi quam ante, secundum te. Ergo, etc. Et sic probata est major, et minor, el consequentia, et per consequens tota ratio. — Hæc Durandus.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclusionem arguunt Scotus el Durandus (a), probando quod conversio, si est, nihil facit nisi dispositive ad esse corpus Christi in altari; el quoti Deus sine conversione æque facere potest. Et

Primo supponit quod per carentiam quantitatis est angelus praesens omni corpori : quia sola quantitas facit distare et esse absens; el, per consequens, privatio quantitatis facit realiter esse praesens. Et idem conveniret homini, si esset sine quantitate, sicut angelo. Et idem homini quanto, si non uteretur quantitate, respectu omnium; vel, si absolveretur ab usu quantitatis respectu hujus et non illius, isti esset praesens, et illi absens realiter.

Secundo ostendit quid conversio faciat. Nam quia substantia convertitur, et accidentia remanent, accidentia (6) remanentia faciunt esse ibi corpus Christi sacramenlaliter, quia significant ipsum, sicut prius significabant ibi esse substantiam suam. Sed hoc non est ibi esse realiter, sed esse sicul in signo. Conversio vero substantia» in corpus Christi, facit quidem habere ad (γ) istas species habitudinem immediatam. Sed ex hoc non sequitur quod corpus Christi sit hic realiter : quia, licet conversio fiat in corpus Christi directe ex vi sacramenti, prout est

(e) Hæc argumenta, quæ deduci possunt ex dictis Scoti, «list. 10, q. 1, el Durandi, dist. 11, q. 1, Auctor refert prout inveniuntur apud Petrum de Palude, dist. 11. q. 2.

(6) remanmU, accidentia. — Om. Pr.

(γ) *ad.* — Om. Pr.

substantia, fit tamen consequenter, ex naturali concomitantia, in corpus quod est quantitas, el sic cum corpus etiam sit quantûm, prout est terminus conversionis, non potest per hex: hic esse realiter presens, cum secum feral quantitatem, |»er quam distal et est realiter absens.

Tertio dicit quod divina virtus absolvens quantitatern ab usu quantitatis, qui (x) est facere distare el esse absens, completive et ultimate facil hic esse corpus Christi. Illud enim quod esi realiter, et est non absens nec distans realiter alicui, esi ei præsens realiter. Unde quia conversio facit haliere corpus habitudinem ad istas sjiecies, et non ad lapidem, qui non est in ipsum conversus, inde est quod absolutio ab usu quantitatis, quarn sola divina virtus facil, esi respectu istarum specierum causa propter cpiam est ibi præsens, ubi est facta conversio, et non alibi. Si autem ubicumque esset facta conversio, ubicumque esset; non quod conversio facit ipsum esse ibi, sed solum determinat absolutionem ab usu quantitatis, per quam est ibi.

Quarto dicit quod Deus, nulla facta conversione, potest facere istam absolutionem ab usu quantitatis, sicut fecit quando intravit ad discipulos januis clausis. Quando enim erat in eodem loco cum januis, non erat ibi localiter, vel januæ non erant ibi localiter (6) : quia duo corpora esse simul localiter, est duo contraria esse simul; qupd est impossibile; sed alterum privatur (γ) usu quantitatis, ne locum occupet, quod est effectus quantitatis non formalis, cum ultima sphæra in superficie convexa non occupet locum. El quia januæ videbantur, el non corpus Christi, ideo pro tunc januæ quidem erant in loco suo localiter, corpus autem Christi erat simul cum eis, sicul esset unus spiritus, non localiter, nec per motum localem per quem ad discipulos sensibiliter venit, sed |»er absolutionem ab usu quantitatis effective, el per realeni exhibitionem præsentiœ suæ formaliler. Unde, si januæ signi (laissent (o) Christum, fuisset ibi sacramonlaliter. Nunc autem, propter defectum signi, fuit tantum præsens realiter, et non sacramentaliter. Sed illud fuit (c), non conversione farta alicujus in corpus Christi. Ergo corpus Christi, divina virtute, per solam absolutionem ab usu quantitatis, (it realiter pnesens, sine conversione.

Quinto declarat sic : Quia Deus potest facere effectum, qui est res absoluta, vel relatio, sine causa ejus in fieri ; sicut generationem sine adoratione. Unde, si ex conversione causatur ista habitudo in corpore Christi ad species, per quam dicitur esse præsens realiter loco specierum, cum esse hic in corpore Christi remaneat, transeunte conversione; ergo sine conversione potest Deus causare in corpore Christi istam habitudinem, quæ est esse hic realiter præsens. Et sic habetur propositum.

II Argumenta Durandi. —- Contra eamdem conclusionem arguit Durandus (dist. 11, q. 1), probando quod possit esse corpus Christi in altari, nulla facta conversione, sed manente sulistantia. Et præmiltil quamdam divisionem, ex qua postea formal argumenta sua. Quia, si conversio requireretur, hoc esset propter alteram istarum trium causarum : aut quia corpus Christi non potest esse sub illis specicbus simul cum alio corpore; aut quia corpus Christi non posset c»e in sacramento, nisi substantia panis mutaretur·in ipsum; aut quia non salvaretur veritas verborum sacramentalium. Sed neutro istorum modorum impeditur. Ergo. etc.

Quod non propter primum, probatur sic. Corpus quod potest simul es.se cum aliena quantitate, potest simul esse cum substantia subjecta illi quantitati : non enim repugnat duobus corporibus esse simul, nisi ratione quantitatis, cujus est excludere ab eodem situ aliam quantitatem. Sed corpus Christi potest esse simul cum quantitate panis, ut ponit communis opinio, quæ tenet corpus Christi esse in hoc sacramento. Ergo æque faciliter potest esse cum substantia panis manente sub sua quantitate.

Nec propter secundum debet poni. Quia conversio panis in corpus Christi, si ponatur, non est ratio quare corpus Christi sit ibi de novo. Quod patet dupliciter. — *Primo :* Quia, si propter conversionem panis in corpus Christi esset corpus Christi ubi fuit prius substantia panis, eadem ratione, si totus panis, quoad substantiam el quantitatem, converteretur in substantiam et (a) quantitatem corporis Christi, corpus Christi et sua quantitas, ex vi talis conversionis, essent de novo ubi prius fuit panis. Hoc autem falsum est : quia tunc oporteret quod corpus Christi mutaretur secundum locum; compararetur enim circumscriptive ad locum ubi prius fuit panis, quia non compararetur ad ipsum ratione substantial, sed ralione quantitatis suæ, cum conversio esset non solum substantia' in substantiam. sed quantitatis in quantitatem. Ergo similiter videtur quod/ propter solam conversionem substantiæ, corpus Christi non sit ubi prius fuit panis. — *Secundo* : Quia per conversionem alicujus rei m aliquam præexsistcnlem, videtur magis fieri quod res conversa sit ubi erat res in quam convertitur, quam econtra ; sicut cum convel litur alimentum in substantiam comedentis, alimentum Iit ubi erat comedens, et non econtra. Cum epgo substantia panis convertitur in rorpus Christi tanquam in ali-

(x) çui. — *tpur* Pr,
S) « verbo *vel* u»que ad *localiter,* om. Pr.
γ) *privatur — privabatur* Pr.
S) *signifieaitciit. — ttipiaifcnt* Pr.
(t) *fuit. — facit* Pr.

(a) *iubitaiitiarn ct.* — Om. Pr.

quid præexsistens, magis fit virtute conversionis quod panis sil ubi erat corpus Christi, quam e converso.

Propter tertium similiter non oportet dicere quod substantia panis non remaneat. Quia ex quo ponitur corpus Christi realiter in lum* sacramento, pro ipso potest reddi vera locutio, ut non solum dicatur corpus Christi esse hic, sed dicatur, *hoc,* id est, contentum sub hoc, est *corpus meum;* quia indefinita verifleatur pro uno solo. Nec oportet quod substantia panis demonstraretur, dato quod esset ibi, sicut non fit demonstratio specierum ibi exsistentium (a).

Secundo principaliter arguit quod argumentum quoddam superius positum non valeat : scilicet impassibile est aliquid esse nunc noviter ubi non fuit prius, nisi ipso mutato, vel alio in ipsum, etc. Dicit enim quod utraque propositio hujus argumenti, tam major quam minor, est falsa; ratio etiam magis concludit oppositum quam propositum. — Quod enim major sil falsa, palet. Quia Deus poset facere quod supra ultimam spbæram quæ nunc est, esset alia continens illam, el in qua esset sicut in loco. Et sic ultima sphæra quæ nunc est, esset in loco ubi prius non fuit, absque mutatione sui, et alisque mutatione alterius in ipsam. Quamvis enim sphaera de novo creata, esset mutata, large sumendo mutationem pro creatione; tamen non esset mutata in priorem sphæram. Et similiter, posset Deus facere quod corpus Christi esset de novo in sacramento altaris, absque mutatione sui, el absque mutatione alterius in ipsum, facta aliqua mutatione circa panem, vel aliquid aliud. Nec sequitur, si circa panern sit aliqua mutatio, quod illa sit conversio panis in corpus Christi; quia polest esse aliqua alia; sed esset fallacia consequentis, n superiori ad inferius affirmative. — Minor etiam esi falsa. Quia corpus Christi exsistens de novo in sacramento, non est ubi prius non fuit : quia esse in sacrament·», non est habere novum *ubi;* nam *ubi* est circumscriptio corporis a circumscriptione loci procedens; cum ergo corpus Christi non sit in sacramento (S) circumscriptive, patet quod non esi in eo Unquam in aliquo *ubi;* nec, per consequens, est ubi prius non fuit; cujus oppositum assumit minor propositio. — Ratio etiam magis concludit oppositum quam propositum. Quia diffinitio non j»otest convenire nisi cui convenit diffinilum. Si ergo aliter se habere nunc quam prius, sit diffinitio ejus quod est moveri vel mutari, non conveniet alicui, nisi cui convenit esse motum vel mutatum. Si ergo corpus Christi, per hoc quod est de novo in sacramento, se habeat aliter nunc quam prius, prout tu arguis, sequitur quod ipsum sit motum vel mutatum, et non panis in ipsum; cujus oppositum intendis concludere. Et sic patet quod illa ratio non cogit.

Terito principaliter. Quia, cum conversio non sit necessaria ad exsistentiam corporis Christi in sacramento quantum nd ejus permanentiam, sed sohim quantum ad fieri de novo (quia corpus Christi in sacramento est qunmdiu permanent species; conversio autem non semper iit, sed solum in prolatione verborum), satis durum est, et derogare videtur immensitati divina? potential, dicere quod Deus non possit facere corpus suum in sacramento esse per alium modum quam per conversionem substantia? panis in ipsum; maxime cum, ponendo (a) conversionem fieri, difficillimum sit videre qualiter ipsa faciat aliquid ad hoc quod corpus Christi sil in sacramento. Quia sicut se habet substantia ad substantiam, sic se habet quantitas ad quantitatem. Sed, si fieret conversio quantitatis panis in quantitatem corporis Christi, non propter hoc quantitas corporis fieret ubi prius fuit quantitas panis. Ergo similiter, propter conversionem substantial panis in corpus Christi, non apparet quod corpus Christi délicat esse ubi fuit substantia panis; nec quod ad hoc talis conversio aliquid operetur.

Quarto principaliter dicit quod temerarium est dicere <{ii0<i corpus Christi, virtute divina, non possit esse in sacramento nisi per conversionem substantif panis in ipsum. Tenet enim fides, quod humanitas, qua» de se nata est constituere proprium suppositum, fuit in alieno supposito, per solam habitudinem exsistendi in alio, sibi datam a Deo. Quare ergo non poterit dici quod corpus Christi, non mutatum secundum locum, nec secundum formam aliquam absolutam, jiossit esse de novo in sacramento, per novum ordinem seu habitudinem sibi datam a Deo, inquantum est substantia, el non impiantum est quanta, quia, secundum quod est substantia, non est limitata ad aliquem locum?

III. Argumenta Aureoli. - Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 11. q. 1, art. 1), probando quod non sufficit dicere quod in transsubstanliatmne sil successio esse unius substantiæ post non esse alterius.

Primo. Quia omne quod succedit alteri, in aliquo succedit illi. Sed non potest dari in quo corpus Christi succedat pani. Ergo, etc. Major nota est. Quia omne quod succedit, aut succedit in essendo, quia scilicet non fuit, et modo est; vel succedit in tempore, quia est in tempore, postquam non erat in tempore; vel succedit in loco, quia est in loco,]M>stquam non erat in loco (6). Sed non est dare primum in proposito : quoniam virtute transsubstan-

(s) hoc primum argumentum principale Durandi, Auctor fvfrrt treundum form,un qu· habetur apud Petrum de dist. 11. q 1

(S) ⅋« TaiiiHito, — *loro* Pr.

(i) *pfjnrndo.* — ponere Pr.

(6) a verbo i/wia usque ad *loco,* om Pr.

tiationift corpus Domini non accipit esse post non esse, quia prius erat. Nec potest dari secundum: quia eodem modo succedit ipsi non esse panis lapis qui est in altari, quia est in tempore, postquam panis habuit non esse. Nec sufficit tertius modus: quia hoc modo non esset aliud transsubslantiari panem in corpus Christi, quam esse corpus Christi ubi fuit panis. Similiter nec potest dari quod succedat in speciebus, ut quia prius fuerunt in pane, el postea sunt in corpore Christi : quia hoc non esset nisi transaccidentiatio (a). Sic ergo patet quod non potest dari in quo sil ista successio.

Secundo. Quia : aut ista successio est secundum esse antiquum corporis Christi, conservatum post non esse panis; aut acquisitio alicujus novi esse, in quo succedit pani. Primum non sufficit : quia tunc panis diceretur transsubslanliari in omne illud quod conservatur post non esse panis; et ita, si Deus annihilaret lapidem, diceretur transsulistantiari in solem. Immo hoc modo panis transsubstantiaretur in solem, ct totum mundum; quia sol et totus mundus conservantur post non esse panis. Si vero detur secundus modus, habetur propositum : quia illud acquisitum non potest esse entitas simpliciter; aut ergo est tempus, aut locus; el non apparet quid sit, ul probat prima ratio.

Tertio sic. Certum est quod successio est habitudo posterioris ad prius. Si ergo transsubstantiatio sit talis successio, tunc panem trnnssubstantiari in corpus Christi, non est aliud quam Deum dare corpori Christi habitudinem talem posterioris ad prius. Sed hoc non sufficit. Tum quia omne posterius, in aliquo est posterius, scilicet natura, vel lemjiore, vel loco, vel quoquo alio modo, ut palet, 5. *Metaphysum* (cap. *de Priori)}* in proposito autem non |>otesl dari in quo. Tum quia talis modus esi communiter contra doclores: quia ad illum sequitur quod necessario est facta mutatio in corpore Christi, aeque et magis quam in pane.

Confirmatur. Quia (6), si talis successio sit respectus : aut exigitur respectus intrinsecus adveniens; aut extrinsecus adveniens. Si primo modo; — Contra : quia ille non adjicitur, nisi acquisito aliquo absoluto; ergo per transsubstantiationem advenit corpori Christi aliquod absolutum. Si secundo modo, cum ad illum sil p< r se motus, sequitur quod corpus Christi mutabitur, acquisito tali respectu.

Quarto. Quia ubi unum precise succedit alteri, non esi verum dicere quod illud cui (γ) succedit, accedat ad illud quod succedit (3); immo econtra. Sed, per llugonem, *de Sacramentis,* lib. 2. pari 8. cap. 9, panis accedit ad corpus Christi, et ad unitatem cum eo. Sancti etiam communiter dicunt quod pania el virium transeunt in corpus Christi. Erga talis transsubstantiatio non est successio.

Confirmatur. Quia, licet forma succedat privationi, non tamen privatio dicitur converti in formam.

Quinto. Quando inter aliqua est habitudo per accidens ratione alicujus tertii, transeunte illo tertio, transit illa habitudo. Verbi gratia : habitudo est per accidens inter Polycletum et aedificatorem respectu tertii cui conjungitur, scilicet respectu artificis; sed quam cito non est artifex, jam non ædificat Polycletus· Sed, secundum Philosophum, I, *Physicorum* (t. c. 43 et 44), el Commentatorem, ibidem, habitudo inter terminum *a quo* et terminum *ad quem* est per accidens, puta habitudo carnis et vermis, ratione tertii, quod transit de uno in aliud. Sed in proposito non est dare aliquod tertium transiens. Ergo inter panem el corpus Christi non est talis habitudo.

Sexta arguit (ibid., q. 2, art. 1)quod transsubstantiatio, vel conversio, non sit subjective in pane. Quia impossibile est quod aliquod accidens sit in illo subjecto quod nunquam est, dum illud accidens ••st. Protalur : quia accidens esse in subjecto, non est aliud quam sustentari in subjecto; quod autem non est, sustentare non valet. Immo videtur esse contradictio de plano, dicere quod accidens sit in subjecto, et subjectum non sil. Sed, per te, in instanti in quo transsubstantiatio est, panis non est. Ergo, etc.

Septimo ad idem. Quia, secundum te, nihil transsubstantiationis est in tempore praecedente, sed est totaliter in instanti. Ergo nihil facit, per te, dicere quod panis habet esse in toto tempore præcedente, et in ultimo instanti est transsubstantiatio. Ergo in illo instanti habet sujeclum. Sed tunc panis non est. Ergo, etc.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

- An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Johannis Parisiensis. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem

Ad primum Johannis Parisiensis contra primam conclusionem, dicitur quod α auctoritates illæ Damasceni non sunt nd propositum, si bene inlelligantur. Cum enim dicit Damascenus *{de Fid. Ort.)>* libro 4, cap. 13, quod *panis el vinum absumuntur,* non

(a) *vel transaecidonlatio.* — Ad. Pr.
(β) *Quia. — Quod* Pr.
(γ) rui. — 7»io</ Pr.
(ε) *accedat ad illud quod succedit. — ct accedat ad ul quod succedit, non est* Pr.

est intelligendum de assumptione in unitate suppositi, d de assumptione ad materiam et usum sacramenti· Quii enim hoc sacramentum per modum cibi sumitur, ideo Christus ad materiam et usum sacramenti hujus instituit panem et vinum. Nec aliter assumpsit, ut patet ex sequenti auctoritate quæ allegatur, quod *quemadmodum in baptismote, quia consuetudo est hominibus lavari in aqua,* etc. Constat enim quod aqua baptismatis non assumitur in unitate suppositi divini, nec gratia Spiritus Sancti unitur ei, ita ut faciant >> unum suppositum; quare, similiter, panis et vinum non assumuntur ad divinum suppositum, nec eis conjugatur divinitas in unitatem suppositi. Sed, sicut aqua ibi assumitur ut materia sacramenti permanens, sic panis et vinum assumuntur ut materia sacramenti transiens; quia materia sacramenti convertitur in corpus Christi, et, per consequens, dicitur aliquo modo uniri divinitati, non per assumptionem, manente natura panis aut vini, sed per transsulistenliationem in humanitatem prius assumptam. Et quod ita intelligi debeat, patet ex sequentibus, ubi dicitur sic: *Quemadmodum naturaliter per comestionem panis, ct vinum et aqua per potum, in corpus ct sanguinem comedentis ct bibentis transmutantur, et non fit aliud corpus prteter prius; ita et propositionis panis* (C), *ct vinum et aqua, per mutationem ct adventum Spiritus Sancti, supernaturaliter transit in corpus Domini et sanguinem : et ideo non sunt duo, sed unum ct idem.* Ex quibus patet quod non est intentio Damasceni, quod substantia panis et vini remaneant et assumantur a divino supposito, sed transeunt in corpus el sanguinem Christi, el sic uniuntur divinitati. — Quod autem postea dicitur, quod *carbo lignum simplex non est, sed unitum igni, ita panis communionis non est simplex, sed unitus divinitati,* eodem modo intelligendum est : quia carbo el ignis non sunt supposito idem, unum tamen cum sua corruptione transit in aliud ; sic panis communionis non est cum divinitate unum supposito,sed sua dosin itione transit in corpus Christi, quod est unitum divinitati. — Dicta autem Dionysii nullam difficultatem inducunt. Cum enim hoc vocat *sacramentum assumptionis*, hoc dicit propter causam jam assignatam, aut propter usum sacramenti, qui per modum manducationis intelligitur consuevimus enim dicere de comedente, quod «umpsit vel assumpril cibum. Nec ex verbis ejus potest alius clarus sensus elici, d — Hæc est solutio Durandi (lib. 4, dist. 40, q. I) ad primum argumentum.

Concordat Petrus de Palude (dist. **II,** q. 2), dicens : « Ad auctoritatem Damasceni, dicendum est quod est simile quantum ad hoc, quia in carl>one lignum convertitur in ignem, quando perfecto accenditur; et tunc non manet lignum; et in incarnatione sanguis Virginis conversus est in corpus Christi. Et non est simile quoad alia. Vel dicendum quod sic est hic sicut ibi, id est (a), ita vere est hic Deus et homo sicut ibi, sed per alium modum.— Quod autem dicit Damascenus, quod *Deus conjugavit divinitatem pani,* dicendum est quod non per assumptionem, sed sicut cibus conjungitur cibato, quia convertitur in ipsum. — Quod autem Dionysius vocat hoc *sacramentum assumptionis,* hoc est quia species assumuntur ad usum mysterii, el substantia convertitur : sicut dicitur cibus sumptus vel assumptus, qui tamen non manet. * — Hæc Petrus, et bene.

Concordat sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, art. 1, qu 1, in solutione primi, dicens: «Verbum Damasceni intelligendum est quantum ad species quibus corpus Christi divinitati unitum modo ineffabili conjungitur. » — Haec iste. — Item, 3 p., q. 75, ari. 2, in solutione primi, sic dicit: « Deus conjugavit divinitatem suam, id est, divinam virtutem, pani et vino, non ut remaneant in hoc sacramento, sed ut faciant inde corpus ct sanguinem suum. » — Hæc ille.

Ad secundum dicitur quod illa locutio est figura**tif.** tam ex parte subjecti quam ex parte praedicati. Nam panis, ex parte subjecti, supponit pro sacramento sensibili, scilicet speciebus panis; corpus autem Christi etiam sumitur figurative. Unde, secundum Glossam, per illam locutionem non datur intelligi quod substantia panis, aut species panis, sit vere el realiter Christus, aut corpus Christi; nec quod corpus Christi praedicetur in recto de substantia panis, aut de specie panis. Sed est sensus : *Panis quem frangimus in sacramento,* id est, *participatio panis fracti in altari, participatio corporis Domini est,* id est, *facit nos unum esse cum Christo,* etc. El ideo prædicta auctoritas non est ad propositum.

Ad tertium dicendum quod illa antiqua positio de exsistentia panis simul cum corpore Christi in Eucharistia, dudum reprobata est; et positio de conversione panis in corpus Christi, per Ecclesiam approbata est. Nec valet probatio adducta. Quia, -icut dicit Durandus (dist. 11, q. 1), α in his quæ sunt fidei, non semper est eligendum illud ad quod pauciores sequuntur difficultates : sic enim poneremus in divinis unum solum suppositum, et illud

(»1 *faciant. — faciunt* Pr.

£) Verba Damasceni sunt : OCp·»; 4 τή «ραό<σχ«: ἴ'ρτο ; qujr Buryundio in tun veteri translatione vertit .Sir ραηιι *proposaient».* In translatione Billiana expurgata, legitur : Sir pemu gui m *prothesi prxeparatiu fuit* ΙΙρόΟχσι Graxis ₺ mensa minor, ad dextrum altaris litue scorsim posita, m qua *»c»Tdotos consecrandum pancrn parant. Cfr. Migne, Patro!. gnr<., torn. Oi, coi. 1145.

(a) id cir. — Om. Pr.

absolutum; ad quam positionem nulla difficultas sequitur secundum (a) humanam rationem. Sed ponendum est magis id quod est consonum dictis Sanctorum ct traditioni ecclesiastico?, licet plures difficultates occurrant. Oportet enim intellectum captivare in obsequium fidei. » — Hæc Durandus. — Petrus autem (dist. 11, q. 2) dicit quod, ‹ licet illa assumptio magis salvaret apparentiam ad sensum, tamen conversio magis salvat apparentiam ad intellectum, id est, veri» Evangelii; quæ melius est salvare, quia non |>ossunl mentiri, sicut sensus possunt decipi, n — Sanctus Thomas vero, praesenti distinctione, ubi supra (q. 1, art. 1, q|· 1), in solutione tertii, sic dicit : « Ad hanc positionem sequitur gravius inconveniens quam (δ) quod contradictoria sint (γ) simul vera : quia ponit diffinitionem (scilicet aliter se habere nunc quam prius); el non potest ponere diffinitum (scilicet motum), neque in corpore Domini, neque in substantia panis, *n* — Hæc ille.

Cum autem dicitur quod con\ei>io non est specialis articulus, etc. ; — respondet Petrus (ibid.), quod *n* articulus de Eucharistia potest esse specialis, sub illo verbo, *Sanctorum communionem*, etc. › Idem dicit beatus Thomas, 2’ 2", q. 1, art. 8, in solutione sexti : α In sacramento, inquit, Eucharistia? duo possunt considerari. Unum scilicet quod est sacramentum; et hoc habet eamdem rationem cum aliis effectibus gratiæ sanctificantis. Aliud est quod miraculose ibi corpus Christi continetur; et sic concluditur sub omnipotentia; sicut et omnia alia miracula, quæ omnipotentia? attribuuntur. * Item, 3. *Sentent.,* dist. 25, q. 1, art. 2, in solutione decimi, sic dicit : « Fides de corpore Christi, et de omnibus sacramentis, et clavibus, et omnibus hujusmodi, includitur in articulo qui est de effectu gratiæ, qui est : *Sanctam Ecclesiam catholicam.* Et ideo in Nicaeno symbolo additum est : *Confiteor unum baptisma,* etc. ›

Ad quartum respondet Durandus (dist. 10, q. 1), dicens : α Quod autem inducitur de confessione Berengarii, — dicendum quod, sicut dicit Glossa, ibidem, nisi sane intolligas verba Berengarii, in majorem incideris errorem quam ipso habuit; nisi omnia referas ad species ipsas, quæ franguntur, et dentibus atteruntur. Nam de corpore Christi paries non facimus; sed sub illis speciebus fractis et attritis totum et integrum corpus Christi manducatur et sumitur. » — Hæc Durandus. — Concordat Petrus (dist. II , q. 2), dicens : « Quod inducunt Berengarium dicentem quod corpus Christi frangitur, exponendum est : id est, manet sub speciebus, quæ franguntur, quamdiu manent, in quantacumque modica parte. Sic ergo dico quod Deus posset panem et vinum assumere, sicut potest convertere; et quod posset veri» instituere, ad quorum prolationem sequeretur assumptio, sicut nunc ad horum prolationem sequitur conversio. Non tamen dedit hanc virtutem istis verbis; nec posset salvari sensus modernorum verborum, si fieret a&umptio, et non conversio. › — Hæc ille, et bene.

A<l quintum dicitur quod, qualitercumque differat ista positio, ponens assumptionem paneitatis, ab alia quæ ponit substantiam panis remanere sine assumptione et sine conversione, verumtamen ista est mullum inconveniens et irrationabilis, sicut ostendit Durandus (dist. 10, q. 1), dicens: ‹ Hæc opinio deficit in duobus quæ ponit. Primo quidem, in hoc quod ponit de assumptione substantia? panis. Secundo, in hoc quod ponit, quod per talem assumptionem corpus Christi sumptum de Virgine, sit in altari, vel in sacramento altaris. Primum apparet multipliciter. *Primo,* quod non fiat talis assumptio. Quia ridiculum est quod omni die assumatur una natura, immo mullæ, a supposito divino, et omni die deponantur. Hoc autem esset, si substantia panis in hoc sacramento de novo assumeretur : quia quot fiunt consecrationes, tot assumerentur; et quot fiunt sumptiones sacramenti, tot deponerentur, cum desinant esse per usum sacramenti. Quod si dicatur quod natura immediate assumpta nunquam deponitur, sed bene deponitur quæ est assumpta mediante alia, ut patet de fame, siti, calore, frigore, carne fluente et refluente, quæ de novo fuerunt in Christo mediante humanitate, — non valet : quia aliud est de proprietatibus naturam consequentibus quod insint vietssim mediante natura (quia tales non dicuntur de novo assumi, etsi de novo insint; quia (a de natura sua non babent esse in se, sed in alio, quod secundum suam naturam est talium proprietatum susceptibile, sive maneat in se, sive assumatur ab alio), et aliud est de natura quæ nata est esse m se, nec jiotesl esse in alio nisi per miraculosam assumptionem ; de tali enim æque inconveniens est quod de novo assumatur immediate vel mediante alio. — *Secundo,* quia non solum videtur inconveniens quod aliqua natura de novo assumatur, ct stntim deponatur; sed videtur etiam impossibile quod talis assumptio tint mediante aliquo creato, sicut ponit prædicta opinio. Quia (6) illud medium, vel se habet in ratione efficientis talem assumptionem, vel in ratione terminantis. Sed nihil creatum potest se habere ad assumptionem aliquo istorum modorum. Ergo, etc. Probatur minor. Quod enim nihil creatum possit esse causa efficiens talis assumptionis, patet : quia talis assum-

( ) facundum. — Om Pr.
( ) *quam. — scilicet* Pr.
(γ) *lint. — cunt* Pr.

(a) *quia. — quod* Pr.
(C) *Quia. — Quod* Pr.

ptio fit per hoc quod res amittit suum proprium et naturalem modum essendi, et accipit novum el quasi oppositum; >ed quod res aliqua, in se ια) ct in natura sua manens, amittat suum naturalem ct proprium modum essendi, et alienum induat, non videtur posse facere nisi auctor (6) naturæ, qui, sicul eoius naturas rerum instituit, sic solus eas inulare posse videtur. Per idem videtur quod nihil creatum (possit terminare talem assumptionem : quia non potest tribui alicui naturæ quod est supra naturam ct lotum cursum nature; hoc autem est(v) Mibstantificare aliam naturam quæ nata est in se subsistere. — *Tertio,* quia, quidquid sil dc possibilitate talis assumptionis, omnino tamen inconveviens est quod liat mediante corpore parte, ut isti dicunt. Nunquam enim corpus ut accipitur ut pars humanæ naturo, ponendo unam formam tantum in homine, ut isti ponunt, potest nominare solam materiam; sed necessario nominat compositum ex materia et forma danto esse corporeum. Si ergo non sil nisi unica forma in homine, necasse est ut corpus humanum dicat realiter totum, et non partem; licet secundum rationem possit nominare partem, eo quod anima dat omnes perfectiones quas dant formæ inferiores. Et ideo, si consideretur compositum ex materia el forma quæ est anima prout dat esse corporeum tantum, el comparetur ad idem compositum prout per animam halœt non solum esse corporeum sed sensum el vitam et rationem, sic corpus primo modo sumitur ut pars, el secundo modo ut totum. Sed, cum hæcdifferentia sit solum rationis, non est ad ρϊO|κ»ιIιιη eorum, cum dicant realem assumptionem ǂni fieri mediante corpore parte; differentia enim rationis nihil facit ad differentiam realis assumptionis. — Quarto, quia incidunt in illud quod vitare intendunt. Dicunt enim paneitatem assumi mediante corpore parte, et non mediante humanitate, ne cogantur dicere quod per talem assumptionem verificetur quod Deussit panis, vel inqianetur, sicut dicimus quod Verbum est incarnatum. Istud autem non evadunt. Quia,si aliqua forma accidentalis æque perfecte omni modo perfectionis posset esse in toto mediante parte sicut mediante toto, æque verificarelur de toto quod inesset ei mediante parte sicul quod inesset ei immediate: ex neutra enim parte esset denominatio secundum quid, sed simpliciter; propter hoc enim 90lum dicitur Æthiups albus non simpliciter, sed secundum dentem, quia alliedo non ita perfecte inesl Æthiopi ratione illius partis, sicut si inesset ei ratione totius. Cum ergo æque perfecte ponatur assumi sulwtantia panis.ct vini mediante corpore parte, sicut si assumeretur immediate, vel mediante tota humanitate, patet quod æque vero potest dici Deus panis, sicut diceretur si esset facta assumptio substanliæ panis immediate, vel mediante totali humanitate.

« Secundo principaliter déficit hæc positio in hoc quod ponit, quod jær tnlom assumptionem corpus Christi sumptum do Virgine sit in hoc sacramento per communicationem idiomatum, quia unum prodicatur de altero. Quia, qua ratione corpus Christi esset in sacramento altaris per assumptionem substantias panis, eadem ratione sanguis esset in hoc sacramento per assumptionem substanliæ vini. Sed hoc non est verum, ut probabitur. Ergo, etc. Assumptum probatur. Quia, si sanguis Christi esset in hoc sacramento per assumptionem substanliæ vini, sicul ponitur de corpore Christi per assumptionem substanliæ panis, tunc oporteret quod sicul panis assumitur mediante corpore quod pertinet ad unitatem suppositi assumentis, sic vinum assumeretur mediante sanguine perlinente ad unitatem suppositi assumentis. Motio constat quod sanguis Christi non peilinei ad identitatem suppositi Christi, cum sanguis nondum sil sub forma humana, sed sil humor in via ad conversionem, ut fiat sub forma humana. Ergo vinum non potest assumi a supposito Christi mediante sanguine; nisi forte diceretur quod in qualibet confectione hujus sacramenti esset assumptio sanguinis Christi immediate, el, mediante sanguine, assumptio vini; el sic omni die esset assumptio noro nature, scilicet sanguinis, absque omni online ad naturam prius assumptam (quod alii negant), el, mediante ista, esset assumptio vini. — *Secundo,* quia corpus Christi est in altari, vel sacramento altaris, per veram exsistentiam suæ nature, et non propter solam communicationem idiomatum, sicul ponit hæc opinio. Quod patet. Quia relativum (a) semper referi idem numero quod processit. Sed Christus, instituendo hoc sacramentum, dixit hæc verba, Lucæ 22 (v. 19), *Hoc* csf *corpus meum, quod pro vobis tradetur,* et(v.2O), *Hic est calix in ǂneo sanguine, qui pro vobis effundetur* (δ). Ergo illud idem corpus numero, quoi postea fuit traditum ad crucifigendum, fuit prius traditum apostolis in sacramento ad edendum. Sed corpus quod fuit traditum ad crucifigendum, non fuit de natura panis, sed fuit corpus perlinens ad naturam humanitatis. Ergo corpus traditum apostolis in sacramento altaris fuit vere de natura humanitatis; et, pari ratione, in sacramento nostro est corpus Christi |>ertinens ad ejus humanitatem, et non est ibi solum per communicationem idiomatum ex assumptione paneitalis. — Quod si

ǂ in — *manens* Pr.
(6) *auctor.* — *ador* Pr.
(γ) Λϊ.-Om. Pr.
(e) refotitum. —plurimum Pr.
(β) In VulgtU legitur : *Hoc est corpus meum, queni pro datur; Hir ea calir t* ηουιιηι feitameiitum tn *tanguinc meo, qui pro* voύιι *fimdetur.*

quis dicat quod relativum refert idem secundum suppositum, non idem secundum naturam; et sic latest vere dici, demonstrato pane assumpto, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur,* quia idem est suppositum habens paucitatem assumptam, et corporcitatem postea traditam; et sic idem suppositum fuit primo demonstratum, ct deinde traditum, licet secundum aliam et aliam naturam, — non valet. Quia, cum dicitur, *Hoc est corpus meum,* corpus non potest ibi teneri pro supposito habente corporeitalem, sed potius pro natura habita, ut notat pronomen possessivum quod ei (a) additur, cum dicitur, *corpus meum,* hoc est, *quod habeo.* Ergo eadem natura prius ostenditur, quæ postea refertur, et non solum idem suppositum. Cum ergo referatur natura corporis humani, quæ tradita fuit ad crucifigendum, patet quod eadem secundum se prius sacramento fuit data discipulis ad edendum. — *Tertio,* quia dicta assumptio non sufficit ad hoc quod corpus Christi sit in altari, neque realiter, neque secundum communicationem idiomatum. Non quidem realiter. Quia assumptio duarum naturarum ab uno supposito, non sufficit ad hoc quod ubi est una natura, sit alia : quia, si suppositum Filii a principio assumpsisset humanitatem Petri in Horna, el Pauli in Judæa, non propter hoc ubi esset Petrus, ibi esset Paulus, el e converso, nisi quoad suppositum quod de utroque prædicatur, et de quo utrumque praedicatur concretive; similiter, dato quod suppositum Filii assumpserit humanitatem et paneilatem, non oportet quod ubi est natura panis, ibi sil natura humanitatis. Neque ratione suppositi jnissel dici quod ubi esi panis, ibi esi corpus Christi, propter communicationem idiomatum. Quia, secundum illam opinionem, nomen suppositi non recipit praedicationem panis assumpti, nec corporis partis. Non enim est verum dicere, secundum istos, quod Filius Dei sil panis, vel corpus quod est pars. Ergo ratione communis suppositi non potest unum de allero prædicari, ut sic dicatur unum esse alterum, vel unum esse ubi est alterum. NôC est simile de dente .Elhiopis et ejus albedine : quia album dicitur dens, et dens dicitur albus, et ubi est unum, esi alterum; quia hoc est per hoc quod sunt unum subjecto, et, per consequens, indistincta subjecto et loco. Non sic autem potest dici de corpore humano et paucitate assumpta, n — Hæc Durandus, in forma. — In quibus, licet dicat mulla vera, el satis efficaciter impugnet opinionem illam de assumptione pantitatis, tamen aliqua falsa, erronea et hæretîcalia interserit, latissimo de non assumptione et non hypostatica unione sanguinis Christi effusi in cruce et exhibiti in sacramento ad divinum suppositum Filii. Hoc enim erroneum esi : quia, secundum hoc, ille sanguis non fuisset sufficiens pretium redemptionis humani generis, cum non esset unitus hypostatice divinitati; quod est contra omnem doctnnam evangelicarn, apoetolicarn, et catholicorum doctorum. De hoc sanctus Thomas, in multis locis (a), pnesertim quinto *Quodlibctn,* art. 5, sic dicit : s Sanguis Christi in passione effusus humanum genua sanctificavit, secundum illud *liebrxor.* ult. (v. 12) : *Jesus, ut sanctificaret per sanguinem suum populum, extra partam passus est.* Humanitas etiam Christi virtutem salutiferam habuit ex virtute Verbi sibi uniti, ut Damascenus dicit *(de Fid. Ort.),* tertio libro. Unde manifestum est quod sanguis in passione effusus, qui maxime fuit salubris (6), fuit divinitati unitus. Et ideo oportuit quod in resurrectione jungeretur aliis humanitatis partibus, etc. › — Hæc ille. — Ex quibus palet quod dictum est.

Petrus vero de Palude improbat dictam positionem, ibi (dist. 11, q. 2), aliter, dicens : ‹ Hæc opinio apparet falsa. Primo, quia aut assumeret panem cum accidentibus, aut solam substantiam. Si primo modo, per hoc non esset in altari sacramentaliter, sed localiter, per quantitatem, cum substantia assumpta in altari, nec inde mota; sicut localiter fuit in utero, per quantitatem, cum humanitate ibi assumpta. Si secundo motio, forte hoc est impossibile : quia quod non est per se faclibile, nec sustentai)ile quacumque virtute, ut relatio, vel aliquid hujusmodi, non est perse assumplibile; substantia autem corporalis sine quantitale fieri non potest, quia est suus terminus et propria passio, magis quam quantitas sine figura. — Item, dato quod esset possibile, adhuc non faceret ibi esse corpus Christi. Quia aliud est dicere *corpus quod est Christus* (hoc enim est genus ad animal, et dicit totum suppositum Christi), et aliud *corpus Christi,* quod dicit partem humanitatis. Licet autem corpus utroque modo sumptum sit in altari, tamen differenter. Quia corpus quod est suppositum, est ibi secundario tantum, ex naturali concomitantia; sed corpus quod est pars, est ibi virtute sacramenti, el ex vi verborum directe. Quod plet ex forma consecrationis ipsius corporis, qua dicitur, *Hoc est corpus meum;* quod (γ) non potest intelligi de corpore quod est genus, sed solum de corpore quod est pars; quia genus non pnedicatur possessive de suo inferiori, sicut pars de toto; bone enim dico *humanitas mea* et *manus mea,* non autem *animal meum* nec *humo meus,* de meipso. Hoc idem apparet ex consecratione qua dicitur, *Hic est calix* sangwinis *mei.* Sanguis autem non est æquivocum ad genus et ad partem, sicut corpus; sed tantum sumitur pro parte Dato ergo quod corpus quod est

(a) *quod ei.* — cui Pr.

(i) Cfr. pnrscrtim 3 p., q. 48, art 5.
(Γ>) *salubrit. — salut Pr*
(γ) — *i/uando* pr.

Christus, per assumptionem esset ex vi sacramenti in altari, non tamen corpus Christi quod est pars, nisi tantum ex naturali concomitantia : quia per assumptionem non fieret unio in naturis, sed tantum in persona; unde per illam assumptionem fieret quod panis esset corpus quod est Christus, non autem corpus Christi, sicut nec modo divinitas est humanitas. — Item, corpus Christi non incipit essi· realiter, nisi mutatione facta in ipso, puta si secundum locum de cœlo moveatur; vel mutatione facti in ipsum. Sed neutrum contingit per assumptionem. Quia, licet panis assumptus mutetur, perdendo subsistentiam propriam, non tamen mutaretur in Christum, nec in corpus Christi, ut postea dicetur. Ergo, etc.— Hem, paneitas (a) assumpta, corruptis speciebus cum quibus fuit assumpta, maneret el omnino frustra in æternum. Non enim corrumpi posset, cuin careat qualitatibus contrariis; nec sumi posset in usum fidelium, propter quem fit consecratio; et sic, si maneret, frustra maneret. Si autem dicant quod non maneret; — Contra : quia (6), sicut corpus hominis assumptum non debuit corrumpi, nec putrefieri, nec in sub-Mantis, nec in quantitate; sic nec deberet corrumpi panis, si assumeretur. — Item, si assumeretur, una natura semper esset distincta ab alia, ita quod una non esset forma alterius; cum duæ natune substantiales perfecta non possint se invicem informare. Sed, manente distinctione naturarum, et (initate utri usque, identitas suppositi non facit ibi esse unum, ubi est reliquum. Non enim (γ) si Christus assumeret lapidem Romæ et lignum Parisiis, propter hoc lapis esset Parisiis (o), nec econtra. Ergo, quamvis panis assumptus sil in altari, non propter hoc corpus Christi humanum est ibi. — Item, non posset assumi mediante primo corpore. Quia aut hoc esset medium in substantificando, ita quod prius substantiitaretur (t) in corpore Christi, postea in supposito divino; quod non est possibile: tum quia suppositum finitum non potest substantificare alienam naturam; tum quia suppositum humanum non habet ibi subsistentiam propriam;unde omnem naturam a Deo assumptam oportet immediate substantiltari in supposito æterno. Aut esset medium congruitatis, propter dignitatem; sed hoc non est possibile, cum unum non sit forma alterius, quia formæ substantialis non est alia forma, nec materiæ est alia materia. — Item, si esset mediatio, nihil faceret ad propositum. Non enim esset major unio panis ad corpus Christi, quam fuerit anima» ad corpus in triduo. Quia, cum ibi manserit unio in supposito, si hic esset major, oporteret (a) quod esset in natura, ita quod unum converteretur in aliud, vel per compositionem unum esset forma alterius; quod est impossibile. Sed in triduo per consecrationem anima non fuisset in sacramento ad minus ex vi sacramenti, quamvis in sacramento esset corpus exanime. Ergo nec hic esset corpus, quamvis esset (6) panis. — Item, falsilas esset in sacramento veritatis, qua dicilur, *Hoc est corpus meum* ; quia contentum sub speciebus, quamvis esset corpus quod est Christus, non tamen corpus Christi, ut dictum est. s — Hæc Petrus, et bene.

Ad sextum respondet Petrus de Palude (dist. II, q. 2), dicens quod α illa ratio tenet solum in his quæ sunt in loco per accidens; secus autem est de his qua· sunt in l<»c0 per se, ut dictum est de duobus corporibus assumptis ab eodem supposito divino d.

Ad septimum dicitur quod, sicut superius (ad quintum) est ostensum, illa mediatio est impossibilis, scilicet quod unum corpus assumatur mediante alio. Et similiter, j>osilo quod esset possibilis, ipsa non faceret corpus Christi esse veraciter in altari, sicut nec anima in triduo fecit corpus esse in inferno secum.

Ad octavum dicilur quod, data illa positione, forma consecrationis panis esset falsa, ut dictum est: quia contentum sub speciebus, quamvis esset corpus quod est Christus, non tamen corpus Christi. Et ideo argumentum plus est ad oppositum quam ad propositum. Si enim ly *hoc* demonstraret substantiam et naturam panis, tunc locutio penitus falsa est tante sicut hæc, *Divinitas est humanitas,* vel, *Anima Christi est corpus Christi :* quia natura non prædicatur de natura in abstracto, vel æquivalenti absoluto, quanlumcumque habeat idem suppositum. Si autem demonstret verum corpusChrisli quod est pars humanitatis, tunc, virtute talium verborum, nec suppositum Christi, nec natura panis est directe in sacramento. Et, ultra hoc, positio illa non potest hoc ponere, cum dicat ly *hoc* demonstrare non aliquam naturam, sed suppositum triplicis nature, scilicet divinitatis, et humanitatis, el pancitatis. Unde, secundum illam posilionem, vel forma consecrationis falsa est, vel, si vera est, nec suppositum Filii, nec natura panis est directe vi verborum in sacramento Eucharistia», sed soin natura coi poreilalis partis humanitatis Christi ; cujus oppositum ponit. Et ita videtur implicare contradictionem, dum ex una parte vérifiait formam conse- i orationis, el ex alia falsitlcal eam.

Dicilur ulterius, quod tria principalia dicta hujt

<x) *panettat. — pasiibUitm* Pr.
(C) ii winnerrt, *fruttra maneret.* Si *autem dicant qnud non maneret; — Centra* quin *— ubi maneret,'* Vide in onpinali vero. Si autrni unitur, tel niiunitfui·, *manent* Pr
(γ) enim. — autem Pr.
(Î) *Parum.* — Om. Pr.
(t) *tubttanhftrarelur.* — eubitanti/K *etur* Pr.
( ) oporteret. — *aportet* Pr.
( ) ʌ verbo *Ergo* usque ad *quamvis esset,* om. Pr.

positionis ibidem recitata, manifestam continent improbabilitalem, sicut ostendit Petrus de Palude (dist. II, q. 2). « *Primum* siquidem non valet. Quia, licet corpus assumptum sit mediante anima, non tamen propter hex; corpus est anima, nec e converso : nunquam enim una pars prædicatur de alia sub nomine partis, quamvis sint idem supposito, nisi solum denominative, (juin sic importat totum. Praeterea, sic dicitur in duobus accidentibus, vel in substantia et accidente, ut album est musicum, et Deus est albus; non sic autem in duabus partibus substantialibus; unde non dicilur caput peditatum, nec tibia peditata, quamvis pes insit mediante tibia; et, si propter hanc mediationem posset dici tibia peditata, aut brachium manicatum, non tamen potest dici tibia pes, nec brachium manus, aut econtra, sed magis homo pedatus. Sic ergo forte corpus Christi propter illam mediationem posset «lici paneum, vel paneatum; non tamen posset dici panis; sed totum suppositum diceretur impaneatum, vel paneum, sicut dicilur corporeum a corpore. Immo, cum panis dicat suppositum, quia panis est quoddam corpus, posset dici quod suppositum esi panis. Et sic esset communicatio idiomalum respectu assumentis et assumpti, non respectu medii assumptionis : hoc enim non facit mediatio assumptionis, sed identitas suppositi, et modus pradicandi; quia concretum significat per modum totius, et non partis. — Similiter nec valet secundum quod ponit positio illa. Quia, sublata communicatione idiomatum, destruitur quod inexsislentia unius non verificat prædicationem inexsistenliæ alterius. Dato etiam quod esset ibi communicatio idiomatum, non sequeretur corpus Christi magis in altari esse, quam econtra panem esse in cœlo : quia, sicut Deus est in utero |>er hoc quod Deus est ille homo, ita Filius hominis est in cœlo per hocquod Deus est in cœlo; quod ipsi non dicunt. Nec hoc est essentiam corporis Christi esse realiter hic, sed suppositum corporis; quia essentia corporis et sanguinis non est usquam, nisi (a) vel localiter, vel (6) per conversionem. — Similiter *tertium* non valet. Quia, si propter hoc quod essentia panis non habet ibi proprium esse, posset dici non manere, sed transire, pari ratione, in incarnatione dici posset humana natura transire, non manere; quia, secundum eos, non habet ibi proprium esse. Item, cum conversio non sit nisi communicantium in materia, secundum eos, si in Deo non est nisi unum esse, scilicet divinum, cum in esse divinum nihil possit converti, ergo non est in quod illud esse panis convertatur. Et quod dicunt, quod panis lit (γ) corpus Christi, et corpus Christi fit (g) panis, quod non esset, nisi maneret, — exponendum est : id est, ubi erat pania, ibi fit corpus Christi. › — Hæc Petrus, et bene.

II. Ad argumenta Scoti. — Λ‹l primum Scoti contra earndern conclusionem, dicitur primo, quod, si major sic intclligatur, quod terminus per-e illius conversion» vel transsubstantiation» sil substantia corporis Christi, ita quod praesentia subjecti ad species panis conversi nullo modo “il per terminus, nec primo, nec secundo, illius tram&ubslantifc» tionis, sed omnino de ȷ̈ accidens se habeat ad illam transsubstantiationem, — major, inquantum sic intellecta, falsa est. Sicut enim generatio substantialis primo et per se terminatur ad formam substantialem tantum, sed per se secundo terminatur ad quantitatem et figuram et alias per se fissiones consequentes formam substantialem rei generata?, el ulterius ad locum ejus; sic, licet transsubslanliatio per se primo terminetur ad substantiam corporis Christi, tamen perse secundo terminatur ad multa alia, inter quæ est unum præsenlia substantia? corporis ad species panis transsubstantiati. Nec est inconveniens unam mutationem terminari ad duos terminos per se, sub quodam ordine, quorum unus potest dici terminus intrinsecus, alius autem terminus extrinsecus, perseilalem habens ad intrinsecum, et per se consequentiam et sequelam. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 9, art. 3, sic dicit : ‹ In qualibet generatione vel mutatione est duos terminos invenire : scilicet terminum *a quo,* el terminum *ad quem.* 1’terque autem diversimode invenitur in diversis. In quibusdam enim terminus *a quo* est aliquid contrarium perfectioni acquirendæ; sicut nigredo est contraria albedini, qua? per dealbationem acquiritur. Quandoque vero perfectio acquirenda non habet contrarium directe, sed praecedunt in subjecto dispositiones, quæ sunt contraria» dispositionibus ordinantibus ad perfectionem inducendam; sicut palet in corporis animatione. Quandoque \ero non pnesupponitur nisi privatio sive negatio formæ introducenda?; sicut in aere illuminando pnrcedunt tenebra?, quæ per lucis pnesentiam removentur. Similiter etiam terminus *ad quem* est quandoque unus tantum, ut in dealbatione terminus *ad quem* est albedo. Quandoque vero sunt duo termini *ad quem,* quorum unus ad alium ordinatur; sicut patet in generatione vel alteratione elementorum, cujus unus terminus est dispositio quæ est necessitas, alius autem ipsa forma substantialis. › — Hæc ille.

Dicitur secundo, quod, dato quod praesentia substantial corporis Christi ad species non esset per se terminus primo vel secundo transsubstantiationis, sed sola substantia corporis Christi, ut ponit major; tamen minor esset neganda. Quia cum hoc stat quod per mutationem ad substantiam solam termi-

( ) nui. — *ubi* Pr.
(β) tr/. — *fed* Pr.
(γ' *fit,* — *ut* Pr.
( ) */it.* — ut Pr.

natam, per se et non peraccidens habetur præsentia substanti» ad species· Quia in illo casu diceretur probabiliter, quod mutatio terminata ad substantiam, esset causa mutation» terminate» ad praesentiam substanti® a‹! species, si sint duœ mu taliones; sicut dealbatio esset causa assimilalionis vel acquisitionis illius similitudinis dealbati ad alia coalba. si essent duæ mutationes, quarum una terminaretur ad albedinem, alia ad similitudinem; quod tamen puto non esse verum. Unde sicut per dealbationem habetur non solum albedo, verum etiam respectus similitudinis, et utrumque per se; ita j>er transsubstanliationern. per se habetur substantia succedens substantia.·, et præsentia substantia· corporis Christi ad species panis transsnbstantiati. Et potissime est ibi pereeitas ex parte efficientis et finis : quia transsubstantiatio ordinatur ad presentiam; ideo enim Deus transsu listen liat panem in substantiam corporis sui, ut pnesens hominibus fiat in sacramento, et veniat in usum hominum.

Ad secundum, negatur major, ut patet per prodicta. Quia per dealbationem habetur non solum alliedo, quæ est per se terminus ejus, immo relatio similitudinis, suppositis aliis coalbis. Qua· suppositio semper stat; quia omne album habet partes albas, et ita sibi similes in albedine. Semper ergo, acquisita albedine, acquiritur similitudo. Et utrumque habetur perse, licet una primo, alia secundario. — Et ad probationem majoris ℭ, dicitur quod unius mutationis per se, est unicus per se terminus primus; sed potest habere duos per se terminos, unum primo, et alium secundario, ut dictum est. Et, dato quod nulla mutatio haberet duos |>er se terminos, cum hoc stat quod per unicam per se mutationem habentur duo de per se, quorum unum est ejus per se terminus, aliud vero est aliquid per se consequens terminum, vel finis per se termini, dato quod non sit]>er se terminus illius mutationis; quod specialiter verum est de talibus respectibus qui non sunt per se termini primi nec principales alicujus mutationis, sed consequuntur per se primos el principles terminos mutationum. Unde illa pndiatiu peccat per fallaciam consequentis, arguendo a negatione antecedentis ad negationem consequentis Bene enim sequitur : A *est terminus hujus mutationis; ergo habetur per hunc mutationem per se.* Sed non sequilur : Λ non est *terminus hujus mutationis; ergo non habetur per se per hanc mutationem,* sicut patet; quia illuminatio non est terminus saltem primus generationis ignis (lammæ, et tamen habetur per se per generationem ignis. Per generationem quippe ignis non solum habetur per se ejus terminus, immo aliqua alia; sed differenter; quia generatio est acquisitiva sui termini formaliter, cum sil acquisitio ejus; est autem acquisitive ejus quod consequitur per se terminum, effective.

Ad tertium dicitur primo, quod Deus jX)iest facere corpus suum pnesens cum pane, manente substantia panis, sim· quacumque transsubstantialione, vel mutatione ad substantiam terminata ut ad (a) perse terminum, puta ponendo duo corpora in eodem loco circumscriptive. Hoc tamen fieret per motum localem alterius vel utriusque illorum ad alterum; quod non habet locum in proposito.

Dicitur secundo, quod præsentia corjjoris Christi ad species inanis, qualis nunc est in Eucharistia, vel ejusdem rationis cum illa, non potest acquiri de novo, manente substantia panis sub ojusdem speciebus, nisi per aliquam mutationem substantialem noviter factam in corpore Christi vel substantia (Minis, vel aliqualem unionem unius ad alleram, concurrente aliquo motu locali, ut in probatione conclusionum dictum fuit. Cum autem fides non ponat hujusmodi motum factum in corpore Christi, nec aliqua mutatio panis localis fiat, restat quod ista præsentia requirit transitum substantias panis m corpus Christi. — Confirmatur. Quia, si (6) substantia corporis Christi habere potest pnesentiam ejusdem rationis ad species panis, manente substantia panis, quam nunc habet, non manente substantia panis : aut substantia corporis Christi esset sub speciebus, mediante propria quantitate; aut immediate per seipsarn; aut per utrumque. Si detur primum, aut tertium, tunc substantia corporis Christi esset hic localiter et circumscriptive; et. cum illo modo non possit esse in locis pluribus, oporteret quod, dum incipit esse in Eucharistia, relinqueret proprium locum quem habet in cœlo, per novum motum aut mutationem localem; quod est falsum. Si detur secundum, tunc, cum substantia materialis, ut abstrahit a quantitate, non possit fundare respectum presentiæ «le genere *ubi* aut situs, nec possit fundare respectum præsentiæ ad aliam substantiam materialem supposito distinctam. eo modo «pio anima rationalis vel forma substantialis est pnesens corpori quod informat, vel econtra, nec eo modo «pio subjectum est pnesens accidenti, vel econtra, nec eo modo quo angelus est pnesens coqtori quod movet vel a «pio |»titur, vel econtra» nec eo modo quo Deus est pnesens creature quam tenet et conservat in esse, vel econtra, nec [>ossit habere aliquem contactum molis aut virtutis ad aliam substantiam materialem, non apparet modus quo possit eidem esse pnesens, cum nec angelus possit esse pnesens alicui loco vel corpori nisi (wr aliquem contactum. Relinquitur ergo quod solo illo modo quem ponit Ecclesia, substantia corporis Christi possit esse preeens speciebus panis,

(a) *majoru. — otiorum* Pr.

( ) (emimata *ut ad. — terminatam ut* Pr.
( ) ·«. — Om. Pr.

scilicet per (a) conversionem substantiæ panis in substantiam corporis Christi sub eisdem accidentibus virtute conversionis succedentem. Isto etenim el solo modo (Xitesl congrue salvari sufficiens contactus et ordo corfioris Christi ad species : quia scilicet succedit subjecto specierum tanquam terminus ad quem subjecti conversionis, in quo manet in potentia obedientiali idem numero subjectum, divina potentia educibile de eodem termino *ad quem* ad exsistendum sub remanentibus speciebas, et ad omnimode idem pristinum esse. De hoc etiam latius in sequentibus «licetur.

Dicitur tertio, quod ista consequentia est simpliciter nulla : *Hic et ibi cat præsentia ejusdem rationis; ergo habetur per mutationem ejusdem rationais.* El patet instantia. Nam præsentia quam habet ignis ad locum su© generationis, in instanti suæ generationis, est ejusdem rationis cum præsentia quam habet ad locum terminantem motum ejus; et tamen constat quod non acquiruntur per mutationem ejusdem rationis; nam secunda acquiritur per motum localem, non autem prima, sed per substantialem generationem.

Dicitur quarto, quod probatio majoris solum concludit quod præsentia substantiæ corporis Christi ad species panis, vel ad substantiam panis, potest esse sine conversione, vel transsubstantiatione, vel desinilione alicujus substantiæ; quod conceditur. Non tamen probat quod posset esse sine transsubstantiatione, vel desinilione, vel inceptione substanti©, et sine motu locali. Et quia in consecratione Eucharistiæ non est motus localis, nec generatio alicujus substantiæ, oportet quod sil conversio substantiæ. — Cum autem dicit quod terminus ejusdem rationis, cujusmodi est talis præsentia, non potest esse proprie el per se terminus duarum mutationum distinctarum secundum genus, etc.; — patet quid (licendum sit, ex pnediclis. Verum enim est quod non potest esse terminus talium duarum mutationum eodem modo; sed diversimode potest esse terminus earum ; quia et quantitas quandoque acquiritur per motum augmentalionis, quandoque vero per substantialem generationem, et quandoque per creationem. Endo illa maxima parum habet apparenti©, et minus veritatis.

Dicitur quinto, quod responsio ibidem recitata, bona est. Nec valet ejus impugnatio, cum fundetur in illa falsa maxima slatim negata, cujus op|)osita est vera secundum fidem catholicam. Nam, secundum fidem, caro humana per generationem vel nutritionern acquisita, el caro per resurrectionem reparata, sunt vel erunt vel fuerunt in Christo ejusdem rationis; et tamen constat quod generatio, nutritio et resurrectio sunt mutationes specio differentes. Sic in proposito : præsentia corpris Christi ad species jHitest esse terminus diversarum mutationum secundum genus, transsubstantiationis, et generationis, el motus localis, ut dictum est. De falsi fate predict© maximae diffuse loquitur ſanctu Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 43, q. I, ari. 1, in solutione tertiae quæstiunculæ, qua quaerit ; Utrum resurrectio sit naturalis, vel miraculosa.

Ad qiuirliim, negatur major. Nec valet probatio quia, licet nutrimentum acquirat per conversionem conditiones formales absolutas aliti et ejus in quod convertitur, tamen, in instanti ¢onversioni· forma aliti informat materiam alimenti, et acquirit *ubi* et situm el locum ipsius nutrimenti; aliter quod alitur el augetur, nunquam occuparet majorem locum quam prius, nec esset in alio loco quam prius, secundum se lotum, nec secundum partes; cujus oppositum est verum.— Dicitur ulterius, quod, dato quod iU esset sicut ponit major in conversione allinenti in alitum, non tamen oportet quod ita sit in proposito. Quia illa conversio iit concurrente motu locali alimenti ad alitum, et ad locum ejus, ct venas, el arterias, et poros; non sic autem fit in conversione ſubstantia panis in Eucharistiam, in qua substantia panis non movetur ad locum coriceis Christi, nec econtra. Item, in conversione alimenti, Iit additio ſnateria ad materiam; non sic in Eucharistia. Nec totum convertitur in totum, sed in partem, non quidem præexsistentem, sed noviter productam ; secus in Eucharistia. Sed, dum totum lignum convertitur in lotum ignem, terminus *ad quem* est in loco termini *a quo,* et non econtra; sic in proposito.

Ad quintum, negatur minor : quia Deus posset convertere substantiam panis in corpus Christi ut exsistens in cœlo, movendo (i) localiter panem cum suis dimensionibus ad locum Christi in cœlo, el in termino motus jonendo in eodem situ dimensiones |>anis conversi cum dimensionibus corporis Christi; el tunc substantia corporis Christi esset sub speciebus panis sacramentaliter, et in proprio loco circumscriptive. — Dicitur secundo, quod, cum ista transsubstantiatio importet successionem duarum substantiarum sub eisdem speciebus. non apparet mihi pro nunc quod substantia panis posset converti in substantiam corporis Christi ut est in cœlo, nisi modo predicto, vel consimili, interveniente motu locali sjiecierum panis ad corpus Christi, ut sic terminus *ad quem* conversionis esset sub speciebus termini *a 'quo.* Et sic semper conversio requirit presenliam substantiæ corporis Christi ad species pnis.

Ad sextum dicitur primo, quod. secundum prodicta, cum conversio quæ communiter Iit in Eucharistia, importet successionem duarum substantiarum totalium et perfectarum sub eisdem accideoti-

(λ) *per.* — Oui. Pr.

movendo. — *modo* Pr.

bus, et, dato casu argumenti, nullum accidens panis remaneret sub quo alia substantia sibi succedere posset, videtur quod talis conversio esset impossibilis, vel saltem non esset ejusdem rationis cum illa quæ modo Iit. — Dicilur secundo, quod, admisso casu argumenti, neganda est consequentia ibidem facta. Quia non esi simile quod adducitur pro simili : nam in tali conversione non remanerent aliqua accidentia panis conversi, sub quibus substantia corporis Christi eidem succederet, el ratione quorum esset circumscriptive aut diffini! ivi· aut alio modo in loco panis conversi; secus est de conversione moderna, in qua prædicta accidentia remanent, ratione quorum substantia corporis Christi dicitur esse ubi erat panis diflinitive vel alio modo. El de hac materia amplius dicetur in sequentibus.

El ista pro nunc sufficiant ad argumenta Scoti contra primam conclusionem; qua» etiam militant contra tertiam.

§2.— Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum et secundum (x) ejusdem contra secundam conclusionem, dicitur quod responsio ibidem recitata, sufficienter evacuat primum et secundum argumentum. El hanc virtualiter ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 75, art. 3, ut recitatum fuit in probatione conclusionis. Et similiter, ibidem, in solutione primi, sic dicit : ‹ Substantia panis vel vini, facta consecratione, non manet sub speciebus sacramenti, neque alibi. Neque tamen sequitur quod annihiletur; convertitur enim in corpus Christi; sicut non sequitur,si aer,ex quo ǧenitu est ignis, non sit hic nec alibi, quod sit annihilatus. » — Hæc ille. — Item, present) distinctione, q. 1, ari. 2, arguit sic, quarto loco : ɑ Illud dicitur annihilari, quod neque in se neque in alio manet. Sed substantia panis, facta conversione, non manet in se, neque in corpore Christi. Ergo annihilatur, i» Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod, quamvis non maneat panis, neque in se, neque in alio, tamen manet corpus Christi, in quod conversus est panis; et ideo non sequitur quod sit annihilatus. › — Hæc ille. — Item, in solutione primi, sic dicit : ‹ In mutationibus naturalibus terminus *a quo* est forma aliqua, quæ quidem non convertitur in terminum *ad quem;* el ideo non (fi) annihilatur, nisi quatenus manet |x)tenlia in suo subjecto. Sed illud quod convertitur ad terminum *ad quem,* est subjectum mutationis, qon quidem ut sil illud, sed ut Bit sub illo. Unde subjectum annihilari non dicitur, inquanlum in aliud (γ) convertitur. Unde, cum in hac conversione terminus *a quo,* scilicet substantia panis, convertatur secundum se totum in terminum *ad quem,* scilicet corpus Christi, non quidem ut sil sub ipso, sed ut sil ipsum met, patet quod non esi anmhilaliosubstanliæ panis, n — Hæc ille.— Similia ponit, quinto *Quodlibeto,* ari. II, quod scilicet conversio non est annihilalio : quia non est mutus ad nihil, sed ad aliquid; quia terminus ejus est corpus Christi.

Tunc ad primam improbationem hujus responsionis, dicitur quod desinilio substantiæ panis, talis qualis Iit (x) in Eucharistia, secundum propriam rationem distinguitur al› annihilalione, non quidem ut desinilio est, sed ut talis desinilio. Nec terminus ejus est nihilitas panis, sed non panis, qui est substantia corporis Christi. Vel, dato quod nihilitas panis esset proximus terminus, non tamen ultimus illius desinitionis, cum illa desinilio sit quasi dispositio, ordinata ad positionem corjioris Christi a principali activo hujus conversionis, scilicet Deo. Annihilalio vero proprie dicta habet pro principali termino nihilitatem annihilait; et non est dispositio ad positionem alienjus positivi; vel, si ipsam concomitelur aliqua positio, hoc est per accidens, et pneler intentionem agentis.

Ad confirmationem ibidem factam, dicilur quod corruptio differt ab annihilalione proprie dicta, non solum quia aliquid corrupti manet, scilicet materia; nec solum quia negatio ad quam est, est negatio in subjecto apto, vel privatio; sed eliarn quia est dispositio ad generationem positivam. Nec tamen sequitur quod sit mutatio positiva de proximo et inductive, licet possit dici positiva ultimate el dispositive : quia non omne disponens ordinatum ad inductionem positivi, esi positivum, cum mullæ sint dispositiones negativæ. Sic in proposito, de desinilione panis, tertium membrum divisionis statim positæ sufficit ad distinguendum eam ab annihilalione proprie dicta. Rursus, quia, licet nihil panis desinentis maneat actu in se vel in alio, manet tamen illud in quod conversus (6) est, scilicet corpus Christi, in quo etiam aliqualiter remanet panis in potentia obedientiali, ut ex corpore Christi secundum esse sacramentale in Eucharistia, possit, per Dei potentiam, panis redire : ut sicut, pane desinente esse sub speciebus, corpus Christi incipit esse sub eisdem; sic econtra, corpore Christi desinente esse sub illis, iterum redeat substantia panis sub eisdem, ut postea dicetur. Et sic iterum negatio ad (piam est desinilio substanti® panis, posset aliqualiter dici privatio el negatio, non quidem in subjecto apto, sed in accidentibus manentibus, in quibus manet apliludo, non quidem naturalis, sed oliedienlialis, ad iterato informandum substantiam panis.

(>) *ft ucundum.* — Oin. Pr.
(6) rwn. — Om. Pr.
(7) aliud. — *illud Pr.*

( ) *fit.* — *tit* Pr.
( ) cunvemu. — conversum. Pr.

Ad secundam confirmationem, negatur minor: quia positio corporis non ornnino se habet de |>er accidens ad desinitionem substanti® panis; cum desinilio de per se ut nunc ordinetur ad illam jiositionein, et propter illam intendatur, et ad illam disponat, ut dictum est. Curii autem dicitur quod desinitio possit separari a positione, etc.; — dicilur quod, posito illo casu, talis desinitio, qu® nec ex se nec ex intentione agentis ordinaretur nec disponeret ad positionem alicujus termini positivi, sicut ista facit, non esset ejusdem rationis cum ista. Et ideo non sequitur, si illa esset annihilatio, quod etiam ista sit annihilatio; potissime quia, ut dictum est, terminus proximus hujus desinitionis non est pura negatio, sed negatio in apto, et rei quæ, licet non maneat in se, manet tamen illud in quod conversa est, cum potentia obedientiali ad rem desinentem.

Ad tertium dicitur, negando majorem. Quia, in tali casu, nec panis nec corpus Christi omnino eodem modo se haberent ut nunc se habent. Quod patet de pane : quia, si ipse annihilaretur, sua desinilio nullo modo esset dispositiva, nec intenta, nec ordinata ad positionem substantiæ corporis Christi, sicut est nunc; nec maneret actu in se, nec aliquid in quoti conversus esset, sicut nunc manet. Similiter tunc non maneret in potentia olædienliali alicujus positivi, sicut nunc remanet in potentia obedientiali corporis Christi secundum esse sacramentale, ut dictum est. Corpus Christi nihilominus non eodem modo se haberet ad panem, aut ad ejus desinitionem : quia non esset finis desinitionis panis; nec haberet potentiam passivam olædientialem ad reditionem panis conversi. Et muli® aliæ dissimilitudines dari possunt inter illum casum et præsentem. El ideo non sequitur, si illa desinilio esset annihilatio, quod el ista.

Ad quartum patet solutio per prædicta. Conceditur enim quod non *esse* panis est novum in corpore Christi : quia, licet prius, ante desinitionem panis el conversionem ejus in corpus Christi, per rationem disparationis, in corpore Christi esset non ewe panis; tamen illud non esse nullo modo conjunctum erat potenti® obedientiali relict® in corpore Christi ad substantiam panis, sicut est |X)st conversionem. Et sic patet quod non *esse* panis est novum, et novatio in corpore Christi, et novatio sub speciebus. — Dicitur secundo, quod, dato quod non asse panis non esset novatio in corpore Christi |»ost desinitionem panis, esset tamen novum in se, et ordinatum et intentum el disponens ad positionem substantiæ cor|>oris Christi.

Ad improbationem responsionis secundo loco recital®, dicitur quod illa tria argumenta contra eam inducta, bene concludunt quod, post conversionem panis, non est aliquid actu in se vel in alio; non autem probant quin sil potentialiter obedientialiter in corpore Christi post conversionem. Secus enim est de terminis hujus conversionis, et de terminis aliarum mutationum naturalium, in quibus materia non mutatur in aliam materiam, nec terminus *a quo* potest remanere potentialiter in termino *ad quem,* sicut est hic.

De praedictis sanctus Thomas, quinto *Quodlibeto,* art. 11, sic dicit: ‹ Annihilatio quemdam motum importat. Omnis autem motus denominatur a termino *ad quem.* Unde terminus annihilation» est nihil. Consecratio autem panis non terminatur ad nihil, sed ad corpus Christi; alioquin non esset dare quomodo corpus Christi incipiat esse in sacramento; non enim incipit ibi esse per motum localem, alioquin desineret esse in cœlo. Relinquitur ergo quod, in consecratione panis, non est annihilatio aliqua, sed transsubstanlialio panis in corpus Christi. » — Hæc ille.

II. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra eamdem conclusionem et alias duas, respondet Petrus de Palude (dist. 11, q. 3), dicens quod major argumenti falsa est : ‹ quia immo conversum, secundum quod hujusmodi, non manet secundum aliquid sui. Unde aer qui convertitur in ignem, dicitur converti secundum formam, et forms dicitur conversa, secundum nihil sui manens; non autem dicitur conversus secundum materiam, sed additus. El similiter, quia hæc conversio est secundum totum, ideo totum desinit esse; alias non esset conversio totius m totum. Vel potest dici, sine assertione, quod Deus potest convertere substantiam in accidens, el e converso, sicut in generatione quæ fit ex speciebus· Et tunc substantia panis convertitur in corpus Christi, secundum esse pnesens realiter in altari; el corpus Christi, secundum esse in altari, est in potentia obedientiali ad esse substantiam panis; ut sic materia in materiam, et forma in formam convertantur, non secundum esse substantiale absolutum, sed secundum illud esse inaltari. Cum enim eorum quomm unum est in potentia ad aliud, Deus possit unum convertere in aliud, si materia est in potentia ad formam, Deus potest convertere materiam in formam, el e converso; quia potest reparare quod destruxit. Nec oportet illud de quo fit aliud, manere in illo, actu, tanquam partem; quia de materia educitur forma, cujus pars non est materia. Et similiter, cum omne accidens corporeum, sil in potentia materiæ, de potentia materi® educi potest; et m illud materia converti potest, el e converso accidens in materiam. Et, secundum hoc, post conversionem manet, secundum esse potentiate, totum in corpore Christi secundum esse in altari. Dico autem *potentials a* potentia obedientiali, non naturali. Secundum autem istum modum, aliter (x) manet panis in potentia post con-

ia) *Secundum autem istum modum, aliter. — autem secundum modum ; aliter enim* Pr.

versionem in corpore Christi, quam maneret post annihihlionem : nam post annihilationem floret vel (a) de nihilo, vel de corpore Christi secundum se, et non de osse corporis Christi in altari, cum illud esse non esset. › — Hæc Petrus, et bene, concorditer sancto Thomæ quoad sensum ; licet verba in aliquo dissonent, potissime cum dicit in mutatione naturali unam formam converti in aliam, cujus oppositum supra dictum est.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.), concedendo majorem. ‹ Quia terminus actionis quæ (?) est conversio, est corpus Christi secundum esse in altari. Et hic attingitur. Quia, sicut terminus corruptionis est generatio, sic terminus corruptionis pania est terminus generationis modi essendi in corpore Christi. Et, sicut Magister (7) posuit nihil de alimento converti in veritatem humanae natura quoad additionem, sed quoad modum essendi, ut non consumatur, vel ul calor habeat in quid agat; sic et corruptio panis fit, non ut convertatur in corpus Christi secundum esse intrinsecum sibi additum, sed in modum essendi ejus sub sacramento. Et hic terminus attingitur. — Et ad improbationem hujus responsionis, dicetur in sequentibus (3). » — Hæc Petrus, et bene; dum tamen sane inlelligatur, ul scilicet terminus hujus conversionis non intelligatur esse solus respectus, aut modus, sed substantia sub modo essendi.

Ad tertium dicit Petrus (ibid.), quod, « licet totum desinat esse, non tamen totum est annihilatum : quia annihilatio est versio in nihil; hic autem est versio in aliquid. Et quando aer convertitur in ignem, non solum aer, cujus aliquid manet, non dicitur annihilari; sed nec forma substantialis, nec accidentia, de quibus nec pal's nec totum manet, dicuntur annihilari, sed converti ; quia vertuntur in aliquid, el non in nihil. El similiter in nulrilione, secundum opinionem Magistri, diceretur alimentum converti in esse magnum corporis nutriti, si augeatur, et non in intrinsecum veritatis (s); et, licet non maneat, si totum secedat, tamen, propter effectum positivum quem relinquit, dicitur non annihilari. Et similiter conversio panis in corpusChristi secundum esse in altari sacramentaliter, quamvis nihil remaneat de (ζ) converso, quia tamen manet in suo effectu reali, de quo potest Dei virtute educi, ideo non annihilatur. » — Hæc Petrus, et bene, sane inlelligendo.

Ad quartum dicit Petrus (ibid.), quod, ‹ licet forma non convertatur in formam nisi per hoc quod communicant (a) sibi materiam, et sic unum contrarium convertitur in aliud, hoc est via nature. Sed dicitur hic formam converti in formam, non quia una forma fiat simpliciter ex alia corrupta, nec quod una addatur alii (tunc enim non fieret ex una alia, sed fieret una cum alia, et compositum ex duabus); sed dicitur hic forma panis converti in formam corporis Christi, quia ex desinitione formæ panis fit exsistentia corporis Christi ibi, ubi erat forma ƥanis » — Hæc ille, et bene.

Ad quintum dicit Petrus (ibid.), quod « neutro modo materia convertitur in materiam : scilicet nec per remanere in sui simili tantum, quia hoc esset, etiamsi vere annihilaretur; nec per conjungi materia corporis Christi; sed per hoc quod in eam transsubstantiatur ad esse ubi ipsa erat. Inquanlum enim, per desinitionem materia» panis, fit materia corj›oris Christi ibi realiler presens ubi alia erat localiter prius, dicitur materia converti in materiam ». — Hæc Petrus, et bene.

Ad sextam patet solutio per dicta ad argumenta Scoti : quia scilicet in illo casu substantia panis conversi plus maneret in corpore Christi, quam substantia panis annihilai!. El ulterius, dato quod non aliter nec plus maneret in corpore Christi substantia unius quam alterius, tamen desinitio unius aliter, in genere causæ materialis, dispositive se haberet ad positionem corporis Christi, quam desinitio alterius, ut sæpe dictum fuit.

Ad septimum, negatur major. Ut enim palet ex prodictis, si substantia panis conversi in corpus Christi eadem numero divina virtute rediret, ipsa in tali casu non crearetur proprie; sed fieret ex corpore Christi secundum esse quod habet in Eucharistia, licet non fieret ex illo absolute. Et huic solutioni concordat illud quod dicit sanctus Thomas, 3 p., q. 77, art. 5, ubi sic dicit : α Si substantia panis el vini conversa est in corpus el sanguinem, non potest substantia panis vel vini redire, nisi corpore aut sanguine Christi iterum converso in substantiam panis vel vini; quod est impossibile; sicut si aer sit conversus in ignem, non polest redire aer, nisi iterum ignis convertatur in aerem. » — Hæc ille. — Similia ponit, duodecima distinctione *Quarti,* q. 1, ari. 2, in solutione quarlæ quaestiunculæ. Ex quibus patet cum sensisse quod substantia jianis conversa redire non jiotest, nisi corpus Christi 0 converso vertatur in substantiam panis. Quod autem reputat hoc impossibile, non conirarialur prodictis. Nam bene est impossibile secundum potentiam Dei ordinatam, non autem secundum absolutam. Item, licet, secundum ordinatam, sit impossibile quoti substantia corporis Christi secundum esse absolutum verlalur in panem, non tamen secundum esse sacramentale, modo quo dictum est prius.

(e) vel. — aluu Pr.,
(‹; ƥu — *qui* Pr.
(t) Cfr Mig., 2 *Sentent.,* diit. 30, et S. Thom., ibid., q. 2. irt 1
(ê) Cfr. J I, ad et ad 3««·.
(1) venialu. — virtuhe Pr.
(Q *de.* — in Pr.

(3) *communicent.* — *communicat* Pr.

Ad octavum, negatur major, ul palet ex solutione primi et secundi Scoti· Nam, licet substantia jianis post consecrationem nihil sit, illud tatnen in quod conversa est, et in quo potentialitcr manet, est aliquid; et ideo non est annihilate.

§ 3. — Ad akgumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, quod etiam virtueliter recitat Durandus, respondet Petrus de Palude (disl. 11, q. 2), dicens quod « illud quod præassumit, non valet. Quia, secundum eos, in angelo sunt causæ quare ipse esi omni corpori pnesens realiter ex habitudine sui : scilicet carentia quantitatis, actu et aptitudine, quæ est solum causa *sine qua non;* et immediatus ordo ad omne corpus, quod ipse potest movere immediate. Propter quod, secundum eos, anima separata, est nusquam, propter carentiam quantitatis; sed non est alicui pnesens, propter nullum ordinem movendi ad corpus. Unde si substantia corporea, quæ est nata esse quanta, sit sejiarata actu a quantitate (a), dato quod propter hoc sit nusquam et indistans (quia sola quantitas facit distare localiter), non tamen propter hoc erit realiter pnesens cuilibet corpori : quia non ex se haberet immediatum ordinem movendi quodlibet corpus, sicut nec anima separata; et, |>er consequens, absolutio ab usu quantitatis non facit eam præsentem alicui. Et licet faciat non distantem, vel non absentem, tamen oportet dare aliquod positivum, quod faciateam præsentem : quia substantia quæ est nata esse quanta, non est nata e^se pnesens vel absens, nisi per quantitatem, aut nisi detur sibi modus spiritus (6). Quod forte de solo corpore Christi posset verificari, secundum illum modum: quia, si corpus Christi habel virtutem movendi omne corpus immediate, sicut angelus, el absolvatur ab usu quantitatis, tunc etiam, eadem ratione qua el angelus erat pnesens realiter omni corpori, corpus Christi, de se, sino aliqua conversione, esset pnesens (γ) omni corpori· Se«l istum modum isti non ponunt. Nec etiam sufficit in angelo. El si sufficeret in angelo, qui non esi natus distare, non tamen in corpore, quod est natum distare, et maxime quod actu distat : quia, si anima, quamdiu est intra (Λ) corpus, haberet potentiam movendi immediate omne aliud corpus, non propter hoc minus distaret a corpore exteriore quam prius; ab omni enim corpore distat quantum suum proprium corpus distat, quamdiu est ejus fonna, et corpus ejus utitur quantitate. Unde, cum corpus Christi sit subjectum quantitatis, per quam est localiter in loco, scilicet in cœlo, et si non absolvatur ab usu quantitatis qua locum occupat in coelo («), videtur sola absolutio respectu panis non (6) facere ipsum minus distare qnarn prius. Aliud (γ) ergo quaerendum est >. — Hæc Petrus, et bene. — Mihi tamen videtur illud dictum de angelo esse simpliciter falsum, scilicet quod sit actu praesens cuilibet corpori quod potest immediate movere. El de hoc dictum fuit satis, 2. *Sentent.* (dist. 2, q. 1), dum tractaretur quomodo angelus est in loco. Conceditur tamen quod dictus ordo angeli ad corpus ab eo mobile, facit ipsum præsentem in potentia, sed non actu : quia, ultra hoc, requiritur actualis contactus virtutis, ut ibi dictum fuit.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.), dicens quod « verum esi accidentia remanentia non plus facere quam dicit arguens. Sed falsum est conversionem substantiae hoc non facere : quia facit primum terminum conversionis loco conversi succedere. Nec est verum quod fiat conversio in quantitatem ex consequenti : quia terminus *a quo,* scilicet substantia panis, non convertitur in accidens, nec econtra, dato quod quantitas possit converti in quantitatem; unde, cum conversum sit substantia, non quantitas, non est conversio nisi in substantiam. Nec sequitur, si quantitas est ibi, quod sit ibi sicut terminus conversionis; sicut palet de divinitate, in quam nihil converti potest, quæ tamen est ibi. Nec requiritur ibi absolutio ab usu quantitatis, ubi quantitas non est per se, sed per substantiam : quia sicut substantiam esse alicubi per quantitatem, sine alio, facit eam esse ibi modo quantitative; sic e converso, quantitatem esse alicubi per substantiam, facit eam ibi esse modo substantivo n. — Hæc Petrus, el bene. — Tamen videtur mihi quod accidentia remanentia, in quibus corpus Christi succedit substantiae panis, faciunt formaliter, licet non effective, quod corpus Christi sit in altari realiler diffinitive, aut sacramenlaliler, vel alio modo, sicut faciebant quod substantia panis erat ibi circumscriptive. Conversio enim pneterita, non est formalis ratio essendi in loco, sed potius se habel ut effectiva.

Ad tertium dicit (ibid.) : ‹ Concedendum est, inquit, quod determinata conversio dal habitudinem ad aliquid determinatum; sed plus, quia dat ibi esse realiter, per hoc quod facit succedere illi quod hic erat realiter. » — Hæc Petrus, et bene, iutelligendo ut prius.

Ad quartum dicit (ibid.) quod ‹ Deus potest absol-

ia) e/. — Ad. Pr.
(β) *epiritus. — tpeciei* Pr.
(\) ertil *prirtene realiter* omni *corpori, carput Chrùti, de te, tine aliqua converttone, cttet ƥr tene. — erit prêtent realiler* Pr.
(δ) tnfra. — infra. Pr.

(x) non. — Ad. Pr.
(6) non. — Om. Pr.
(γ) Aliud. — *Illud* Pr.

vere quantitatem ab usu occupandi locum; sed per hoc quantitas, aut res quanta, non erit nisi ubi prius erat. Et sic, nisi corpus Christi fuisset motum de loco ubi prius erat, absolutio ab usu quantitatis non fecisset ipsum esse ubi prius non erat : sicut ultima sphæra non est nisi (a) ubi esset, si haberet corpus continens (6) materialiter; et tantum distat a aeteris, quantum distaret, si circumscriberetur el occuparet locum. Absolutio ergo ab usu quantitatis non dat realem praesentiam; sed, illa supposita, facit non esse localiter ubi esset localiter, › — Hæc ille, et bene.

Ad quintum dicil (ibid.) quod, « dato quod Deus corpori exsistenti in coelo possit dare illud *ubi* numero, quod haberet exsistens in terra, non tamen propter hoc esset in terra : sicut, si posset dare homini paternitatem, sine hoc quod genuisset, non tamen esset pater; quia non est idem esse patrem et (γ) habere paternitatem, sicut esse album habere albedinem; sed est genuisse. Unde et Christus est filius Virginis, non per habere filiationem, sed per esse genitum. Sic etiam, licet Deus posset dare corpori Christi idem *ubi* sacramentale numero, quod in eo causatur ex conversione, si est aliqua res differens, tamen non esset hic realiter, quamvis haberei ipsum esse hic : quia esse hic sacramentaliter realiter, est succedere vel successisse hic (δ) ei quod hic (t) eral localiter; quod sine conversione esse non potest. » — Hæc Petrus, et male, quoad hoc quod dicit, quod esse patrem non est idem convertibiliter cum hoc quod est habere paternitatem. Oppositum enim hujus videtur esse per se notum. Item, ini|>ossibile est habere paternitatem, et non genuisse; et impassibile est patrem (ζ) genuisse, et non esse vel fuisse patrem; quia ex tali fundamento, posito termino, necessario resultat relatio paternitatis. Quod at tem dicit de Filio Virginis, parum valet : quia nullus unquam negavit quin Filius Dei, quantum ad humanitatem, habeat respectum filiationis realem vel rationis ad Virginem; immoetiam, ut fuit visum in *Tertio* (dist. 7 el 8, q. 1), habet realem respectum ad Matrem, licet non mereatur dici filiatio, propter suppoeitationem humanitatis in alio supposito; qui tamen respectus diceretur et esset filiatio, si humanitas deponeretur a Filio Dei. Consimiliter falsum est quod aliquid possit habere illud uhi numero quod haberet exsistens in terra, et non esse in terra : quia esse in terra non aliud est quam habere respectum de genere ubi, vel consimilem, ad terram. — Aliter ergo dicitur ad argumentum : quod respectus per nullam potentiam potest causari vel haberi in aliquo sine suo fundamento; et quia corpus Christi esse hic sacramentaliter, dicit in corpore Christi respectum fundatum. super conversionem præsentem aut praeteritam, sicut paternitas dicit respectum fundatum super generationem activam, ideo, sicut impossibile est aliquem habere respectum paternitatis, non interveniente generatione activa, ita impossibile est corpus Christi habere prædiclum respectum, non interveniente conversione alicujus substanliæ in ipsum. Falsum est etiam quod Deus possit facere omnem eflectum sine causa secunda, quæ est causa ejus solum in fieri : Deus enim non posset creare creaturam subsistentem, sine creatione passiva intermedia, secundum sanctum Thomam, I p., q. 45, art. 3, in solutione tertii; el tamen eadem creatio habet aliquam causalitalem in fieri respectu creatura, sicut passio respectu sui termini, sicut et aliquam prioritalem, ul dicit ibidem. Et de hoc salis dictum fuit in *Secundo* (dist. 1, q. 2).

II. Ad argumenta Durandi. — Ad primum * Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus (dist. 11, q. 2), dicens : *u* Corpus Christi bene potest esse in altari cum substantia panis localiter, descendendo (a) de coelo, Deo faciente esse duo corpora in eodem loco. Sed quod (6) manens in coelo localiter, sit in altari cum substantia panis sacramentaliter, non potest esse. — *Ad formam* igitur, dicendum quod major est vera de esse locali, el falsa de esse sacramentali : esse enim cum alio localiter, quantitas impedit; non autem esse simul sacramentaliter, quia non est ibi modo quantitatis. Minor autem est vera de esse sacramentali, el non locali. Et sic conclusio non sequitur: quia corpus Christi potest esse cum quantitate panis sacramentaliter, per hoc quod succedit substantiæ ejus; nec tamen sequitur quod possit esse curn substantia. » — Hæc Petrus.

Ad secundum (γ) dicit (ibid.) quod « non sequitur : Si propter conversionem substantiæ in substantiam est ubi prius eral panis, substantialiter et sacramentaliter; ergo per conversionem substanliæ cum quantitate esset ubi prius non erat, silualiler el circumscriptive. Immo tunc non esset ibi aliquo modo, nec quoad substantiam, nec quoad quantitatem, nec modo substantiali, nec modoquanlitativo: quia pro lanio ponitur esse ubi erat substantia in se conversa, quia ibi manent species locum occupantes sicut prius, mediantibus quibus substantia conversa ibi erat; et quia corpus Christi succedit substanliæ in se conversæ, non quantum ad inhæ-

nui. — Om. Pr
(<) nm. — Ad. Pr.
(γ) et. — Om. Pr.
(8) Aie. — *hoc* Pr.
(t) *hic.* — ὡι Pr.
C) *patrem.* — matrem Pr.

(α) *d&cendendo, — descendente* Pr.
(β) *quod»* — cum Pr.
(γ) Per hanc responsionem fit solutio ad argumentum | quod incipit sic : *Primo,* quia, si propter conversionem | panis in corpus Christi, etc.

rentiam, sed quantum ad immediatam præsentiam, | ideo, sicut non esset ibi substantia panis nisi essent species, ita nec corpus Christi; unde, si panis converteretur in corpus Christi, et accidentia ejus annihilarentur, non esset ibi corpus Christi; et quia per conversionem quantitatis non remaneret quantitas, ideo per hoc non esset ibi corpus Christi ».

Ad tertium (a) dicit (ibid.) quod, « cum dicitur quod per conversionem fit conversum in loco termini, non e converso, si est conversio in pneexsistens; —dicendum esi quod verum est quando conversum secundum nihil sui remanet in loco priori, et secundum aliquid sui additur ad convertens, sicut in alimento. Sed quando conversum sic transsubstantiatur, quod nihil ejus remanet additum convertenti, et aliquid ejus remanet in loco priori, tunc conversum non potest dici esse in loco convertentis : nec secundum id quod manet, quia illud conversum non est, sed est a convertente separatum; nec secundum id quod conversum est, quia illud non remanet, et quod nihil est in se, nihil est in alio. Sed e converso, convertens potest dici esse in illo loco conversi : quia, per conversionem in se factam, succedit secundum præsentialitatem ipsi quod in ipsum conversum est; et sic, sicut illud eral ibi, sic et istud ibi fit; quamvis istud imaginationem transcendat, el nihil tale videamus in naturalibus. D

Ad quartum dicit (ibid.) quod « bene verum est quod (6), si corpus Christi ibi esset, posset dici, *Hoc est corpus meum f* manente substantia panis; sicut si esset ibi localiter utrumque corpus, utrumque posset determinari, el ad utrumque ferri vel fieri demonstratio, ad sensum, si sensibiliter, el ad intellectum, si solum sacramentaliter. Etsi posset demonstrari, non obstante substantia, sicut nunc, non obstante quantitate et qualitate, similiter posset adorari sine idolatria, non obstante substantia, sicut nunc, non obstante quantitate : quia, quidquid ibi sit cum corpore Christi, sive accidens, sive substantia, sive utrumque, sacerdos non intendit praesentare ad adorandum, nec populus adorare, nisi corpus Christi. Sed probatum est quod, manente substantia, non potest ibi fieri corpus Christi : quia ibi non potest esse realiter aliquid, nisi aut per illapsum (quemadmodum Deus est in omnibus spiritibus, et spiritus creatus in corpore assumpto), aut localiter (quemadmodum per miraculum duo corpora sunt simul), aut per conversionem ; si ergo est hic corpus Christi, cum non possit hic esse per illapsum, si non est hic per conversionem, erit hic per locationem, sicut fuit quando exivit clauso utero Virginis, et sepulchre, et ostio; et sic non erit simul in cœlo, et in pluribus altaribus; quod est erroneum. › — Hæc Petrus, et bene, quantum ad hoc quod dicit quod impossibile est corpus Christi incipere esse sub speciebus panis nisi per mutationem substantialem panis, aut per motum localem panis aut corporis Christi. — Verumtamen illud quod dicil (ad tertium) de nutrimento el nutribili, non videtur mihi simpliciter verum. Quia, ut dictum est prius (a), forma aliti, cum noviter informat materiam alimenti, accedit aliqualiter ad situm elad *ubi* materiæ alimenti, ac per hoc ad *ubi* alimenti; vel saltem materia addita et materia praecedens occupant alium novum locum aliquo modo, secundum totum, vel secundum partem, quam prius; et ulterius intervenit motus localis alimenti ad alitum, quod non convenit in Eucharistia, ut dictum fuit. Ideo similitudo non valet.

Ad secundum principale Durandi dicitur, negando antecedens pm triplici sui parte : nec enim major est falsa, nec minor, nec ratio est ad oppositum plus quam ad propositum.

Et ad prokntionem prirnæ partis antecedentis primam, dicitur quod instantia lata contra majorem, non valet. Quia major intelligitur sic: Nihil potest esse noviter in loco ubi prius non fuit, si locus ille prius fuit, nisi per mutationem substantialem vel localem sui vel alterius, etc. Constat autem quod, sic intellecta majore, instantia illa non procedit; quia, in illo casu quem tangit argumentum, ultima sphæra esset ubi prius non fuit, sed non in loco prius exsistenti, sed noviter producto. — Ad aliud quod ibi additur de mutatione panis, dicitur quod nulla mutatio panis, præter ejus conversionem in corpus Christi, faceret ibi esse noviter corpus Christi, supposito quod corpus Christi maneat localiter ubi prius, scilicet in cœlo, et quod non possit illabi alteri corpori, nec esse simul localiter pluribi, nec ratione su® substantiæ habere prasenliam ad aliud corpus, vel dimensiones alterius corporis, sine successione ad aliam substantiam, modo sæpe dicto.

Ad improbationem minoris, patet responsio per prædicla in aliis quaestionibus (ff). Quia, licet corpus Christi non sit in sacramento tanquam in loco, dicitur tamen esse in loco specierum per accidens, veraciter tamen el realiter; pt habet habitudinem ad illum locum, mediante tamen sacramento; et consequenter, dum incipit esse sub sacramento, incipit esse ubi prius non fuit, non quod sit subjectum novi *ubi,* sed quia habet habitudinem ad sacramentum, quod est objectum alterius ubi quam sit ubi corporis Christi in cœlo.

Ad illud quod additur, quod ratio concludit oppositum, etc.;— dicitur quod ratio bene intellecta sufficienter concludit propositum, et non opposi

(e) Hæc responsio solvit argumentum sic Incipiens : *Secundo,* quia por conversionem, etc.

(6) *quod.* — Om. Pr.

( ) Cfr. ari. present.. § I, II, ad i4-.

( ) Cfr. dist. 10, q. 1 el 3.

him. Cum enim dicitur quod *aliter sc habere modo quam prius, est diffinitio ipsius moveri vel mutari,* sic intelligendum est, quod ista duo inseparabiliter et necessario sese concomitantur, scilicet *mutari,* et *aliter se habere nunc quam prius;* non quod de quocumque dicitur unum, dicatur et reliquum. Qq U constat, dum duo corpora succedunt sibi in eodem loco, locus aliter se habet nunc quam prius, cum locet secundum corpus, et desinat locare primum, et habeat successive duos respectus ad duo corpora, et duas circumscriptiones activas ad illa; et tamen locus non proprie dicitur moveri vel mutari. Tamen illud *aliter se habere* non contingit sino motu vel mutatione alicujus, puta corporum sibi succedentium circa cumdern locum. Et sic generaliter nunquam aliquid habet se aliter quam prius, nisi concurrente aliquo motu vel mutatione illius vel alterius. Et sic est in proposito : quia corpus Christi aliter se habet dum incipit esse in sacramento, quam prius se haberet; non Limen ipsum movetur, aut mutatur, sed aliquid aliud. Nec sufficit muLatio alterius ad hoc, nisi sit transsubstantiatio, ut dictum est.

Potest etiam dici, pro hoc et praecedentibus, quod aliter se habere nunc et prius per se, hoc est, non per aliud, nec per accidens, sed ratione subnet, est diffinitio ipsius moveri vel mutari; et de quocumque praedicatur talis diffinitio, praedicatur diffinitum. Modo corpus Christi, licet habeat se aliter nunc quam prius, dum incipit esse in Eucharistia, hoc tamen non est per se, sed per aliud, scilicet per conversionem alterius in ipsum. — Proportionaliter dicitur ad alia prius inducta contra improbationem majoris : quia, in illo casu, ultima sphæra aliter se haberet, et esset in alio loco, non perse, sed per aliud, ut patet. Unde non oportet quod corpus Christi mutetur, per hoc quod aliter se habet nunc et prius; sed aliud mutatur. Et simile est in alio casu de ultima sphæra.

Ad tertium principale, patet responsio per praedicta. Dicitur enim primo, quod in nullo derogat divinæ potentiæ ponere quod non potest impossibilia et contradictionem implicantia, sicut est quod corpus Christi incipiat esse sacramenlaliler sub speciebus panis sine motu locali corporis Christi, el sine conversione alicujus in ipsum, ve) motu ad locum ejus in cœlo. — Dicitur secundo, quod, licet difficile sit videre quo modo per conversionem panis corpus Christi incipit esse in sacramento, tamen difficilius,immoimpossibileest videre alium modum. — Dicitur tertio, quod ratio ibi facta contra conversionem substantiae in substantiam per simile de conversione quantitatis in quantitatem, superius est evacuata multipliciter ex dictis Petri (a), quia in illo secundo casu non manet ratio locandi sicut primo casu. Et ideo, in nostra conversione, corpus Christi succedit pani converso, quoad locum et accidentia; non autem in illa conversione per quam quantitas converteretur in quantitatem.

Ad quartum principale dicitur primo, quod positio nostra in nullo est temeraria; sed potius arguens loquitur temerarie contra doctrinam per Ecclesiam approbatam. — Dicitur secundo, quod similitudo de exsistentia humanitatis in divino supposito per quamdam habitudinem, et de exsistentia corporis Christi in sacramento per solam habitudinem divinitus sibi datam, non valet. Tum quia falsum supponit; nam humanitas non est in divino supposito per solam habitudinem, sicut assumit arguens, immo per indivisionem suppositi et naturae humanae in quodam esse subsistentis et exsistentiae, el tractum humanitatisad divinum esse seu ad divinum subsistere, ut fuit dictum in *Tertio* (dist. 5 el 6). Tum quia suppositum divinum est ubique, pl sic unio humanitatis ad illud non facit illam esse in duobus locis, nec extra locum proprium; praesentia autem substanliæ corporis Christi ad substantiam panis alibi exsistentem, faceret corpus Christi deserere proprium locum, vel esse in duobus circumscriptive; quod est inconveniens. Et hoc satis bene deducit Petrus (dist. 11, q. 2). Tum quia nullus ordo, aul respectus, aut habitudo divinitus impressa corpori Christi, faceret ipsum praesentem substantis panis el ejus loco, nisi esset respectus de genere *ubi* aut silus, vel respectus subjecti ad accidens, vel moventis ad motum, vel respectus illabenlisad illud cui illabilur, vel assumentis ad assumptum, aut uniti ad unitum, aut aliquis similis supradictis; modo constat nullum talem respectum posse dari in proposito, stantibus nunc creditis et sanctorum dictis. Restat ergo solum illum respectum sufficere, quem sanctus Thomas ponit, scilicet praesentiam substantias corporis Christi ad accidentia panis conversi, per successionem duarum substantiarum sub eisdem accidentibus, et conversionem primæ in secundam.

III. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, negatur minor. Et ad probationem, dicitur quod substantia corporis Christi immediate succedit substanliæ (Minis sub eisdem accidentibus et speciebus, mediantibus quibus succedit substanliæ panis quoad locum; licet substantia panis aliter se haberet ad species, quam modo se (a) habeat substantia corporis Christi, ut prius dictum fuit (6); nam substantia panis eisdem informabatur, non autem substantia corporis Christi, licet sit eis æque praesens. Nec sequitur quod ibi ril sola transaccidentatio : tum quia

(a) Cfr. *ad* leamdum primi principiis.

(a) «e. — Om. Pr.

(C) Cfr. diil. 10, q I, et, in pnesenl. paragr., responsion. *ad terundum* primi principali» Durandi

nihil convertitur in prædicta accidentia, nee econtra aliquod accidens convertitur in aliquid; tum quia, præter successionem substanliæ ad substantiam, est ibi conversio unius substanliæ in aliam; et ideo est vera transsubstantiatio, et non sola transaccidentatio.

Ad secundum dicitur quod ista successio est secundum aliquod novum esse acquisitum corpori Christi : quia scilicet noviter habet esse sacrainenlale sub speciebus, sub quibus substantia panis habebat esse subjectivum, ct quantitativum, et quale, et hujusmodi. Nec valet hujus improbatio, ul patet ex dictis ad primum. Item, sicut panis erat prasens speciebus, ita corpus Christi; et ita acquirit novum respectum præsentiæ ad illas. Et, prater hoc, panis remanet in potentia passiva obedientiali noviter in corporo Christi, modo prius exposito (a).

Ad tertluin patet solutio per prædicta. Quia in transsubstantiatione non solum est successio, immo conversio substantiae in substantiam. Et cum probatur quod talis respectus successionis non sit in corpore Christi, quia non est dare in quo sit posterius pane, — responsum est, quoad presentiam. Nec istud est contra Doctores : quia non solum ponimus successionem, immo conversionem et mutationem substanliæ panis. Non autem sequilur mutatio aliqua in cor|>ore Christi; cum propter acquisitionem respectus, sine acquisitione absoluti, nihil proprie mutetur, ut patet, 5. *Physicorum* (1.c. 10). Nec similiter aliquid dicitur proprie mutari, si noviter habet in se aliquid in potentia obedientiali per conversionem alicujus in ipsum, et per hoc quod est terminus et non subjectum conversionis, nec habet aliquid actu noviter in se, sed solum in plentia. Sic autem est in proposito.

Ad confirmationem, dicitur quod talis successio est respectus extrinsecus adveniens. Nec oportet quod acquiratur per motum corpris Christi : quia ct respectus de genero *ubi* potest acquiri noviter sine motu sui subjecti, sicut palet in exemplo superius posito (6); puta, si extra ultimam sphæram crearetur alia sphæra, ipsam undique ambiens, sicul locatum proprium. Cum etiam aer convertitur in ignem, terminus conversionis acquirit novum *ubi* sine motu locali, licet concurrat ibi generatio ignis. Simile patet de pila pontis circa quam fluit aqua, et de baculo fixo in aqua, el de turri circa quam fluit aer aul ventus, et de similibus acquirentibus novum *ubi* sine sui mutatione, per solam mutationem alicujus corporis locantis ea : quia, ut prius dictum est (γ), (alia habent se nunc aliter quam prius pr aliud, el non per se; ideo non potest argui quod talia moveantur, sed quod aliud ab ei» moveatur.

Ad quartum patet ex pradictis. Quia in Eucharistia non ponimus qualemcumque successionem, $4x1 talem successionem, et talium substantiarum, quarum una transit et convertitur in aliam, et quodammodo manet in alia, non actu, sed potentia obedientiali, Et ideo fiotest dici quod una accedit ad aliam, et transit in aliam.

Nec valet confirmabo de forma substantiali et privatione : quia privatio, ut privatio, non manet in forma substantiali; ideo nullo modo convertitur in eam. Item, prater ordinem successionis, corpus Christi acquirit novum esse sacramentale, et facit quodammodo unum sacramentum cum speciebus.

Ad quintum dicitur quod secus est in mutationibus naturalibus el in transsubstantiatione supernatural!, vel etiam in creatione, vel transsubstantiatione : quia m aliis est aliquid commune subjectum utrique termino; non autem in ista(s), sed ordo terminorum ad invicem. Unde beatus Thomas, prasenti distinctione, q. 1,art. 4,in solutione prim® ęquaestiuncula sic dicil : < Hec conversio in hoc differt ab omnibus aliis mutationibus : quia in omnibus aliis est aliquod subjectum commune; in hac autem non, sed solum est accipere duos terminos conversionis. El ideo omnes locutiones exprimentes mutationem per quam importatur ordo termini ad terminum, concedendae sunt in hac materia, sicul hæc, *Pariis convertitur* in *corpus Christi.* Locutiones vero quae exprimunt identitatem subjecti, non sunt concedenda?, proprie loquendo. Sed quia in hac conversione est aliquid simile identitati subjecti, scilicet communitas specierum,quæ manent hinc inde, quamvis illæ species non sint mutationis subjectum; ideo etiam tales locutiones aliquando a Sanctis posite inveniuntur, ul identitas importata non referatur ad subjectum. sed ad species easdem. Unde tales locutiones non sunt extendendæ, quia sunt iinpropnæ. Et quia hæc locutio, *Quod est hoc, fuit illud*, vel, *Quod est hoc, erit illud,* expresse importat identitatem subjecti mutationis, propter naturam relationis, ideo non est simpliciter concedenda. > — li.ee ille. — Ex quibus patet quod dictum Philosophi et Commentatoris non habet locum in proposito; quia talem mutationem, qualem ponit fides, neuter credidit. El, prater hoc, falsum est quod in naturalibus nunquam sit habitudo inter terminos factionis nisi ratione subjecti. Unde sanctus Thomas, ibidem, in solutione tertia? quæsliunculæ, sic dicit : < Hæc locutio, *Ex hoc fit hoc,* principaliter exprimit ordinem terminorum ad invicem, el sic per consequens quandoque unitatem subjecti Unde quandoque importat ordinem tantum, sine hoc quod importet subjectum, ut cum

(i) Cfr. art. present., §2,1.

(15) Cfr. prat. prag., II, ad eorundum principale.

(y) Cfr. respons. ad secund, prinetp. Durandi, in hoc paragr.

(a) a terbo çufa usque ad *uta,* om. Pr.

dicitur quod *mane fit meridies,* id est, *post*, ul •liatur, 2. *Metaphysics* (t. c. 7).·Et, secundum hoc, haec ent incongrua, *Panis fit corpus Christi.* Sed haec erit concedenda, *Ex pane fit corpus Christi,* si ly *ex* non denotet subjectum, et quasi causam materialem, sed tantum ordinem terminorum ad invicem. » — Hæc ille.— El similia ponit, 1 p., q. 45, art. 1 , in solutione tertii, dicens: ‹ Cum dicitur ex nihilo aliquid fieri, hæc propositio *ex* non designat causam materialem, sed ordinem tantum; sicut cum dicitur, *Ex mane fit méridien,* id esi, *post mane.* n — Hæc ille. — Simile dicit, *de Potentia Dei,* q. 3, art. 1 , in solutione septimi; item, 2. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 2, m solutione secundi.

Ad sextum dicitur primo, quod nusquam legi quod sanctus Thomas dicat formaliter el expresse quod transsubslantiatio, vel conversio, sit subjective in pane; licet dicat quod successio duarum substantiarum, quarum una est terminus *a quo,* et alia terminus *ad quem,* est subjective in duobus subjectis, scilicet tam in pane quam in corpore Chnsli, sicut numerus et ordo et consimilia requirunt duo subjecta, ut patet in probatione tertiæ conclusionis. — Dicitur secundo, quod, si transsubstantiatio sil illa successio duarum substantiarum sub eisdem accidentibus, cum consimili prosentia utriusque ad illa accidentia, et desinitione ac mutatione unius illarum in aliam, cum potentia reconversionis secundæ in primam, tunc talis transsubstantiatio dicitur potius esse subjective in pane quam in corpore Chrisli : quia per eam desinit esse ; et magia mutatur a statu suo, et a suo esse, et a sua essentia, el qualibet sua perfectione, el quolibet realiter sibi inexsistente, panis quam corpus Christi, quod nihil abaolutum j>erdit per transsubstantiationem, immo potius aliquid acquirit, intrinsece vel exlrinsece, absolute vel respective, actu vel potential sine tamen reali sui mutatione, ul prodictum est (a). — Dicitur tertio, quod argumentum contra hoc factum non valet. Quia, cum dicitur quod impossibile est quod aliquod accidens sit in illo subjecto, etc., — dicitur quod probatio illa optime concludit de accidente mere positivo, sed non de accidente pure negativo, vel principaliter includente negationem; cujusmodi est transsubstantiatio, quæ includit prioritatein panis respectu corjMiris Christi sub speciebus, et desinitionem sukstanliæ panis in inceptione præsentiæ corporis Christi sub speciebus. illa autem prioritas, cum sit respectus positivus, est subjective in pane, toto tempore prolationis verborumsacramentaliuin,proter ultimum ejus instans, io quo tempore adhuc est substantia panis sub spedebus; sed in ultimo instanti dicti temporis desinit panis esse sub speciebus, el incipit corpus Chrisli esse sub eisdem. El sicut inceptio est subjective in corpore Chrisli, ita et desinitio dicitur esse subjective in pane, licet tunc panis non sit : quia desinitio, cum sit accidens negativum, non requirit subjectum exsistens, immo subjectum non exsistens; nec requirit sustentans, immo cadens, cum non sit ibi realis inhaerentia, nec sustentatio, sed sola denominatio rationis; sicut, cum desinit (a) esse forma ignis, desinitio dicitur esse in illa forma subjective, non per realem inhærentiain, sed propter hoc solum quia denominat eam desinentem a priori esse.

Ad septimum patet responsio ex prodictis. Quia transsubstantiatio, quoad inceptionem præsenliæ corporis Christi, et quoad desinitionem substantiæ panis sub speciebus, non est nisi in ultimo instanti prolationis verborum; et, pro illo instanti, desinitio et inceptio præsentiæ ad species habent sua subjecta, modo quo dictum est (ad sextum). Et de prodictis sanctus Thomas, prosenti distinctione, q. 1, art. 3, q|· 2, in solutione tertii, sic dicit : a In qualibet mutatione oportet designari *nunc* et *prius* secundum duos terminos mutationis, qui sunt incontingentes, ut dicitur, 1. *Physicorum* (t. c. 43 el 44), id est, qui non possunt simul esse. Unde secundum diversitatem terminorum in diversis mutationibus, secundum hoc diversimode signantur ibi *nunc* et *prius.* Aliqua enim mutatio est, inter cujus terminos potest accipi medium, etc. » Et, post multa, sic concludit : « In mutationibus in quibus termini sunt affirmatio et negatio tantum, seu privatio et forma tantum, in talibus, per se loquendo, non potest esse recessus a termino, vel accessus ad terminum, ante perventionem ad ultimum terminum; el illud *prius* non pertinet per se ad hanc mutationem, sed solum per accidens, ratione illius adjuncti ad negationem, secundum quod per accidens negatio recipiebat magis elminus,etperconsequens medium ; unde, per se loquendo, pertinet ad procedentem motum, sicul ad alterationem quæ praecedit generationem, et ad motum localem qui praecedit illuminationem; et, propter hoc, iste mutationes dicuntur esse in instanti. Et quia, ut dictum est, inter substantiam panis et substantiam corporis Christi non est accipere medium, quod magis sit propinquum corpori Christi quam substantiæ panis, quantum ad hoc quod convertitur in ipsum virtute divina, ideo idem est judicium de ista conversione et de prodidis mutationibus. Unde ad hanc conversionem non pertinet nisi illud *nunc* in quo desinit esse panis, ct incipit esse corpus Christi; sed illud *primum* vel /iriu.M pertinet ad lotum tempus procedens, quod mensurabat prolationem verborum, quæ quodammodo efficit conversionem. * — Hæc ille, cum mullis aliis bene facientibus ad illucidationem pra-

(a) Cir ad 2 et ad

(a) iteiimt. — *d*»it* Pr,

dictorum, per totum tertium articulum. Quibus similia ponit, 3 p., q. 75, art. 7, per totum.

Et quia supra dictum est quod in transsubstantiatione non solum est successio substantiarum, immo quod in corpore Christi relinquitur novus effectus, etc., de hoc Petrus de Palude sic dicit (dist. 11, q. 3) : < Ista conversio non est annihilatio, quia non est versio in nihil, sed in aliquid : licet illud in quod est conversio, non acquirat ex conversione novam formam, sicut cum aer vertitur in ignem per generationem; nec novam materiam, sicut cum cibus convertitur in cibatum; sed sicut quando est corruptio sine generatione, ut quando lux conumpitur, ipsa forma non annihilatur, sed convertitur in subjectum, non sic quod subjectum ex luce generetur, nec quod aliquid lucis addatur essentiæ subjecti, sed transit in subjectum, cedens in potentiam ejus; et quamvis non sit plus in potentia hujus partis in quam cedit quam alterius, dicitur tamen in istam partem converti, vel transire. Sic dicitur substantia converti in corpus Christi, et transsubstantiari, et hæc substantia in illam transire : non quia in illa liat nova forma substantialis, aut materia, sed per simplicem transitionem in illam, quia relinquit ibi novum effectum, ut statim dicetur. d — Hæc Petrus. — Quomodo autem relinquat novum effectum, recitatum est prius, in solutione primi argumenti Durandi contra secundam conclusionem.

Ad argumentum principale pro quæstione, respondet beatus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, art. 1, q,a 1, in solutione primi argumenti, dicens quod < verbum Damasceni intelligendum est quantum ad species, quibus corpus Christi divinitati unitum modo ineffabili conjungitur >. — Hæc ille.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO XII.

QUÆSTIO I.

UTRUM ACCIDENTIA SEPARATA A SUBSTANTIA PANIS CONVERSI IN CORPUS CHRISTI. POSSINT IMMUTARE SUBSTANTIALITER ALIQUID EXTRINSECUM.

IHCA duodecimam distinctionem *Quarti,* quæritur : Utrum accidentia separata a substantia panis conversi in corpus Christi, possint immutare substantialiter aliquid extrinsecum.

Et arguitur quod non. Nihil agit ultra suam speciem, sed citra quandoque; quia effectus non est nobilior sua causa. Sed substantia est nobilior omni accidente. Igitur illa accidentia non possunt aliquam substantiam generare.

In oppositum arguitur. Quia istæ species habent earndem virtutem quam habebant ante transsubstanliationem; quia nihil est eis ablatum, sed additum. Sed ante transsubstantialionem poterant aliquid substantialiter immutare. Ergo et post.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod In sacramento Eucharistiae remanent accidentia panis sine subjecto quod sit substantia, et aliquod accidens sino quocumque subjecto.

Hanc ponit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, art. 1, qll 3, ubi sic dicit : < Quidam dixerunt quod vera substantia panis simul remanet sub sacramento cum corpore Christi; et, secundum hoc, accidentia non essent in hoc sacramento sine subjecto. Sed hæc opinio in praecedenti distinctione impugnata est, et improbata — Alia opinio est, quod remanet ibi forma substantialis, et in ea fundantur omnia accidentia quæ ibi apparent. Sed non minus difficile est materialem formam substantialem a materia separare, quam accidentia a subjectis. Et pneterea, quantitas non respicit formam nisi ratione materiæ; unde forma immateriales dimensionibus carent ; et ideo, cum alia accidentia mediante quantitate referantur ad substantiam, non poterit forma sine materia exsistens, accidentium sensibilium esse subjectum. Et hoc etiam dicit Boetius, libro *de Trinitate,* quod forma simplex subjectum esse non potest. — Et ideo alii dixerunt quod accidentia illa fundantur in aere sicut in subjecto. Sed hæc opinio stare non potest. Constat enim quod, ante transsubstantmtionem, subdimensionibus panis non erat aer. Ergo, si, conversione facta, sit ibi aer, oportet quod aer subintraverit per motum localem dimensiones illas. Sed iste motus non percipitur. Et præterea, inconveniens est quod subjectum moveatur motu locali ad accidens, et quod accidens transeat de subjecto in subjectum. Profatum etiam est a physicis (4. *Physicorum,* t. c. 76), quod corpus naturale et corpus mathematicum non possunt esse

simul; unde, cum illæ dimensiones quæ fuerunt panis, sint quoddam corpus non naturale, sed mathematicum, non poterit ner cum illis dimensionibus simul esse; nec poterit esse subjectum earum, quin halxl proprias dimensiones aer. Cum ergo omnes dimensiones sint ejusdem speciei, in quacumque materia sint, quia materia non intrat in diffinitionem communem carum, si dimensiones iterum panis sint in acresicul in subjecto, sequitur quod duo accidentia ejuedem speciei sint in eodem subjecto; ((uod est contradictoria esse simul; quia accidentium ejusdem speciei numeratio non est nisi ex subjecto; unde, si subjectum sit unum, sequitur illa accidentia esse plura el non plura. Conslatetiam quod aer non est suscepiivus talium accidentium, scilicet duritiei, figure deternrinatæ, et aliorum hujusmodi, quæ ibi apparent. — Et ideo dicendum quod accidentia sunt ibi sine subjecto; non enim potest dici quod sint in corpore Christi sicul in subjecto. Sciendum autem quod substantia corporalis habet quod sit subjectum accidentium ex maleria (s) sua, cui inest primo subjici alteri. Prima autem dispositio materiæ est quantitas : quia secundum ipsam attenditur divisio ejus et indivisio, el ita unitas et multitudo, qua! sunt prima consequentia ens; el, propter hoc, sunt dispositiones totius maleriæ, non hujus aut illius tantum. Unde omnia alia accidentia mediante quantitate in substantia fundantur; et quantitas est prior eis naturaliter; et ideo non claudit materiam sensibilem in ratione sua, quamvis claudat materiam intelligibilem, ut dicitur in 7. *Metaphysics* (t. c. 35 el 39). Unde ex hoc quidam decepti fuerunt, ut crederent dimen· siones esse substantiam rerum sensibilium, quia, remotis qualitatibus, nihil sensibile remanere videl»ant nisi quantitatem; quæ tamen secundum esse suum dependet a substantia, sicut et alia accidentia. Virtute autem divina confertur dimensionibus quæ fuerunt panis, ut sino subjecto subsistant in hoc ncramento; quod est prima proprietas substantia ; et, per consequens, datur eis ut sustineant alia accidentia, ricul et sustinebant quando substantia eis suberat. Et sic alia accidentia sunt in dimensionibus sicut in subjecto; ipsæ vero dimensiones sunt sée subjecto. >— Hiecille.

Eamdem conclusionem ponit, 3 p., q. 77, art. t et 2. Nam, art. I, probat primam partem conchisionis, dicens : « Accidentia panis et vini, quæ sensu deprehenduntur in hoc sacramento remanere, non sunt post consecrationem sicut in subjecto in substantia panis et vini, quæ non remanent, ut supra dictum est (ibid., q. 75, art. 2 et 6); nec etiam in forma substantiali, quæ non remanet, el, si remanervl, subjectum esse non posset, ut patet por Boetium, libro *de* 7*Vinitate*. Manifestum est etiam quod hujusmodi accidentia non sunt in substantia corporis et sanguinis Christi sicut in subjecto : quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici; neque etiam est possibile quoi corpus Christi gloriosum, impassibile exsistens, alteretur ad suscipiendum hujusmodi qualitates.— Dicunt autem quidam, quod sunt sicul insubjecto in aere circumstante. Sed nec hoc esse potest. Primo quidem, quia aer non est hujusmodi accidentium subreptivus. Secundo, quia hujusmodi accidentia non sunt ubi est aer, quinimmo ad motum harum specierum aer depellitur. Tertio, quia accidentia non transeunt de subjecto in subjectum, ut scilicet idem numero sil, quod primo fuit in uno subjecto, postmodum in alio : accidens enim numerum accipit a subjecto; undo non potest esse quod idem numero manens, sit quandoque in hoc, quandoque in alio subjecto. Quarto, quia, cum aer non spolietur accidentibus propriis, simul halærel propria accidentia et aliena. Nec potest dici quod hoc fiat miraculose, virtute consecrationis : quia verba consecrationis hoc non significant; quæ tamen non efficiunt nisi significatum. — El ideo relinquitur quod accidentia in hoc sacramento manent sine subjecto. Quod quidem divina virtute fieri potest. Cum enim effectus magis dependeat a causa prima quam a causa secunda, potest Deus, qui est prima causa substantiæ et accidentis, per suam infinitam virtutem conservare in esse accidens, subtracta substantia per quam conservabatur in *esse* sicut per causam proximani; sicut etiam alios effectus naturalium causanim potest producere, sino naturalibus causis; sicut corpus humanum formavit in utero Virginis, sine virili semine. » — Hæc ille. — Ex quibus patet prima pars conclusionis, scilicet quod nullum tale accidens panis sit in aliqua substantia subjective.

Pro secunda parte conclusionis dicil sic, in sequenti articulo, scilicet secundo: * Necesse est dicere alia accidentia quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subjecto in quantitate dimen· siva panis el vini remanente. *Primo* quidem, per hoc quod ad sensum apparet aliquod quantum esse ibi coloratum, et aliis accidentibus affectum; nec in talibus sensus decipitur. *Secundo,* quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensiva; unde el Plato posuit primas differentias materiæ *magnum* cl *parvum.* Et quia primum subjectum est materia, cons^jucns est qumi omnia alia accidentia referantur ad substantiam, mediante quantitate dimensiva ; sicul et primum subjectum coloris dicitur esse superficies; ratione cujus quidam posuerunt dimensionesesse substantias corporum, ul dicitur, 1. *Mela· physicae* (t. c. 19 et sq.). Et quia, subtracta substantia, remanent accidentia secundum esse quod prius habebant, consequens est quod omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensivam. *Tertio,* quia, cum subjectum sit principium indivi-

---

(s) mairrio. — natura Pr.

duationis accidentium, oportet illud quod ponitur aliquorum accidentium esse subjectum, e^e. aliquo modo individuationis principium. Esi nutem de ralione individui, quod non possit esse in pluribus. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo, quia non est natum esse in aliquo; et hoc modo formæ immateriales separate, per se subsistente, sunt etiam per seipsas individua?. Alio modo, ex eo quod forma substantialis, vel accidentalis, est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus; sicul haec albedo, quæ est in hoc corpore. Quantum ergo ad primum, materia est individuationis principium omnibus formis inhaerentibus: quia, cum hujusmodi formæ, quantum est de se, sint nate in aliquo esse sicut in subjecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non esi in alio, nec ipsa forma sic exsistens potest in alio esse. Quantum autem ad secundum, dicendum est quod individuationis principium est quantitas dimensiva. Ex hoc enim aliquid natum est esse in uno solo, quod illud est indivisum in se, et divisum ab omnibus aliis. Divisio autem accidit substantia? ralione quantitatis, ut dicitur, 1. *Physicorum* (t. c. 15). Et ideo ipsa quantitas dimensiva, est quoddam individuationis principium formis, inquanlum scilicet diversas formæ numero sunt in diversis partibus materiæ. Unde ipsi quantitas dimensiva secundum se haliet quamdam divisionem et individualionem, ita quod possumus imaginari plures lineas ejusdem speciei, differente positione, quæ cadit in ralione quantitatis hujus. Convenit enim dimensioni quod sit quantitas positionem habens. Et ideo potius quantitas dimensiva potest esse subjectum aliorum accidentium, quam econtra. » — Hæc ille.

Similia dicil, 4. *Contra Gentiles,* cap. 65; et nono *Quodlibeto,* art. 5.

Ex quibus possunt formari rationes pro utraque parte conclusionis. — Pro prima quidem. Quia, si accidentia |>anis essent, facta conversione, in aliqua substantia : aut illa esset substantia panis, aut substantia corporis Christi, aut aliqua alia. Sed nullum horum dici potest. Ergo nullum talo accidens est subjective in aliqua Mibstantia. — Sed pro secunda parte conclusionis arguitur sic : Omnis qualitas extensa, et divisibilis, et movens sensum, est subjective in quantitate. Sed qualitates Eucharistia? sunt hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod pnedieUi accidentia possunt Immutare substantialiter aliquid extrln-secum.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., ubi supra (q. 77), ari. 3, di :ons « Quia (x) unumquodque agit inquantum est actu ens, consequens est quod unumquodque sicut se habet ad *esse,* ita se habeat (a) ad *agere.* Quia ergo sacramentalibus speciebus datum est divina virtute ul remaneant in suo *esse* quod habebant, sulwlantia pamsct vini exsistente, consequens est quod etiam remaneant in suo *agere.* El ideo omnem actionem quam poterant agere, substantia panis et vini exsistente, possunt etiam agere, substantia panis et vini transeunto in corpus et sanguinem Christi. Unde non est dubium quod possunt immutare exteriora coqwra. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione tertii argumenti, sic dicil : ‹ Immutatio quæ est ad formam substantialem, non fit a forma substantiali immediate, sed mediantibus qualitatibus activis et pas»vis, quæ agunt in virtute forma? substantialis. Hæc autem virtus ❦nstrumental! conservatur in speciebussacramentaiibus divina virtute, sicul el prius erat. Et ideo possunt agere ad formam substantialem inslrumentaliter, per quem modum aliquid potest agere ultra suam speciem, non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis. » — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* dist. 12, q. 1, art. 2. in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit : ‹ Agere non est nisi rei per se subsistentis. El ideo neque materia agit, neque forma, sed compositum;quod tamen non potest agere ralione materiæ, sed ralione formæ, quæ est actus, et actionis principium. El quia quantilas se tenet ex parte materiæ, qualitas ex parte formæ, ideo quantitas non agit nisi mediante qualitate, quæ est per se actionis principium; unde qualitates sunt sensibiles per se primo, quantitates secundo. Quia ergo in sacramento qualitates retinent eumdem modum essendi quem habebant manente substantia panis, ideo habent eumdem modum agendi, ut immutent el agant naturaliter, sicul prius. Quantitas enim, quæ alium modum essendi habet, quia non est in subjecto, non ageret nisi medianto qualitate. » — Hæc ille.

Item, in solutione secundœ quæsliunculæ, sic dicil : ‹ In actionibus naturalibus, formæ substantialee non sunt immediatum el proximum actionis principium, sed agunt mediantibus qualitatibus activis et passivis, sicul propriis instrumentis, ut dicitur, 2. *de* Anima (t. c. 50), quod calor naluralis est quo anima agit. Et ideo qualitates non aolum agunt in virtute propria, sed etiam in virtute formæ substantialis. Unde earum actio non solum terminatur ad formam accidentalem, sed etiam ad formam substantialem; et, propter hoc, generatio est terminus allerationis. Hujusmodi autem virtutem inslrumcntalem recipiunt, eo ipso quo a principi is essen l ial i bus causa n lu r. U nde sicul remotis substantiis remanet accidentibus idem esse secundum speciem, virtute divina; ita etiam remanet eis eadem virtus quæ prius. Et ideo, sicut ante poterant

(a) *Quia. — Quod* Pr.

(x) *habeat. — habet* Pr.

immutare ad formam substantialem, ita et nunc, a — Hæc ille.

Simile ponit, 4. *Contra Gentiles,* cap. 66; et multis aliis locis.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Ubicumque manet idem, ct secundum idem esse, principium actionis, ibi potest esse actio ad eumdem terminum. Sed in Eucharistia manet idem, secundum essentiam, et secundum esse, principium actionis productivæ substantias, quod erat prius. Ergo ab illo potest procedere eadem actio ad eum· dem terminum.

Tertia conclusio est quod prædicta accidentia possunt corrumpi, et ex els slc'corruptls potest generari substantia.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 77, art. 4 et 5. Nam, art. 4, sic dicit : « Corruptio est motus de ense in *non* esae. Dictum est autem supra (ibid., art. 3), quod species sacramentales idem esse retinent, quod prius habebant, substantia panis et vini exsistente. Et ideo, sicut esse horum accidentium corrumpi poterat, substantia panis et vini exsistente, ita etiam potest corrumpi, illa substantia abeunto. Poterant autem hujusmodi accidentia prius corrumpi dupliciter: uno modo, per se; alio modo, per accidens. Per se quidem, sicut per alterationem qualitatum, et augmentum vel diminutionem quantitatis non quidem per modum augmenti vel diminution», qui invenitur in solis corporibus animatis, qualia non sunt substantia panis et vini; sed per additionem (x) vel divisionem. Nam, sicut dicitur, 3. *Metaphysicæ* (t. c. 17), per divisionem una dimensio corrumpitur, et fiunt duœ; per additionem autem econtra, ex duabus fit una. Et per hunc modum manifeste possunt corrumpi hujusmodi accidentia post consecrationem : quia et ipsa quantitas dimensiva remanens potest divisionem et additionem suscipere; et, cum sit subjectum qualitatum sensibilium, potest etiam esse subjectum alterationis earum, puta si alteretur color aut sapor panis et vini. Alio modo poterant corrumpi per accidens, per corruptionem subjecti. Et hoc modo possunt corrumpi etiam post consecrationem : quamvis enim subjectum non remaneat, remanet tamen *esse* quod habebant hujusmodi accidentia in subjecto, quod quidem est proprium et conforme substantis; et ideo accidentia possunt corrumpi a contrario agente, sicut corrumpebatur substantia panis et vini, quæ etiam non corrumpebatur nisi præcedento nlteratione circa accidentia. •Distinguendum tamen est inter utrumque praedictarum corruptionum. Quia, cum corpus Christi et sanguis succedant in hoc sacramento substantis panis el vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentium, quæ non suffecisset ad corruptionem panis et vini, propter talem immutationem non desinit corpus et sanguis Christi esse sub hoc sacramento : sive fiat immutatio ex parte qualitatis, puta cum modicum immutatur color aut sapor panis aut vini ; sive ex parte quantitatis, sicut cum dividitur panis aut vinum in tales partes, quod adhuc in eis jjotest salvari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio quod fuisset corrupta substantia panis aut vini, non remanet corpus et sanguis Christi sub hoc sacramento : et hoc tam ex parte qualitatum, sicut cum ita immutatur color, et sapor, et aliae qualitates panis et vini, quod nullo modo posset pati natura panis et vini; sive ex parte quantitatis, puta si pulverizetur panis vel vinum, et (x) in minimas partes dividatur, ut jam non remaneant species panis vel vini. ♢ — Hæc ille.

In sequenti vero articulo, sic dicit : α Cum corruptio unius sit generatio alterius, ut dicitur, 1. *de Generatione* (t. c. 17), necesse est quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur, cum corrumpantur, ut dictum est (art. præc.) : non emm sic corrumpuntur, ut omnino dispareant, quasi in nihilum redigantur; sed manifeste aliquid sensibile eis succedit. Quomodo autem ex eis aliquid generari possit, difficile est videre. Manifestum est enim quod ex corpore el sanguine Christi, quæ ibi veraciter sunt, non generatur aliquid, cum sint incorruptibilia. Si autem substantia panis et vini remaneret in hoc sacramento, vel eorum materia, facile esset assignate quod ex eis generatur illud sensibile quod succedit, ul quidam posuerunt. Sed hoc falsum est. Et ideo quidam dixerunt quod ea quæ generantur, non fiunt ex speciebus sacramentalibus, sed ex aere circumstante. Quod quidem multipliciter apparet esse impossibile. Primo quidem, quia ex eo generatur aliquid, quod prius alleraturn et corruptum apparet; nulla autem alleratio aut corruptio prius apparuit in aere circumstante; unde ex eo vermes aut cineres non generantur. Secundo, quia natura aeris non est talis quod ex eo per tales alterations talia generentur. Tertio, quia potest contingere in magna quantitate hostias consecratas comburi vel putrefieri, nec esset possibile tantum de corpore terreno ex aere generari, nisi magna, vel etiam valde sensibili inspissatione aeris facta. Quarto, quia idem potest accidere solidis corporibus circumstantibus, puta ferro aut lapidibus, qua? integra manent post praedictorum generationem. Unde hæc positio stare non potest, quia contrahatur ei quod ad sensum apparet. Et ideo alii dixerunt quod redit panis el vinum in ipsa corruptione specierum, et sic ex substantia panis et vini redeunto generantur cineres, aut vermes, aut ali-

(>) *additionem. — dimensionem* Pr.

(x) *el.* — ut Pr.

quid hujusmodi. Sod ista posilio non videtur esse possibilis. Primo, quin substantia panis et vini conversa est in corpus et sanguinem; et ideo non potest substantia panis vel vini redire, nisi corpore aut sanguine Christi iterum converso in substantiam panis et vini; quod est impossibile; sicut si aer sit conversus in ignem, non potest aer redire, nisi iterum ignis convertatur in aerem. Si vero substantia panis el vini sit annihilate, non potest iterum redire; quin quod in nihilum decidit, non redit idem numero; nisi forte dicatur redire prædicta substantia, quia Deus de novo creat novam substantiam loco prima». Secundo videtur hoc esse impossibile, quia non est dare quando substantia panis redeat. Manifestum est enim quod, manentibus speciebus panis el vini, manet corpus el sanguis Christi, quæ non sunt simul cum substantia panis et vini in hoc sacramento. Unde substantia panis et vini non potest redire, speciebussacramenlalibus manentibus. Similiter etiam nec eis cessantibus : quia jam substantia panis et vini esset sine propriis accidentibus; quod est impossibile. Nisi forte dicatur quod in ipso ultimo instanti corruptionis specierum redit non substantia panis et vini, quia (a) illud idem instans est in quo primo (6) habent *esse* substantia» generate ex speciebus, sed materia panis et vini, quæ magis (γ) de novo creata diceretur quam rediens, proprie loquendo. Et, secundum hoc, posset sustineri prædicta positio. Verum quia non rationabiliter videtur dici quod miraculose aliquid accidat, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est quod materia creetur vel redeat, melius videtur dicendum quod in ipsa consecratione datur quantitati dimensivæ specierum panis et vini, quod sil primum subjectum subsequenlium formarum. Hoc autem est proprium materne. Et ideo, ex consequenti, datur prædictæ quantitati dimensiva» omne illud quod ad materiam perlinet. Et ideo quidquid posset generari ex materia panis, si esset, totum potest generari ex prædicta quantitate dimensiva panis vel vini, non quidem novo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti. › — Hæc ille.

Eamdem conclusionem ponit, cum simili prolatione, 4. *Sentent.,* duodecima distinctione, q. 1, ari. 2, in solutione quarta» qmestiuncula», ubi sic dicit : « Illæ species, sicut habent, ex hoc quod subsistant, quod pOSSUbt agere quidquid poterant substantiis panis et vini exsistentibus; ita habent ut possint converti in quidquid poterant converti substantia» pneexsislentes. Quod sic intelligi potest. Sicut enim dicit Commentator, in 1. *Physicorum* (l. c. 63), et in libro *de Substantia orbis* (cap. 1), in materia generabilium et corruptibilium oportet intelligere dimensiones interminalas ante adventum forma» substantialis;alias non posset intelligi divisio materi», ut in diversis partibus materia», diverse formæsubstantiales essent. Hujusmodi autem dimensiones, post adventum formæ substantialis, accipiunt *esse* terminatum et completum. Quidquid autem inlelligitur in materia ante adventum formæ substantialis, hoc rnanet idem numero in genito et in eo ex quo generatur; quia, remoto posteriori, oportet remanere prius. Dimensiones autem illæ interminatae se habent ad genus quantitatis sicut materia ad genus substantis. Unde, sicut in quolibet completo in genere substantiæ est accipere materiam, quæ est ens incompletum in genere illo; ita in dimensionibus completis, quæ sunt in hoc sacramento, est accipere dimensiones completas; et, his mediantibus, materia panis formam reciperet ejus quod ex pane generarelur, pane non converso in corpus Christi. Unde, sicut dimensionibus illis datum est ul subsistant, el subsint illi *esse,* quod est conforme *esse* prioris substantiæ, el terminationi quantitatis, et omnibus aliis accidentibus; ita etiam rali, et aliis accidentibus; quia de natura sua non habent quod subsint tantum accidenti, sed etiam formæ substantiali, ut dictum est. Et tunc, vel ex consequenti adveniet (a) etiam materia, propter concomitantiam naturalem formæ ad materiam, sicut propter concomitantiam naturalem animæ Christi ad corpus, erat anima sub sacramento (et hoc quodammodo redit in prius dictum, ut scilicet materia ibi de novo liat); vel dimensioni divina virtute dabitur natura materi», propter propinquitatem ad ipsam, ut sic illud genitum sit compositum ex materia el forma. › — Hæc ille.

Similia dicit, 4. *Contra Gentiles,* cap. 66.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Ex eo quod relinet omnem virtutem activam et passivam substantiæ, potest generari omne quod poterat generari ex tali substantia. Sed accidentia Eucharistia» sunt hujusmodi. Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contre primam arguit Scotus (dist. 12, q. 2), probando quod alia accidentia æque possunt esse sine subjecto sicut quantitas.

(a) terunduni· — Ad. Pr.
(C) *primo.* — Om. Pr
(γ) rnac/if. — *magis quasi* Pr.

(a) *adveniet* — *adveniat* Pr.

Primo. Quia dependentia ad primum est essentialior quam ad aliquod posterius, loquendo de absolutis dependentibus. Sed qualitas est forma absoluta, sicut quantitas. Ergo a»que essentialiter vel essentialius dependet qualitas α substantia, quam a quantitate. Si ergo potest esse qualitas sine actuali dependentia ad substantiam, poterit esse qualitas sine dependentia actuali ad quantitatem.

Secundo sic : Absoluto el perfectiori non magis repugnat per se esse, quam absoluto imperfectiori. Sed qualitas est forma absoluta, secundum te; el perfectior quam quantitas. Ergo, etc. Minor probatur quantum ad secundam partem : — Primo. Quia qualitas est per se principium agendi actione mali; palet; etiam tu concedis. Sôl quantitas non : quia nulla actio roalis, ut hic loquimur, convenit quantitati. — *Secundo.* Quia secundum ordinem substantiarum attenditur ordo qualitatum; substantiis enim nobilioribus correspondent qualitates nobiliores. Non sic autem corresponde! ordo quantitatum : non enim semper nobilior substantia est major quantitate; maxima enim in genere corporalium, cujusmodi sunt elementa, sunt irrqierfectissima. Illud autem videtur perfectius, quod proportionalior in sua perfectione corresponde! perfectiori. — *Tertio.* Quia per qualitates subslantiæ ṗerfecta consequuntur finem suum : vel enim actus beatificus est qualitas; vel, si non, saltem, secundum omnem opinionem, ad bcatitudinem requiruntur aliquæ formæ supernaturalcs, vel aliqua forma quæ •st qualitas. Quantitas autem nullo modo est principium attingendi finem suum. — *Quarto.* Quia quantitas consequitur compositum ratione materia»; qualitas autem ratione formæ. Forma nutem est simpliciter perfectior quam materia, 7. *Metaphysium* (1. c. 7, etc..) (a). El istud ultimum forte est ratio primi et secundi el tertii medii. Propter hoc enim ordo qualitatum corresponde! secundum ṁo-nem ordini substantiarum, et propter hoc qualitas est principium actionis realis, ct etiam ipsi substantia principium attingendi finem suum. — *Quinto.* Quia illud quod magis convenit cum perfectione simpliciter, est simpliciter perfectius. Qualitas autem, utpute sapientia, magis convenit cum perfectione simpliciter, sicut inlelligerv et velle, quam quantitas. Quia vel ttt una ratio formalis divinæ sapienliæ et crealæ sapientia», quæ est qualitas; vel, si non, saltem ad omnem propinquitatem, iu analogia magis est propinquitas sapiential ċreata ad divinam sapientiam, quam alicujus quantitatis ad Deum, vel aliquid ejus. Unde, sicut |m-sibile est perfectionem simpliciter esse in creatura, scilicet cum limitatione, qualitas, quæ est sapientia, est perfectio simpliciter habentis eam; nulla autem quantitas esi perfectio simpliciter, nec etiam (a) sicut possibile est creaturam habere rationem perfectionis simpliciter.

Tertio principaliter. Magis videtur repugnare accidenti relativo, seu respectui, esse sine subjecto, quam cuicumque absoluto, vel alteri accidenti. Sed istud potest esse sine quocumquo subjecto. Ergo quodeumquo aliud. Probalur minor. Quia, si repugnet sibi : aut ergo unde accidens, aut unde relatio. Non unde accidens; quia tunc repugnaret cuicumque accidenti. Nec unde relatio : quia tunc repugnaret relationi divinæ; quod est falsum, quia illa non est in subjecto.

Quarto (ibid., q. 4). Nam multa alia accidentia de facto sunt ibi sine subjecto. Nam illa» species Eucharistia» possunt rarefieri el condensari. Sed talis condensatio, vel nirefactio, nullum habet subjectum. Ergo erit ibi motus rarefactionis et condensationis sine subjecto. Major nola est ad sensum. Sed minor probalur : quia, cum illæ species condensantur vel rarefiunt, quantitas prior ct quantitas]>osterior est alia et alia, ita quod nihil prioris remanet in posteriori, nec aliqua pars posterioris praefuit in priori; ergo illa nirefactio nullum habet subjectum, quia nec priorem quantitatem, nec posteriorem.

Assumptum istud de alielate quantitatis probalur primo sic. Terminos motus oportet esse incompossibiles, ex 5. *Physicorum* (t. c. 26). Ergo nihil unius termini manet in altero, sicut incompossibilo non est in suo incompossibili. — Si etiam dicatur quod aliqua quantitas hic manet eadem, sed termini mutationis sunt *majus* (C) el *minus* in ipsa quantitate manent»·; — hoc non valet. Quia subjectum motus el terminos oportet realiter differre; sed quantitas illa et *majus* et minus in quantitate non differunt realiter; non enim potest dici quod fiat variatio secundum *majus* et minus, quin fiat variatio secundum essentiam quantitatis, cum *majus* et minus non sint nisi ipsum quantum essentialiter. Cum ergo subjectum motus stet sub utroque 1ermino, unus autem terminus non stet cum alio, oportet subjectum motus ab utroque realiter differre.

Secundo probatur idem assumptum sic. Quæliiæt pars rarioris est rarior. Ergo quælibel pars rarioris est major secundum quantitatem quam prius. Ergo quælibet est quanta, nova quantitate. — Si dicas quod non sequitur omnino nova quantitas, sed nova secundum partem tantum; — Contra. Quia, si aliquid prioris quantitatis maneat, quæro in quo subjecto. Nonnisi in eodem in (γ) quo prius; quia accidens non migrat. Igitur illud quod prius fuit quan-

(a) i c. 7, etc.— cap *ult* Pr

ta) ėtiam.- eit Pr.
(S) *majui.* — magu Pr.
(γ) m. — Oin. Pr.

tum bac quantitate, modo erit quantum cadum. Ergo non potest esso quantum, nec secundum «e lotum, nec secundum partem, aliqua nova quantitate, nisi idem sit simul quantum duabus quantitatibus; quod est impossibile; vol nisi in rarefactione sit aggeneratio novarum partium substantia sub nova quantitate, et additio quantarum ad quantas præexsiatentee sit rarefactio. Sed hoc nihil est : quia tunc non quælilæl pars rarioris esset rarior; illa enim pars antiqua non esset rarior formal iter |>er hoc quod sibi continuaretur alia pars nova. Igitur, etc.

Confirmatur sic argumentum : Sicut quantitas, divina virtute, habet esse in Eucharistia sine subjecto; ita habet omnia quæ sibi convenire possunt in subjecto, eadem divina virtute. Sed quantitas conjuncta subjecto rarefit et condensatur; nec tamen ipsa est subjectum illius motus. Ergo et in proposito, cum est separata, ipsa rarefit et condensatur, sine hoc quod sit subjectum motus. — Item, quia illa fractio et divisio specierum est motus; et tamen non habet subjectum. Et idem dicitur de appositione. Igitur, etc.

II. Alia argumenta Scoti —Ulterius(dist. 12, q. 2) arguit quod in Eucharistia quantitas non sit subjectum aliorum accidentium.

Primo. Quia, secundum Philosophum, 4. *Metaphysicas* (t. c. 14), accidens non accidit accidenti, nisi quia ambo accidunt eidem subjecto; nihil enim hoc illi magis inest, quam illud huic.

Secundo. Quia, sicut substantia? convenit per se esse, ita accidenti convenit inhærere. Ergo, sicut repugnat subslantiæ inhærere, ita accidenti per se esse, vel substare.

Tertio. Quia nullum dependens terminat dependentiam ejusdem rationis. Sed omne accidens dependet dependentia ad subjectum. Ergo nullum accidens terminat hanc dependentiam.

III. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 12, q. 2, art. t), probando

Primo (a), quod modus quo ponitur accidens in Eucharistia separari a subjecto, non sit conveniens: scilicet quod detur accidenti subsistere, et modus essendi substantiæ et entis completi. Quin contradictio est quod aliqua virtute unum gonus transmutetur in aliud, vel species in speciem, ut quod qualitas fiat quantitas, vel homo fiat equus. Halio est : quia hoc repugnat ;>er se in primo modo; sequitur enim ex hoc eamdem rem esse el non esse. Sed essentia accidentis, secundum genus suum, consistit in esse rem interminabilem intrinsece per sua principia, nec per sua principia terminabilem (O, sed omnino per exlrinsecum, puta per subjectum ; sicut esse linee consistit in esse rem interminatam intrinsece, esse autem terminatam extrinsece, scilicet fier puncta. Ergo impossibile esi quod hoc modo accidentia fiant entia terminata et integra; tunc enim genus accidentia mutantur in subatan» liarn, cui soli convenit intrinsece secundum genus suum cbse essentiam integram et terminatam.

Secundo arguit (ibid., q. 1, ari. 1) quod quantitas non bit ibi sine subjecto plus quam qualitas. Quia quantitas non est aliquid habet» partes; sed est partibililas ipsa formalis, qua habens partes eat formalitcr partibile. Sed constat quod partibilitos est subjective in eo quod habet partes formaliter; cujusmodi sunt qualitates remanentes in Eucharistia. Ergo quantitas est subjective in illis qualitatibus. Assumptum probatur. Quia res est partibilis per quantitatem. Tunc quaero : aut illa partibilitas est ipsamet quantitas; aut est aliquid aliud impressum a quantitate. Si detur primum, habetur propositum. Si detur secundum; — Contra. Quia tunc possem intelligere substantiam partibitem sine quantitate; ct posset Deus facere eam sub illo modo derelicto, non faciendo eam sub quantitate· Similiter tunc causalitas ejus esset causalitas efficientis, et non forma Igitur oportet dare primum modum, quod quantitas sit ipsamet partibihtas partium.

Confirmatur. Quia (a) aliter non poleM vitari quin plures dimensiones essent simul. Nam cum dimensio immediate consequatur parles, ai partes ligni, vel alterius subslantiæ, aut accidentis quanti, sint divisa a partibus quantitatis, neccssano aliæ erunt dimensiones (C) substantia vel qualitatis, el aliæ dimensiones (γ) quantitatis. Si enim illud quod substernitur quantitati haberet partem el partem conespondentcin partibus quantitatis substratam, tunc diversa» realitales hoc modo haberent aliam et aliam partibilitalem : quia, multiplicato effectu formali, multiplicatur formalis ratio illius effectus; et tunc haberent necessario aliam el aliam dimensionem (6).

IV. Alia argumenta Aureoli. — Ulterius (dist 12, q. 2, art. 1) arguit quod Deus posset omne accidens, quantumcumquo sil modicas enlitalis, a subjecto separare.

Primo. Quia illud quod non implicat contradictionem in primo modo dicendi per se, est Deo possibile. Sed accidens esse, et subjectum non esse, non est repugnantia per se in primo modo : quia repugnantia in primo modo est affirmatio et negatio unius et qjusdem; modo, si dicatur, accidens csl, et, iu/yecium non est, licet prædicatum sit idem,

(i) *Pruno.* — Om. Pr.
(6) α verbo nec usque ad torminaMtoii, om. Pr

(·) Quia. — Qu<xt Pr.
(6) c/tnirrmontf. — Pr
(γ) *ihtiitnitonet.* — divuionrf. Pr.
(ê) — divmonmi Pr,

tamen subjectum non est idem persimplicem indivisionem.

Secundo. Quia Deus potest manutenere quamcumque realitatem in suo esse. Tunc sic : quando duæ realitates sic se habent quod una non est alia, licet fundent earndem indivisionem, potest Deus manutenereunam illarum, non manutenendo aliam, nec indivisionem illarum.

Terllo. Quia plus j>otest Deus per suam potentiam facere, quam intellectus arguere vel intueri. Ratio est : quia multa Deo possibilia sunt, quæ non potest intellectus noster intueri; sicut patet de unione ad Verbum. Sed, licet intellectus noster non possit intuitive apprehendere accidens, non apprehendendosubjectum, tamen arguitive potest a posteriori cognoscere quod una res non est alia, propter transmutationem, quia contingit subjectum de uno in aliud transmutari. Et tunc intellectus potest arguere, quanducumque duo sic se habent quod unum potest manere alio non manente, illa non sunt eadem. Et ideo non est contradictio quod unum inlelligatur, non intellecto alio. Sed sic est de accidente et subjecto. Igitur, etc. — Hæc ille.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Contra secundam conclusionem arguit Scotus (dist. 12, q. 3), probando quod in actionibus naturalibus immediatum principium actionis non semper sit accidens.

Primo. Quia nihil agit ultra suam speciem. Sed terminus actionis naturalis, est quandoque substantia, Igitur accidens non est immediatum principium actionis predict®. — Si dicas quod verum est virtute propria; sed virtute alterius, cujus est instrumentum, aliquid liene posset agere ultra suam speciem, sicut si serra agat ad formam scamni; — Contra. Quia nihil est instrumentum alicujuscausæ, nisi (a) superioris causæ in genere causæ efficientis. Ergo, si accidens conjunctum, est instrumentum, substantia erit superius agens. Sed superius agens prius naturaliter agit; et, si est naturale, agit quidquid potest. Ergo substantia in illo priori natura; in eodem tamen instanti temporis in quo accidens agit ut instrumentum ejus, substantia producit terminum tantum quantum producere potest. Sed potest producere totam substantiam; quia perfectio substantiae product® non excedit perfectionem substanti® producentis. Ergoin secundo instanti nature accidens non producit substantiam, vel eadem substantia bis producetur. Ergo, etc.

Secundo. Quia omnis potentia mere passiva, est contradictionis, 9. *Metaphysics* (t. c. 17). Substantia autem non est in potentia contradictionis ad propriam passionem. Ergo habet aliam causalitatem respectu ejus a causalitate materiæ. Non autem nisi efficientis: quia (x) non formalis, patet de se; de line autem non est sermo hic. Unde videtur quod oportet te istud concedere, secundum dicta tua. Dicis enim potentias linere ab essentia animæ; et hic dicis quod accidens habet virtutem instrumentalem, quia causatur a principiis essentialibus animæ, vel substantiae; ista autem non possunt intelligi tantummodo passive pro subjecto receptivo.

Tertio. Si accidens producitur, et per aliquod principium immediatum productivum, quod est per se accidens, sequitur processus in infinitum; non loquendo de infinitate accidentali, scilicet generantium in eadem specie, de qua loquuntur philosophi; quiero ordinem essentialem in istis accidentibus. Ubicumque enim est ordo accidentalis in generantibus, oportet dare extra illum ordinem aliquam causam essentialiter perfectiorem. Eιγo, respectu accidentium singularium in specie caloris, damus causam proximam essentialiter ordinatam ad totam illam speciem. Eodem modo arguam de individuis illius speciei. Et non est procedere in infinitum in ordine essentiali. Ergo stabitur (6) ad aliquam speciem accidentis, quæ erit causata, et non ab aliquo accidente, sed immediate a substantia. Et, per consequens, substantia habebit rationem principii activi immediate respectu accidentis.

Confirmatur per Philosophum, 7. *Metaphysics,* cap. 11 (t. c. 32), in fine, ubi dicit Philosophus, quod *proprium substantiae ex his accipere est, quia* (γ) *necesse est præexsistere aliquam aliam substantiam actu exsistentem, quve facit, ut animal,* si *fit* (o) *animal; quale vero et quantum, non necessario, nisi potestate solum.* Vult d'go quod ad hoc quod substantia fiat, est necesse aliam substantiam (t) præexsistere, quæ producat; sed ad hoc quod quantum et quale producantur, non oportet aliquod quantum vel quale præexsistere, nisi in potentia lanium. Ergo aliquid quod non est quantum vel quale actu, potest esse principium productivum immediatum quanti vel qualis.

Item, 4. *Metcorologicorum* (t. c. ult.), dicit quod singulum est illud quod est, dum potest in propriam operationem. Et simile habetur a Damasceno, cap. 6. El licel istæ auctoritates halieant instantiam in entibus imperfectis, tamen videtur valde inconveniens quod ens perfectum secundum genus inter creata careat actione, ila quod forma ejus non possit esse immediatum principium proximum productivum alicujus actionis.

Quarto arguitur sic, secundum unum princi-

(x) *quia. — quod* Pr.
(6) *itabitur. — itabit Pr.*
(γ) *quia. — quod* Pr.
(i) «i *fit. — iit* Pr.

W *Vult ergo quod ad hoc quod nibitantia fiat, est neceue altam mbitanliam. — actu* Pr.

ί nui. — nec Pr.

pium tuum : Quia illa forma est principium agendi, in qua generans et genitum assimilantur. Sed genitum assimilatur principaliter generanti in forma substantiali; secundum quid autem in accidentibus, si in illis assimilatin'. Nec potest evadi, dicendo quod ista concludunt formam substantialem es>c principium agendi, sed remotum, tam respectu substantif quum respectu accidentis, de quibus procedunt rationi?». Hoc non sufficit. Quia nullus negat in Deo esso aliquam formam, «pice sit proximum principium agendi : non quod Deus sine causis intermediis intrinsecis agat; sed quin, in suo ordine causandi, per nihil intermedium ultra formam suam agit. Ita, esto, in proposito (quod tamen falsum est), quod accidens halieat quamdam actionem ad substantiam, posteriorem actione substantif, substantia tamen per propriam formam suam erit principium actionis sibi ƥropria in suo ordine agendi. — Ikec Scotus, in forma.

II Alia argumenta Scoti. — Ulterius (ibid.) arguit quod accidens separatum non possit immutare ad formam substantialem, in virtute propria, necin virtute substantif quam informat. Constat enim quod non in virtute propria; quia tunc ageret in virtute propria ultra suam speciem. Quod autem nec inquantum est instrumentum sulistanliæ, probatur. Quiero enim qfuid inlelligitur per hoc quod dicitur in *virtute substantur aycre?* Quia, rive inlelligatur absolutum, sive respectus, quæro in quo est illud? Si enim inlelligatur absolutum quod est substantia, ve! aliquid quo<l eri in substantia, cum substantia panis non sil simpliciter (a), sequi· lurquod per nihil, sive per non ens, generabit, vel virtute nihili. Si inlelligatur absolutum quod est accidens, vel in accidente, nihil est ibi nobilius ipso accidente; ct, per consequens, non magis potest in virtute talis in aliquid perfectius, quam in virtute propria. Si inlelligatur habitudo accidentis ad substantiam, vel ail substantiam priorem, cum ad nihil non sil aliqua habitudo, et panis non sit aliquod ens, sequitur quod per hoc quod est in virtute, non ponitur aliquid positivum; et ila idem quod prius.

Secundo. Quia ex tuis verbis videtur quod pona< illam virtutem instrumentaient esse in accidente. Dicis enim quod illa virtus causatur in accidentibus, vel quod ipsam recipiunt eo quod causantur a principiis essentialibus substantia'. Et tunc sequitur manifeste, cum nihil in accidente sil nobilius accidente, non potest accidens per hoc quod dicitur *in virtute,* id est, *per hanc virtutem,* in aliquid perfectius quam possit ex se. Sed intellectus verus horum verborum, in *virtute talis causæ,* ubi dicta verba locum habent, videtur esse iste : scilicet *quad dicit habitudinem causae inferioris ad causa,n superiorem, vel perfectiorem concurrentem in causando,* sicut influentia quam recipit agens inferius a superiori, non est aliqua forma tunc causata, sed est tantummodo ordo certus causarum in simul agendo.

Tertio. Quod non eri, nullam rationem causa? habet respectu geniti, quando generatur. Patet ex 2. *Physicorum* (t. c. 37), ct 5. *Metaphysieæ,* cap. *de Causa:* quia causa in aclu cl effectus in actn simul sunt cl non Mint. Patet etiam ratione: quia non ens, quando nihil est, nihil causal, in quocumque ordine ƈausa Substantia autem non eri, quam istud accidens afficit, ct cujus erat accidens. Ergo illa substantia llullam habet rationem causæ propinqua' vel remote respectu effertus causati ab accidente; el, per consequens, accidens non causal in virtute ejus, tanquam in virtule causæ superioris.

Qunrio. Nihil est causa instruinenlalis respectu illius ad quod sua virtus activa sufficit ad producendum. Patet, si accipiatur instrumentum stricti·, sicut serra el securis dicuntur instrumenta moventia mota : tale enim instrumentum non habet de se formam sufficientem ad producendum effectum, sed tantum per motionem principalis agentis superioris producitur quod producitur. Si etiam instninwntum accipiatur alio modo, prout causi inferior dicitur instrumentum, vrl forma quam hujusmodi causa recipit per motionem agentis Mijierions, qua forma agit, adhuc nullum iriorum instrumentorum per formam suam potest in effectum respectu cujus est instrumentum: sed necesse est quod ad illum offectum concurrat simul illud concausams cujus est instrumentum. Nunc autem accidens, per formam suam pnrcise, sino omni actione ʂubstantia in quodeumque agat, agit. Ergo nullo modo agit in virtute ʂubstantia vel ut inslnimenlum ejus ad aliquem effectum.

Quinto. Potest argui per principia tua. Quin omne instrumentum est movens motum. Sed accidens, in proposito, non est motum a substantia, cum ipsa non sit. Ergo accidens non est instrumentum.

Sexto. Quod accidens separatum non sit principium generandi substantiam principaliter («), sicut erat panis, in quo priuseral illud accidens, arguitur sic: Omne agens fotale, vel est univocum, ct ila ieque perflatum cum producto; vel π-qui vocum, et ita perfectius. Accidens autem est omnino imperfectius substantia. Ergo, etc. Dicetur forte, quod aliquod agens æquivocum potest esse ignobilius suo effectu : sicut albedo ʂ|)eclu sensationis; ct sicut Commentator recital de Galieno, super illud 7. *Meta-*

(a) *quod ea ndutantui, ve! aliquid quod e\t 01 mb· itantia, cuni mbstnntui ƥani non Ut iinipheiter. — quod est* m *mbutantm* pome, *vel iit txibtlantia simpliciter* Pr.

(λ) *principaliter, — principale* Pr.

ꝑhysic (com. 3b, de illa virtute quam vocat divinam, quæ est formativa fœtus, et tamen non est simpliciter nobilior fœtn formato. Contra hoc arguitur, licet illa propositio, *Simpliciter imperfectius secundum speciem vel genus, non potest esse totale principium activum respectu perfectioris,* sit mihi æque nola sicut alia in philosophia, qua negata, nescirem probare aliquem ordinem entium, n«c quod primum ens sil perfectissimum. Immo posset proterviendo dic! quod totum universum, et quodlibet in eo, est factum a musca : si enim arguas quod musca est imperfecta, el tamen idem dicis, quod imperfectius potest producere perfectius, habito lioc, nulla est ratio quare non possit imperfectius producere aliquid sic perfectius. Nec, illa protervia posita, posset probari (σ) quod prima causa sil perfoetissima, excellens omnia alia in creatione; nec etiam, addito quod sil causa æquivoca; immo (G) cum hoc posset stare, secundum istam proterviam, quod esset imperfectissima, vel imperfectior creatis, Tamen probo dictam propositionem aliter.

Primo sic. Causa univoca habet effectum univocum pro termino adæquato suæ |>olentiæ. Sed, per to. causa æquivoca totalis, est imperfectior causa univoca. Ergo impossibile est causam illam æquivoCam esse causam totalem respectu illius effectus. Et sic Deus non posset facere effectum <ujuscutnqiie creatura ; quod est absurdum. Patet consequentia ; quia effectus adæqualiis polentiæ perfectiori, nullo modo potest esse a potentia imperfectiori.

fremido aie. Ubicumque ad productionem alienjus effectus concurrunt causa univoca eteausa æquivoca, æ<piivoca est perfectior, secundum Philosophum, 12. *Metaphysicæ* (t. c. 29, etc.), ct 8. *Phy· sicorum.* Propter hoc enim oportet totum ordinem accidentalem reducere in aliquam speciem essentialiter superiorem in causmdo. quia difformitas uniformis oportet quod reducatur in causam uniformem, quæ sit causa uniformitatis in continuatione generationis ct corruptionis. Ex hoc habeo istam propositionem, quod ubi ad idem concurrunt causa univoca et æquivoca, causa æquivoca est perfectior. Sed quod non possit sine univoca, hoc est aliqualis imperfectionis in causa æquivoca. Palet ; quia enim Deus potest sine causa univoca; sed sol non potest in animal perfectum, licet possit in animal imjier· fecturn. Ergo quæcumque causa æquivoca potc-t sine univoca in effectum, ipsa est simpliciter perfectior quam illa æquivoca quæ posset concurrere cum univoca ad illud causandum. Et, per consequens, æquivoca totalis habet duplicem praeminentiam causalitatL·, super offectum : unam quam habet squivoca universaliter concurrens cum univoca; et aliam, quia habet illam perfectionem quam univoca addidit in causando, quia illa carent mullæ cause æquivocœ, licel longe perfectiores univocis,

Tertio sic. Si forma causæ æquivoeæ daret *esse* formaiiter alicui, non posset dare *esse* simpliciter perfectius seipsa. Ergo si imperfectius quam forma· liter det alicui *esse,* non potest ei dare perfectius seipsa (a). Sed dans *esse* effective alicui, datei *etie* modo imperfectiori quam dando sibi *esse* formaliter. Non enim est possibile quod aliquis modus dandi aliquod esse, sil ita perfectus sicut dandi formaliter illud esse; sicut nec essentia divina potest alicui dare *esse a se,* in quocumque genere, perfecliusquam sit e&equod ipsa dat formaiiter,

Quarto. Si causatum sil simpliciter perfectius, licet sit simplex, tamen secundum intellectum potest dividi in duo : scilicet in illud in quo coæquatur suæ cause, el in illud in quo excedit suam causim. Primum dicatur A. secundum B. Iste effectus, scilicet A, precise esi effectus sine causæ, quia simpliciter æque perfectum ens sicut causa. Ergo Berit a seipso, vel a nihilo : quia ab Λ, vel ab ipsa causa non potest esse; nam ultra effectum adæqualum causæ non potest. Et ista ratio accipitur ab Avicanna, sexto suæ Metaphysicæ. Patet ergo quod propier nullas particulares instantias neganda est ista uni\ei-alis propositio, quæ nota est ex terminis: quod *totale causons non potest esse imperfectius suo causato,* loquendo di· causa efficiente; et quod *totale causons :equivocum, est perfectius,* quia non æque perieclum; species enim (6) se habent ul numeri. Ex quibus patet quod accidens separatum, non est totalis causa effectiva generationis sulistantiæ, nec, per consequens, corruptiva alicujus subslantiæ, nec potest in ultimum gradum altcrationis dis|>onenti3 substantiam ad corruptionem. Meo conceditur quod si tota substantia ignis in sphæra sua destrueretur, et manerent ibi omnia sua accidentia, gutta aqu© ibi j>osila non destrueretur ab illis. — HæcScolus.

§ 3. — Contka tertiam conclusionem

i. Argumenta Scoti. — Contra tertiam condusionein arguit idem Scolus (dist. 12, q. B), probandoquod cum ex accidentibus separaris generatur vermis, forma substantialis nova non recipiatur subjective in dimensionibus interminatis, nec adveniat nova maleria quæ subjiciatur formæ noviter generate. Contra primum arguit sic

Primo. Furina determinata ad aliquod niceptivum> nu||0 modo potest aliud perficere; sicut iiec albedo angelum, nec sapientia lapidem. Sed forma substantialis determinatur ad materiam sub>lantin-

---

(i) *dia protervia pania, pauci probari. — illa potsct reprobari* Pr.
(β) *quod.* — Ad. Pr.

(a) a terbo *Ergo* usque ad *icipia,* om. Pr.
W enim. — *autem* Pr.

leni, ul ad proprium susceptivum. Ergo nullo modo potol perficere dimensionem degenero quantitatis, «pue non est maleria substantialis.

Scrunch». Quia fui ma de genere priori non potot pellicere susceplivum de genere jiosteriori. Ergo nee forma substantialis dimensionem. Antecedent piokitur : quia actus pnesupponit potentiam; el hoc, loquendo de ordine originis; actus autem generis prioris nec origine nec perfectione aliquid supponit de genere posteriori.

Tertio. Quia manifestum videtur quod forma substantiali est talis actus, qui natus est constituere per se substantiam. Ergo]>otentia ad talem actum non est aliquid de genere quantitatis.

Qutirlo. Illud quod est essentialis ratio terminandi dependentiam ad aliud, nun latest ad illud dependere. Eurina sub-lanlialis e-l hujusmodi res|>eclu quantitatis. Ergo, etc.

Quinto. Quomodo de potentia dimensionis potest educi fonnn substantialis, cum ex natura rei non -it m illa ut in proprio potential!?

Sexto. Quia tunc ignis genitus ex illa dimensione el ex forma substantiali ignis, non esset univoce nec uniformiter ignis cum alio igne genito ex forma -ubstantiali et ex maleria ignis; el tunc non univoce ageret comburendo hostiam, sicut comburendo lignum.

Septimo. Quia sequeretur absurditas ista, non solum in uno, scilicet quod erit igni- mathematicus ex quantitate el forma substantiali compositus; sed etiam sequitur talis processus in generationibus et corruptionibus usque ad finem mundi; nam ex illo igne habente dimensionem pro materia, dicio matematico, generabitur (a) aqua Italiens idem pro materia quod habuit corruptum pro materia, el e.x illa aqua aer, el sic usque ad finem mundi, vel in iniinilum, secundum philosophos.

Octavo. Quia sequitur quod, si sacerdos esset nutritus de istis speciebus, sicut est possibile, per magnum tempus, quousque mullæ partes materiæ fluxissent, et mullæ novæ generate? semper fuissent, sequitur quod istic parles non ita erunt \eræ partes carnis, constituta? ex essentialibus partibus carnis, sicut alia· parte.·? quæ non essent genita ex speciebus. El sic possibile esset ponere casum quod puer nutritus ex speciebus usque ad finem vita· suu·, non resurgeret nisi humo compositus ex dimensionibus et forma substantiali una vel pluribus.

Secunda pars conclusionis improbatur. Quia, si maleria redeat, qnærilur : quando venit? Aut iit in ultimo instanti quo generatur aliquid ex speciebus, aut ante ultimum instans. Non ante, propter duo. Primum est, quia tunc, manente ibi Eucharistia, erit ibi aha materia a materia corporis Christi; quod non tenet communi- schola. Secundum est, quia tunc illa materia e^set sine forma; quod est simpliciter impossibile, secundum te; ballem non est possibile rine novo miraculo; sed miracula non sunt ponenda mue necessitate. Si vero dicatur quod in instanti generationis redit ibi maleria, frustra ponitur ibi redire ad hoc ul agens naturale generaret ex ea : quia, secundum te, non generat nisi de materia quanta. Similiter non po-set generare nisi cum i-ta generatione concomitetur aliqua corruptio, secundum te: sed tunc non corrumperet aliquam substantiam, quia illa materia non redit cum forma substantiali corrumpenda, quia tunc haberet eam el non haberet eam. — Hæc Scotus, in forma.

II. Argumentum Durandi. — Contra eamdem conclusionem arguit Durandus (dist. IS, q.2>, probando qimd quantitas Eucharistiæ non ⅋-sil naturaliter corrumpi. Quia, si corrumperetur naturaliter, hoc esset, ve) actione contrarii, \el corruptione subjecti, aut divisione sui. Non primo modo; quia quantitas non habet contrarium. Nec secundo modo; quia in hoc sacramento non habet subjectum. Nec tertio modo : quia omne quod corrumpitur dn isione sui. habet terminum in minus;-ed quantitas non habet terminum in minus. sed r-t de se divisibilis in infinitum. Ergo natura non |H>lcsl corrunqicre talem quantitatum. — Hæc ille.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS HI.

PONUNTUH SOLUTIONES

§ 1. — Ad ahgumenta contha primam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti.— Quantum ad tertium articulum, respmi<lendum est objectionibus supradictis. I nde ad argumenta Scoti contra pri mnm conclusionem, communiter dicitur quod non est intentio sancti Thomæ dicere \el asserere quod inter uovem genera accidentium sola quantitas per «Ii vinam potentiam possit ⅋.-‹· vel fieri sine subjecto, cum ipse ponat quod Deus |K»sset facete qualitatem sine quantitate, et non solum sine miIk Stanlia. Vult tamen quod <piaulilas est quoad lice habilior pr.e caderis accidentibus eorpoivi>. quia <eparata a subjecta potest relinere eumdetn modum individuationis quem habet iu subjecta, non autem aha accidentia. Et de hoc sanc tus Thomas, *Qttudlibetif 'I,* ari. 10, dicil ⅋ Divinæ potentia.', ratione «me immensitatis, altiibuendum est quidquid m defectum non sonat. Tamen aliqua sunt, quæ natma croate non patitur ut fiant, propter aliquam repugnantiam quam important ratione contradictionis

(a) *dicto mathematico› (fenerabitur, — et materiato, den crabatur* Pr.

îtnplicilæ. El de talibus consuevit a quibusdam dici quai Deus ea facere possit, quamvis ea fieri non jKBsint. Ut ergo videamus utrum fieri possit a Deo quod albedo sit sine quantitate, sciendum quod in albedine, el in qualibet alia corporali qualitate, est duo consideraro : scilicet ipsam naturam albedinis, [icr quam speciem sortitur; et individuationem ejus, secundum quod esi box albedo sensibilis, ab alia ?en>ibih albedine distincta. Posset ergo fieri, divino miraculo, ut natura albedinis subsisteret alisque omni quantitate; tamen illa albedo non esset sicut albedo sensibilis, sed esset quædam forma intelligibilis, ad malum formarum separatarum quos posuit Plato. Sed quod liæc nlbcdo sensibilis esset individua sine quantitate, fieri non posset; quamvis fieri possit quod quantitas individuate ₹^M sino substantia, quia quantitas non individuatur solum ex subjecto, sicut alia accidentia, sed etiam ex situ, qui eat do ratione ipsius quantitatis dimensivu·, quæ esi quantitas |>ositii)nem habens. El ideo possibile est imaginari duas lineas separatas ejusdem speciei, numero diversas, secundum diversum '•itum; alias linea non esset divisibilis ex ipsa ratione sui generis; non enim dividitur linea nisi in lineas. Plurcs autem (?) albedines ejusdem speciei sine subjecto imaginari, impossibile est. Et sic patet quod albedo non indiv iduatur nisi in et ex subjecto. Et, propter hoc, non posset esse indi viduata, nisi esset in aliquo subjecto, ad minus in quantitate. Sed quantitas hatal unde (i) individunlur, etiam absque subjecto. Et ideo per miraculum potest esse hæc quantitas sensibilis absque subjecto, sicut patet m sacramento corporis Christi. n — Hæc ille. — Item, ibidem, ad lum. sic dicit : u Albedo, >i sim· quantitate esset, jam non esset corporalis qualitas (γ), sed spiritualis. » Item, 4. *Contra Gentiles,* cap. 65, sic dicit : < Non est impossibile quod accidens, virtute divina, possit subsistere sine subjecto. hiem enim judicandum est (4) de productione rerum et dc conservatione earum in esse. Divina autem virtus jiotest prodiicere effectus quantmen nique causarum secundarum sine ipsis causis secundis, sicut potuit formare hominem sine Semine, et sanare febrem sine operatione natura?. Quod accidit propter infinitatem virtutis ejus, et quia omnibus causis secundis largitur virtutem agendi. Unde et effectus causarum secundarum |K)te>t conservare (t) in esse sine causis secundis. Et hoc modo, in hoc sacramento, accidentia conservat in esse, sublata substantia, quæ ipsa conservabat. Quod præcipue dici potest de quantitatibus dimonsivis, quas etiam Platonici posnerunt per so subsistere, propter hoc quod secundum intellectum separantur. Manifestum est autem quod plus potest Deus in operando, quam intellectui humanus in apprehendendo. Habet autem el hoc proprium quantitas dimensi va, inter reliqua accidentia, quod ipsa secundum se individtiatur; quod ideo est, quia positio, quæ est ordo jMirtiiim in toto, in ejus ratione includitur; est enim dimensio quantitas positionem habens. Ubicumque autem intelligilur diversitas partium ejusdem speciei, necesso est intelligi individuationem ; nam quæ sunt unius speciei, non multiplicantur nisi secundum individuum. Et inde est quod non possunt apprehendi multæ alliedines, nisi secundum quod sunt in diversis subjectis. Possunt autem apprehendi multa lineæ etiamsi secundum se considerentur; diversitas enim silus, quæ per se lineæ inest, ad pluralitatem linearum sufficiens est. Et quia sola quantitas dimensiva de sui ratione habet unde multiplicatio individuorum in eadem specie possit accidere, prima radix hujus multiplicationis ex dimensione esse videtur; quia el in genere substantiæ multiplicatio fit secundum dimensionem materiæ, quæ nec intelligi posset, nisi secundum quod materia (?) sub dimensionibus consideratur; nam, remota quantitate, omnis substantia indivisibilis est, ut patet per Philosophum. 1. *Physicorum* (1. c. 15). Manifestum est autem quod, in aliis generibus accidentium, multiplicantur individua ejusdem speciei ex parte subjecti. El sic relinquitur quod, cum in hoc sacramento ponamus dimensiones per se subsistere, ct alia accidentia in cis sicut in subjecto fundari, non oportet nos dicere quod accidentia hujus individuata non sint; remanet enim in ipsis dimensionibus individuationis radix. » — Hcec ille.— Ex quibus patet quæ sit mens ejus in hac materia, et quod aigu menta Scoti non concludunt contra conclusionem bene intellectam. Unde

Ad primum dicitur quo<l non aliud concludit, nisi quod, cum qualitas essentialius dependeat a substantia quam a quantitate quoad suum *esse,* sicut pdtest esse sine substantia, divina virtute, ita et sine quantitate. Non autem concludit quo<l possit habere suam individuationem, qua est hæc sensibilis qualitas, ab alia ejusdem speciei distincta, sine quantitate; quia, quoad hoc, plus dependet a fpianlilale (piam a substantia, ut pnedictum est.

A<l secundum dicilur primo, quod, quidquid sil de conclusi<m<?, quam ultro concediih h , tamen argumenlum parum aut nihil valet. Nam major potest probabiliter negari, scilicet quod absoluto perfectiori non magis repugnet per se esse quam alisohilo imperfivliori; el hoc, accipiendo *per se esse* pro *cute »inc subjecto.* Hujus enim falsitas eviden-

(ₜ autem. — aut Pr.
(4) unde.— unum terminum, el Pr.
(γ) *ijualUut. — quuntitai* Pr.
(4) e»r — Om. Pr
jtj rorueri are. — coruerrari Pr.

(a) a vtrbb *cx (hmeiubme este* uiquu ad nm/mn, om. Pr.

ter apparet : quia quælibel forma sulislanlialis, est quid absolutum, perfectius sua materia; et tamen, naturaliter loquendo, materia non e>t in subjecto, cum tamen quælibct forma substantialis educta de potentia ℔materia sil in subjecto, nec possit ✓* naturaliter ℔i in subjecto; et, consequenter, per se, id est, non in *subjectu* esse, plus repugnat absoluto |M}iTectiori quam absoluto imperfectiori. De hoc sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. I,arl. I. qh 3, in solutione primi, sic dicit : < Prima accidentia consequentia substantiam sunt quantitas et qualitas. Et hæc duo proporlionanlur duobus principiis essentialibus substantiæ, scilicet forma· el mnteriæ : quia quantitas re>|»ondel matei hr (unde *uuujmun* el purimm Plalo posuit differentias materia»); soil qualitas se tenet ex parle form.e. Et quia materia est subjectum primum, quod non est in alio, forma autem est in alio, quia in materia; ideo magis appropinquat ad hoc quod est non *esse in alio* quantitas quam qualitas, el per consequens quam alia accidentia, n — Hæc ille.

Ad tertium principale dicitur primo, quod accidens respectivum per nullam |>olentiarn potest esse vel fieri sine proprio fundamento aut termino, cum ab illis capiat suam rationem. Unde nec in divinis est relatio sine fundamento. Consimiliter ivlatio realis non |x»lest esse sine aliquo absoluto, nec in Deo, nec in creatura. Unde sanctus Thomas, I p., q. 28, art. 2, arguit sic, secundo loco : < Augustinus dicit, 7. *de Trinitate,* cap. I : Omnis *res qu;t relatice dicitur, est etiam aliquid excepto relativo; sicut homo dominus, et hotao serrus. Si* ergo aliquæ relationes sunt in Deo, oportet in Deo esse aliquid pneter relationes. Sed hoc aliud non potent esse nisi essentia. Ergo essentia est aliud a relationibus. » Ecce argumentum. Se<|uilur res|M)n$io : « Sicut, inquit, in rebus creatis, in illo quod relative dicilur, non sedum est invenire respectum ad altei₁ ıı₁ı, sed etiam aliquid absolutum, ila et in Deo; mml tamen aliter, et aliter. Nam id quod invenitui in creatura pneler id quod continetur in ℌignifica lione nominis relativi, est alia ℜe in Deo autem non est alia res, sed una et eadem, quæ non perfecto exprimitur nomine relativo, ℭua sub significatione ℓali nominis comprehensi, <4c. » — liter ille. — Ex quibus palet quod relatio ivalis non potest separari a quolibet alisoluto.

Dicitur secundo, quod, dato quod relatio realis creata, divina virtute, ℘℘ fieri vel separari a subjecto, licet non absque omni fundamento absoluto, non tamen haberet illum modum individuationis quem modo habet, ner esset proprio idem indhiduum numen), sicut dictum est <le qualitate.

Dicilur tertio, quod major hujus argumenti modicam habet apfiarontiam apud Beatum Thomam. Nam, secundum eum, relatio, seu ℜus|M ex ratione proprii generis non habent quod inlnercanl alicui subjecto, nec quod sint accidentia; sicut diffuse ostendit in inultis locis, ℌiotie 9 *de Potentia Pei.* q. 8, ail 2, ubi sic «licit: < Inter novein genera qua· continentur sub accidente, quailam significantur ^eundum rationem accidentis. Ratio enim accidentis e>t inesue; ℓ ideo illa dico significari per inoduin accidentis, quæ -ignificantur ut inbar entia alteri, Mf ut quantitas ct qualitas; quantiℓa enim significatur ut aliquid alicujus in quo esi, et similiter qualitas. *Ad aliquid* vero non significatur M cundum rationem accidenti·' : non enim signi·luatur ut aliquid ejus in quo est, ℭd ut ad id quod extra est. El propter hoc dii it Philosophus, 5. *Meta·physicx* (t, c. 20), quod scientia, inquantum rst relativum, non ℭ scientis, xd ℌcibili Unde quidam attendentes modum signifie andi in relativis, dixerunt ea non inh.ervntia substantiis, sed quasi ei> assistentia; quia significantur ut quoddani medium inter substantiam quæ refertur, et id ad quod refertur. Et ex hoc ℭuebatur quoi in rebus creatis relationes non ℭnt arridentia. quia accidentis essr ℭ inew. Unde el quidam theologi, scilicet Porrclani, hujusmodi (lositioiiiqn ℭque ad divinas relationes extenderunt, dicentes relationes n«»n ℭ* in personis, ℭd eis assistere. Et quia essentia divina est in ℘ersoni -<qu<liatur quod relationes non sunt divina essentia. Et quia omne accidens inliæret, sequebatur quoti non essent accidentia. El, secundum hoc, solvebant dictum Augustini (5. *de Trinitate),* scilicet quod relationes non pnetlieanlur de Deo secundum substantiam, nec secundum accidens. Sed ad hauc opinionem -equitur quod relatio non sit res aliqua, ℭd solum ens -ecundum rationem : omnis enim res, \el est substantia, vel accidens. Unde et quidam antiqui posuerunt relationes esse de secundis intellectis, ut dicit (/.ommentator, 12. *Metaphysicx* (com. 19). Et ideo oportet hoc Ponelanos dicere, quod (x) ıε lationes non sint nisi secundum rationem. Et sic sequitur quod distinctio personarum non erit realis; quod esi hæreticum. Unde dicendum est quod nihil prohibet aliquid esse inhærens, quod tamen non significatur ut ℌhæreu : sicut el actio non significatur ut in agente, sed ut ab agente; et tamen constat actionem e-se in agente. El similiter, licet *ad ali·•/uid* non significetur ut inhærens, tamen oportet ut sit inhænms; et hoc quando relatio est res aliqua; quando vero est secundum rationem tantum, lune non esi inhærtms,elc. d — Hæcille. — Item, q 7, art. 8, sic dicit : ‹t Relatio in hoc differt a quantitate et qualitate : quia qualitas et quantitas sunt quædam accidentia in subjecto remanentia, relatio nutem, ut dicit Boetius, in libro *de Trinitate,* non significatur ut in subjecto manens, sed ut in transitu quodam ad aliud. Unde et Poiivlaiii

(a) geod. — *aunt* IT,

dixerunt relationes non esso inhærenles, se<l assi-Mentes; quod aliqualiter verum est, etc. n Similia ponit, I p.,q.28, ari. I ; item, 1. Sentent.» dist. 20, q. 2, art. l ; el nono *Quodlibeto,* art. 4; el multis aliis locis, ut patuit in I. *Sentent,* (ot). Ex quibus apparet quod minus repugnat relationi aut respectui (C) esse sine subjecto, quam quantitati aut qualitati · quia relationi solum repugnat ratione qua accidens, el non ratione qua relatio; aliis vero repugnat non solum ex ea parte qua sunt accidentia, verum etiam ex ratione proprii generis. Et palet etiam quomodo non solum relatio divina et increata est sine subjecto, verum etiam omnis relatio vel respectus rationis; talis enim nec est substantia nec accidens.

Ad qunrtuni, negatur antecedens. El ad probationem, dicilur primo, quod motus condensationis el rnrefactionis non dicunt aliquid absolutum, realiter distinctum a quantitate et qualitate. Nam rarefnctio vel condensatio non est nisi qualitas vel quantitas procedens de artu in potentiam, vel econtra. Et quidem, si sit quantitas, argumentum non concludit quod aliud accidens præter quantitatem sit in Eucharistia sine subjecto. Similiter, si talis motus sit qualitas cum omnis qualitas Eucbnristiæ sil subjective in quantitate, non concluditur quod talis motus sit sine subjecto. El sic penitus nihil concludit. — Quod autem motus ad formam non sil aliud absolutum a forma, longe ostensum fuit, 2. *Sentent,* (γ), ex dictis Philosophi el sancti Thoma· el aliorum. Sed pro nunc sufficit dictum sancti Thomæ, in *Scriptotupcr* 1I. 3/rtu/)fti/ric<r(lecl.9), ubi sic dicil : « Moins non habet aliquam naturam Separatam a rebus aliis; sed unaqiiæque forma, secundum quod est in fieri, esi actus inqterfeclus, qui dicilur motus. Hoc enim esi ipsum moveri ml albedinem, quod est incipere albedinem aclu fieri in subjecto, sed nondum esse in aclu perfeclo, etc. › Hem, sujier 3. *Physicorum,* lect. 2, sic dicit : ‹ Considerandum est quod aliquid est in aclu tantum, aliquid in potentia tantum, aliquid vero medio modo se habens inter potentiam et actum. Quod igitur est in potentia lanium, nondum movetur; quod sutem est jam in actu perfeclo, non movetur, sed jam motum est. Illud ergo movetur, quod medio modo se halwt inter potentiam el actum; quod quidem partim est in potentia, partim vero in netu, ut patet in alleratione. Cum enim aqua esi solum in potentia calida, nondum movetur; cun vero est jam calefacta, terminatus est motuscalefactionis; cum vero jam participat alupiid do calore, mm| imperfecte, tunc movetur ad calorem; nam quia calefit, paiilatim participat calorem magis ac magis. Ipse enim artus imperfectus calori» in calefaclibili exsistens, est motus : non quidem secundum illud quod actu est lanium, sed secundum quod jam actu est, el habet nrdinoin in ulteriorem artum; quin, ›i tolleretur ordo ad ulteriorem actum, ipse actus, quanlnmcumque imperfectus, esset terminus motus, el non moins, sicut accidit cum aliquid semiplene calefit. Ordo autem ad ulteriorem actum competit exsistenti in potentia ad ipsum. El similiter, si actus imperfectus consideretur lanium ut in ordino ad ulteriorem acturn, secundum quod habet rationem potentiæ, non habet rationem moins, sed principii motus : polesl enim incipere calefactio, sicut a frigido, ita et a lepido. Sic ergo actus imperfectus halæt rationem motus secundum quod comparatur ad ulteriorem actum ut in potentia, et secundum quod comparatur ad aliquid imperfectius ut actus. Undo neque est potentia exsistentis in potentia, neque est actus exsistentis in aclu, sed est actus exsistentis in potentia : ut per id quod dicilur *actus,* designetur ordo ejus ad procedentem potenliam;el per id quod dicilur *in potentia exsistentis,* signetur ordo ejus ad ulteriorem actum. Unde convenientissime Philosophus (3. *Physic.,* t. c. 6) diffinit motum, dicens quod est *endelcchia,* id est, *actus resistentis in polentia secundum quod hujusmodi.* » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod motus, quoad suum materiale, et quoad suum *quid,* non est aliud a forma quæ acquiritur vel perditur. Et ideo rarefaclio non est tertia natura distincta a quantitate et qualitate, sed est quant itas vel qualitas materialiter; licet aliquos respectus ultra hoc importet pra formali, ut dictum est, scilicet ordinem ad aliquid potentinliiis, et ad aliud actualius. Item, 4. *Sentent.,* dist. I, q. I, art. 4, qu2, in solutione primi, sic dicit : tf Motus, quantum ad suam substantiam, reducitur ad illud genus in quo sunt termini motus, sicut im|M?rfeclum ad perfectum; <piamvis]K»nalur in pnislicamenlo passionis, secundum quod importai ordinem moventis ad motum, ut dicit Commentator, in 3. *Physicorum* (com. 4). » — II . C ilb·.

Dicilur secundo, quod sicut raritas vel densitas non dicunt in recto quantitatem, sed potius qualitatem; sic ct rarefaclio et condensatio. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 77, art. 2, in solutione tertii, sic dicit : ‹i *Harum* el *densum* sunt quædam qualilates consequentes corpora, ex hoc quod habent multum vel parum de materia sub dimensionibus, sinit el omnia alia accidentia consequuntur ex principiis suljstantiæ. El sicut, subtracta substantia, divina virtute conservantur alia accidentia; ita, subtracta materia, divina virtute conservantur qualitates materiam con.wquentes, sicut *rarum* el *densum.* * — Hæc ille.

Dicilur tertio, quod multum est inconveniens,

---

(3) Cfr. praî«< rtirn 1 *Sentent.,* dill. 20. q. I.art. I, Γ.. II, 3d ‡l « cldiTT 33, q. I. art. 2. B. I. ad ».

(4) t rl *acvulcnti, non.* — Ad Pr

(y) Cfr 2. *Sentent.,* dist. 1, q. 2. ari. 3, $ 2, III

secundum doctrinam sancti Thomæ, dicere qund , per quamcitmquo rarefoctionem, et percpiamcumqua condensationem, desinat prior quantitas Eucharistia», el secundum totum, et secundum partem quamlibet sui, et acquiratur alia totaliter nova, cujus nihil profuit : quia, secundum hoc, ad quamcumque talem mutationem desineret ibi osse corpus Christi, ut patuit in probatione tertiæ conclusionis.

Dicilur quarto, quod etiam falsum esi quod in rarefactions vel condensatione facta secundum quantitatem el qualitatem substantiis inbærentes, et non in Eucharistia, corrumpatur totaliter prima quantitas, el acquiratur aliqua nova, cujus nihil profuit Et de hoc diffuse tractatum fuit, 2. *Sentent.* (α). Nec valent probationes ad hoc inducte.

Non quidem *prima.* Nam, licet termini motus sint incompossibiles quoad sua formalia, possunt tamen esse compossibiles quoad suum materiale, potissime in altoralione qua· est secundum intensionem vel remissionem ejusdem formæ. Eadem enim forma sub esse remisso est terminus *a quo,* el sub esse intonso est terminus *ad quem.* — Cum autem dicit arguens, quod *magis* et miuiK, vel nuijins · t *minus,* non variant essentiam forma.·, — non obstat sufficit enim quod varietur esse forma·» licet non essentia, ut diffuse dictum fuit in I *Sentent. (6).* - Nec valet quod additur de di florentin simul sulye» li motus et terminorum. Quia, ut dictum est, si motus ille sit de genere quantitatis, est sine subjecto; si autem est dc genere qualitatis, est subjective in quantitate Eucbaristiæ. Et sic. neutro modo subjectum talis motus est idem cum terminis motus.

Similiter ner valet *secunda probatio,* Nam. concesso primo consequente ibidem illato. <cilicet quod quælibel pars rarioris est rarior: tamen ulterior consequentia, quninferlur,m/oqim /ibrfesf *quanta, nova quantitate,* non valet. Quia, nl in *Secundo (γ)* dictum fuit, in tali mrefaclione, nulla nova quantitas secundum essentiam acquiritur in subjecto, nec in aliqua parte illius. Sed sicut in intensione albedinis, aut alterius qualitatis, eadem albedo secundum essentiam, nulla alia acquisita, prius dabat esse album remisse, et postea dat esse album intense, propter aliud et aliud, propter perfet tiusvt imperfectius e.w quod dat subjecto, et sic intenditor et remittitur; sic eadem quantitas, sine additione el subtractione nlic.ujus quantitatis, mcnlo dat esso palmalo, postea bipalmale. Et sic tale subjectum rarefit sine acquisitione nova· quantitatis, non tamen sine acquisitione novi oso quantitatis, el nova· nclunlitatis. Quod si alicui videatUl miiiiin quod quantitas possit augeri sine additione, legat sanctum Tliomnm, 1. *Sentent.,* dist. 17 (q. 2), ubi agit de intensione charitatis; ct in 2· 2ſ", q. 24, ari. 5, in solutione primi, ubi sic dicil : < Quantitas corporalis potest inaliquid inquantum est quantitas, el in aliquid inquantum est forma accidentalis. Inquantum est quantitas, habet quod sil distinguibilis secundum situm, vel munerum; et ideo hoc modo consideratur augmentum magnitudinis per additionem, ut patet in animalibus. Inquantum vero est forma accidentalis, est distinguibilis solum secundum subjectum; el, secundum hoc, habet proprium augmentum, sicut et aliæ formæ accidentales, per modum intensionis in subjecto; sicut palel in ℔i quæ rarefiunt, ut pmlmt Philosophus,4. *Physirorum* (1. r. 80 et scq.). » — Hæc ille. — Si autem quis dicat quod quantitas non suscipit *magis* el *minus,* secundum Philosophum, in *Prtedicamentis* (cap. *de Quanto*), —ad hoc responsum est in *Secundo ℔.* Et similiter palet responsio perslatim dicta,quod hoc non competit quantitati ul quantitas est, -cd ul est forma accidentalis apb dare <ubjecto suo perfectiusct imperfitclius *esse,* et ipsum diversimode ncluare.

Ad confirmationem tertio loco factam, dicitur quod, proprie loquendo, sicut quantitas esi subje«tum raritatis, ita et rarefactionie. qu» est motus pi r se terminatus ad qualitatem, mml ex consequenti ad quantitatem; et hoc tam in rarefactione Eucharistia· quam in aliis rarefactionibus. — Ad illud quo<I ultimo additur, de fractione specierum. etc., patet per prodicta. Quia in tali fractione est motus localis partium quantitatis, el corruptio unius tolalis quantitatis composite ex partibus. Motus autem localis constat quod ℮ subjective in prtibus, quæ moventur, et ab invicem separantur. Corruptio autem forma» lotius, materialiter non est aliud ab illa forma tendente de aclu in potentiam, et de essa in non rase. Unde, sicut illa forma erat in suis partibus, ita et dicta corruptio; et sicut illa forma erat sine subjecto, ita et illa muüitio. El sic patet quod sola quantitas etrt ibi sine subjecto. Per idem patet de additione. Sciendum autem quod, si motus non ponatur esse forma fluens, sed potius fluxus formæ. prout ponunt aliqui, tunc dicendum esset quod talis fluxus esset subjectivo in quantitate vel qualitate fluente. Vide hanc materiam in septimo *Quodlibeto* Godofridi, q. 3, cum impugnationibus Bernardi de Gannnto. Multa etiam de hac materia dicta sunt 2. Sentent. (6).

II Ad nlia argumenta Scoti. — Ad primum eorum quio secundo loco inducit contra conclusionem. probando quod in Eucharistia quantitas non sit sulyectum aliorum accidentium, — dicendum

(a) Cfr pnrscilnn 2. *Sentent.,* dht IR. q. I, art. 3, § I. I. ad 2"'··; et $ I. nd arg. Scoli.

(4) Cfr. 1. *Sentent.,* dhI, 17» q. 2. art. I

(γ) Cfr. 2. *Sentent.,* dis!. 18, q. I, dit. 3, § I, I, .id 2 ·» I t $ I; Ct di.M. 19, q. I. art. 3. $ 2, II ad 3··'«

(e) Cfr. 2. *Sentent.,* (list IS, q. I, art. 3, II. ad 2«·. In fine.

(4) Cfr nrrreertiin 2 *Sentent.,* dist 2. q. 2.

quod Philosophus, 4. *Mctaphysicæ* (t. c. 14), intendit quod unum accidens non accidit niteri naturaliter tanquarn principali suslentativo, quia nullum accidens in virtute propria potest sustentare aliud accidens. De hoc sæpe dictum est alias (a). Unde sanctus Thomas, *de Virtutibus,* q. 1, ari. 3, sic dicit : ɑ Subjectum tripliciter comparatur ad accidens. Uno modo, sicut præbensci sustentanienlum : nam accolens perse non subsistit, fulcitur vero per subjectum. Alio modo, sicut potentia ad actum : nam subjectum accidenti subjicitur, sicut quædam potentia actui; unde et accidens forma dicitur. Tertio modo, sicul causa ad effectum : nam principia subjecti sunt principia per se accidentis. Quantum ergp ad primum, unum accidens subjectum alterius esse non potest : nam, cum nullum accidens per se subsistat, non potest alteri sustentamentum præbere; nisi forte dicatur quod, inquantum est a subjecto sustentatum, aliud accidens sustentat. Sed quantum ad alia duo, unum accidens se habet ad aliud per modum subjecti : nam unum accidens est in potentia ad aliud, sicut diaphanum ad lucem, el superficies ad colorem; unum etiam accidens potest esse causa alterius, ut humor saporis. Et per hunc modum dicitur unum accidens esse alterius accidentis subjectum ; non quod unum accidens possit alteri snstentamentum pndtere; sed quia Subjectum est rece|4ivuin unius accidentis, mediante alio. » — Hæc ille. — Ex quibus patet ad argumentum. Et potissime patet quod argumentum in pro· posito nullum locum habet : quia, deficiente causa, deficit effectus; causa autem quare unum accidens non potest esse alterius subjectum proprie, latiquant sustentativum ejus naturaliter, est ista, quia scilicet nullum accidens naturaliter subsistit; el quia hæc causa tollitur in Eucharistia, quia, virtute divina, quantitas subsistit, ideo nil mirum si tollitur effectus, scilicet non posse esse subjectum alterius. Imnio, quia ipsa sola subsistit, ideo potest c>se subjectum sustentativum aliorum.

Ad secundum dicitur quod, sicul divina virtute accidens potest participare aliquam similitudinem ꝑerseitati substanliæ, et modum essendi substanti®, ut patet in sacramento Eucharistia·; ita etiam substantia completa,cujusmodi est humanitas, potest eadem virtute participare modurn essendi accidentis, ut patet de humanitate Christi. El do hoc [dura dicta sunt, 3 Sentent. (C). Posset tamen dici quod rimilitudo fiarum valet; quia plus repugnat perfecto trahi ad modum imperfecti, quam econtra.

A<l tertium, negatur minor in proposito quin quantitas Eucharistiæ non dependet actu ab aliquo subjecto, sed per se subsistit; et ideo potest terminare dept?ndenliam aliorum accidentium, quæ non per se subsistunt. — Dicitur secundo, quod non semper requiritur ad rationem subjecti esso leriuinalivum talis dependentis qualem requirit arguens, nec in accidentibus Eucharistia», nec in aliis. Quia, sicul ostensum esi, hoc solum requiritur ad subjectum primo modo surnptum, non autem ad subjectum secundo vel tertio modo sumptum. Non enim oportet quod omne subjectum sitsustentativum; el, per consequens, nec oportet quod sit terminalivum dependenti® accidentis, etc.

III. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureolicontra eamdem conclusionem,negatur minor. Non enim essentia accidentis in tali inlerminabililate (a) consistit, de qua arguens loquitur, nec in repugnantia ad oppositam terminationem aut terminabilitatem; sed in hoc quod est essentia talis, cui secundum naturam suam debetur esse in alio. Nec habet potentiam naturalem ad esse per se; habet tamen potentiam obedienti® ad hoc. Et sic, si detur sibi esse per se, vel terminatio propria, sine exlrinseco subjecto, non datur ei ali<juid suæ naturæ repugnans, sed aliquid supra naturam; nec transfertur in aliud genus, sed participat modum essendi superioris generis.

De prodictis sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, art. I, qla 1, in responsione primi, sic dicit: « *Inessa* non dicit *esse* accidentis absolute, sed magis modum essendi, qui sibi competit ex ordine ad causam proximam sui *esse.* Et quia, remoto ordine accidentis ad causam proximam, adhuc potest remanere ordo ipsius ad causam primam, secundum quem modus ipsius essendi non est *inesse,* sed *ab alio esse,* ideo pote>t Deus facere quod sit accidens, et non insit; nec tamen *esse* accidontisab accidenta removebitur, sed modus essendi. » — Hæc ille. — liem, in solutione secundi, sic dicit : « Sicul probat Avicenna in sua Metaphysica, per 5c *exsistere* non est diffinitio substantia'. Quia per hoc non demonstratur quidditasejus, sed suum *cs^c;* et sua quidditas non est suum *esse,* alias non posset esse genus; quia *esse* non potest esso commune per modum generis, cum singula contenta in genere differant secundum *esse.* Sed diffinitio, vel qunsi diffinitio substantia· est : res *habens f/uiddibitem, cui acquiritur esse, vel debetur esse non in alio.* Et similiter, *esse in subjecto,* non est diffinitio accidentis; sed econtrario, *res cui debetur esse in «lio.* El hoc nunquam separatur ab aliquo accidente, nec separari potest: quin illius rei quæ est accidens, secundum rationem suæ quidditatis semper debetur esse in alio. Sed potest esse quod

(») Cfr. 1 Sentent., dist. 3, q. 3, ari. 2, C, J I, I, ad ct 111. ad arg. Oeam;item. 3. *Sentent* , dht. 5. q. '2. ari.3, id 9· ad quintam probal ; item I. *Sentent.,* dill. 1. q. 1, art 3, I 3. HI. ad $"», in fine; item, I. *Sentent.,* dirt. t, q. t, art. 3» $ 1. T, ad 4um.

f,) Cfr ꝑrtim 3. *Sentent,,* dist. 5 ct 0.

(a) *interniinaf/ibtatr.* — *internunnfe* Pr.

illud quod debetur alicui secundum rationem suæ quiddilaliR, ei divina virtute agente non conveniat. Et sic patet quod facere accidens esse sine substantia, non est separare diffinitionem a diffinito. Et si aliquando hoc dicatur diffinitio accidentis, prædiclo modo intolligenda est dicta diffinitio : quia aliquando ab auctoribus (a) diffinitiones ponuntur causa brevitatis, non secundum debitum ordinem, sed tanguntur illa ex quibus potest accipi diffinitio. * Item, eodem articulo, q,s3, in solution»· quinti, sic dicit: < Cum ista accidentia habeant esse et essentias proprias, cum eorum essentia non sit suum eaxe, constat quod aliud est in eis *esse* et *quod est,* etc. » Item, ibidem, in solutione sexti, sic dicit : « Sicul subjectum quod ponitur in diffinitione accidentium, non est de essentia accidentis; ita materia, quæ ponitur in diffinitione raritatis el densitatis, non e>l de essentia eorum, etc. n liem, 3 p., q. 77, art. 1. in solutione secundi, sic dicit . « Cum ens non sit «genus, hoc ipsum quod est *cmg* non potest esse essentia (6) substantial vel accidentis. Non ergo diffinitio substantia' est, *ens per* se. sine subjecto; nec diffinitio accidentis est, ens in *subjecto.* Sed quiildilati (γ) seu essenliæ substanliæ competii habere *esse* non in subjecto; qiiiddilati autem sive essentiæ accidentiscoiiipetit habere esse (δ) in subjecto. In hoc autem sacramento non datur accidentibus quod ex vi suæ naturæ vel essenliæ sint sine subjecto, sed ex divina virtute sustentante. Et ideo non desinunt esse accidentia; quia nec separatur ab eis diffinitio accidentis, nec competit eis diffinitio substanliæ. » — Hæc ille. Hem, ibidem, in solutione quarti, sic dicit : α Accidentia hujusmodi, manente substantia panis el vini, non habebant ipsa *esse,* nec alia accidentia; sed substantia eorum habebat *esse* hujusmodi per ea. sicul nix est alba jwr albedinem. Sed post consecrationem ipsa accidentia, quæ remanent, habent *esse,* unde sunt composita ex esse et *quod est.* n — Hæc ille. — liem, nono *Quodlibdo,* art. 5, in solutione primi, sic dicit : « Cum dicitur accidentis est *itiesse,* vel «pialileivumque ponatur subjectiini in diffinitione accidentis, inlelligitur esse |>er additionem, ut habetur in 7. *Metaphysical·* (1. c. 17). El dicitur diffinitio per additionem. quando in diffinitione ponitur aliquid quod est extra naturam dillinili. sicul nasus (tonilur in diffinitione simi. Hoc autem est propter naturalem dependentiam accidentis a subjecto. Sed. hoc non im|ædiente, Deus potest accidentia sine subjecto conservare Nec tamen sequitur contradictoria esse simul; quia subjectum non esi de essentia accidentis. » — Hæc ille.

Ex quibus palet quod essentia accidentis non includit substantium, nec quasi partem sui, nec quasi terminum intrinsecum vel extrinsecum, aut quasi completivum vel intograliivum, ita quod sine substantia non sil essentia integra, aut completa, vel terminata proprio termino, scilicet genere et differentia, vel actu et potentia. Sed verum est quod naturaliter accidens non habet se terminatum nisi per sultslanliam sibi subjectam, quantum ad hoc q»md accidens non est *quod est.* sed *quo aliquid est;* et similiter quia in sua diffinitione includit subjectum ut terminum naturalis dependentia», quæ tamen potent a Deo suppleri supra naturam. Et de hac materia multa dicta sunt in *Secundo* (a), quæ non oportet hic repetere.

Ad secundum, negatur major, et conceditur oppositum, scilicet quod quantitas Imbet proprias partes realiter distinctas a partibus substanliæ et aliorum accidentium,sicutsonatcomrnunis doctrina omnium philosophorum, potissime illorum qui posuerunt mathematica a sensibilibus separata. Et ad probationem, dicitur quod portibilitas potest sumi in pro-|M»it«» quadrupliciler. Primo modo, pro forma vel natura absoluto, cui primo <4 per se convenit divisio et habere partes, et quæ est ratio aliis habendi partes el dhirionem. Secundo modo, potest sumi pro latentia vel aptitudine ad habendum paries et divisionem. Tertio modo, pro effectu formali partibilitatià primo modo dictæ, quem dat suo subjecto, scilicet e>se partibilevel divisibile in partes unius rationis; sicut effectus formalis albedinis, quem dat suo subjecto, est esse album. Quarto modo, pro aliquo respectu consequente substantiam vel accidens pariibile. Tunc dicitur quod partibilitos primo modo dicta, est ipsa natura quantitatis. Sed secundo modo dicta, est substantia, vel qualitas, saltem fundamentaliter; quia ipsa solitantia materialis, ante adventum quantitatis, est iu potentia ad quantitatem, et ad habendum partes et divisionem. Sed tertio inudo dicta, differt a quantitate, sicut esse ab essentia, et effectus formalis a forma quæ dat talem effectum el tale esse. De quarta acceptione non est cura. — Cum autem contra hoc arguitur, quia tunc posset intelligi substantia partibilis sinu quantitate, etc.; — negatur consequentia : quia effectus formalis per nullam potentiam potest esse vel fieri sine forma a qua Huit, sicut esse album sine albedme, vel esse animatum sine anima. Similiter nec secunda consequentia valet : quia non solum effectus efficientis differt a causa efficiente, immo etiam effectus cause fm malis differt a forma. Differt autem causalitos hæc ab illa . quia effectu^ cause efficientis procedit ab ea per transmutationem vel actionem intermediam; non autem effertus formalis, sed |>er quamdam naturalem resultationem et consequentiam. El

( ) *auctoribilf.* — *arcidentibui* Pr.
( ) *CXientia.* — /SWd Pr.
(γ) çuiddîla/i. — *qiudihtati·* Pr
(δ) a verbis *non tn* usque ad *cm,* om. Pr.

(a) Cfr. præsertim 2. *Sentent* dist. 18, q. I, art. 3, | § t, ni.

iillmiH, quia efferius formalis non differt a forma simi una essentia ah alia, sed sicut netus essentiæ ab essentia; effectus autem causæ efficientis differt asuacaUKi >icut essentia (?) abessent in. fit rursus, quin effectui formalis non habet exsistere n forma, immo est ipsum *esse* formæ, et ipsum ejus *exsistere;* secus est de effectu cause officientis, quia causa efficiens dat exsistentiam suo effectui. Iterum : effectus formalis ot ratio productionis siiæ formic, quin in hoc vel ex hoc forma dicitur produci, quia exsistit et «st, vel potius dat wc et *exsistere* simpliciter vel «eundum quid suo formabili; secus est de effectu causæ officientis. El multo aliæ dissimilitudines dari possunt in proposito.

Ad confirmationem, negatur consequentia ibi facta. — El ad ejus prolationem, dicitur primo, quod, licet dimensio (6) consequatur vel comitetur partes, non tamen oportet quod ad multiplicationem partium quanimcumque indifferenter multiplicentur dimensions (γ), sed solum ad multiplicationem partium primi et per se partibilin, quod est quantitas dimensiva positionem habens, non nutem multiplicationem partium eorum quæ sunt per accidens vel secundario partibilin, cujusmodi sunt substantiæ, et octo genera accidentium. Et ideo, cum non sint simul aut in eodem supposito multa partibilin primo et per se, quamvis sint simul multa partibilin, unum ier se, et aliud vel alia per accidens aut secundario, ideo non sequitur quod plures dimensiones sint simul per naturam. - Dicitur secundo, quod, si ad multiplicationem partium sequatur pluralitas dimensionum, tunc arguens incidit in id quod vitare intendit; nec ullo modo potest evadere inconveniens quod contra alios deducit. Nam, posito quod quantitas non haberet partes alias a partibus substantiæ vel alterius quanti, non tamen potest negare quin partes substantia! sitit aliie a partibus qualitatis, ner quin (tartes unius qualitatis sint distincta? a partibus alterius qualitatis in eodem subjecto, ut partes albedinis n partibus dulcedinis in lacte; quia sicut totum differt a toto, ita partes a partibus. Si ergo ad multiplicationem partium sequitur multiplicatio dimensionum, ei^o in quolilwt corpore sensibili erunt distincta» et plures dimensiones, cum substantia habeat suas portes, et qualitas suas paries distinctas a partibus substantis».— Dicitur 1erlio, quod manifeste falsum est quantitatem non habere partes alias a (lartibus substantiæ : quia, hoc posito, sequitur quod quantitas est accidens omnino indivisibile; quod est contra sensùm, imaginationem et intellectum, et contra diffinitionem quanti et quantitatis datam, 5. Vdup/i»/sic.T t. c. 18), dicentem quod quanfum *est divisibile in caqtue insunt,* etc.

— Dicitur quarto, quod non semper oportet multiplicato effectu formali multiplicari formam vel rationem illius effectus, nisi (piando effectus multiplicati distinguuntur supposito et subjecto, el nullum inter se ordinem habent, sed æque primo el immediate se habent ad formam, qua» est principium talium effectuum. Ubi nutem tales effectus non differunt supposito noc subjecto, el quodam ordino profluunt a forma, non oportet effectibus multiplicatis multiplicari formam. Sic. autem est in proposito : nam per eamdem quantitatem dimensivam habet esse extensum substantia, quæ quantitati subjicitur primo, et alia accidentia consequentia quantitatem secundo; inter quæ etiam esi certus ordo; el omnia talia sunt in eodem Supposito. El hoc in alio proposito simile est : nam per eaindem animam dicuntur animata» omnes partes intégrales rei animato.

IV Ad alia argumenta Aureoli. —Ad argumenta quæ secundo loco contra eamdem conclusionem inducit, (kilet responsio per dicta ad argumenta Scoti. Concludunt enim verum uno modo, non autem alio modo. Plus enim repugnat separari qualitati quam quantitati, si utrumque retineat suam individuationem, ut prius expositum fuit; et rursum inliærcntia magis naturalitcu· consequitur accidentia absoluta quam relativa, ut dictum est.

§ 2. — Ah AHGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra secundam conclusionem, dicitur quod responsio ibi data, bona est; quia illam ponit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, art. 2, qh 2, in solutione secundi, dicens : α Propria virtute nihil agit ultra suain speciem; sed virtute alterius, cujus est instrumentum, potest agere ultra suam speciem, sicut serra agit ad formam scamni. » — Hæc ille. — Eamdem responsionem ponit, 3 p., q. 77, uri. 3, in solutione tertii, ul recitatum fuit in probatione conclusionis. — Tunc ad iinprokntioncm hujus res|>onsionis, dicitur primo, quod major est falsa. Quia accidens, dum est in substantia subjeclive, non est inlrumentum eo modo quo dicit arguens, scilicet quod substantia sil una causa superior effectiva, et accidens sit alia causa effectiva inferior: nam ignis <4 ejus calor non sunt illo modo duæ causæ officientes, sed potius una, proprie loquendo; nam ipsa substantia est *quod* officit, calor autem quo officit et agit, et non est proprie efficiens, nec agens. — Dicitur secundo, quod, posito, sed non concesso, quod substantia el suum accidens ent duæ causæ efficientes taliter ordinatæ ut dicit arguens, adhuc non bone probal quod amine non possint concurrere ad producendum immediate earndem substantiam, noc quod eadem substantia bis

( ) — *tfxte* Pr.
( ) t/«mrn4i0. — ditrUio Pr.
(γ) dim eno «met. — dtvi<ione« Pr.

producatur. Hoc palet : quia nullus catholicus, sed solus hærelicus manichæus potest negare quin heus el aliqua causa efficiens secunda, puta ignis, concurrant ad producendum eamdem substantiam, puta ignem; et utraquu causa esi effectiva, el immediate producit per suam actionem cuindem effectum. Nec oportet quod idem effectus bis producatur. Et idem esi cum sol p! arbor producunt arborem, vel sol et asinus asinum; et sic de cæleris. — Dicitur tertio, quod probatio adducta ad hoc, non valet. Quia fundatur in isto falso principio, el falsa consequentia : scilicet Λ prius naturaliter agit quam agat B;ergo in aliquo instanti natune priori agil Λ, in quo instanti non agit B. Hujus enim oppositum est verum : non enim causa superior dicitur prius agere naturaliter quam agat causa inferior, ideo quia agant in diversis instantibus naturæ; sed solum propter hoc, quia actio primæ non dependet ah actione secundæ, sed potius econtra. Eide hoc mulla dicta sunt in *Primo* (a), etc.

Ad secundum dicitur quod, cum beatus Thomas, el alii doctores eum sequentes, dicunt quod subjectum est causa effectiva propriæ passionis, el quod potentiæ animæ fluunt ab anima, vel quod accidens causatur a principiis substantiæ, el similia, non inlelligunt nec intendunt dicere quod (alis substantia subjecta sit immediatum principium actionis qua producitur propria passio, vel tale accidens; nec quod, proprie loquendo, principale effectivum passionis sit ejus subjectum; sed potius generans vel creans subjectum, generat vel creat ejus passionem, licet secundum quemdam ordinem prioris et ludicrioris; subjectum autem, puta anima, dicitur esso effectivum propriæ passionis salis improprie, ex hoc scilicet quia propria passio non producitur nisi mediante subjecto. El hunc intellectum innuit sanctus Thomas, 1 p., q. 77, art. 6, ubi arguit sic, tertio loco : n Emanatio quemdam motum dicit. Sed nihil movetur a seipso, nisi forte ratione partis; sicut animal dicitur moveri a seipso, quia una pars ejus est movens, el alia mota ; neque etiam anima movetur, ut dicitur, I. *de Anima* (t. c. 66). Ergo anima non causal a se suas potentias. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod emanatio propriorum accidentium a subjecto, non est per aliquam transmutationem, sed per naturalem consequentiam; sicut ex uno naturaliter aliud resultat, ul ex luce color, b — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : « Subjectum est causa proprii accidentis, et finalis, et quodammodo activa, et etiam ut materialis, etc.; b ubi patet quod non intendit quod sit principliteractiva, sed quodammodo, cum dicit *quodammodo activa.* Item, ari. 7, sic dicit : α In his quæ secundum naturalem ordinem procedunt ab uno. sicut primum est cnu«a omnium, ita quod est primo propinquius, est quodammodo causa eorurn quæ sunt magis remota, etc. › Item, ibidem, in solutione priini, sic dicit : ‹r Sicul potentia animæ ab essentia Huit, non per transmutaiionem, sed per naturalem quamdam resultationem, et est simul cum anima; ita etiam est do una potentia respectu alterius. » — Hæc ille. — Ex quo patet qualem activitatem ponit in essentia animæ respectu potentiarum, et in una pol dia respectu alterius.— Quod autem intendat proprium el principale effectivum passionis propriæ esse id quod generat subjectum,apparet; nam 1· q.23, art. 4, sic dicit : < Omne movens, trahendo ad se patiens, tria facit in ipso. Primo quidem, dat ei inclinationem vel apliludinem ul in ipsum tendat; sicut cum corpus leve, quod est sursum, dat levitatem corpori generate, per quam habet inclinationem et aptitudinem ad hoc quod sil sursum. Secundo, si corpus generatum est extra proprium locum, dat ei moveri ad locum. Tertio, dat ei quiescere in loco, cum pervenerit; quia ex eadem causa aliquid quiescet in loco, per quam movebatur ad locum, etc. » — Hæc ille, — Ex quo patet quod ab eodem generatur el effective producitur ignis et sua propria passio, quæ est levitas, el ejus motus el quies naturalis. Similia dicit ubicumque loquitur de motu naturali gravium et levium, ut patet in *Scripto super* 8. *Physicorum* fleet. 8). illo capitulo quod sic incipit : *Sed accidit c.t litre ab aliquo uj, etc.* Item, 2. *Scatent.,* dist, 14, q. I, art. 3; et dist. 26, q. 1, ari 2 (ad 2 M)· Hem, *de Veritate,* q. 24. art. 1 ; et, *de Potentia Hei*, q. 3, art. **It**, in solutione quinti, ubi sic dicit : < Instrumentum intelligitur moveri a principali agente, quamdiu relinet virtutem a principali agente impressam» Unde sagitta tamdiu movetur a projiciente, quamdiu manet vis impulsus projicientis. Sicul etiam generatum tamdiu movetur a generante, in gravibus et levibus, quamdiu retinet formam sibi traditam a generante, etc. b Et hinc est quod communiter sanctus Thomas dicit, quod propria passio, seu accidens proprium, causatura principiis subjecti, quasi idem sit causa productiva ulriusque. De hoc, 1 Sentent., dist. 17, q. 1,art. 2, in solutione secundi, sic dicit : < Subjectum diversimode se habet ad diversa accidentia. Quædamenim sunt accidentia naturalia, quæ causantur ex principiis subjecti. El hoc dupliciter : quia aut causantur a principiis spocith, et sic sunt propria? passiones, quæ consequuntur lotam speciem; vel ex principiis individui, el sic sunt accidentia communia, consequentia principia naturalia individui. Sunt etiam quædam accidentia per violentiam inducta, sicul calor in aquam ; el ista accidentia sunt repugnantia principiis subjecti. Quædnrn autem sunt, quæ cau-

(a) Cfr. pnrscrlim 1. *Sentent.,* diet. 118, q. 1. art. I, C, § 2. I. ad 2««.

ta) *accidit ct h<re ab aliquo. — et hic alio modo* Pr.

santur ab exlrinseco, non repugnantia principiis Mibjecti, magis perficientia ipsum, sicut lumen in acre. Tamen sciendum est quod omnibus accidentibus, communitor loquendo, subjectum est ćau quodammodo, inquantum scilicet accidentia in esse subjecti ŕdi>tanlilirantur; non tamen ita quod ex principiis subjecti omnia accidentia educantur. j› — llæc ille. — Similia dicit, 2. *Sentent,,* dist. 211, q. 1, art. 2, in solutione secundi; et in multis aliis locis.

De hac materia diffuse habetur in secundo *Qttod-libcto* Godofridi, q. i, qua quæril : Utrum aliqua sobriantia civala, ril imniediatiim principium activum alicujus occationis. I nde Bernardus, impugnando Gixlofridum, ibidem, sic dicit : α Si loquamur, inquit, de accidente quod consequitur immediate substantiam, sicut propria passio, sic verum est quod eadem actione «jun producitur tale subjectum, producitur tale accidens : non enim alia actione producitur triangulus, et æqualitas trium angulorum duobus ŕecti El hoc est, quia subjectum n<m potest luibere actionem, nisi secundum quod inlelligilur ut est ens actu; sed. secundum quod est artu, immediate consequuntur ipsum talia accidentia; ergo per actionem subjecit talia accidentia propria produci non ŕŕ‰l. liem : talia accidentia immediate consequuntur essentiam rei, hoc autem non ć‰; si causarentur (a) mediante aliqua actione rei; cum actio rei creata? ril alia ab ea; subjectum autem non potest esse principium activum respectu proprii accidentis. Sed de accidente separabili, quod non consequitur immédiat·? essentiam subjecti, non esi universaliter verum; immo oportet ponere quod subjectum sit principium activum multorum accidentium, sicut patet de aqua calefacta, quæ reducit seipsam ad frigiditatem, quia sibi dimissa redit ad frigiditatem, nullo alio agente extrinseco, etc. u El, post mulla, subdit : ‹ Inquirendum esi quomodo subjectum |>olesl esse activum respectu accidentis. Et dicendum est quod de proprio verum est quod non est activum. Sed, de communi accidente loquendo, distinguendum est. Quia duplex est accidens : unum, quod habet cs.‹e permanens in subjecto; aliud,quod habet esse quasi in fieri, sicut operatio. Primo modo non potest subjectum esse causa activa per se, nisi in virtute alterius, vel intrinseci, vel extrinseci : sicut calor exterior potest ś‰e causa nigredinis in subjectu; vel etiam interior, ita quod nignslo causabitur a subjecto nigro per calorem interiorem, qui (6)certum est quod nqn agit nisi in virtute subjecti; unde non ƥute dici quod subjectum nullo modo sil causa nigredinis, cum causatur a calore intrinseco, vel cum rubedo causatur ab aliquo accidente intrinseco.

(i) *cauuirvtlMf* — raUKirefiu Pr.
(C) </ui. — qua Pr.

Sed quæres de primo accidente, puta de calore, utrum subjectum sil per se causa activa ejus. Et dicendum quod oportet ire ad tale accidens, quod sit in subjecto per virtutem activam alterius, sicut calor naturalis per virtutem generantis: ita quod primum accidens absolutum et permanens semper babel subjectum |>er virtutem activam alterius, el non per suam. Sed, mediante illo accidente, subjectum potest esse causa alterius: nam Philosophus, in *de Sensu el Sensato,* ponit quod humidum intrinsecum est causa saporis, et calidum intrinsecum causa odoris; el sic unum accidens intrinsecum, est causa alterius; quod non esi nisi in virtute subjecti, cum accidens non agat, sed sit ratio agendi. Si autem loquamur de accidente quod habet *esse* in fieri in subjecto, ut est operatio, sic dicendum quod subjectum potest esse causa activa, vel magis elicitiva talis accidentis, mediante accidente proprio; sicut est potentia elicitiva, a qua immediate elicitur operatio. Sicut enim cuilibet rei attribuitur propria forma, ita propria operatio; sed quodam ordine, quia forma prius, el operatio ex consequenti ; et ideo, cum forma est totaliter ab alio, non potest dici quod aliquid habeat formam n se effective; sed operatio eri a principio intrinseco, quod eri forma; et ideo Ofiortet quod operatio sit eliciti vo vel effective ab operante, licet aliquando operatio transeat extra, el aliquando maneat in substantia operantis. » — Hæc Bernardus de Gannato. — Similia dicit, in quarto *Quodlibcto,* q. 2. Quæ omnia videntur bene dicta; hoc solo excepto, quod dicit aquam calefaciam reducereseipsam effective ad frigiditatem. Hoc enim falsum esi, et contradicit dictis ejusdem, quibus dicit quod nulla substantia efficit aliquod suum accidens permanens, nisi mediante aliquo alio; non autem apparet quale accidens absolutum effectivum mediet inter aquam et ejus frigiditatem; sola enim quantitas mediat, qme nullo modo est ratio agendi; el ideo dicendum quod sicut gravitas aquæ, et ejus motus naturalis, et (pries, sunl a generante, ita et frigiditas ejus. Hoc sufficiat ad concordandum dicta sancti Thomæ in proposito.

Dicitur secundo, quod illa maxima quam assumit arguens, scilicet quod omnis *potentia mero pas·* sita, est *indifferenter ad opposita vel contradicloria,* falsa est, et habet mullas instantias. Prima est de materia cœli, quæ se habet pure passive ad formam quam halwt, et tamen non est in potentia ad aliam formam, nec ad privationem illius formæ quam habet. Secunda est, quia materia prima est in potentia mere passiva ad formam, nec tamen potest esse sine forma. Tertia est, quia quantitas pure pasrive se haliel ad figuram, nec tamen jiotest esse sine figura. Et multæalia· ŕnstantia dari possunt.

Dicitur tertio quod Aristoteles non intendit illam maximam, sed solum ejus conversam, scilicet quod omnis *potentia contradictionis est passiva,* non

tamen <piod sit moro passiva; sicut palet de volun- late respectu oppositarum electionum, quarum ulrainque partialiter eflicit. Et multa alia dicenda osent ad intellectum illarum maximarum, quæ non sunt ad propositum.

Ad tertium patet responsio per pnrdida. Quia primum accidens inbarrens immediate sulistantire creata», non causatur proprie effective a tali substantia, sed ah aliquo exteriori : scilicet vel a Deo, qui non agit mediante aliquo accidente; vel ab aliqua suh>tantia creata corporali, vel spirituali; et quoslibet illarum agit mediante nliquo accidente, quod est immediatum ct proximum principium actionis qua producitur subjectum et ejus propria passio. El ita non concludit quod aliqua sul»lantia creata, sit immediatum principium alicujus actionis; sed solus Deus est hujusmodi, quia ejus solius actio est substantia.

Ad confirmationem. palet per prædicln : quia conceditur quod effectus qualis el quantus potest produci a substantia non quali nec quanta, sed sine quocumque accidente exsistente. Illa tamen substantia esi increala; sicut patuit in prima productione accidentium el totius mundi. Sed, loquendo de substantia creata, hocesl impossibile : quia qmelibel talis habet qualitatem, quæ est sibi principium agendi; licet substantiæ separatæ sint sine quantitate molis.

Ati aliud quod allegatur de i. .Wc/eorolopicoruni, dicilurquod non aliud concludit nisi quod substantia perfecta potest esse principium actionis primum; non autem quod possit esse proximum, nec. quod alicujus creaturæ potentia operative sit ejus essentia. Cujus rationem assignat sanctus Thomas in multis locis, |>otissime *de Spiritualibus crculuris.* quivst. ull., ubi sic dicit : « Impossibile est quod alicujus substantiæ creata» sua essentia sil sua operati va |>oterilia. Manifestum est enim quod diversi actus, diversorum sunt; semper vero actus pro|»ortioiiatur ei cujus est actus. Sicut autem ipsum cese est actualitas quædam essentiæ, ita operari est aclualitas operativæ potentiæ seu virtutis. Secundum enim hoc, utraque earum est m actu : essentia quidem secundum esse; potentia vero secundum ojwart. Unde, cum in nulla creatura suum openin' sil suum *osso,* sed hoc sil proprium solius Dei, sequilur quod nullius creaturæ operaliva potentia sitejus essentia; sed solius Dei proprium est ut sua essentia sil sua potentia. » — Hæc ille.— Item, in quæstionibus *de Anima,* q. 12, dicit sic : « l niimquodqiie agit secundum quod est actu, illud scilicet quod agit; ignis enim calefacit non inquantum est lucidus, sed inquantum est actu calidus. Et exinde est quod omne agens agit sibi simile. Unde ojtortel quod ex eo quod agitur, consideretur principium a quo agitur : oportet enim utrumque esse conformo; unde, 2. *Physicorum* (t. c. 70), dicitur quod forma el generans sunt idem |>ecie. El ideo quando illud quod agitur, non perlinet ad esse substantiale rei, impossibile e»t quod principium quo agitur, sil aliquid de essentia rei. El hoc manifeste apparet in agentibus naturalibus. Quia enim agens naturale in generatione agit transmutando materiam ad formam (quod quidem fit secundum quod inateria pruno disponitur ad formam, et tandem consequitur formam, secundum quod generatio est terminus alteratioms), ürccs. est quod etiam ex parte agentis, illud quo immediate agit, sil forma accidentalis, vel correspondons dispositioni materia»; sed oportet ut forma accidentalis agat in virtute forma· substantialis, quasi instrumentum ejus, alias non induceret agendo formam substantialem. Et, propter hoc, in elementis non apparent aliqua principia actionum, nisi qualitates activa» et pasivæ; quæ tamen agunt in virtute formarum substantialium: el, propter hoc, carum actio non solum terminatur ad dispositiones accidentales, sed etiam ad formas sulrdanliales; nam in artificialibus artio instrumenti terminatur ad formam intentam ab artifice. Si vero est aliquod agens, quod directe et immediate producat substantiam ŭa actione (sicut nos dicimus de Deo, qui creando producit rerum substantias; et sicul Avicenna dicit de inlelligentin agente, a qua, secundum ipsum, effluunt formæ substantiales in istis inferioribus), hujusmodi agens agit per suam essentiam; et sic non erit in eo aliud potentia activa et ejus essentia. * — llæc ille. — El similia ponit, l p., q. 77, art. I : el in multis aliis locis, ubi agit de differentia potentiarum animæ ab ejus essentia.

Ad quartum patot responsio per pnndicta. Quia verum est quod illa forma est potentia operativa, el immediatum principium agendi, in qua genitum immediate assimilalur generanti, et productum producenti. el passum agenti. Et quia nullum productum, vel genitum, vel passum creatum, immediate assimilalur suo creato generanti, aut producenti, aut agenti, in forma substantiali, sed immediate as>imilatur sibi quoad dis|)csitiones accidentales, licet quandoque remote assimiletur ei quoad formam substantialem; ideo nec ex parte agentis creati proxima latio agendi est forma substantialis, mm! aliquod accidens; licet principium remotum agendi sit forma substantialis. Svus autem est de Deo Patre in generatione Verbi, qui non assimilai sibi Verbum productum directe et immediate quoad aliquod accidens, nec quoad aliquem respectum, sed immediate et directe quoad divinam essentiam. El ideo (Mdentia generandi in Deo non dicit principaliter el in recto accidens, nec relationem , sed divinam essentiam. Et hoc intelligit sanctus Thomas ubi |>onit prodictam maximam : utputa, I p.. q. 41, art. 3; et *de Potentia Dei,* q. 2, ail. 2; et mullis aliis locis. El hire solutio confirmatur ex dictis ejus in *dc Anima* ubi supra (ari. 12). Statim enim [>osl

verba superius allegata, sic sulidil : a De potentia vero passiva, maniferturn est quod potentia passiva quæ est ad actum substantialem, est in genere substantif; et qu i· est ad actum accidentalem, est in genere accidentis per reductionem, sicut principium, et non sicut completa species ; quia unumquodque genus dividitur per potentiam el actum; unde potentia humo est in genere substanti®, el potentia album est in genere accidentis, scilicet qualitatis. Manifestum est autem quod potenti® anima·» sive sini activi·, sive passivæ, non dicuntur directe per respectum ad aliquid substantiale, sed ad aliquid accidentale. Esse enim sentiens vel intelligensactu, nun est substantiale, sed accidentale, ad quod ordinatur intellectus et sensus ;cl similiter esse magnum vel parvum, ad quod ordinatur vis auguientativa. Generative autem |®tentia ct nulriliva oidinantur (i) quidem ad substantiam producendam vel conservandam, sed |u?r transmutationem materi®; unde talis actio, sicul el aliorum agentium naturalium, lit a substantia, mediante principio accidentali. Manifestum est ergo quod ipsa essentia animæ non est immediatum principium suarum operationum; sed operatur mediante principiis accidentalibus. Undo ejus potentia· sunt proprietates ejus, n — Hæc ille. — Ex quibus apparet quomodo intelligil illam maximam quam arguens recital, scilicet quod potentia generative in unoquoque, elc. Iloc sufficiat ad argumenta Scoti contra secundam conclusionem primo loco inducta.

II. Ad alia argumenta Scoti. — Ad primum vero eorum qu® secundo loco inducit contra secundani conclusionem, dicitur quod accidens separatum potent immutare ad formam substantialem, in virtute substantia» quam informavit, ul ejus instrumentum. Et cum quæritur quid intelligilur per lior quod dicitur tn *virtute substantur agere,* etc.; — dicitur quod per hoc intelligilur aliquid absolutum, quod accidens separatum nunc exsistens prius accepit in substantia cui inhaesit. Hoc autem absolutum est duplex. Primum e>l natura propria accidentis; quæ, sicut fuit instrumentum substanti® sibi subjecta·, et virtus substanliæ potens in plus ratione subjecti quam si non haberet tale subjectum, aut alterius speciei, ita ct nunc. Secundum aksdulum est *cmc* proprium accidentis, quod recepit (6)in tali subjecto, quod adhuc habet idem esse omnino in numero, dum est separatum a tali subjecto. Unde quia habet omnia absoluta qu® habebat in subjecto, per consequens habet eamdem virtutem quam prius, et potest in omnia quæ potuit prius.

Cum autem contra hoc dicit arguens, quia in accidente nihil est nobilius accidente; — hoc negatur. Quia *esse* accidentis nobilius e>l accidente, sicul actus sua potentia. Item, accidens nobilius fuit el est, quia luit instrumentum ct virtus talis substantia.·, quam sit ex sola rationo proprii generis aul propria.· speciei; sicut calor naturalis hominis est nobilior quam calor asini, aul calor piante vel ignis, vel calor qui produceretur sine subjecto. Et sic idem accidens est nobilius seipso, et ignobilius, secundum diversas considerationes in re fundatas. Et sic palet quod cum dicimus quod calor ignis in virtute substanliæ |»olest producere substantiam ct hujusmodi, non inlelligimus quod virtus substanliæ vel formæ substantialis ignis recipiatur subjective in calore, sicut unum accidens in alio, sed quod ip<emet calor est virtus ignis, sicul qutnlibet activa qualitas consequens speciem subjecti dicitur ejus naturalis virlus, sicul dicit sinctus Thomas in mullis locis. Potissime, *de Spiritualibus creaturis,* qutest. ultima, in solutione decimi argumenti, sic elicit : u Forma accidentalis, qu;C est principium actionis, ipsamet esi virlus substanliæ agentis. Non autem proceditur in infinitum, ul cujiislibet virtutis sit alia virlus.i> — Hac ille. — Item, 1. *Sentent.,* dist 3, q. i, art. 2, sic dicil : « Ellectus proprius el immediatus 0|M)i lcl quod pnqiorlionclur suæcausæ. L'nde opui let quod in omnibus illis in quibus principium operationis proximum est de genere substantia), quod operatio sua sit substantia. Et lior solum in Deo est. Et ideo ipse solus est qui non agit per polcntiam mediam differentem a substantia sua. Iu omnibus autem aliis operatio est accidens. El ideo oportet quod proximum principium operationis sil accidens; sicut videmus in cuiporalibus, quia forma substantialis ignis nullam habet operationem, nisi mediantibus qualitatibus activis el passivis, quæ sunt quasi virtutes el potenti® ipsius.)» Ex quibus patet quod, cum virlus sil principium proximum ojierationis, ignis non habet aliquam virtutem activam aliam a qualitatibus activis el passivis. Et ideo, cum dicitur quod calor agit in virtute ignis, non est aliud dicere nisi quod calor est virlus ignis, ita ut locutio transitiva n^olvalur in intransilivntn. Et sic intelligi debet illud quod ibidem dicit, art. 3, in solutione secundi, ubi sic dicit : « Accidens ex seipso non habet virtutem producendi aliud accidens; sed a substantia, etc. ‹»

Non tamen negandum est quin accidentia Eucha- ħiæ agant per virtutem eis superadditam, licet non ab igne. Et de hoc Petrus de Palude (dist. 12, q 4), bene ad propositum, sic inquit : ‹ Accidentia Eucharistiæ possunt generare formam substantmlem. Cujus contrarium dicunt quidam, scilicet Durandus (dist, 12, q 2). Quia nec in virtute propria; quia tunc agerent ultra propriam speciem. Nec virtute substanti® cui insunt; quia sunt sine subjecto. Neç virtute substanti® cui infuerunt : quia, secundum ordinem naluræ, nullum instru-

(») ordinantur. — onfinaiur Pr.
rectpil. — receperit Pr.

mentum potest agere in virtute principalis agentis, nisi sit actualiter sibi conjunctum, vel nisi recipiat abeo formam immanentem, ut patet in decisione seminis; sed species sunt actu separata.· a substantia, nec recipiunt ab ea formam immanentem, perquam agant. Ergo, etc. — Sed ista ratio est contra eos, ul videtur. Quia, sicut nihil producit nobilius se, sic nihil corrumpitur nisi a fortiori et digniori Mi ; quod enim corrumpit aliud, dominatur illi. Unde videtur extraneum dicere quod species jiossinl substantiam corrumpere, et non substantiam generare. Et ideo •licendum quod ad generationem oportet dare generans univocum, quod est æque nubile, vel æquivocuin principale, quod est nobilius effectu. Sed ad corruptionem, quæ potest esse persolam subtractionem influential conservantis, quia conservans influit mediantibus dispositionibus accidentalibus, sufficit corrumpens dominari illis dispositionibus, quibus destructis, et subjectum corrumpitur. Et sic propria virtute species possunt corrumpere, et non generare. Cum enim non habeant plus quam ante conversionem, sicut tunc propria virtute non generabant, ita nec nunc. Sed quod postea dieunt, quod nec virtute alterius generant, falsum est. Et quod dicunt, quod nec virtute substantia? cui insunt, verum est; quia sunt sino substantia. Et ultra, quod (x) nec virtute substanliæ cui infuerunt, |>osset concedi. Sed virtute Dei sustentantis ; potest enim Deus accidentia sustentare in æquali vigore, in quanto cum substantia sustentabantur; unde, si tunc generabant in virtute substantial creatæ sustentantis (6), ita nunc generabunt virtute Dei sustentantis. Potest etiam dici quod virtute substanliæ conversæ, sicul semen decisum : quia, licet non habeant formam aliam sibi impressam, tamen totum id (juod sunt et totam naturam habuerunt in subjecto et a subjecto, saltem sicul a causa materiali; el ideo quamdiu conservatur in eis tale esse quale in subjecto habebant, per consequens habent tale *agere* sicut prius habebant; et intentum dicuntur agere in virtute substanliæ conversæ, ex quo illud quod in ea habuerunt, idem numero eis servatur. Ex his ergo palet quod triplici virtute possunt generare. Primo, virtute Dei : quia, cum generare non sil magis actus substantia) quam subsistere (cum omnis prima substantia subsistat secundum naturam, imn autem generet), sicut illis accidentibus virtute Dei competit subsistere, pari ratione generare; cum Deus jxxssit communicare supernaturaliter uni crealuræ, licet inferiori, illud quod convenit naturaliter superiori (sicul cœlo generare animam, quod convenit animali), sic ct generare substantiam,quod convenit substanliæ naturaliter, |>olc>l Deus communicare accidenti supernaluraliter. Secundo, virluta substanliæ quæ fuit ibi, ut dictum est. Tertio, virtute cœli : sicut enim cum (z) mus generat murem, hoc facit immediate potentia muris, in virtute ipsius muris particularis agentis, et, cum hoc, in virtute coeli; quando autem mus per putrefactionem generatur, hoc est totaliter virtute cœli; sic «piando cœlurn conservat vinum ante consecrationem, qualitas vini, in virtute ipsius et (C) coeli, generat cx gutta aqua· apposite vinum; sed quando species sunt separata? post consecrationem, tunc ipsæ, virtute coeli et conservantis in eodem vigore, generant idem quod prius; sicul si Deus repararet quantitatem ignis cum calore, comburendo aeram, generaret ignem, sicut prius, in virtute cadi, quia cadum non imprimit accidentibus mediante subjecto, sed econtra; unde non cessat influere el conservare accidens, corrupta substantia, i» — Hæc Petrus, et tene.

A«l secundum plet ex prædictis, Conceditur enim quod virtus substanliæ converse recipitur in accidentibus «piando causantur et fluunt a principiis ejus, loquendo intransitive, modo præexpoeito ! scilicet quia talia accidentia hâtent quod sint virtus el instrumentum substanliæ, cx hoc quod fluunt ab ea; non autem quod talis substantia causet in accidentibus aliquam virtutem realiter distinctam ab eis. Cum «pio slat quod subjective recipiunt aliquam virtutem influxam a cœlo, et aliquam a Deo. Cum autem dicil arguens, quod verus intellectus talium verborum non est alius nisi ille quem recitat, — falsum est : quia nulla habitudo, vel relatio, seu res|æclus, potest dici influentia, nec virlusactiva, nec passiva, ul alias visum est (γ).

Ad tertium negatur antecedens : quia, licet quod non est aliquid, nec in se, nec in suo effectu, non possit dici causa generali; tamen quod aliquid est in eflectu relicto, potest dici causa, mediata saltem el remota. De hoc sanctus Thomas, *de Potentia Dei,* q. 3, ari. 11, in solutione quinti, ul supra (8) allegatum est, sic dicit : « Instrumentum intelligilur moveri a principali agente, quamdiu relinet virtutem a principijiali agente impressam. Unde sagitta tamdiu movetur a projiciente, quamdiu manet vis impulsus projicientis. Sicut etiam generatum tamdiu movetur a generanto, in gravibus el levibus, quamdiu retinet furinam sibi traditam a generante. Unde et semen tamdiu intelligilur moveri ab anima generantis, quamdiu remanet virtus impressa ab anima, licet corporaliter sint divisa. Oportet autem movens et mulum simul esse, quantum ad motus principium, non tamen quantum ad tolurn motum, ul apparat in projectis. › — Hæc ille. — Ibidem

(a) *quod,* — çuia Pr.
(C) a verbis *poteit* erum usque ad *iuitentant\i,* om. Pr.
cuuL· — Om. Pr.
(6) *et.* — Om. Pr.
(γ) Cfr. praesertim 4. *Smtent.,* dist. 4, q. I, art. 3, § I. I. ad
(8) Cfr. pnesent. paragr.» I, ad 2U*.

etiam dicit j in solutione duodecimi : « \u lus cœlestis corporis in inferioribus corporibus relinquitur, inquantum abeo transmutantur, sicut a primo alterante. Et, propter hoc, didi Philosophus, in libro *dc Animalibus,* quod oinnia corpora sunt plena vir· (utibn> animæ, etc. › — Ibec ille.

Ad qiinrhim, negatur minor : quin accidens separatum a subjecto substantiali in Eucharistia, ad productionem substantiæ agit, non solum in virtute propria, sed ul est viri us substantiæ converge, el ul instrumentum cadi el Dei, ut prædiclum est (ad primum).

Ad quintum |»atet responsio per ea quæ dicta sunt ad tertium : quia quaindiu qualitates Eucharisliæ retinent virtutem acceptam a substantia, tamdiu moventur ali ea;cl, pr.elcr hoc, moventur a cœlo et a Deo, motione virtual! et influxiva.

Ail Hexium dicitiirqiiod agens æquivocum instrumentale jiolest esse imperfectius suo effectu. non autem principle agens. Ideo solutio quam recitat, bona est, el secundum mentem sancti Thomæ. Ende, prima distinctione hujus *Quarti,* q. i,ari. i, q'· 1, in solutione tertii, sic dicit : « Agens non semper est nobilius poliente, simpliciter loquendo, se<l inquantum est agens. Agit enim ferrum vel ignis m corpus humanum, quod est simpliciter nobilius; quo tamen ignis esi nobilior, inquantum est actu calidus; et secundum hoc agit in corpus humanum. Et similiter non oportet quod res illæ materiales, quæ sunt in sacramentis, sint simpliciter anima nobiliores, sed secundum quid, inquantum sunt instrumenta divinæ niisericordiæ operantis ad justificationem. Nec iterum oprlet quod insti umentalitcr agens sit simpliciter nobiliuselTeclu : quia effectus non proporlionatur instrumento, sed principii agenti , quod quandoque per vilia instrumenta nobiliores effectus inducit, sicut medicus inducit sanitatem per clysterium, etc. » — ll.ee ille. – Item, ibidem, in solutione quarti, sic dicit : ‹ Causa univoca vel non univoca, proprie loquendo el simpliciter sunt divisiones ʃ illius causæ cujus est similitudinem habere cum effectu. Hoc autem esi principalis agentis, el non instrumenti, ul dicit Alexander, secundum quod narrat Commentator in 12. Afdap/q/sicæ (c. 24). Et ideo, proprio loquendo, instrumentum neque est causa univoca. neque æquivoca. Posset tamen reduci ad utrumlibet, secundum quod principale agens, in cujus virtute agit, est causa univoca, vel æquivoca. » —ll.ee ille.— Et similia «licii, 3 p., q. 02, art. 1.

Cum vero «licii arguens, quod illa propositio esi sibi pr se nola, ʂcilicet *simpliciter imperfectius secundum speciem vel genus, non potest esse totale principium activum respectu perfectioris* , etc.; — dicitur quod nos non ponimus quod accidens Eucharistiæ, vel aliud agens creatum, sit totale agens alicujus offectus, si ly *totale* importai exclusionem alterius agenlis, quod non sit par's, vel forma, vel aliqüid talis agentis creati; quia cujuslibet effectus Deus est causa principalis. Si vero ly *totale* sumatur ex parle effectus, ul sil sensus, quod *quidquid est in tali effectu, est productum a tali causa, et non solum pars, sed totum,* tunc conceditur quod aliquid imperfectius secundum speciem, vel genus, potest esse causa totalis alicujus perfectioris; sed tamen non erit causa principalis, sed instruinenlalis. agens enim in virtute alterius per· foetioris, vel æque perfecti (1) illi effectui. Nec ex ista positione destruitur aliqua demonstratio probans ordinem entium, aut quod primum sit perfectissimum ; nec favetur illi protervite, qua· poneret totum universum, el omne quod est in eo, esse factum a musca; nec sequuntur alia ibidem adducta; quia nos sempei ponimus quod nihil imperfectius est causa principalis alicujus perfectioris se, sed hoc solum dicimus de instrumental!,

El tunc, *ad primam hujus improbationem,* negatur minor. Non enim ponimus quod aliqua causa æquivoca totalis, vel principalis, sil imperfelior causa univoca alicujus effectus; sed solum hoc dicimus de causa instrumental!, quæ, proprie loquendo, non debet dici æquivoca, nec univoca, ut pnehabitum esi.

Ad secundam probationem, patel per idem. Quia accidens quod ponimus posse immutare a«l formam substantialem inslrumentaliler, non est proprie causa æquivoca; et, «lato quod jwjssel dici æquivoca, non tamen principalis, nec totalis. Talem nutem causam æquivocain non oportet esse perfectiorem causa univoca. Nec ad talem causam oportet reducere lotum ordinem accidentalem causarum univocarum, sed solum ad causam æquivocarn principalem, cujus causæ illæ inferiores univoeæ sint quasi instrumenta, el moventia mota; vel potius in rausam analogam, sicul ostendit sanctus Thomas, I p., q. 13, ari. 5. in solutione primi, ubi sic «licii : a Licet in predicationibus oporteat æquivoca ad univocum reducere, tamen in actionibus agens non univocum ex necessitate procedit agens univocum. Agens enim non univocum, esi causa universali» lotiussjMHuei, sicul sol esi causa generationis omnium hominum; agens vero univocum, non est causa agens universalis totius Sfieciei (alioquin esset causa sui ipsius, cum sub specie contineatur), sed csl causa |>arliculai is respectu hujus individui, «piod in participatione speciei consliluil; causa autem Universalis prior est particulari. Hoc autem agens univei'salr, licet non sil univocum, non tamen est nxpiivocum omnino, quia sic non farciet sibi simile, sed potest «lici agens analogum, sicut in pnedicatio-

(1) *divùiono. —ditoenuotics* Pr

a) perfecti. — *perfecte* Pr.

rubus omnia univoca reducuntur ad unum primum non univocum, sed analogum, quod est ens. » — Hæc ille.

Ati tertiani, dicitur primo, quod minor argumenti est falsa simpliciter. Nam Deus nulli creatura» dat cssc formalilcr, sed effective solum; et tamen perfectiori modo dat *esse* asino, vel lapidi suum C35c limitatum quod habet, quam ai daret mIh illud idem cmsc non effective, sed formaliter; «Inia hoc .secundum argueret imperfectionem in Deo, non autem primum. Do hoc sanctus Thomas, I p., q. 51, art. 1, in solutione tertii, sic dicit : « Vivificaro effective, simpliciter perfectionis est; unde ct Deo convenit, secundum illud I. Hef/um. 2<v. 6) : *ihmunus mortificat ct vivificat.* Sed vivificare formaliter, est substantiæquæest pars alicujusnatura:, el non habentis in se integram naturam speciei. Unde substantia spiritualis, quæ non est unita corpori, est perfectior quam ea quæ est corpori unita. d — Hæc ille.— Simile |»onit,*dc Spiritualibus erraturis,* q. 5, in solutione sexti argumenti. Conceditur tamen quod si divina essentia daret asino vel lapidi *esse* divinum, perfectius sibi daret quam modo •let effective. Sed hoc non est ad propositum; quia tunc daret sibi aliud c»<» quam det modo. — Dicitur secundo, quod similitudo «assumpta (a) non valet. Quia non est duplex modus dandi aw formaliter, sicut est duplex modus dandi effective esse, scilicet ut agens principle, et ut instrumentale. Et ideo, licet nullum accidens possit dare formalilcr jierfeclius *esse* quam sit suum, potest tamen dare effectivo esse perfectius suo *esse* proprio, non quidem ul efficiens principale, sed ul instrumentale, in virtute alicujus perfectioris, ut dictum est. Quod autem additur de divina essentia, nihil valet : quia divina essentia non potest esse instrumentum alicujus perfectioris se, sicut accidens est instrumentum substantiae; et ideo essentia divina non potest dare perfectius *esse* effective quam det formalité! ; secus esi de accidente. — Dicitur tertio, quod argumentum peccat per fallaciam figunn dictionis; quia mutatur quii/ in quomodo, vel res in mndnm. Concludit enim, si aliquid concludat, quod accidens non potest dare *esse* perfectiori modo quam formalités· ; cum tamen deberet c oncludere quod non posset dare esae perfectius effective quam illud quod dat *formalitcr.* Et multos alios defectus habet illud argumentum.

Ad quartam probationem, dicitur primo, quod illud argumentum non prucedit contra nos, si loquatur de causa efficiente principii; quia nos non pnimttsquod talis causa sil imperfectior siiOélTectu, nec quod ejus effectus sil simpliciter perfectior ea. — Dicitur secundo, quod nec procedit, si arguat de causa instrumental! : quia omnis instruinentalis •ausa etiam e>l toque perfecta vel prfcclior suo effectu aliquo modo, scilicet vel actu, vel virtute, sci ul talis res est, vel ut instrumentum alterius est; sicut in simili dicit sanctus Thomas, 1l 2 q. 114, art. 3, in solutione tertii, dicens : < Gratia Spiritus Sancti, quam in prasenti habemus, etsi non ril æqualisgloriæ in actu, est tamen æqualisin virtute, sicut el semen arboris, in quo est virtus ad lotam arborem, etc. > — Hæc ille. — Item, I p., q. 11K, art. 1, in solutione secundi, sic dicit: < Virtus generaliva non generat solum in virtute propria, sed in virtute totius animæ, cujus est ptentia. Et ideo virtus gemrativa plants general plantam; virtus vero gemrativa animalis general animal. Quanto enim anima fuerit perfectior, tanto virtus ejus grnerativa ordinatur ad perfectiorem effe< tum. » — Hæc ille.— Item, ibidem, in principali responsione : c Ex anima, inquit, generantis derivatur quædam virtus activa ad ipsum semen animalis, vel piante, sicut a principali agente derivatur quædam vis motiva ad instrumentum. Et sicut non refert dici re quod aliquid moveatur al» instrumento, vel a principali agente; ila non refert dicere quod anima generati causotur ab anima generantis, vel a vi quæ est ab ipsa derivata in semine. > — Hæc ille, cum mullis aliis bene facientibus ad propositum. — Simile dicit, *dc Potentia Dei,* q. 3, art. I t, per totum, potissime in solutione quarti, ubi dicit: « Anima sensibilis non actu est in semine secundum propriam speciem, sed sicut in virtute activa : sicut domus in actu est in mente artificis, ul in virtute activa; el sicut foimæ corporales sunt in virtutibus cœlestibus. » — Hæc ille. — Ex quibus palet quod causa instrumenlalis est squalis aliquo modo effectui per illam aliquo modo inducto, et quodammodo continet illum in actu, et licet non Mxundum rationem propri e speciei, tamen Secundum actum virtutis. — Dicitur tertio, quod ratio Avicenns rotum arguit de causa quæ poneretur esse omnino imperfectior suo effectu, tam actu quam virtute; non autem nos sic ponimus; el ita nihil arguit contra nos,— Dicilurqiiarto,quod,si arguens nil aliud intendit concludere, nisi quod principale causalis aNpiivocum, non est imperfectius, omnino frustra laboravit; quia hoc gratis sibi concessum fuisset. Si autem intendit concludere de agente instrumental), etiam frustra laboravit : quia, ut dictum est, non concludit quod tale oporteat esse perfectius in actu formali; sufficit enim quod sil perfectius in virtuali actu. — Dicitur quinto, quod accidens separatum non ponimus ose totalem nec princi|talom causam effectivam generationis sub· stanliæ, hnl partialem el instrumenlalcm. El simile ol de currupli(»nr sulMantiæ, et de inductione ultimi gradus aller.ilionis disponentis ad corruptionem substantiæ. — Dicitur sexto, quod illud quod ultimo additur de gutta a<pia: p.sita, etc., falsum est : quia calor ignis remanens, el conservatus a

(a) <n *mttjori.* — Ad Pr.

vi. — ts

Deo in priori exsistentia, sine priori substantia, pox'ct destruere guttam aquæ sibi debite approxi-inatarn, in virtute pristina! suteslantia», et in virtute cœli, el in virtute Dei, ut prius dictum fuit (ad primum).

§ 3. — Ad **АПαϋMENTA** contra tehtiam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, ctad omnia sequentia, dicitur primo, qiiod non est mens beati Thomæ, quod, cum ex accidentibus Eucharistia generatur aliqua substantia, puta vermis, quod forma substantialis roi noviter generatæ ex illis, recipiatur subjective in solis dimensionibus interminatis, et non in aliqua materia; quia hoc esset multum inconveniens, ul liene concludit arguens per octo media. Sol intendit quod dimensiones interminatæ convertuntur divina virtute in materiam quantam, qme est subjectum formæ substantialis noviter inducta , et esi pars compositi noviter generati. Et quod has· fuerit mens sancti Thomæ, patet. Nam, prosenti distinctione, q. 1, art. 2, ad 4, in solutione secundi, sic dicil : « Hoc non est remotum, quin Deus posset mutare corpus in spiritum; et tamen, quantum ad aliquid, dimensiones interminata» magis sunt propinquae maleriæ corporali quam corpus spiritui, d — Hæc ille. — liem, in solutione tertii, sic dicil : « Sicut quando aer convertitur in ignem, non dicilur quod materia ignis fiat duo, scilicet materia ignis et furina ignis, sed unum tantum quod fit, scilicet ignis; ita etiam dimensiones illæ non dicuntur duo fieri, sed unum tantum, scilicet materia sic dimensionata. Et hex: iit divina virtute, n — Hæc ille. — Item, in solutione quarti, sic dicil :« Secundum quamlibet positionem, oportet ponere aliquid in hac generatione esso miraculosum, el illiquid naturale. Reditus enim substantia vel creatio maleriæ, vel conversio dimensionum in materiam, est miraculum. Sed quod materia jam exsistens recipiat talem formam, cujus dispositiones processerunt in dimensionibus, hoc est naturale. d — Hæc ille. — Et similo dicit in principali responsione, ut recitatum est in probatione tertia conclusionis. Item, 3 p., q. 77, ari. 5, in solutione tertii, sic dicit : « Quantitas dimensiva panis et vini relinet naturam propriam, el accipit miraculose vim et proprietatem substantis; el ideo potest transire in utrumque, scilicet in substantiam cl dimensionum, o — Hæc ille. — Ex quibus omnibus patet quod mens ejus fuit quod dimensiones subsistentes in Eucharistia convertantur divina virtute in materiam quantam, ut prodictum fuit. Et ideo ad argumenta facta contra oppositum, non oportet respondere.

Dicitur secundo, quod argumenta facta contra secundam pariem divisionis ibi posita , scilicet contra adventum novæ materiæ, non valent. Cmnenim quæril arguens, quando advenit illa materia, — dicitur quod in instanti generationis novæ substantiæ. Nec valent improbatione hujuspartis. Non quidem prima : quia non ponimus quod adveniat materia sine quantitate, sed (totius quod venit per conversionem nova materia sub nova quantitate, divino miraculo. Item, nec valet secunda improbatio: quia, licet non interveniat corruptio alicujus substantial concomitans generationem substantialem , intervenit tamen corruptio vel desinilio quantitatis subsistentis ad modum substantia et vicem gerentis substantia» panis quoad omnem actionem et passionem, ul dictum fuit in probatione conclusionis.

De prodictis Petrus de Palude («list. 12, q. 4) sic dicil : α Ex accidentibus potest aliquid generari el nutriri; liret quidam dicant quod sola divina virtute potest ex eis aliquid generari. Et, sine dubio, non sic potest poni quod natura ex eis generet, sicut quod natura per ea generet. In his enim in quibus natura inferior et particularis deficit, natura superior el universalis subvenit, ne sit in natura monstrum. Unde quia esse corruptionem sine generatione, nisi (a) in nutrilione, est monstrum in natura majus quam esse vacuum, cum ad illud sequatur vel materiam esse sine forma, vel ipsam annihilari et corrumpi; ideo, postquam species corrumpunt illud in quod agebant (puta species vini in (C) modicam quantitatem aquæ), natura superior, vel ipsæ species, in virtute naturæ superioris creata inducunt formam vini in materia; sicul grave movetur sursum, ne sit vacuum. Sed ubi natura creata non potest, oportet ad Deum recurrere. Sic autem est in productione materia». Unde, cum ex his speciebus aliquid generatur, materia qua» est in genito, aut est per creationem, et sic est a solo Deo; aut est per conversionem specierum in materiam, et nec hoc potest natura; sed, si Deus (γ) potest annibilalum idem numero reparare, cum minussit converti quam annihilari, potest multo magis materiam ($) conversam eamdem numero facere redire. Nec oportet propter hoc corpus Christi converti in panem : quin materia non fuit ipsi addita, sicut fit in nutrilione; immo, etiam in nutrilione, Deus posset materiam extrahere, quæ fuit unita, el aquam de vino lymphato. — Vel posset dici quod in omnibus generalis ex speciebus erit forma substantialis cum accidentibus sine materia prima; quamvis melius videatur quod sit sintus in miraculis, nec, ultra hoc sacramentum, sil aliquod miraculosum, sed redealur ad statum nalur.e, Deo créante materiam, vel reparante, vel in eam accidentia convertent··; quo-

ta) nui. — non Pr.
(ù) *tpcriet t ini in. — uιηηηι* Pr.
(γ) «i Deui. — /JmjJi, çui, fi Pr.
(δ) matenani. — Um. Pr.

nun omnium creatio videtur rationabilior, quia ad eam nihil novum sequitur, quod Deus alias non leteril, cum omnis materia sit a Deo per creationem. — Item, de nutrilione iili idem dicunt quod de generatione. Quia vel Deus materiam, creat, vel reparat, vel in eam accidentia convertit. Sed non oportet quod, virtute divina, materia flat sub forma nutriti, sicul oportet quod liat simpliciter : quia materiam de novo creari, vel conversam vel annihilalam reparari, excedit virtutes natura?; et plus creatio quam reparatio. Sed quod materia facta fiat sub forma nutriti, naturale est; nec excedit naturam formæ, quod informet omnem potentiam suæ materiæ conjunctam. Item, non est imaginandum quod prius liat materia sub speciebus, quam sub forma nutriti : quia tunc desineret esse prius ibi (a) corpus Christi, manentibus speciebus; quod non dicitur; quia, si posset ibi esse manente materia, nulla necessitas esset materiam converti propter præsentiam corporis Christi; nec iterum materia posset esse sub accidentibus sine forma substantiali. Unde, cum sola (€) materia sil necessaria ad hoc quod ex speciebus liat generatio el nutritio, ipsa sola redit, et non priusquam fiat sub forma nutriti vel geniti. — Quod autem Thomas hic dicit, non posse redire substantiam panis, nec in totum, nec in partem, — verum esi per naiuratn, vel (γ) per divinam potentiam (3), supposito quod non possit annihilatum idem numero reparare, ex quo principio hic procedit. Alibi vero probat contrarium. Et. secundum illud, dicendum est quod mullo magis potest reparare conversum quam annihilatum. Et sicut productio characteris potest communicari crealune, non autem productio gratiæ, sic restauratio conversi, non autem reparatio annihilati : quia ex quo annihilatum est, factum est nihil; ex nihilo autem creatura non agit; sed quod est conversum, et non annihilatum, non est factum omnino nihil, sed est redactum in esse potential!, potentia ohodientiali, etsi non naturali; unde forte potest communicari. Et sic idem quod corrumpit species, virtute Dei reparat cx eis materiam, quæ in eis in potentia obedientiali remansit. Nam, si dicatur quod illud esse potentiate, in quo materia remansit, esi in corpora Christi, et non in speciebus, cum corpus Christi a corrumpente species non attingatur, tunc a solo Deo fit reparatio illa. Sed quando sanctus Thomas dicit quod species convertuntur in materiam, vel quantitati interminata'datur natura materia», scilicet potentia, videtur sentira quod esse illud |Kdentiale obedientiale remansit in speciebus, et *esse* potentiale naturale transit; quin, quomvis cmsc potentiale naturale sil essentia (?) materiæ, nihil tamen prohibet esse aliquod cwr potentiale (C) oliedientiale el supernaturalo, quod est alia essentia a materia, secundum hanc opinionem quæ j>onit formam cl accidens posse converti in materiam, i» — Hæc Petrus, et bene, et conformiter supradiclis; præter (γ) hoc quod ponit creationem materiæ rationabilius poni quam conversionem accidentium in materiam, lloc enim non videtur ; quia tunc genitum non fleret nec generaretur proprie ex speciebus, si ly *cx* diceret habitudinem materiæ· sed Milum >i ly *ex* dicil ordinem; ul sil sensus, *tx speciebus,* id est, *post species,* ex quo species nullo modo transeunt in substantiam geniti. Et de hoc diffuse loquitur sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, .ul. 2, qb 4.

II. Ad argumentum Durandi. — Ad argumentum Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 12, q. 4), dicens quod e argumentum deficit in Iribus membris quæ assumit. — *Primo* quidem, quia potest dici quod quantitas corrumpitur per contrarium. Quia sicut substantia non habet contrarium, est tamen susc.eptibilis contrariorum, ratione quorum omnis passio magis facta abjicit a substantia, et sic corrumpitur substantia aquæ per corruptionem frigiditatis a suo contrario calido; sic, licet quantitati nihil sil contrarium, quia tamen eJ. suscepiibilis contrariorum, (piorum unum est sibi connaturale et conservativum, aliud vero contrarium, ex quo retinet tale *esse* et talis naturæ quale prius, dicitur corrumpi per contrarium (5). Licet enim quantitas de se sit indifferens ad calorem el frigiditatem, tamen quantitas, ul est ignis, determinat sibi calorem, ul esi aquæ (t), determinat sibi frigus; el j>er corruptionem qualitatis connaturalis, et per adventum contraria', corrumpitur naturaliter.— *Secundo* potest dici quod corrumpitur corruptione maleriæ, seu subjecti, non actualis, sed aplitudinalis, quia subjectum suum fuit corruptum quando fuit conversum, et nihilominus quantitas mansit. Sed quia quantitati servatur idem esse quod prius, quia esse est terminus corruptionis, omnibus modis quibus poterat corrumpi, el nunc. Unde omnis alteratin quæ corrupisset subjectum, si mansisset, corrumpit ea quæ manent. Quia posset videri alicui, quod, sicut Mibstantia est prior generatione, sic esset posterior corruptione (cpm enim accidens non sit naturaliter sim» subjecto, oportet prius esse substantiam quam accidens, alias esset ante substantiam ; item ‹»|H)i lvl prius corrumpi accidens quam substantiam.

(3) *tbi, — m* Pr.
(o) runi *fota. — goltun* Pr.
(γ) *vel. — seil* Pr.
(Ô) *chain.* — Ad. Pr.
( ) *CMcnlia.* — cor Pr.
( ) *alii/utid cut· potentiate. — j^utenhate aloptoil* Pr
(γ) prw/<'i'. - *pnrtetva* Pr.
(5) *dicihu airrittiipi jw t unharuiiii.* — Om. Pr.
(c) *aipur.* — iu/ihi Pr.

alms maneret jxftt substantiam sine subjecto); dicitur autem accidens corrumpi corruptione subjecti, non sicut per causam efficientem, quæ præcedit effectum, sed sicut propter finalenf, quæ sequitur : ut sit sensus, quod quandocumque subjectum est corrumpendum (i), prius omne accidens ejus corrumpitur, quia luoc est dispositio ad corruptionem subslantiæ; unde accidens corrumpitur propter substantiam corrumpendam, sicut generatur propter genitam. — *Tertio* potest dici quod corrumpitur per divisionem. Quia, licet quantitas, ut quantitas, sil divisibilis in infinitum; tamen, ut naturalis est, habet minimum. Et quia per naturam non potest quantitas ab omni qualitate naturali separari, quia per divisionem fieri potest ut nulla qualitas naturalis remaneat, quia in omni tali est dare minimum, per consequens, corrupta omni tali qualitate, corrumpitur quantitas, qua? a quantitate omnino separari non potest, quia omnium natura constantium est terminus. — El ideo *quarto* potest dici quod corrumpitur per augmentationem. Quia enim quantitas retinet idem *esse* et ejusdem ħatum quod prius habuit, quia, secundum quod erat substanti® et talium qualitatum, erat diminuibilisetaugmentabilis usque ad certum terminum, ultra quem non poterat manere in illo subjecto, nec cum illis qualitatibus connaturalibus, sed corrumpitur; ita et nunc, per augmentum eldiininutionem(C),perquieomnem qualitatem perderet, et perdidisset naturale subjectum. » — Hæc Petrus, el bene.

Quomodo autem intelligenda sint ea quæ sanctus Thomas dicit in probatione hujus terti® conclusionis de dimensionibus interminatis,et utrum medient inter materiam et formam substantialem, visum fuit in 2. *Sentent,* (dist. 18); nec oportet hic repetere.

Ad argumentum contra quaestionem, patet solutio per prædicta (γ).

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

(i) cofTumpenduDi. — corruptum Pr.
(β) dimtnutionent. — dit *itionem* Pr.
(γ) Cfr. ťespomione datas ad argumenta contra secundam conclusionem.

DISTINCTIO XIII.

QUÆSTIO I.

UTRUM H0STIÆ VEL SANGUINI A DUOBUS CONSECRATO POSSIT ALIQUID ADMISCERI

et circa decimaintertiam distinctionem 4. *Sententiarum,* quteritur : Utrum hosti® ve) sanguini a duobus consecrato possit aliquid admisceri.

Et arguitur quod non. Quia nec plures possunt eamdem hostiam consecrare, nec speciebus panis el vini potest aliquid admisceri. Ergo conclusio falsa — Antecedens probalur pro prima parte. Quia plurium agentium sunt phires actiones, maxime quando quilibet sufficit ad agendum. Sed unus sacerdos lanium potest consecrare. Ergo, si plures consecrant simul, sunt plures consecrationes super eamdem hostiam; elila fit injuria sacramento. — Pro secunda parte, probatur. Quia, ut in 1. *de Generatione* (t. c. 83) probat Philosophus, accidens non permiscetur subslantiæ. Sed quililiet liquor substantia quædam est. Cum ergo species sint tantum accidentia, videtur quod nihil possit eis permisceri.

In oppositum arguitur. — Et primo, pro prima parte quaestionis. Quia consuetudo est quarumdam Ecclesiarum, quod novi sacerdotes in sua ordinatione Episcopo concelebrant super eamdem materiam panis ct vini. — Pro secunda parte, arguitur. Quin majus est corrumpi quam permisceri. Sed ill® species possunt corrumpi. Ergo et misceri.

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod pleines sacerdotes possum simul uiiiiin el eamdem hostiam, vel idem vinum consecrare.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 82, ari. 2, ubi sic dicit : α Sacerdos, cum ordinatur, constituitur in gradu eorum qui a Domino acceperunt

in (α) cœna potestatem consecrandi. Et ideo, secundum consuetudinem quarumdam ecclesiarum, sicut Apostoli Christo cœnanti concœnaverunt, ita noviter ordinati Episcopo ordinanti concelebrant. Nec per hoc iteratur consecratio super eamdem hostiam : quia, sicut dicit Innocentius III (de *Mystcr. Miwo,* lib. 4, cap. 25), *omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis, s* — Hæc ille.

Idem dicit, 4. *Sentent.,* dist. 13, q. f, art. 2, in solutione ſecunda quæsliunculæ. « Secundum inorem, inquit, quarumdam ecclesiarum, plures sacerdotes Episcopo concelebrant, quando ordinantur, ad repraesentandum quod quando Dominus hoc sacramentum constituit, et potestatem consecrandi discipulis dedit, eis concœnavil, sicut Episcopus simul cum ordinatis presbyteris celebrat. » — Hæc ille.

Hem, ibidem, arguit sic (arg. 2) : « Unus dicens verba, virtute verborum consecrat. Sed quod factum est, fieri non potest; quia quod est, non fit. Ergo alii nihil faciunt. Ergo superfluum est quod dicunt verba, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, sicut Innocentius dicit *(de Myiter. Afissos,* lib. 4, cap. 25), omnes concelebranto» debept intentionem referre ad illud instans in quo Episcopus verba profert. Et sic Episcopi intentio non fraudatur, nec aliquis ibi facit quod factum est. d — Hæc ille.

Ex quibus putest formari talis ratio pro conclusione : Celebratio in consecrando per Ecclesiam tolerata, et a Sacris Doctoribus approbata, effectum consecrationis habet; nec est sine effectu. Sed hujusmodi est celebratio plurium sacerdotum, in eorum ordinatione, super eamdem materiam panis et vini. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod, vino consecrato, potest alius liquor admisceri.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 77, ari. 8, ubi sic dicit : α Species in hoc sacramento permanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantial, ita etiam adipiscuntur modum agendi el patiendi (β), ut scilicet agere el pati possint quidquid ageret vel pateretur substantia. Sed, si sulistanlia ibi esset, posset alius liquor permisceri. Ergo el istis speciebus. Hujusmodi tamen permixtionis duplex esset eflectus : scilicet secundum formam liquoris, et secundum quantitatem. Si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod posset diffundi jwr lotum vinum, lotum fieret permixtum. Quod autem e>t permixtum ex duobus, neutrum miscibilium est. sed utrumque transit m quoddam tertium ex his compositum. Undo sequeretur quod vinum prius exsistens non remaneret, si liquor permixtus esset alterius speciei. Si autem esset ejusdem speciei liquor adjunctus puta m vinum permisceretur vino, remaneret quidem eadem species, sed non remaneret idem numero vinum. Quod declarat diversitas accidentium, puta si unum vinum esset album, et aliud rubeurn. Si vero liquor adjunctus esset tam parvæ quantitatis, quod non posset diffundi per totum, non fieret totum vinum permixtum, sed aliqua pars ejus; quæ quidem non remaneret eadem numero, propter permixtionem extraneæmateriæ; remaneret tamen eadem species, non solum si parvus liquor permixtus esset ejusdem speciei, sed etiam si esset alterius speciei; quia gutta aqua» multo vino permixta transit in speciem vini, ut dicitur, 1. *de Generatione* (t. c. 34, 39 et 88). Manifestum est autem quod corpus et sanguis Christi remanent in hoc sacramento quamdiu ilke species manenteædem; consecratur enim hic panis, et hoc vinum. Unde, si fiat tanta permixtio liquoris cujuscumque, quod pertingat ad lotum vinum consecratum, el fiat permixtio, erit aliud numero, et non remanebit ibi sanguis Christi. Si vero fiat tam pana alicujus liquoris adjunctio, quod non possit diffundi per totum, sed usque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit tamen sub alia. » — Hæc ille.

Simile ponit, 4. *Sentent.,* dist. 12, q. 1, art. 2, in solutione sextæ quæstiunculæ, « Quidam, inquit, dicunt quod quicumque liquor addatur speciebus vini, in quacumque quantitate, desinit ibi esse corpus Christi : quia dimensiones illæ non manent eædem, et iterum liquor qui additur, per totum diffunditur; unde, cum corpus Christi non sit sub speciebus cum alio corpore, oportet quod in toto desinat esse corpus Christi. Sed hæc positio non potest stare. Constat enim quod corpus Christi manet ibi quamdiu illa accidentia manent; illa autem accidentia non corrumpuntur aliter quam corrumperetur substantia panis et vini; constat nutem quod ex jiano liquore addito non destrueretur vinum; el ideo nec species vini remanentes. Rationes etiam prædictæ non cogunt. Primo, quia non quælibet dimensionum destructio tollit sacramentum. Sicut enim additio, ita et divisio facit aliam dimensionem, ut |>atel per Philosophum; divisio autem non tollit veritatem sacramenti, ut patet in pane qui frangitur; unde nec additio : quia illa varietas dimensionum, quam facit talis additio et divisio, est quantum ad determinationem ipsarum, el non quantum ad indeterminatum *esse* earum, secundum quod competit eis subsistere, neque quantum ad esse in quo subsistunt conformes(a) subslantiæ præcedenti. Si mi li 1eretiam parvus

(a) *in.* — « Pr.
(C) *paliendi.* — *patiendum* Pr,

(a) *čonforme* — *conforme* Pr,

liquor constat quod non |>otest diffundi per omnes dimensiones, nisi excederet in virtute, et transmutaretur m aliam speciem. Unde non oportet quod occupet omne» dimensiones. Et ideo aliter dicendum, quod hoc modo admiscetur liquor quicumque ðii ⁑pecicbu sicut admisceretur ⁑ubstantia vini. Liquor autem additus, si esset æqualis quantitatis \<·I ⁑majori pertingeret ad omnes dimensiones vim; l ⁑c, m esset alterius speciei, faceret alleram speciem liquoris mediam ; si nutem esset ejusdem speciei, vinum faceret aliud vinum secundum numerum, maxime quantum ad accidentia. Si autem liquor additus esset minoris quantitatis, non posset j-rlingcro ad omnes dimensiones lotius vini, sed ad aliquas, ct illas immutaret aliquo dictorum modorum; et forte mutaretur secundum speciem, si esset alterius special. Constat autem quod in hoc MCnunentO non manet corpus Christi nisi quamdiu illi? species manent eædem numero. El ideo, si ponatur parvus liquor, corrumpet partem specierum, el sub illa parte desine! esse corpus Christi; non enim ⁑ probabile quod una pulla aquæ per totum scyphum diffundatur. Si autem addatur in magna quantitate, ric corrumpet species secundum totum; el ita totaliter desinet esso corpus Christi. » — II.er ille.

Ex quibus |K)te$t formari talis ratio pro conclustone Quidquid poterat pati substantia vini ante consecrationem, jiotest pati species remanens |>ost consecrationem· substantia vini poterat misceri aliis liquoribus. Ergo hoc possunt species remanentes.

El in hoc primus articulus terminatur.

AHTIGULUS II.

PONUNT un OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam arguit Durandus (dist. 13, q 3) in hunc modum ; Conclusio ista, inquit, j»ote4 intelligi dupliciter : uno modo, quod pluies •sacerdotes sic consecrent unam hostiam, quod unus consecret unam partem hostia·, puta medietatem, tt alius consecret aliam medietatem, hostia tamen integra remanente; alio modo, quod quilibet consecret cam totam Primum adhuc potest intelligi dupliciter: uno modo, quod quilibet intendat conHBcrare solum medietatem, non signando quam medietatem hosti e ; alio modo, eam signando, sensu, vel imaginatione, vel quocumque alio modo.

Si nrimo modo, sic dicendum est quod ⁑plure *a ⁑rdote non ⁑ol consecrare unam hostiam, si nullus signet quam medietatem intendi! consecrari sed solum in generali intendit de medietate, qumcumquo sit illa, el non de lota. Quod sic paid. Quia, qua ratione talis sacerdos consecraret hanc medietatem, puta quæ esi a dextris, eadem ratione et illam quæ est a sinistris; quia intentio sua non est magis de hac quam de illa, sed est absoluto de medietate, quæ indifferenter se habel ad hanc el ad illam. Ergo aut utramque æqualiter consecrat, aut neutram. Non utramque : quia tunc consecraret totam; quod non potest esso, cum non intendat consecrare lotam, sed solum medietatem. Ergo neutram consecrat; quod est propter defectum intentioris, quæ debet esse determinate de materia consecranda.

Si autem intelligas secundo modo, scilicet quod sacerdos signet medietatem quam vult consecrare, sic posset videri alicui quod si consecratio fiat (a) per transsubstantiationem panis in corpus Christi, nullo modo est possibile, hostia manente integra, unam partem consecrari sine alia parte. *Primo :* quia talis consecratio non est possibilis, nisi una parssubslantiæ panis possit converti sine alia prie; sed hoc mm est possibile, ut probabitur; ergo, etc. Probatio minoris : quia substantia panis sub quantitate hostia· non habet partem et partem nisi per quantitatem,(6) immo quantitas sua esi essentialiter sua parlibilitas, (non enim prater partes quantitatis sunt aliæ partes materiæ, ul aliqui imaginantur, nisi diceremus quod alia est extensio materiæ, el alia quantitatis; quod non est verum); ergo non potest converti pars subslantiæ panis, nisi simul convertatur sua quantitas, quæ est essentialiter el intrinsece sua parlibilitas; quo facto, hostia non remanet integra; quare, etc. — *Secundo :* quia unum numero non potest fieri multa nisi divisione quantitatis,cum diffinitio quanti sit quod *quantum est divisibile in ea qu:o insunt,* 5. *Metaphysicæ* (t. c. 18); sed, si pars ⁑ubstantia panis converteretur, quantitate manente integra, unum numero, scilicet substantia j»anis, divideretur in plures partes, scilicet in jwirtem conversam et in partem non conversam, absque divisione quantitatis; ergo hoc non est possibile. — Sed ad hoc potest dici quod, si pars ⁑ua convertitur maneret aclualiter, et non corrumperetur, ista· mtioneS procederent, naturaliter loquendo. Sed quin pars qme convertitur, sua conversione desinit esse (nec mirum, quia desinit actu esse), ideo non ojiortet quôd conversione talis partis quantitas convertatur. Nec ad divisionem totius m tales partes, quarum una corrumpitur el alia remanet, requiritur divisio quantitatis : quia tarn forma substantialis quam accidentalis perquantitatem extensa, corrumpitur secundum partem

{«) *fiat» — fail* Pr.
(C) *et partent nui per quanlUalcnt.* Om. Pr.

qunnlibitivam, quantitate manente incorrupta. Artio enim corrumpentis naturaliter, licet non sit nisi in aliquid quantum, tamen respicit qualitatem ut terminum qui abjicitur et corrumpitur, quantitatem wro ul subjectum quod manet, nec corrumpitur nisi jwr accidens, quatenus corruptis qualitatibus corrumpitur substantiale, et per consequens quantitas quæ inest subslantiæ ut subjecto. Et sicut iit naturaliter corruptio partis quanlitativa? albedinis, absque corruptione aut divisione quantitatis; sic, virtute divina, jiotesl fleri corruptio partis subslantiæ panis, et per consequens converaio ojusin corpus Christi, absque corruptione et divisione quantitatis. Posset etiam virtute divina fieri quod pars subslantiæ panis maneret, ct fieret sub alia quantitate, prima (a) non corrupta nec divisa : quia, licet diffinitio quanti sil quod quantum est divisibile in ea quæ insunt, tamen hic non esset divisio, sed aliud genus actionis, videlicet corruptio et conversio, ut nunc iit in sacramento, vel translatio ejusdem subjecti de uno accidente ad aliud : sicut enim Deus posset facere quod substantia, quæ est nunc sub una quantitate, fieret sub alia, prima (6) non corrupta nec divisi; sic, ut videtur, posset facere quod par< subslantiæ exsistentis sub parte unius quantitatis, fieret sub parte alterius quantitatis. — Propter quod dicendum esi aliter : quoti si media jiars hostiæ integræ jiolcst >ensn, imaginatione, vel intellectu signari, absque reali divisione, tunc media pars potest consecrari sine alia; quia concurrunt omnia quæ perlinent ad sacramentum, scilicet forma, materia, ministcret intentio; si non. ηοη(γ). Est autem valde difficile videre quomodo senSUS, imaginatio, vel intellectus inter partes continuas pos>int (3) distincto signare unam partem, nihil accipiendo dc altem.

Si autem con<lu>io inlelligatur secundo modo, scilicet an plures sacerdotes possint consecraro unam hostiam, ila quod quilibet consecret eam totam, sic est duplex modus dicendi. Quidam enim dicunt quod sic. etiam si non simul proferant verba consecrationis, sed unus post alium. Quorum ratio est : quin sacerdos, cum ordinatur, constituitur in gradu eorum qui in cana acceperunt potestatem a Domino consecrandi; sed Apostoli, qui tunc hanc potestatem acceperunt, Christo cœnanti concinnaverunt; el ideo novi ordinali, secundum quarumdam Ecclesiarum consuetudinem. Episcopo celebranti concelebrant, el, per consequens, consecrant earndem materiam cum Epi<co|wi. Nec jær hoc iteratur consecratio super earndem matri iam; quia, licet diversis temporibus proferant verba unus et alius, tamen. sicut dicit Innocentius III (de .Ifpsler. .Wiwr, lib. 4, cap. 25), intentio doliet ferri ad idem instans consecrationis, forte ad illud in quo consecrat Episcopus.

Sed hic oriuntur aliqua nova dubia Prunum est, quia, etsi Apostoli Christo cœnanti concarnaverunt, non tamen concelebraverunt; quare similiter ordinati Episcopo communicanti communicare debent (quod etiam fit secundum consuetudinem omnium Ecclesiarum); non tamen debent concelebrare. — Et quod dicitur secundo, quod hæc est consuetudo aliquarum Ecclesiarum. — dicendum quod bene est consuetudo in aliquibus Ecclesiis, quod illi qui ordinantur in sacerdotes, Episcopo incipiente canonem misso, ipsi incipiunt ct perficiunt totum, exceptis verbis consecrationis, quæ non dicunt (rt super hoc sjieeialiter instruuntur); et, cum in illis verbis consistat consecratio, constat quod non consecrant cum Episcopo. El si in aliquibus locis sit consuetudo quod dicant verba consecrationis, non est dubium quod periculosa est, el magis est abolenda quam serranda : quia vix aut nunquam potest fieri quod omnes simul proferant verba consecrationis, cum illi qui ordinantur sini parum scientes et parum discreti, nec unus exspectat alium in dicendo vcrlia canonis ct consecrationis, nec illa verba dicuntur in alto, ut unus possit alium audire ct se ei conformare; el sic contingit quod unus profert Verka consecrationis ani»· alium, et primus consecrat totum, si tunc, consecrare intendit, et sequentes nihil faciunt, sed iterant verba consecrationis super materiam jam consecratam. — Hem, talis consuetudo jiotius debet dici corruptela vel abusus quam consuetudo. Cujus ratio est : quia quando aliquid est omissum de pertinentibus ad ordinationem alicujus. illud debet suppleri, antequam ille exequatur officium sui ordinis; sed ordinatio sacerdotum non est completa quando fll consecratio in missa, immo restant <|uædam facienda, scilicet mantiiim impasitio cum præscripta forma verbonini, *Accipite,* inquit, *Spiritum Sunetum ;* ergo irrationabile est quod sacerdotes simul cum Episcopo sint concelebrantes, cum nondum completa sil ordinalio eorum, — Nec valet quod dicitur, quod intentio (i) omnium fertur ad idem instans consecrationis, scilicet ad illud in quo Episcopus profert verba. Quia intentio non facit quod verba habeant suam efficaciam antequam proferantur, vel postquam prolata sunf; alioquin effectus consecrationis |M>s-ct anticipari vel diflerri secundum voluntatem sacerdotis, ila quod proferens verba consecrationis mane, el intendens quod non haberent effectum suum tunc, sed circa horam (6) tertiam, consecraret circa tertiam virtute vcrliorutn præccdeiilium; quod

(a) **prima.** — *pUtU* **Pr,**
(C) pMimi. — *puta* **Pr.**
(γ) *non, neu.* — Orn Pr.
(c) *pouint.* — *pmtit* Pr.

(a) *uUcnho.* — *muilteiut* Pr
,6) Λοπυη. — Orn. Pr.

non videtur cofiveniens, sed periculosum el erroneum (s). Ergo verba consecrationis habent effectum suum in primo instanti quo prolata sunt, vel nunquam, Si ergo non omnes simul verba consecrationis proferant, qui primus profert, totum consecrat, si pro tunc consecrare intendit, sequentes autem nihil faciunt, sed solum verba consecrationis iterant super materiam jam consecratam.

Et ad hoc dicunt quidam, quod illi qui proferunt verba prius quam Episcopus, non intendunt tunc consecrare; et ideo tunc non consecrant, cum desit intentio tunc consecrandi; wd virtus veriorum transeuntium manet virtute divina in aere, usque ad instans in quo Episcopus profert verba consecrationis; et tunc concurrunt omnes virtutes verborum procedentium; et sic omnes consecrant eamdem materiam. Cum enim Ecclesia regatur a Spiritu Sancio, credibile est quod consuetudines ab Ecclesia approbata?, sint conformes divinæ voluntati ; el ideo ubi est talis consuetudo quam Romana Ecclesia scit (ct Innocentius, qui fuit Papa, scivit, nec reprobavit. immo potius approbavit), temerarium videtur tales consuetudines reprobare. Quamvis enim intentio sacerdotis non possit anticipare vel retardare effectum verborum, divina tamen virtus, cui concordes sunt tales ordinationes, potest effoclum verborum suspendere el retardare. — Quod autem Innocentius talem consuetudideni approbet, confirmatur per illud quod ipse dicil, *de Officio Missa:,* cap. 25, lib. 4, ubi dicil sic : *Consueverunt Presbyteri Cardinales Romanum Pontificem circumstare, cumque consummatum est sacrificium, dc manu ejus communionem accipere, siynificantes Apostolos, qui, cum Domino pariter discumbentes, dc manu ejus Eucharistiam acceperunt.*

Primum autem istorum, scilicet quod virtus procedentium verborum remaneat in aere uxpie ad instans vcrl>oniiii in quo Episcopus consecrat, est adeo derisorium, quod non est reprobationedignum. Quod enim Deus, propter particularem consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, transferat accidens de subjecto in subjectum, scilicet virtutem quam ponunt in verbis quæ transeunt, el conservet eam in aere, el mutet ritum sacramentorum quern ipse instituit, est pure fictilium; sed illud quod universalis Ecclesia tenet de sacramentis et articulis, est a Spiritu Sancto. — Quod autem dicitur de Innocenlio qui videtur approbasse illam consuetudinem, potest dici quod approbavit ul doctor, et non ut Papa Nec sua doctrina tenetur in omnibus. Nec Ecclesia Romana tenet illud quod ipse dirit de Presbyteris Cardinalibus concelebrantibus cum Papa. El, si fiebat tempore SU<», nunc tamen non Iit; quia visum est |fricuiurn posse de facili contingere in tali celebratione, immo vix fieret quiu periculum contingeret. El ideo illa consuetudo abolita est, sicut nobis constat, qui in Curia Romana longo tempore stetimus, et adhuc ibidem sumus, et missis Summorum Pontificum interfuimus, in quibus illa consuetudo nunquam fuit observata (a). Et, si observaretur, non esset necessarium credere quod bene fleret : quia, secundum Hieronymum, non quod iit Romæ, sed quod fieri debet, attendendum est.

Alius modus est, quod plures sacerdotes eamdem hostiam possunt consecrare, dum tamen verba consecrationis simul proferant; alias non, sed primo proferens totum consecrat, et sequens nihil facit. Quod probatur sic : Concurrentibus omnibus quæ sunt de liecessitnh?sacramenti, vere perficitur sacramentum; sed quando sacerdos profert verba consecratione super debitam materiam cum intentione consecrandi, tunc concurrunt omnia quffi sunt de necessitate sacramenti ; ergo vere consecrat ; sed qua ratione iste consecrat, eadem ratione et alius qui eadem verba simul profert simili intentione; quare, etc. — Hæc Durandus.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 12, q. 3), tripliciter.

Primo, contra hoc quod <licit conclusio deliquere addito alterius speciei. Vult enim probare primo, quod, si talis liquor est æqualis vel majoris virtutis, desinit ibi totaliter esse sanguis Christi. Secundo, quod si sil minoris virtutis, remanet ibi sanguis sub omni parte specierum sub (pia prius erat; sed non incipit esse sub liquore admixto et corrupto; quia quod inde generatur, est vinum, el non species vini.

Primum probat. Quia quando desinit esse consecratio. desinit esse sanguis. Sed nicest in proposito. Ergo, etc. Minor probatur. Quia quod desinat ibi esse quantum ad qualitates saporis et coloris, non •>t difficile videro. : quia, ut dicitur, 1. *Physicorum* (t. c (»$), ad agendum sufficiunt duo contraria, ad patiendum vero unum subjectum; sed hic est dare contrarielatem inter qualitates ejus quod apponitur, puta aqua», el ejus cui apponitur, puta vini; subjectum autem passibile sub utraque qualitate est quantitas, quæ de se nata est subjici contrariis; ergo ista sufficiunt ad hoc ut qualitates specierum vini per admixtionem contrarii, puta qualitatum aqmi·, corrumpantur. De quantitate autem, quomodo corrumpatur per admixtionem liquorum, non clare patet ; quia non per actionem contrarii, nec per corruptionem subjecti, nec per divisionem, sed divina \irlute corrumpitur. Sèd, dato quo<l noni irrumpatur quantitas, corruptio qualitatum sufficeret

(i) rrrvnctmi. — enŏrni Pr

(a *oliKnata. —Ciomsrvtilit* Pr.

ad hoc ul sanguis Christi ibi desineret esse, propter i duo. Primo, quia species vini pertinent ad sacra· menturn, quatenus repraesentant substantiam vini, quæ conversa est; sed substantiam magis repræsentant qualitates quam quantitates, quia quantitas e>t omnibus communis, qualitates autem nliquæ sunt pruprhe, secundum naturam forma specifics; ergo | qualitates magis pertinent ad hoc sacramentum quam | quantitas; ipsis ergo corruptis, desinit sacramentum. Secundo, quia sacramentum est sensibile signum, ut palet ex sua diffinitione; .sal species magis sunt sensibiles ratione qualitatum quam quantitatis, ul sic eorum corruptio sufficiat ad corruptionem sacramenti; unde Innocentius 111 dicit quod ubi similitudo deficeret, sacramentum non esset; similitudo autem attenditur penes qualitates.

Secundum palet : quia tamdiu manet sanguis Christi, quamdiu manent primas species; sed ille manent incorrupte, sive divisæ, sive non, quamdiu sunt majoris virtutis, quia corrumpunt et non corrumpuntur (a); igitur, etc. — Hæc Durandus, in forma. — Ex quibus videtur quod sanctus Thomas diminute distinguit de admixtione liquorum alterius speciei.

Secundo (C) potest argui contra eamdem pariem conclusionis, quæ dicit quod per additionem modici liquoris alterius speciei, aliqua pars specierum corrumpitur. Quia non magis sequitur corruptio specierum per additionum aqua· post consecrationem, (piam ante. Sed per ap|>ositionein aqua' ante consecrationem, non dicimus aliquam partem vini, quanlumctinique modicam, corrumpi, sic quod illa non li.it sanguis Christi, sicut in aliis; immo vinum convertit in se aquam, et tutum est vinum, quod totum convertitur in sanguine, sicut ipeemet Thomas dicil, dist. 11, q. 2, art. 4, de aqua. Ergo, a simili, gutta aquas apposita speciebus vini, nulla specierum pars corrumpitur, sed sola gutta aquae convertitur. Unde in nulla parte specierum desinit esse sanguis Christi, in qua prius esset.

Secundo loco contra eamdem conclusionem arguit idem Durandus, probando quod, si liquor appositus speciebus vini sil ejusdem speciei quoad naturam substantiæ et qualitatum, utpote si de eodem dolio primo consecratur vinum, el postea consecrato apponeretur similo non consecratum, quod non propter hoc desinit ibi esso sanguis Christi, sive illud quod apponitur speciebus vini consecrati sit majus, sive æquale, sive minus.

Primo. Quia simile non corrumpit sibi simile. Sed contingit quod liquor appositus speciebus vim, sil per omnia similis eis; el sic ponitur in proposito, cum de eodem dolio utrumque vinum accipitur. Ergo, per appositionem talis liquoris, species proexsislentes non corrumpuntur.

Ulterius ex hoc arguitur sic : Quotiescumque quantum additur quanto, manente quantitate utriusque, quantumcumque fiant unum continuum, semper tamen distinguuntur secundum positionem ct situm, quia duæ quantitates, etiam si sint partes unius quantitatis ¢ontinua necessario di?tinguuntur situ et positione. Sed sic est m proposito, ut ostensum est : quia sinum appositum, el species quibus apponitur^ manent quoad quantitatem suam, et quoad qualitates. Ergo, quantumcumque faciant unum secundum continuitatem, eo quod sunt similia secundum speciem, el utrumque liquidum, propter quod de facili continuantur, semper tamen distinguuntur secundum situm. Hanc autem continuitatem quantitatum, el nihilominus distinctionem secundum silum, non sic inlelligo quod lotum vinum appositum silex una parte, el species vini consecrati ex alia, el continuentur solum secundum unum talus in quo applicentur, quemadmodum in insitione ramus appositus trunco conlinualur ei solum secundum unam extremitatem, si tamen sil ibi vera continuatio : quia talis modus continuationis est contra naturam liquidorum; sed unum subinlratalterum secundum parvas partes,el cedit (a) unum alteri ; semper tamen distinguuntur secundum situm partes utriusque vini, licet imperceplibiliter. propter parvitatem partium et similitudinem earum. Et ideo sub partibus specierum vini præexsislenlibus rnanet sanguis Christi, el non sub partibus vini appositi.

Confirmatur. Quia omnes Doctores communiter dicunt quod sanguis Christi non desinit esse sub speciebus vini consecrati, nisi per talem alteratio-netn, seu immutationem, per quam desineret ibi esse substantia vini, si subessct Sed constat quod per appositionem vini similis in substantia et qualitate, procedens nullo modo desineret esse. Ergo per appositionem vini similis in substantia et qualitate vino consci rato el speciebus ejus, non desinit corpus Christi esse sub speciebus prioribus vim consecrati.

Tertio loco arguit contra eamdem conclusionem, probando *primo* (6), quod si liquor appositus sit ejusdem speciei quoad substantiam, non autem quoad aliquas qualitates, puta si vino rubeo consecrato apponeretur vinum album non consecratum, quod adhuc remanet sanguis Christi, ac si fuisset appositum vinum totaliter simile. Quia pnecedens color non est corruptus, nec novus generatus, secundum rem, sed solum secundum apparentiam, per secusposilionem (γ) parvarum partium utriusque

( ) *corrumpuntur.* — *corrumpunt* Pr.
( ) Ilocecundutn argumenlurn non reperiturapud Durandum, ěd apud Petrum de Palude, dist. 1'2, q. 5.
(aj redii — *cedunt* Pr.
(C) *pnmo.* — Om. Pr.
(y) *9ecu»posit>onrni.* — *tmeeptionem* Pr

liquoris; quod c\ eo pnsset aliquis credere hoc ια>, quia color qui résultat cv appositione vini allo cum rubeo, nunquam apparel ita punis nec ila uniformis in ‹ui partibus, sicul si esset naturalis. Vel, dato quod ꝑrocedant color mrnimpntur, non ol»lat quoad propositum. Quia corruptio, \cl variatio illannu speriemm quæ so habent per accidens a«l sacramentum, non mutat ipsum. Sed variatio albi ct nigri circa unum, sc habet |μ·γ accidens ad sacramentum; potest enim confici de uno sicut de alio. Isla· etiam qualitates non proprie demonstrant speciem vini, cum possint in aliis rebus inveniri; non sic autem est do sapore, vel aliquo alio tali. Ergo corruptio, vel mutatio talium qualitatum non mutat sacramentum. — Et potest continuari per rationem immediate prius factam : quia substantia vini non desineret esso per solam alterationem de colore in colorem; el eodem modo nec sanguis Christi.

Ulterium finalitor (C) probat quod ratio adducta pro conclusione non valet. Fundatur enim conclusio in hac ratione: Quælibet pars mixli est mixta. Si ergo aliquis liquor misceatur speciebus vini consecrati, qinelibet pars totius mixti erit mixta. Ergo non erit seorsum signare liquorem appositum et ‹pecie proexeislentcs. Ergo |>er lotum mixtum est substantia liquoris oppositi. Sed sanguis Christi non est in hoc sacramento cum substantia alterius corꝑori Eigu per talem admixtionem desinit ibi esse sangur Christi, luxo rationem. — Quod autem ista ratio non valeat, ostendit, dicens : In ap|to>itione, inquit, similium, non est mixtio proprie dicta, secundum quam quælilxd pars mixli est mixta; de qua loquitur Aristoteles, I. *de Generatione.* Illa enim mixtio diftinitur, secundum ipsum (I. *de tient r. et corrupt,,* t. <. 90), quod est *mixti bilium alterniorum unio.* Et loquitur de alterations quæ inducit coi ruptionem : sic enim alterantur elementa, ut veniunt in compositionem corjioris mixti; quia non manent actu secundum suas furinas el qualitates activas el passivas, sed virtute tantum Similia autem secundum speciem, si sint quoad omnia similia, nullo modo se alterant. Si vero sint similia secundum iqieriem substantiæ, ct dissimilia secundum aliquas qualitates, sicut vinum allium est dissimile rubeo, sic possunt se alterare aliquo modo, mi| non corrumpere. Mixtio ergo talium est per juxtépositionom pallium : ita quod nulla pan» est immixta; <cd totum dicitur mixtum, quatenus continet portes diversorum, — Hæc ille, in forma.

Et in hoc tertius articulus terminatur.

li'M — hw Pr.
(0 *teritu* — Ad Pr

AIITICULUS HI.

PONUNTUR SOLUTIONES

s I. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum respondendum est objectionibus suprndidis. Et quidem, ad objecta contra primam conclusionem pruno modo intellectam, scilicet nn plures possint eamdem hoslinm simul partialiter consecrare, ita quod neuter lotam, sed unus unam medietatem, el alius consecret aliam; ——dicitur [•rimo, quod illum modum ponendi non legitur sanctus Thomas posuisso, nec in *Scripti* nec in *Summa,* sed solum secundum modum ibidem recitatum. Et ideo non esi ‹ece respondere argumentis secundum (a) primum dicendi modum accipiendis (C).

Dicitur secundo, quod nec argumenta adducta contra illum modum concludunt sufficienter, potissime contra secundum membrum divisionis ibidem facta·. CoRcedilur enim quod concluditur ibidem contra primum membrum, scilicet quod intendens in confuso, et sine aliqua speciali determinatione, consecraro medietatem alicujus hostito, nihil consecrat. Sed, si intendat cnnsecrore medietatem determinatam alicujus hostia·, qunm signat sensu, aut imaginatione, aut intellectu, potest illam solam consecrare; ut alius aliam medietalem consimiliter signatam, dato quod hostia sit integra, potest consecrnro. Et sic duo |>ossunl eamdem hostiam partialiter consecrare, sic quod neuter totam, sed utorque dimidiam consecret.

Xec argumenta in oppositum valent. Non quidem *primum:* quia minor est falsa, scilicet quod una pai^ hostia· integro non possit converti in corpus Christi, alia parte non conversa, sed remanente. Nec valet probatio illius minoris; quia fundatur in uno manifeste falso, scilicet rpmd substantia panis el vini non habeat alias partes distinctas a [inrlibus quantitatis sibi inhærentis el eam extendentis. Licet enim quantitas sit partihilitas substanliæ, et id quo formaliter substantia habet partes unius rationis; tamen parles substanliæ non sunt paries quantitatis, nec econtra. sed sub diversis portibus quantitatis sunt diverse parles substanliæ unius intionis. Et licet sil cadom extensio formalis substanliæ cl quantitatis, non tamen idem extensum utriusque : •pua substantia est quid extensum, licet denominative ct per aliud; quantitas vero est aliquid extensum furmaliter et per se. Si enim substantia quantitati subjecta nullas haboret paries pr.cler paries quantitatis, equitur quod ipsa se haberet ad quau-

(j) ·Π'ΙΠκ/((ΠΚ — Om. [ΙΓ.
(0 *HCCipirtnltt. — m ijHrnht* Pr.

litatam sibi iidiærenlem, sicul nninia rationalisa· hubet ml corpus quod informal, scilicet quod esset tola in loto, el lota in qualiliel parte. Sequitor etiam quod divdrste parti s quantitatis haberent idem subjectum adæqualum; imino quod idem esscl subjectum adæqualum totius quantitatis el cujus-libel partis ejus; et quod duo accidentia, immo infinita ejusdem speciei, essent in eodem subjecto adæquato, scilicet infinita puncta, infinita· lineæ, infinita· superficies, infinita) partes proportionales ejusdem quantitatis. Sequitur etiam quod aliquid esset subjectum quantitatis continual, ct nullo modo esset extensum, nec divisibile actu nec potentia in partes intrinsecas. Et infinita alia inconvenientia sequuntur ex illa positione. Item, si prulialio \aleret, non solum concluderet quod non essent ali® partes substantial a partibus quantitatis, verum etiam quod nullum accidens haberet partes alias a partibus quantitatis, nec per se, nec per accidens, nec actu, nec potentia. Item, quod eædcm essent partes substantive, et quantitatis, el qualitatis, ct omnium concomitantium vel procedentium aut sequentium quantitatem. Quæ omnia sunt absurda, ct manifesto falsa. Sequeretur etiam quod eadem substantia materialis, esset circumscriptive in diversis locis, quia sub diversis partibus quantitatis, qua? sunt in diversis silibus. Conceditur ergo quod aliæ sunt partes integrates substanti® subjecta» quantitati, et aliæ sunt parles quantitatis, el aliæ sunt partes qualitatis, licet ratio partibilitatis omnium sil quantitas; alias posset concedi cl deberet quod in sacramento Eucharistia? remanent |iartes substantia) prius sub quantitate exsistentis, cum ibi remaneant partes suæ quantitatis, ex quo ill® parles el islæ erant pædem; et si remanent omnes partes, ergo el idem totum; et sic tota substantia remanet; quod est falsum. De hoc sanctus Thomas, I p., q. 70, art. G, in solutione secundi, sic dicit : « Dimensiones quantitative sunt accidentia consequentia corporeitatem, qua» materiæ toti convenit. Unde materia jam intellecta sub corporeitate et dimensionibus, potest intelligi ut distincta secundum diversas partes, ut sic accipiat diversas formas. n — Hæc ille. — Hem, in tractatu *de Natura nialcriie* (cap. 5), sic dicit : α Nihil penitus est commune forma· et privationi, nisi materia nuda quin terminus actionis physic®, scilicet generatio, attingit nudam essentiam materi®; qiiia generatio non est motus· AIteratio autem non attingit ipsam essentiam materia», cum nullum accidens transeat suum subjectum. Subjectum autem ǎlteration! esi ens actu, habens diversas partes; quin alteration! motus. Loquimur enim de alleralione quæ est sem-per abjiciendo aliquid a re alterate; talis namque aIterationis terminus est generatio. Materiam autem halære diversas partes per ě, non est possibile; quia diversitas partium est proprio ipsius compositi constituti ex diversis partibus. Unde materia, sicut est in |H)lentia ad formam, in cujus acquisitione est generatio compositi constituti ex diversis partibus; ila est in potentia ad diversitatem partium ejusdem cornpoeiti ex ea generati. Ex materia enim non generatur forma, secundum Philosophum, perse : quia illud ex quo generatur aliquid perse, est pars ejus; materia autem non est par» formæ, sed ipsius compositi. Ideo compositum generatur per se, ut dicitur, 7. *Mctapliyricx* (t. r. 27). Compositum autem dicitur, quod diversas partes habet Unde diversitas partium non est materiæ per se, nec formæ |>er se, sed compositi.Compositum vero esse, nihil aliud est quam materiam transmutari ad formam, ad quam erat in potentia. Ex quo manifestum est quod non aliunde materia est in potentia ad partes terminatas et distinctas, quam per id quod esi in |M)tentia ad formam, cujus inductio est generatio composili ex diversis partibus. El ex hoc manifcslum est quod nulla potentia jionenda est ex prie materiæ, nisi illa quæ prficilur per formam sui›-stantialem; cum ad idem genus sjMxtent materia et sua forma. Potentia autem in qua dimensiones pra›-dici® ponuntur, non informatur forma substantiali, cum ad idem genus substanti® non (a) jiertineat. Impossibile est ergo nliam jx>tentiam ponere a parte materiæ respectu forma» substantialis, et respectu diversitatis partium ip»ms compositi generali per inductionem forma» in materia. Quando ergo aliqua forma substantialis perficit materiam, sicut jxitcnlia materiæ ad formam est reducta ad actum, ita pr vim rivo virtutem ejusdem est materia transmutate ad distinctionem ct terminationem totius ct p̌ar tium. In forma enim substantiali non solum est vis jierfectiva materiæ, scii dislinctna totius per partes. Et huic est necesse respondere jx>tentiam a parte materiæ, quæ respidat ct ipsam perfectionem suam per formam, el etiam partium sequentem diversitatem. » — Hæc ille. — Conceditur tamen quod forma substantialis, potissime forma totius, sicul csl lapideilas, xel ligneitas, est lota, aliqua totalitate, sub qualibet jiarto quantitatis. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentefd.t* dist- 10, q. 1, ari. 3, in solutione tertia· quæstiunculæ, sic dicit « Forma quiescens absolute in subjecto, aut est consequens quantitatem, sicul albedo, quæ fundatur in superficie ; aut est procedens quantitatem, sicut forma substantialis. Si primo modo, de necessitate est tola in tolo, et (Kit's in parle, ante fractionem et post. Si outem est procedens quantitatem, est tota in tolo. el tota in partibus, ante fractionem et jxisl : sicul lota forma substantialis ligni est in qualibet jxirte ejus; quia tolalitas form® substantialis non respicit lotalitatem quantitatis, sicul csl de lotalitate formarum accidentalium, quæ fundantur in quanli-

(λ) *hoh* — Om. Pr.

tate, ct presuppnunt ipsam· » — Hæc ille. — Simile ponit, 3 p., q. 76, art. 3 : n Manifestum est, inquit, quoi natura substanliæ tola est sub qua· lil>et pile dimensionum sub quibus continetur, sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris; ct hoc indifferenter. sive dimensiones fuerint actu divis.»· (sicut cum aer dividitur, vel panis), vel etiam sint actu indivise, divisibiles vero potentia, t» — Hæc ille· — Simile ponit, I p., q. 70, art. 8. — Sciendum etiam quod pries materia· indi viduales, vel pries intégrales signata), non sunt paries speciei, Mtl compositi et individui sub natura speciei. Et de hoc sanctus Thomas, super Boetium, *de Trinitate,* in illa questions qua quærit, *Utrum mathematica consideratio sit sine materio* (q. 5, ari. 3), de his que habent esse in materia sic dicil : < Totum non a quibuslibet partibus potest abstrahi. Sunt enim quædam parles, a quibus dependet ratio totius : quando scilicet hoc est esse tali loti quod est ex talibus partibus componi; sicul se habet syllaba ad litteram, ct mixtum ad elementa. El tales partes dicuntur pries speciei, et formæ, sine quibus lotum non potest inlelligi, cum ponantur in ejus diffinitione. Quædam vero piles sunt, quæ accidunt toti, inquantum hujusmodi : sicul semicirculus se habet ad circulum; accidit enim circulo quod sumantur pr divisionem duæ ejus parles æquales, vel inæqimles,vel plures; non autem accidit triangulo quod in eo designentur tres lineæ, quia ex hoc triangulus est triangulus. Similiter etiam per se competit homini quod in eo inveniantur anima rationalis et corpus compositum ex quatuor elementis. Unde sine his prlibus homo inlelligi non plot. El has oprtel poni in diffinitione hominis. Unde sunt pries speciei et formæ. Sed digitus, pes, et manus, et hujusmodi pries, sunt prater intellectum hominis. Unde ex illis ratio essentialis hominis non dependet. Unde sine his inlelligi potest : sive enim habeat pedes, sive non, dummodo pnatur conjunctus (i) ex anima rationali et corpore composito ex quatuor elementis, propria commixtione quam requirit talis forma, est homo. Et hæ partes dicuntur (C) pries maleriæ, quæ non ponuntur in diffinitione totius, sed magis e converso. Et hoc modo se habent ad hominem omnes partes signata·, sicut hæcanima, hoc corpus, et hoc os, et hujusmodi. Hæ enim pries sunt partes quidem Socratis et Platonis, non tamen hominis inquantum est homo, > — Hæc ille. — Simile dicit, 7. *Metaphysics* (lecl. 9), in illo capit., *Quoniam vero diffinitio ratio* eri, etc.; el (led. 10), capit, sequenti, quod incipit, Didum *eat rryo,* etc. — Ex quibus apparet : primo, quod manifeste falsum est substantiam quantitati subjectam non habere alias partes præler pries quantitatis; secundo, quod forma substantialis est lota in tolo, el tola in qualibet prie; tertio, quod essentia, vel natura specifica, non habet pries intégrales, nec parles maleriæ signatas, sic quod ad ipsam pr se primo pertineant, licet sine illis esse non possit; quarto, quod individuum materiale per se ex talibus partibus constituitur. Verumtamen sanum intellectum hujus, quomodo scilicet forma substantialis, quæ dicitur forma totius, vel forma partis, est tota in tolo, et lota in qualibet prie, el qua lolalilale, require I p.. q. 76, art. 8; item, 2. *Contra Gentiles,* cap. 72; item, *de Anima,* q. 10; el *de Spiritualibus creaturis,* q. 4; cl multis aliis locis.

Ulterius dicitur quod, posito, sed non concesso, quod substantia pnis sub quantitate hostiæ non haberet pries alias a partibus quantitatis, adhuc probatio minoris non valet. Nam, sicut dicil Petrus de Palude (dist. 13, q. 4), α licet divisio requirat quantitatem quoad principium, non tamen quoad terminum; sicut corruptio requirit ens pro termino *a quo,* non pro termino *ad quem.* Non enim potest Deus dividere non quantum; sed bene potest dividere quantum in non quantum, immo in non entia, quia dividendo potest annullare (a) utramque partem, vel alleram. El quando natura resolvit compositum in quatuor elementa, licet distinctio generatorum sit propter divisionem quantitatis manentis, tamen divisio corrupti, pula quod hæc pars convertatur in istud elementum, et alia in illud, non est propter quantitatem quæ maneat, sed propter illam quæ corrumpitur. Quia enim invenit quantum illud quod corrumpit, ideo potest divisim corrumpere. Quod autem corrumpit cum substantia quantitatem, hoc est quia aliter non ptest attingere substantiam. Deus ergo, qui ptest immediate attingere substantiam, non quidem per divisionem partium, quæ non sunt, sed per multiplicationem, ptest convertere substantiam prout stat sub hac parte, non prout sub illa. Et similiter, quando sine corruptione quantitatis, albedo, vel alia qualitas, in una parte corrumpitur, non potest dici quod pars sit corrupta et prs incorrupta, cum non sit ibi pi's nisi in quantitate. Unde contradictio est dicere quod substantia, vel qualitas, non habeat partibilitatem nisi illam quæ est quantitatis, et, illa non lacta, dicatur substantia vel qualitas prtita, sive in paries manentes, sive non manentes. — Nec valet *prima ratio* quæ adducebatur. Quia, licet substantia non habeat partibilitatem formalem nisi quantitatem, tamen, inquantum substantia panis stat formaliter sub ista parte quantitatis, ipsa est distincta situ α substantia quæ stat sub alia prie. Unde, cum prius attingatur a convertente et seprante quam desinat esse formaliter quanta, videtur quod hoc sufficiat

(a) (/unintodo *ponatur* ronpundujt. — dum *ponatur* Pr.
(v) partes dicunlur — *diront latet* Pr.

(i) *annuitaire.* — *adjuvare* Pr.

ad hoc quod partialiter j>ossit converti. Posset enim Deus, retenta integra quantitate, annihilare subslanliam prout stat sub ista parte, et retinere prout stat sub alia; et, pari ratione, potest convertere. » — Hæc Petrus; et bene quoad hoc quod ostendit conclusionem non valere; male autem quoad hoc quod videtur concedere antecedens superius improbatum, scilicet quod eadem omnino substantia individua, sit sub diversis partibus quantitatis tota. Ex hoc enim sequitur quod sit circumscriptive in diversis locis et silibus, et quod eadem numero substantin potest esse conversa et non conversa, annihilate et actu exsistens, simul et semel, non quidem secundum diversas partes ejusdem substanliæ, sed secundum se totam, et secundum quodlibet sibi intrinsecum substantiale; el multa alia falsa.

Ad secundam rationem, respondet Petrus (ibid.), quod a unum potest fieri mulla sine divisione unius quantitatis in duas, cum illa multa habent quantitates distinctas : sicut Deus de una substantia ignis, manente quantitate, vel annihilate, el non divisa, posset facere duas aquas; et de uno mixto corrupto, non diviso, possunt generari quatuor elementa; quia, si natura potest facere, quantitate corrupta, non divisa, Deus posset hoc facere, quantitate servata integra. — Solutio autem Durandi, qua dicil quod divisio in partes manentes non est sine divisione quantitatis, sed in partes non manentes, sic non valet. Quia nihil dividitur realiter, nec in manentia, nec non manentia, nisi quantum. Et non potest de illo fieri conversio, de quo non potest fieri generatio. Unde, si de substantia panis, quantitate non divisa, non jiolest fieri generatio, sic quod aliquid de substantia maneat sub prima quantitate, et aliud sub nova; pari ratione, nec conversio. Unde dicendum est quod non est proprio divisio. Nam unum lignum, quamdiu est quantum, potest dividi in duo ligna; et illud idem, separata quantitate, posset fieri duo ligna per generationem, non per divisionem. Et sic est hic : quia, licet quantitas corporis conversi maneat integra, est tamen divisa, quantitate corporis Christi, in quod est conversa; unde substantia panis, prout stat sub una parte sua» quantitatis, convertetur in aliud quantum, quod est corpus Christi; el ipsa eadem, prout stabat sub alia parte quantitatis, sub eadem remanebit. — Præterea, secundum quod dicil Durandus, eadem est ratio de substantia et qualitate quoad extensionem. Unde, cum ad sensum appareat quod, adhibito igne ad aquam ex una parte, ex una parte corrumpitur frigiditas per calorem, et manet adhuc in parte opposita aquæ, non divisa nec corrupta quantitate aquæ in parte, nec in tolo; sic Deus potest substantiam pro parte convertere, et pro parte non, quantitate non divisa, nec corrupta, nec conversa. Si dicatur, *Ergo est alia pars substantif a parte quantitatis,* non sequitur : quia non proprie dicitin quod pars substanliæ convertatur, et pars maneat; sed una et eadem substantia, secundum quod substat uni parti, convertitur, et secundum quod substat alii, rnanct. Sed in bis quæ sunt actu distincta, sicut sunt duo ligna divisa, bene verum est quod habent alietatcm ct diversitatem aliam a diverrilate quantitatis; quia illa partialités non est essentialiter quantitas, sed est per quantitatem, sicut per causam in fieri, et *nine φια non.* Unde quando quantum lignum dividitur, duæ sunt mulli· plicationes, sed est una dhisio : ita quod quantitas quidem dividitur et multiplicatur, sed substantia per se formaliter ct essentialiter multiplicatur, «el non dividitur, nisi quia est subjectum ejus quod dividitur. › — Hæc Petrus; et læne quoad aliqua; male autem quoad illud falsum fundamentum quod sufiponit conconiitei cum Durando, scilicet quod substantia non habeat alias partes a partibus quantitatis. Hoc enim est dicere quod partes substanliæ non sunt substanliæ, sed accidentia, el quod substantia» componatur ex non substantiis; item, quod eadem substantia corporea, secundum se lotam, naturaliter est in diversis locis el sitibus, ut prius dictum est. Similiter, falsum est quod soli quantilas dividatur, et non substantia, nec qualitas. Rursus, falsum est quod eadem substantia multiplicatur in diversas partes, nullo sibi addito, vel ab ea remoto, quod esset sibi intrinsecum per modum partis, sed solum per divisionem quantitatis sibi inhærentis. Concedendo namque talem multiplicationem, posset dici quod per divinam potentiam ex substantia pugilli aeris posset fieri tantus aer quantum est totum elementum aeris, sine additione maleriæ, el sine aliqua rarefactione; immo quod materia fabæ occuparet lanium spatium quantum est spatium totius mundi, el quod illa materia posset fieri tota sphæra generabilium et comiplibilium. — El ideo aliter |>olest dici breviter : scilicet quod antecedens, vel major hujus argumenti est falsa, scilicet quod unum non possit fieri mulla sine divisione quantitatis. Potest namque unum fieri inulta sine divisione quantitatis, quando illud unum habet mullas pries in potentia, sub diversis partibus quantitatis; potissime per divinam potentiam, quæ potest attingere immediate substantiam quantitati subjectam, convertendo vel corrumpendo vel dividendo, non dividendo nec convertendo nec corrumpendo quantitatem. Sic autem est in proposilo. Nec hoc est contra diffinitionem quantitatis : quia substantia, si dividitur, est quanta; el per quantitatem habet plures partes, non quidem actu divisas, sed |»otentia, sicut et quantitas sibi inhærens. Præterea, sicut arguens dicit, in tali casu non est proprie dnisio, sed alius modus actionis vel passionis. Et multis alus modis instari |>otesl contra argumentum.

Ad illud vero quod in fine dicitur, de signatione

meilielalib hpslise, etc.; — dicitur primo, quod hostia in qua sunt lineæ et circulus, potest signari faciliter pula quod sacerdos vult consecrare illud quod est infra circulum, cl nihil aliud, et e converso. Et sic erit facile. El tune pars consecratur. — Dicitur secundo, quod, « si sensu non signetur, dum tamen intellectu signetur, idem sequitur: puta si de hostia plana intendat consecrare solam medietatem quæ est ex parle sua, et non aliam, vel aliquid hujusmodi. Cum enim circus possit consecraro, et similiter vidons hostias superpositas aliis (x) quas non vidât, nihil facit signatio, nec demonstratio ad sensum, dum tamen sil in præsentia : quia ibi concurrit materia (cum quœtibél pars panis et vini sit panis el vinum), et forma, et intentio determinata secundum intellectum, etsi non secundum sensum, cum intentio sit actus partis intellectiva·, non sensitiva Et quamvis alias determinatio intellectus sil secundum determinationem sensus, hic tamen non oportet quod sil signatio certa:· partis secundum sensum quia nec per visum, cum cæcus jiossit consecrare; nec per lactum, cum sine tactu etiam mancus poscit coniicore; nec per imaginationem, aut alium sensum ⁝ quia indivisibile, secundum quod hujusmodi, non est sensu perceptibile; illud autem quo una pars continui ah alia distinguitur, secundum qudd hujusmodi est, est indivisibile, sicul linea, quæ secundum latitudinem est indivisibilis (δ), unam partem superficiei dividit ah alia. Quod autem dicitur magnitudo esse unum de sensibilibus communibus, verum esi inquantum magnitudo est divisibilis, non inquantum indivisibilis. Unde sufficit signatio (γ) secundum intellectum : quia intellectus hujusmodi indivisibile apprehendere potest; quod non potest sensus. › — Hæc Petrus; et bene: quia etiam dum consecrans panem dicit, *Hoc est corpus meum,* ly *hoc* non demonstrat ipsa accidentia sensibilia, sed substantiam sub accidentibudeontentam ; et consequenter demonstrat ftliquid inlelligibile, el non sensibile sensu exteriori, ut dicit sanctus Thomas, 3 p., q. 78, art. 5, in solutione secundi.

El hoc sufficit ad argumenta contra primam conclusionem in primo sensu intellectam.

Ad argumenta contra eamdem conclusionem intellectam secundo modo, — dicitur primo, quod, licet Apostoli non concelebraverint Christo in coma, tamen omnes communicaverunt do manu ejus, el potestatem celebrandi el consecrandi Eucharistiam icccpcrunl. El quia presbyteri in sua ordinatione in eodem gradu et potestate instituuntur, ideo, ad hoc [ærfeele repræsenlandutn, non solum communicant, Epixupo communicante, immo concelebrant et consecrant, Episcopo conseciant··, secundum inorem aliquarum Ecclesiarum. Causa autem quare Apostoli tunc non consecraverunt, Christo conscrante, potuit e>se multiplex : utputa ul ostenderetur institutio hujus sacramenti ad solum Christum pertinere; et quia adhuc erant inexperti circa celebrationem, nec erant sufficientes cl idonei ad consecrandum, usque post ascensionem Chrisli el adventum Spiritus Sancti. Causa autem quare prosbyteri in sua ordinatione Episcopo concelebrant, ostendit Innocentius, *de Officio Misstr,* lib. 4, cap. 25 : *Consueverunt,* inquit, *Presbyteri Cardinales Humanum circumstare Pontificem, ct cum en pariter celebrare, cumque consummatum est sacrificium, de manu ejus communionem accipere. significantes Apostolos, qui, cum Domino pariter discumbentes, sacram de manu ejus Eucharistiam acceperunt. Et in co quod ipsi concelebrant, ostendunt Apostolos tunc a Domino hujusmodi ritum sacrificii didicisse.*— Hæc ille. — De hoc Petrus do Palude (dist. 13, q. 4): « Quando, inquit, dicit arguens, quod non consecraverunt Apostoli, verum dicit; tamen communicaverunt carni el sanguini, el dit tum est eis : *Hoc facite* iu *meam commemorationem.* Iu cujus nqire-enlalionom, presbyteri, in sua ordinatione, communicant ct concelebrant. Sed bene verum est quod istud nullam habet necessitatem : quia magis repraesentaretur quod factum fuit in cœna, si ordinarentur et communicarent tantum et non celebrarent, sicut tunc de Apostolis facium csl, quam si plus. Nec Thomas inducit hoc pro causa necessaria: quia tunc Ecclesiæ hoc non facientes, peccarent; quia deberent se conformare Christo in dispensatione sacramentorum, nisi quoad ea in quibus est contraria ratio in Christo et in nobis, sicut celebrando post oenam. »— Hæc Petrus; et bene; nisi quoad hoc quod dicit : Si presbyteri in sua ordinatione non concelebrarent, magis repraesentarent quod tunc factum fuit. Hoc enim falsum est, ut patet per Innocentium : quia, licet hoc facium similius esset alteri quoad exteriora, tamen non perfecte repræsentaret interiora facta tunc, puta collutionem spiritualis potestatis celebrandi, qme nunc repnesentatur dum concelebrant.

Dicitur secundo, quod illud quod arguens dicit de consuetudine Ecclesiarum, etc., non valet. Quia, siculdicit Petrus de Palude (ibid.), α magis est credendum Innocentio quam arguenti. £ed in hoc verum dicit, quod, si residuum canonis diceretur, et sola verba forma· omitterentur, nihil consecra» rent; sicut est de catechismo cl exorcismo respectu formai baptismi. Et <|u<h! «licii, quod illa consuetudo est corruptela, quia non debet cxcqui ea qua· sunt ordinis, quousque sua ordinatio sit completa; —· dicendum quod regulariter exequi non «lebel, sed in casu, et dispensative, de consuetudine Ecclo-

(a) *tvpei potitat alia. — aliit tuppontat* Pr.
(C) mdtvmfrUir. — Pr.
(γ) tignafie. — Dm. Pr.

siæ, quam Homami Ecclesia scit et dissimulat, immo Innocentius Papa approbat. Ex quo eniin characterem sacerdotalem recipit, etiam Hi nihil adderetur, conticere potest, et debet, in cnsil ab Ecclesia concesso. Et sicut celebratur iniHsti in consummations consecrationis ecclesiæ, el consummatur dedicatio (α) in celebratione cl terminatione missa?, aie cl hic consuetudo Ecclesiæ excusai. Et quando mos erat, crimen non eral. Undo, si nunc dicat verba consecrationis, ĕxcusatur si talis ol mos illius Ecclesiæ, el Romana Ecclesia scit et non reprobat, ı› — Hæc Petrus, et beno.

Dicitur tertio, quod, licet in tali celebratione et ordinatione quidam proférant simul cum Episcopo, quidam prius vel post, hoc non obstat. I nde Innocentius. ubi supra, sic dicit : Cum *(tutem interdum uni Pontifici multi sacerdotes concelebrant, si forte non omnes simul verba consecrationis pronuntient, an (ζ) solus ille conficiat, qui primus pronuntiat? Quid ergo etrteri faciunt? /*in *iterant sacramenta? Poterit ergo contingere quod ille non conficit, qui principaliter celebrat, ct ille conficiet, qui secundario celebrabit; ct sic pia celebrantis intentio defraudabitur? Sane ilici potest, ct probabiliter responderi, quod, >i ve prius, sive posterius proferant sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instans prolationis Episcopi, cui principaliter celebranti assistunt; cl tunc omnes simul consecrant et conficiunt.* — Hæc Innocentius, in forma.— Et cum arguens arguit contra hoc, respondet Petrus de Palude (ibid.) u Quod, inquit, dicit arguens, quod impossibile est consecraro simul plures, si in diversis temporibus verba proferant, sine dubio difficile est. quia, ut dicit, intentio consecrantis non potest anticipare aut retardare effectum verborum, quin in ultimo instanti habeant effectum, vel nunquam. Sed dicendum est quod omnia quæ sunt de essentia alicujus effectus, oportet simul concurrere. Sed, cum principale agens in sacramentis sit virtus divina, quæ ex voluntate agit, sic sufficit ad verum sacramentum, ea quæ aliquid agunt, ad illud concurrere sicul Deus vult. Quia ergo Ecclesia regitur a Spiritu Sancto, supponimus consuetudines ab Ecclesia approbatas, esse conformes divinæ voluntati. Quia ergo omnes simul consecrantes intentionem suam ordinant ad horam prolationis principalis, licet nhqui prius, aliqui posterius proferant, tunc tamen est effectus ex divina ordinatione; quamvis alias, secundum communem cursum, intentio non posset ănlicipan vel retardare. Hoc tamen est verum, quod primus qm verki profert, non consecrat ante alios, si hoc non intendat, 1'mle, si homo proferret verba consecrationis, intentione non consecrandi. nihil consecraret. Ergo, si proferat cum intentione non lime, consecrandi, tunc non consecrat. Sed ubi est virtus qua postea consecratur? Potest dici quod illa virtus manet subjectivo m nere subjecto vocis quæ transit, Dei virtute earn conservante quousque omnia sint completo. Item, sicut Spiritus Sanctus in primitiva Ecclesia diversas formas baptismi ordinavit, propter diversas rausas, sic ordinare potuit diversa'· formas, iu talibus Ecclesiis ubi sont tales ritus; sicut aliter connectant gnrci, et aliter htini. In illo igitur ritu quo plure» celebrant, cum ultimus compleverit, omnes habent suum effectum : ite quod tamdiu manet in aere virtus pneeedens, quousque veniat virtue sequens, non ex intentione dicentis solum, sed ex virtute divina, virtutem illam producente et conservante. Certum est enim quod hic oportet aliquid de cnmmuni cursu rnulari, scilicet quod verba habeant effectum vel ©btquam prolata wml, quantum ad illos qui prius complent, vel antequam sint prolata, quantum ad illo> qui postea proferunt, nisi omnium intentio feratur ad instans quo ultimus prufert. Si autem non ŏmm· consecrant, sed tantum unus, non ideo esset dicendum quod solus ille consecret, qui primus verba profert, cum hoc non intendat; ^al vel Episcopus, vel ultimus; nisi diceretur quod quilihet intendit consecraro, verba sua dicendo vel complendo, sed non intendit complere ni>i simul cum Episcopo vel cum (x) ultimo; tunc verisimile est quod dial, quod solus qui primo protulit, confecit. » — Hæc Petrus, ct bene.

Dicitur quarto, quod hæcsolutio Petri non sufficienter impugnatur a Durando. Non enim est fictilium, nec derisorium, dicere quod Spiritus Sandus regens Ecclesiam, el dirigens in suis ritibussacramentalibus. singulariter miraculose operetur in singularibus ritibus el consecrationibus sacramentorum, sicut est illud in quo plures sacerdotes concelebrant, cl eamdem materiam panis et vini ex ejus instinctu consecrant. Nemini enim dubium esse debet. Ecclesiam Romanam talem consuetudinem nec invenisse, nec observasse, nec tolerasse aut approbasse, sine speciali consilio Spiritus Sancti. Nudo nil mirum ergo si Spiritus Sanctus in hae singulari consecratione aliquid singulare operetur : puta quod virtus instrumcntalis consecrativa verborum sacramentalium transeat de subjecto in subjectum; vel remaneat sine subjecto, deficienti» proprio subjecto, puts voce; vel habeat effectum postquam desiit esse, v<d antequam sit. Hoc enim non est novum, nec inconveniens do causa eQiciente mstrumentali. Quod patri in simili : nam passio Chrisli. |mi virtutem instrumentaient in st» exsistentem, habuit effectum iu prædestinabn praecedentibus Christi passionem, et in sequentibus, sicut |>oiiit

(x) *dedicatio.* — Om. Pr.
(6) an. — *quia an* Pr.

.a) cum. — Om. Pr.

sanctus Thomas, 3 p., <|. 48, ari. (i, ubi arguit sic (arg. 2) : < Nullum agens corporale agit nisi per contactum; unde et Christus tangendo mundavit leprosum, ut ostenderet carnem suam salutiferam babere virtutem, sicut dicit Chrysostunnis (Horn. 26 in Malth.). Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. Ergo non potuit efficienter operari omnium hominum salutem. > Ecce argumentum. Sequitur responsio: < Dicendum quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen virtutem spiritualem ex divinitate unita; et ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem et fidei sacramenta, etc. 0 — Hæc ille. — Similiter, q. 62, art. 5, ostendit quod « sacramenta Ecclesia? specialiter habent virtutem ex passione Christi, cujus virtus quodammodo copulatur per susceptionem sacramentorum ; in cujus signum de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt aqua et sanguis, quorum unum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam, qua· sunt potissima sacramenta. » Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : α Per fidem Christus habitat in nobis. Et ideo virtus Christi copulatur nubis per fidem. Et quia virtus remissiva peccatorum» speciali quodam modo |>erlinel ad passionem ipsius, ideo per fidem passionis ejus specialiter homines liberantur a peccatis; el virtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollendum peccata, praecipue est ex fide passionis Christi, b — Hæc ille. — Hem, q. 78, art. 5, sic dicit : < Sicut ex contactu carnis mundissimæ Christi vis regeneraliva pervenit non solum ad illas aquas qua· Christum tetigerunt, sed ad omnes ubicumque terrarum j>er omnia futura saxula; ita etiam, ex prolatione ipsius Christi. hæc verlxa consecrationis Eucharistiæ virtutem consecrativam sunt consecuta, a quocumque sacerdote dicantur, ac si Christus ea præscntialiter proferret. > — Hæc ille. — Ex quibus habentur duo. Primum est, quod virtus inslrumentalis potest haliere effectura antequam illa virtus sil, el postquam desiit esse, dum tamen copuletur passo, et contingat illud modo spirituali, puta per fidem. Secundum est, quod, sicut si Deus potest anticipare effectum virtutis, vel retardare effectum virtutis passionis Christi in hominibus, vel in sacramentis, non apparet inconveniens quod intentio consecrantis et concelebrantis Episcopo, ex tide Ecclesiae procedens, eta Spiritu Sancto regulato, possit anticipare vel retardare effectum consecrationis, potissime ubi Deus est principale agens, quod j»olest uti virtute instmmentah verborum sicut vult, sicut utitur virtute passionis in praedestinatos praecedentes, et sequentes, ct concomitantes |»assioncm Christi. De hoc sanctus Thomas, prima distinctione Quarti, q. 1. ari 4, in soluGone tertiæ quæsGunculæ, sic dicit < Instrumentum virtutem non recipit nisi secundum quod agenti principii continuatur, ut virtus ejus quodammodo in instrumentum transfundatur. Principale autem el per so agens ad justificationem est Deus, sicut causa efficiens, et passio Christi, sicut meritoria. Huic autem causæ continuatur sacramentum per fidem Ecclesiæ, qwe instrumentum referi ad principalem causam, et signum nd signatum. Et ideo efficacia vel virtue sacramentorum est ex Iribus : scilicet ex institutione divina, sicut ex principali causa agente; ex passione Christi» sicut ex prima causa meritoria; ex fide Ecclesia', sicut ex continuante instrumentum principali agenti, b

Dicitur quinio, quod, ut praedictum fuit, cum Innocentius fuerit Papa, melius scivit consuetudines Humana· Ecclesia· «piam arguens. Nec est credendum quod Ecclesia Romann unquam observaverit consuetudines aut ritus in celebratione Eucharistiæ, vel aliorum sacramentorum, irrationabiles, aut periculosos, qui deberent ilici corruptelæ. Utrum autem illa consuetudo nunc observetur in Ecclesia Romana, nescio. Constat tamen quod tempore Innocenlii, ct mullorum Summorum Pontificum, tam praecedentium quam sequentium, servata fuit; el in mullis Ecclesiis, tempore sancti Thomæ, servabatur, ut ipse testatur. — Ad ea vero quæ dicunt contra Innocentium et Ecclesiam Romanam, non oportet respondere, quia temero el detractorie «licta sunt.

Dicitursexto, quod secundus modus quem arguens ponit, insufficiens est. ‹| Cum enim dicit quod, si virtus divina sit assistens, el non ponatur aliqua virtus instrumentais, tunc ipsa potest per unum el per plures, sicut sibi placet; — hoc enim bene verum est; sed tunc non debet distingui utrum simul an successive proferant : quia sicut Deus potest agere indifferenter cum uno el cum pluribus, ita cum pluribus simul el non simul; quia semper sunt causa stnr *qua* non. Posset enim Deus oralinare quod non fieret conversio, nisi duo vel tres proferrent verba, unus post alium, n— Hæc Petrus, el bene.

Dicilur septimo, quod, cum arguens dicit, in alio proposito, quod si virtus consecrandi sil inhærens subjectiva verbis, impassibile est quod pluressimul consecrent, etiam si verba simul compleant, quia ab agentibus naturalibus simul concurrentibus non procedit effectus nisi intensior; — α dicendum est quod, licet intentio sil voluntaria, et actio sacramentorum necessaria, sicut si duo voluntarie (x) applicarent ignem «pii necessario combureret, tamen si passum non esset natum suscipere plus ab uno «piam a duobus, vel effectus esset non iptcnsibilis, nihilominus a duobus sequeretur idem effectus qui ab uno (non enim plus ab uno quam ab alio, cum sit ;e«pialis ratio; nec a neutro, cum quodlibet sil sufficienter approximaturn el dispositum, nec unum impedii, sed juvat aliud); cl ita est in proposito. Unde ab utroque erit consecratio; non tamen major

rofunlcxriiA. — Om. Pr.

nec minor quam ab uno. Et prokitur per rationem suam: (plia, concurrentibus omnibus necessariis ad sacramentum, sequitur sacramentum ; sed hic sunt omnia necessaria respectu utriusque agentis, scilicet materia et forma el intentio; ergo, etc. › — Hæc Petrus, cl liene.

El hæc sufficiant ad argumenta contra primam conclusionem inducta.

§2. — Ad argumenta contba secundam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Ad argumenta contra secundam conclusionem inducta, nunc dicendum est. El primo, ad ea quæ primo loro inducuntur, scilicet de mixtione liquoris alterius speciei.

El quidem, ad probationem primæ conclusionis ibidem introducta?, scilicet quando liquor additus alterius speciei est majoris virtutis, etc.; — dicitur primo, quod, quidquid sit de conclusione, tamen prolmtio ejus non valet, quia assumit falsum, scilicet quod, desinenlibusqualitatibus, manente quantitate, desinit ibi esse corpus Christi, vel sanguis. Nec probationes ad hoc inducte concludunt. Non quidem prima. Unde, respondendo ad illud argumentum, sic dicit Petrus (dist. 12, q. 5) : ‹r Si qualitates, manente quantitate, sic corrumperentur quod non remaneret similitudo nec rei contente nec rei conversæ, tunc desineret ibi esse corpus Christi el sanguis; sicut quando de speciebus fit aqua, vel acetum. Sed, si maneat similitudo rei contente, id est, corporis vel sanguinis Christi, (piamvis non rei conversæ (ut quando fit sub specie (a) carnis, aut sanguinis, aut pueri), manet ibi corpus Christi. Immo, supposita communi opinione, (piod corpus Christi sil in loco conversæ substantiæ in se, eum absentia illius substantia' sil causa præsentiæcorporis Christi, quamdiu remanet ibi vel lota quantitas, vel pars, sine subjecto, quantumcumque omnes qualitates sint corrupta', manet ibi corpus el sanguis Christi. E converso autem, quam cito incipit sub speciebus fieri nova substantia, quanlumcumquo alia omnia manerent, incipit ibi, ubi est substantia, desinere esse corpus Christi ct sanguis. Et ideo illa propositio de repraesentatione specierum, quæ dicit quoti species vini pertinet ad sacramentum quatenus repraesentat substantiam vini, etc., falsa est : quia species non pertinet ad sacramentum per hoc quod repraesentat rem conversam, sed magis per hoc quod représentai rem contentam; unde, hac similitudine manente, manet sacramentum, n — Hæc Petrus, el bene, praeter hoc quod suppnere vel concedere videtur quod quando ex vino fit aqua, vel acetum, corrumpntur omnes qualitates vini el remaneat eadem quantitas in generato et corrupto. Hoc enim falsum est : quia, corrupta substantia, corrumpitur ejus quantitas, el quodlibet ejus accidens, ut ipse postea dicit. — Ad secundam probationem, dicit quod ‹ ubi similitudo rei contente deficeret, sacramentum non esset, quia tunc etiam separatio a subjecto deficeret. Corruptis enim qualitatibus corporalibus, et quantitas corrumpitur, et alia substantia et alia accidentia generantur.Sed,si,corrupta similitudine, remaneret quantitas sine subjecto, ut prius, adhuc remaneret ibi sacramentum. Si ergo similitudo rei contente remaneat, sufficit. Et de ista concludunt rationes. Dato etiam quod non remaneret similitudo rei contente, nec alicujus alterius, el nulla etiam qualitas remaneret, si tamen quantitas ibi remaneret, Christi (tx) sanguis ibi remaneret : quia tamdiu remanet ibi sanguis Christi sacrainentaliter, quamdiu ibi mansisset substantia vini localiter, si conversa non fuisset; sed illa mansisset semper cum quantitate sua, omnibus aliis corruptis; alias, suInstantia corrupta, posset quantitas non corrumpi; igitur, etc. Cum autem probatur quod sacramentum corrumpitur per solam corruptionem signi sensibilis el similitudinis, — dicendum quod aliquando plus requiritur ad rei factionem, quam ad rei facte conservationem; sicut mollities requiritur in cæra ad figura' impressionem, non autem ad conservationem. Et similiter, verum est quod ratio signi et similitudinis magis attenditur secundum qualitates quam secundum quantitatem, immo quantitas sola nihil horum est. Sed hœ rationes, licet requirantur a principio ad hoc quod de non sacramento fiat sacramentum, tamen, ex quo semel factum est sacramentum, non desinit esse sacramentum, licet desinat esse signum. Vel, si desinat habere nomen sacramenti, non tamen desinit haliere essentiam rei : sicut oleum congelatum, de quo non potest fieri unctio corporalis, nec per consequens signatio spiritualis, non propter hoc desinit esse consecratum; ita el hic p. — Hæc Petrus, el bene, concorditer sancto Thomæ. Unde. 3 p., q. 76, art. 8, ubi quærit : Utrum corpus Christi desinat esse sub sacramento, quando ibi miraculose apparet caro, vel puer, sic dicit ; α Dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc sacramento miraculose videtur cano, aut sanguis, aut etiam aliquis puer. Quandoque enim hoc contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresse viderent exterius carnem, aut sanguinem, vel puerum, nulla transmutatione facta ex parte sacramenti, etc. Quandoque etiam contingit talis appritio non per solani immutationem videntium, sed specie, quæ videtur exterius, realiler exsistente. Et dicendum quod, tunc manentibus dimensionibus quæ prius fuerunt, fit miraculose

(a) *»ub xpccic.* — *tubstantia* Pr.

(x) C/irüti. — *corpus ct* Pr.

qu.pdam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, ct colorem, cl alia hujusmodi, ut videatur cara, aul sanguis, aul puer. Et hoc non esi deceptio: quia in figura ejusdem veritatis (α) contingit, scilicet ad ostendendum per hanc apparitionem, quod in hoc sacramento est vere corpus el sanguis Christi. El sic patet quod, remanentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, remanet verum corpus Christi in hoc sacramento. › — Hæc ille.— Item, ibidem, arguit sic (arg. 1) : ‹ Corpus Christi desinit esso in sacramento, quando desinunt species sacramentales. Sed quando apparet caro, vel puer, desinunt esse species sacramentales. Ergo, etc. › Ecce argumentum. Sequitur responsio. ‹ Dicendum quod, facta tali apparitione, species sacramentales quandoque quidem manent totaliter in seipsis, quandoque autem secundum illud quod est potissimum in eis, scilicet quantum ad dimensiones. * Hæc ille. — Simile ponit, 4. *Sentent.,* dist. 10, q. 1,art. 4, ql· 2, in solutione primi : «t In tali casu, inquit, adhuc species panis manent, quantum ad dimensiones quæ prius subsistebant el principales erani in sacramento; quamvis color el alia hujusmodi non maneant, divina virtute hoc faciente. El ideo sub illis dimensionibus adhuc manet corpus Christi, n — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, cum divina virtute qualitates sensibiles Eucharistia» destruuntur, dum tamen maneant dimensiones panis aut vini, non ideo desinit ibi esse corpus Christi, nec ratio sacramenti.

Dicilur secundo principaliter ad conclusionem primam Durandi et secundam simul, quod in aliquibus casibus halient veritatem, et in aliquibus non. Unde Petrus (ibid.) loquens de opinione sancti Thomæ et Durandi simul : ‹ Possunt, inquit, bæ duæ opiniones sic concordari. Quia talis liquor |>olesl addi speciebus differens specie) qui non est penetrabilis ab eis, nec penetrativus; sicut si oleum addatur, quod natum est aliis liquoribus non misceri, sed supernatare. Aliquando autem liquor additus el procedens sunt ad invicem penetrabiles, sed, propter spissitudinem et compactionem alterius, per talem mixtionem nullus liquor potest sic dividi, quin quælibel pars remaneat ita magna quod in ea nata est salvari forma totius; sicut esset de cervisia, et quibusdam vinis (6) grossissimis ad instar sanguinis canis. Aliquando autem, etsi sint liquores invicem comrnixtibiles et divisibiles usque ad talia minima in quibus species salvari non possunt, ista tamen tanta (γ) divisio fit tarde, el non statim. In istis vero omnibus est vera opinio Durandi. Quia in talibus non fit corruptio |ær divisionem; ergo aut non iit ibi aliqua corruptio, aut lit per actionem virtutis contraria». Et quia virtus dominans corrumpit el non corrumpitur, inde est quod quando species vini sunt majoris virtutis quam liquor appositus, tunc corrumpunt illum. Vel, si nondum corrumpunt, tunc, antequam sit facta commixtio, non possunt corrumpi : quia nec ratione virtutis, quæ minor est; nec ratione divisionis, qua» aut non fit, si non subintrat, ut oleum, aut supponitur nondum facta. Et sic ad huc, ex parte specierum nulla facta corruptione, manet sanguis sub omnibus partibus, sicut prius. Si autem sint squalis virtutis, quamvis non squalis quantitatis, adhuc finaliter (a) generatur inde tertia species, el sic tunc totaliter desinit ibi esse sanguis Christi. Si autem liquor superadditus est majoris virtutis, tunc corrumpit el convertit in se species; el sic, pari ratione, desinit ibi esse sanguis Christi. — Si autem liquores sint ad invicem penetrabiles, el fiat divisio praeexsistentis usque ad minima, tunc locum habet opinio Thomæ distinguens de quantitate molis. Quia, si liquor additus est æqualis, vel major, facta perfecta commixtione, in minimas paries dividitur praeexsistens; et sic non manet aliqua particula non corrupta; quia vel convertitur in liquorem superadditum, si est majoris virtutis, vel in tertium uterque (C). Si autem est minoris quantitatis, sicut se habet totum ad lotum, sic pars ad pariem; unde tunc, facta permixtione ad partes proporlionatas, et illæ corrumpuntur (γ) per viam divisionis; et, per consequens, desinit ibi esse sanguis Christi; sive ex ipsis fiat vinum (o), quando species praevolent in virtute; sive liquor additus, quando e converso; sive tertia species, quando sunt æqualis virtutis, licet inæqualis quantitatis, n — Hæc Petrus, el bene.

Ad secundum ibidem adductum contra eamdern partem conclusionis, dicitur, « concedendo majorem, et negando minorem. Ita enim corrumpitur particula vim per appositionem gullæ aquæ, sicut aliqua particula specierum. Sed sicut species convertunt guttam in vinum, novum generando, quod continuatur partibus praeexsistentibus, et posset converti in sanguinem, si dicerentur verba; ita gutta aqua· apposita vino ante consecrationem, corrumpit aliquam particulam vini, de qua cum gutta aquæ generatur vinum, et lotum fit vinum unum continuum, quod lotum per verba consecratur. Cum enim omne agens naturale compatiatur, (piando minus de aqua apponitur vino, vel speciebus vini, propter aliqualem resistentiam aquæ, modicum quid de vino corrumpitur, vel de speciebus; et sic ex utroque fit generatio vini. Vel ista corruptio fit per divisionem (‹), ut postea dicetur. * — Hæc Petrus,(i)

(a| t-entafu. — *virtutu* Pr.
vtatj. — f/rtntr Pr
(^) tanta — *«auxiUi* Pr

(i) *finaldrr.* — *faciliter* Pr.
(C) *uterque.* — *utrumque* Pr.
(γ) *el* Uto? *corrumpuntur.* — vel *corrumpitur* Pr
(Î) vinum. — unum Pr.
(t) diviitonem. — *generationem* Pr.

cl liene; dum tamen semper intelligatur de liquoribus di(Terentibus >peci<», natis ad invicem agereel mutuo se corrumpere el convertere; alias non haberet verum.

Ad argumenta secundo loco inducta contra eamdem conclusionem, scilicet quoad illud quod dicit de liquoribus ejusdem speciei quoad substantiam et accidentia, ut e>t vinum de eodem dolio, —dicitur pruno, quod conclusio Durandi, si generaliter el in omni casu intelligatur, videtur falsa et irrationabilis : « Quia tunc, si gutta sanguinis projiciatur in dolium plenum vino ejusdem speciei, non desineret ibi esse sanguis Christi; quod videtur ridiculum. Unde videtur distinguendum, ut prius. Quia aut illud vinum est ita spissum quod non commiscetur speciebus per divisionem usque ad minima qua· per se non possunt salvari, vel larde hoc fit; et antequam hoc factum sil, cum plures particula? non sint corrupte, nec per viam divisionis, qua· non in totum processit adhuc, nec per alterationem contraria virtutis, quia sunt ejusdem rationis (a), sic verum dicit Durandus; quia tunc integre remanet in omnibus partibus sanguis Christi. Aut facta est commixtio usque ad talia minima; et tunc desinit ibi esse sanguis Christi, vel totaliter, si æqualisaut majoris quantitatis sit vinum additum, vel particulariter, si minoris, ul dictum est. »— Hæc Petrus (dist. 12, q. 5), el bene.

Dicilur secundo, quod ratio Durandi non valet, α Licet enim nihil corrumptur a suo simili |ier se, sed a suo contrario, sed tamen per accidens sic : quia quando (it divisio alieujus elementi vel mixti USqqead minimum quod est dare, divisione amplius facta, fit corruptio, undecumque fiat hæc divisio, sive per virtutem contrarii, sive per subi nlrationem similis. In illo vero quod permiscetur, sive corrumpatur, sive corrumpat (6), nunquam iit sanguis Christi : quia nunquam perdit materiam suam, vel formam, nisi corrumpatur; quando autem comimpilur, relinet materiam, perdit autem primam formam substantialem, sed accipit novam; unde cum illa substantia, qua? nunquam fuit conversa in sanguinem, non stat sanguis. Sciendum autem quod in commixtione liquoris, sive æqualis, sive inaequalis virtutis, quando sunt divisibilia facilis subintrationis ad invicem, sæpius fit corruptio via divisionis quam via alterationis, quia virtus divisa debilior est quam unita. Unde quando non est notabilis excessus virtutis, vel est aequalitas, statim incipit divisio, el remittitur actio quæ erat |M contactum vel percontrariotatein, ita quod citius partes corrumpuntur per divisionem sui, quam per actionem contrarii, ubi est contrariétés. Item, «piando illud additum est minoris quantitatis, differens specie vel non, tunc in parte uxptali, post factam divisionem, desinit ℓ -anguis Christi : non sic intclligendn quod sit una pare sola continua e regione sita isti conjuncta, in qua desinat esse sanguis; sed, sicut duo pugilli aquæ, vel unus aquæ et (a) alius vini, perfode miscerentur, et totum illud corrumperetur, et generaretur aliquod tertium, sic gutta aquæ vel vini subintrat partem gqunlem, et ad invicem fit mixtio et divisio in diversis partibus vel in uno. el lotum corrumpitur, et una forma in particulis conjunctis inducitur, et per creationem vel reparationem vel conversionem essentia? materiæ proportionaliter superadditur, el ibi desinit sanguis. Et si dicatur quod immo in omnibus desinit : quia tantum extenditur substantia quantum sua quantitas; et. cum sil una quantitas numero specierum manentiumet substanti.i'generalæex parteadditael parl« (Q præexsistenlis corrupta, ergo sub utraque substantia illa extenditur, el per consequens desinit ibi ese sanguis; — dicendum quod Militantia tantum extenditur quantum sua quantitas quæ <>t per m? sua, non autem quantum illa quæ est per accidens sua. scilicet quæ per accidens esi facta una continua cum illa quæ erat sua. Sicut si Deus duas aquas sic conjungeret, quod una non subintraret aliam, per juxta positionem, fieret unum continuum, nec tamen esset una aqua affecta quantitate alterius; sicut nec pes afficitur quantitate manus, quamvis continuentur. lia et hic : pars præexsistens manet sine subjecto; addita tamen substantia habet quantitatis partem; quamvis sit difficile imaginari, cum substantia se extendat quousque terminetur quantitate, et quantitas ubi non est terminata non jKxssit terminare, cum quantitas continua non habeat terminum in medio, qui terminet ibi substantiam. » — Hæc Petrus, el bene, et conformiter sancio Thomæ m omnibus, præler hoc quod videtur negare substantiam habere alias partes a partibus quantitatis, et ponere substantiam matenalem secundum se totam esse sub qualibet parte quantitatis suæ. Falsum etiam est quod quantitas continua non habeat terminum in sui medio, actu vel potentia; cum de ratione quantitatis continuae sil habere terminum communem, ad quem pries ejus copulentur. Falsum etiam est quod quælibel pare subslantiæ tantum extendatur quantum extenditur totius substantiæ quantitas cujus est pars. Et multa alia, descendentia ex illo fâlso principio in primæ conclusionis objectionibus recitato el reprobato.

Ex prædictis patel responsio ad omnia dicta Durandi secundo loco inducta contra secundam conclusionem. Nam primum *argumentum* fundatur in falso, scilicet quod simile nunquam corrumpat

(a) et — Ad. Pr.
(C) *corrumpatur, tive corrumpat. — corrumpetur, uve corrumpit* Pr.

(a) *ct.* — Om. Pr.
(C) *parte.* — Om. ℓ

simile, ut dictum est. El consequenter, falsum est qucxl ibi concluditur, scilicet, quod per appositionem vini omnino consimilis, species non corrumpuntur»

Similitrr *secundum argumentum* non valet : quia fundatur in falso, scilicet quoti, in tali apposibone liquoris ad species, utrumque maneat incorrupium. El consequenter falsa est conclusio ibidem ilhla, scilicet quod sanguis Christi maneat sub qualibet parte specierum ut prius, nec desinat esse sub aliqua.

Similiter confirmatio non valet : quia minor falsa est, sicut patuit in solutione argumentorum primo loco inductorum contra conclusionem, potissime in solutione secundi. Sicut enim per appositionem vini omnino consimilis corrumpitur aliqua specierum pars jH>st consecrationem, ita per ejus appositionem fuisset corrupta aliqua pars vini ante consecrationem. De hoc sanctus Thomas, decimo *Quotilibeto,* art. 3, sic dicit : α Aliqua admixtio alterius liquoris facit ut totaliter desinat esso sanguis Christi sub speciebus, et aliqua non. sed solum sub parte specierum. Dum enim esset ibi substantia vini, si alius liquor in magna quantitate admisceretur, totaliter illud vinum corrumperet, et desineret esse vinum, si liquor admixtus esset alterius speciei; vel desineret esse hoc vinum, si esset ejusdem speciei. Si autem alius liquor in parva quantitate admisceretur, non posset illius liquoris permixtio ad totum vinum pervenire, sed ad aliquam pariem ejus; quam variaret vel secundum species, si esset alterius speciei, quam per mixtionem non totaliter amitteret; vel secundum numerum, si esset ejusdem speciei; vel speciem suam per mixtionem totaliter amitteret, sicut gutta aquae projecta in amphora vini. > — Hæc ille. — Et ista intelligenda sunt de liquoribus faciliter penetralivis el penetrabilibus ad invicem, modo prius exposito.

Ad argumenta tertio loco contra conclusionem inducta, dicitur primo, quod conclusio illorum argumentorum in casu est concedenda, el in casu neganda. Unde Petrus (ibid.) : « Videtur, inquit, in hoc esse distinguendum sicut prius. Quia potest esse ejusdem speciei, habens qualitates contrarias, sicut si differret specie. Si ergo vinum dissimile superadditum penetret, vel penetretur, sic quod præexsislens dividatur in minima non subsistentia, desinit ibi esse sanguis Christi, vcl totaliter, si ad omnes partes hæc divisio et corruptio pertingat, vel partialiter, si ad quasdam tantum. Si autem non fiat corruptio per divisionem, et sil virtus contraria in vinis, et per consequens sint in se mutuo activa, si est squalitas (e) virtutis, tandem iit tertium vinum, differens numero, et per consequens desinit ibi esse sanguis Christi. Si autem sit major in praeexsistente, quia forte erat græcum vel wrnaticum, et aliud debile gallicum, vel, si in magna quantitate erant species, et istud in una gutta, tunc ipse corrumpunt illud, ct sic manet ibi integniliter sanguis; si autem econtra, non manet, quia totum corrumpitur (a). » — Hæc Petrus, el bene.

Dicitur secundo, quod rationes pro conclusione adductæ non concludunt. Non quidem *prima,* profiler duo ; primo, quia falsum assumit, in hoc quod dicit priorem colorem nunquam corrumpi ; secundo, quia falsum dicit, in hoc quod asserit priorem sa|>orem nunquam corrumpi, nec alia accidentia sensibilia vini, vel quod corruptio talium nunquam infert corruptionem sacramenti, vel desinitionem sanguinis sub speciebus. — Similiter confirmatio non valet : tum quia est contra arguentem; turn quia falsum assumit.

De istis duobus late prosequitur Petrus (ibid.), dicens : a Ista opinio deficit, quæ dicit quod manet idem color numero qui prius : quia tunc essent mulli colores secundum speciem, et per consequens non continui; quia sicut motus differentes specie non possunt continuari, sic nec qualitates. Hoc autem videtur falsum: cum permixtionem liquidorum fiat unum continuum secundum quantitatem, et per consequens secundum qualitatem, quia qualitas coextenditur quanto, et sic copulantur ad unum communem terminum; ergo, cum lotus color sil continuus, videtur esse unus; el sic duo primi sunt corrupti, et tertius est generatus. — Sed ista ratio non videtur necessaria : quia unius continui una pars potest esse alba, et alia nigra; nec erit aliqua |)ars superficiei abscolor media, sed distinguentur se ipsis; nec erunt continui colores, sed nec disconlinui, licet sint in continuo. Nec oportet quod, si ex substantiis et quantitatibus quæ sunt unius rationis, liat el tertia, quod propter hoc ex qualitatilius quæ differunt specie, fiat tertia. Magis tamen probabile est quod, sicut ex diversis substantiis et qualitatibus elementorum fit in mixto qualitas modia et substantia media, sic el hic; maxime si verum est quod ex mixtione liquidorum, propter subintralionem partium, sequatur utriusque subjecti corruptio, quia, per consequens, quantitates el omnia alia accidentia corrumpuntur. El quod dicit arguens, quod secus est de colore, qui accidit, el de sapore, qui videtur esse propria qualitas vini, — videtur esse contra illud quod supra dixit indistincte, quod corruptio solius qualitatis facit desinere esse sacramentum. Hoc autem dicit non do illa qualitate quæ accidit, sicul color, sed de illa quæ est propria vini, sicut sapor. — Pralerea, per admixtionem vini alterius in magna quantitate, quod est fortissimum, ut vematicum et hujusmodi, non solum mutatui color,

(a) *rquahtaj. — /rquahi* Pr,

(i) corrumpitur. — *corrumpit* Pr,

sed totaliter mutatur sapor, odor, vigor, calor (a), et fero omnes qualitates sensibiles; el sic, secundum cum, non maneret sacramentum. Tamen, sicul supra dictum est, quæcumque accidentia mutentur, si quantitas manet eadem numero sine subjecto, sicul prius, semper manet sacramentum. Sed pei tantam mutationem qualitatum naturalium ex natura individui, videtur quantitas corrumpi, ul dictum est; et etiam per subinlrationem omnium partium videtur nulla (6) manere sine subjecto; et sic ubique (γ) est alia substantia; et, per consequens, desinit esse sacramentum. — Item, per talem mixtionem iit corruptio substantialis, et, per consequens, omnium accidentium, ut ex supra dictis patet. — liem, si est alia qualitas nova, corrupta qualitate connatural!, lotum destruitur, ut supra dictum est. — El ideo non valet illud quod arguens adducit. Quia, quamvis qualitates diversorum vinorum accidant sacramento, tamen, qualitatibus naturalibus corruptis, codera corrumpuntur, et substantia, si ibi est, el quantitas, nisi miraculose retineatur (sicut quando apparent species carnis et sanguinis, vel pueri, per novas species superinductas; sed non posset fieri hoc, nisi cum corruptione primarum, el per consequens quantitatis, nisi Deus eam relineret). El ideo, cum eadem quantitas possit esse parlim sine subjecto, el parlim in subjecto, dum tamen <pia lil»el pars per se sumpta sit tanta quod posset esse per se separata ab omni alia, et in tali natura quale est subjectum quod habet vel habuit; unde, quando minor liquor admiscetur, qui tamen perse prius stabat, iit unum continuum, quod est cum subjecto, quantum occupat pars adjuncta, vel forte dupla, et alia sine subjecto,quanta est residua pars; quæ tamen non sunt ad sensum distincta'. Sed quando liquor admixtus est major, vel æqualis, fit unum continuum; et quia omnes partes subintrantur ct penetraniur, non est dare pariem sine subjecto, quæ posset per se stare, nec aliam cum subjecto; unde lotum corrumpitur, et tertium generatur, addita materia, vel multiplicata, et generata nova forma; licet hic (o) non sit illa mixtio cujus quælibet pars mixti est mixta, » — Hæc Petrus, ct bene quoad illud quod dicit de dimensione parlim exsistente in subjecto, el parlim sine subjecto. De hoc sanctus Thomas,3 p.,q.77, art. 8, ubi arguit sic (arg. 2) : « Si aliquis liquor permiscetur illis speciobus, o|»ortet quod ex illis fiat aliquod unum. Sed non potest fieri aliquod unum neque ex liquore, qui est substantia, el speciebus, quæsunt accidentia; neque ex liquore et sanguine (.Inisti, qui ratione sui est incorruptibilis, neque additionem recipit, neque ilimiuulionem. Ergo nullus liquor polosl admisreri vino consecrato. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod liquor appo situs vino consecrato, nullo modo miscetur substantiæ sanguinis Christi. Miscetur tamen speciebus sacramentalibus, ita tamen quod, permixtione facta, corrumpuntur prædictæ species, vel in toto, vel in parta. El si quidem corrumpuntur in loto, nulla jam remanet quæstio, quia jam totum erit uniforme. Si autem corrumpantur in parte, erit quidem una dimensio secundum continuitatem quantitatis, non tamen una secundum modum essendi, quia una pars ejus erit sine subjecto, et alia erit in subjecto; sicut si aliquod corpus constituitur ex duobus metallis, erit unum corpus secundum rationem quantitatis, non tamen secundum S|æciem natune. › — Hæc ille. — Idem dicit, 4. Sentait., dist. 12. q. 1, art. 2, q,e 6, in solutione tertii, dicens : ‹ Non est inconveniens unam dimensionem, secundum unam partam sui, esse in hoc sacramento non in subjecto, et aliam esse in subjecto; quia plures partes dimensionis, quamvis sint una dimensio in actu, sunt tamen plures in potentia. & —Hæc ille.

Illud autem quod dicit Petrus, de multiplicatione materiæ, non valet, ul visum est, 2. *Sentent.*, dist. 19. Hoc enim est ita rationi dissonum sicut illud quod dicit Magister de formatione corporis E\æ ex costa Adæ per multiplicationem materiæ, nulla additione facta. Unde sanctus Thomas, I p., q. 92. ari. 3 (ad 1Mĥ), sic dicit : ‹ Quidam dicunt quod per multiplicationem materiæ, absque alterius materiæ additione, formatum fuit corpus mulieris, nd modum quo Dominus multiplicavit quinque panes. Soil hoc est omnino impossibile. Multiplicatio enim praedicta, aut accidit secundum transmutationem suljstantiæ ip^-iu-materiæ,nulaccidilsecundum transmutationemdimensionum illius.Non autem secundum transmutationem substantiæ ipsius materiæ : tum quia materia in se considerata, est omnino intransinutabilis, utpole exsistens in potentia, et habens solum rationem subjecti; tum etiam quia inullitudoet magnitudo sunt prætaressentiam ipsius materiæ. Et ideo nullo modo potest inlelligi multiplicatio materia·, eadem materia manente, absque additione, nisi per hoc quod materia majores dimensiones accipiat. Hoc autem est eam (a) rarefieri, scilicet majores accipere dimensiones, ul dicit Philosophus, 4 *Physicorum* (t. c. 84). Dicere autem materiam multiplicari absque rarefactione, est ponere contradictoria simul, scilicet diffinitionem absque diffinito. — Hæc sanctus Thomas. — Ex quibus patet quod illa multiplicatio quam ponit reti ns, est inationabilis, sicul el |n»itio Magistri ; el quoad aliquid deterior, in hoc quod ponit eamdem materiam, secundum se totam, esse sub divei-

(α) « *alar,* — *rnlor* Pr.
(4J *nulla.* — *natura* IT.
(y) *ubique,* — *ubicumque* Pr.
U) *Inc.* — /ur< Pr.

fa) *cam.* — *couse* Pr

sis dimensionibus partialibus, ita quod tota sub qualibet parte dimensionum, el tota sub distinctis sitibus.

Ultima («) vero ratio Durandi non concludit; nam duo falsa assumit. Primum est, quod mixtio non potest esse similium secundum speciem et accidentia; secundum est, quod similia secundum speciem, licet dissimilia quoad accidentia, possunt se alterare, sed non corrumpere. De bis Petrus sic dicil (ibid.): ‹ Quod autem dicit arguens, quod similia nullo modo se alterant, — hoc est verum per se; sed per accidens utique possunt : quia divisionem in partes minimas, quæ non possunt perse stare, sequitur alleratio et corruptio saltem a continuitate; el hoc fit per mixtionem partium subintrantium se mutuo; el ideo sequitur miscibilium alleratio. — Quod autem dicunt postea, quod dissimilia secundum qualitates possunt se alterare, non autem corrumpere, — non valet : quia alleratio magis facta abjicit a substantia (sicul major ignis corrumpit minorem ignem), vel saltem per divisionem et subintralionem. — Et quod dicitur (6), quod mixtio est per secuspositionem partium, — non videtur. Quia, sicul in nutrilione, per hoc quod materia cibi fit sub forma nutriti, non est dicere quod distinguatur situ materia adveniens a praexsistente; sed utraque est indivisibililer commixta sic, quia fit una quantitas et una forma substantialis, et per consequens commixtorum. Ideo non videtur quod materia una sub alia distinguatur situ (γ); alias eodem modo miscerentur arida homogène» et liquida; quod tamen ipse negat. » — Hæc Petrus, et liene.

Et Ince sufficiunt ad argumenta Durandi.

Ad argumentum contra quaestionem, negatur antecedens, pro qualibet parte. — El ad probationem prims partis, respondet sanctus Thomas, decimalertiadistinctioneQi(urh,q. I ,arl.2.qb2, in solutione primi, dicens: q Quia intentio requiritur ad porrectionem sacramenlorum, ideo, cum omnes habeant intentionem unam consecrationem faciendi, non est nisi una tantum consecratio. » — Hæc ille. — Ad probationem vero secunda· partis antecedentis, respondet, duodecima distinctione, q. 1, ari. 2, qu 6, in solutione primi, dicens quod Philosophus intelligit de accidente cujus subjectum est substantia, quod ei non permiscetur. Sic autem non est in pro|»orito ».

El hæc de quæstione dicta sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

(a) ChioKi. — *ferlin* Pr
(Difiriritr. - *df ii* Pr.
iγ) .i v̊cibi *itieierm iidrtmfiit* Usque .ul oui Pi

DISTINCTIO XIV.

QUÆSTIO I.

UTRUM SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ POSSIT TOLLERE CULPAM REMANENTE REATU

rca decimamquartam distinctionem 4. *Sententiarum,* qmeritur: Utrum sacramentum pœnitentiæ possit tollere culpam, remanente reatu.

Et arguitur quod non. Quia, remota causa, removetur elTectus. Sed ctiljia est causa reatus pœnæ; ideo enim aliquis est dignus poma, quia culpam commisit. Ergo, remissa culpa, non potest remanere reatus pœnæ.

Iu oppositum arguitur. Quia, 2. *Regum,* cap. 12 (v. 13 el 14), dicitur tpiod, cum David pœnitens dixisset ad Nathan, *Peccavi Domino,* dixit Nathan ad illum : *Dominus transtulit a te peccatum tuum, non morieris; verumlamen filius qui natus est libi, morte morietur;* quod fuit in jxenam praecedentia peccati, ul ibidem dicitur. Ergo,dimissa culpa |ær poenitentiam, remanet reatus alicujus pœnæ.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo (tonentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sil

Prima conclusio : Quod poenitentia est sacramentum.

Hanc ponit et probat sanctus Thomas, 3 p., q. 84, art. 1, ubi sic dicit : « Sicul dicit Gregorius (a) (et habetur in Decretis cap. *Multi sseculanum,* c. I, q. I), *Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, ul aliquid significative accipiamus, quoi! sancte* (6) *accipiendum* c$l. Manifestum est autem quod in pœnitentia ita

(i) II.it \»Tb.i non Mini Grcgorit. 1»<·η0 vero Itiidori, /?/,·/- hb. 6, cap 19. Divim Thoin:i«, post Gratianum, ea attribuit Gregorio, cum cap. Afulli *wculanum, cx* quodesu- Imuntur, collectum MI partim ex sententiis Gregorii, partim cx verbis ipsis Lsldori et Hieronymi
(ů) ianr(c. — »an<j Pr.

res gesta fil, quod aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quatn ex parte sacerdotis absolventis. Nam peccator pœnitens, per ea quæ agit et dicit, obtendit cor suum a |>eccato recessisse. Similiter etiam sacerdos, per ea quæ agit et dicit circa pœnilentem, significat opus Dei remittentis peccatum. Unde manifestum est quod poenitentia quæ in Ecclesia agitur, est sacramentum. j› — Hæc ille.

Item, 4. *Sentent.,* dist. **Ii,** <|. 1, art. 1, in -elutione prima· quæstiunculæ, sic dicit : α Sacramentum importat sanctitatem active, per modum qui nobis sanctificandis competit, ul scilicet adjungatur significatio sanctificationis invisibilis (a) per visibilia signa, prout nunc de sacramento loquimur. Unde ubicumque Iit aliqua sanctificatio significata aliquibus sensibilibus signis, ibi est sacramentum. Et ideo, cum hoc sitin pœnitentia, constat quod pœnitenlia est sacramentum. › — Hæc ille.

Ex quibus patet faciliter ratio pro conclusione, arguendo sic : Ubicumque fit aliqua sanctificatio significata sensibilibus signis, ibi est sacramentum. Sed boc est in poenitentia. Ergo, etc.— Et additur huic conclusioni, quod pœnitentia non solum est sacramentum, sed etiam est virtus, ul |>osl dicetur.

Secunda conclusio est quod propria materia sacramenti pœnilenlloe sunt peccata.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 84, ari 2, ubi sic dicil : α Duplex est materia, scilicet proxima, el remota; sicul statu® proxima materia est metallum, remota vero aqua. Dictum est autem (ibid., art. 4, ad 1u,n elad 2„w)quod proxima materia pœnitentiæ sacramenti sunt artus pœnilentis, cujus materia sunt (6) peccata, de quibus dolet, et quæ confitetur, el pro quibus satisfacit. Unde relinquitur quod remota materia pœnitentia· sunt peccata, non acceptanda (γ), sed destruenda et detestanda. › — Hæc ille.

Item, eadem qiuest., art. 1, in solutione primi, sic dicil : α Nomine corporalium rerum inlelligunlur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramento sicut aqua in baptismo, vel chrisma in confirmatione. Est autem attendendum quod in illis sacramentis in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius : sicut in baptismo, ubi fit plena remissio peccatorum, el quantum ad culpam. el quantum ad pœnam; el in confirmatione, ubi datur plenitudo Spiritus Sancti; et in extrema unctione, ubi datur perfecta sanitas spiritualis, quæ provenit ex virtute Christi, sicut ex quodam principio extrinseco. Unde, si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, non sunt de essentia maleriæ sacramentorum, sed dispositive se habent ad sacramenta. In illis autem sacramentis qute habent effectum correspondenlem humanis actibus, ipsi actus humani sensibiles sunt loco materiæ, ul accidit in pœnitentia et matrimonio; sicut etiam in medicinis corporalibus, quædam sunt res exterius adhibitae, sicul emplastra cl electuaria, quædam vero sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam. » — Hæc ille.

Item, q. 90, art. **I**, in solutione tertii, eic dicit ; « Peccata sunt materia remota pœnitentiæ, inquantum sunt materia vel objectum humanorum actuum qui sunt propria materia pœnitentiæ prout est sacramentum. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quandocumque alicujus sacramenti materia proxima est aliquis actus humanus exterior sensibilis, ejusdem sacramenti materia remota, tamen propria, esi objectum talis actus. Sed materia proxima sacramenti pœnitentiæ est actus humanus .sensibilis, qui est confessio peccati, cujus objectum est peccatum. Ergo materia remota, tamen propria, est peccatum, quod est talis confessionis objectum. — Quod autem confessio, vel contritio, vel satisfactio, sint proxima materia sacramenti pœnitentiæ, supra ostensum est, etc. — Et consimiliter additur huic conclusioni quod peccata sunt materia pœnitentiæ quæ est virtus, ut postea videbitur, in tertio articulo, diffuse.

Tertia conclusio est quod sacramentum pœnitentiæ quandoque tollit culpam et totum reatum; quandoque vero tollit culpam, remanente aliquo reatu.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 86, art. 4, ubi sic dicit : < In peccato mortali sunt duo, scilicet aversio ab incommutabili bono, et conversio ad bonum commutabile inordinata» Ex parte ergo aversionis ab incommutabili bono, consequitur peccatum mortale reatus pœnæ ælernæ, ul qui contra ælernum bonum peccavit, in ælernum puniatur. Ex parte etiam conversionis ad bonum commutabile, inquanlum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicujus pœnæ : quia inordinatio culpa· non reducitur ad ordinem justiliæ nisi per pœnam; justum est enim ut qui voluntati suæ plus induisit quam debuit, contra voluntatem suam nliquid patiatur; sic enim erit squalitas. Unde et *AjuKal.* IS(\. 7) dicitur: *Quantum glgrifieauit $<· el* tn deliriis *(mt, tantum date illi tormentum et luctum.* Quia tamen conversio ad bonum commutabile linita est, non habet ex hac parte (a) jiecca-

(a) *significatio sanctificationis mviubibs.* — Minc/i/iratioiiis *invisibilis signo* Pr.

(61 a vrbo *actus* u»quo ad *sunt,* om. Pr.

(γ) *acceptanda. — attemptanda* Pr.

(a) *parte. — per ac* Pr

tum mortale quod debeatur ei pœna æterna. Undo, si sit inordinata conversio ad bonum commutabile hinc aversione a Deo, sicut est in peccatis venialibus, non debetur peccato poena æterna, sed temporelis. Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur aversio animæ a Deo, inquantum per gratiam anima Deo conjungitur. Unde et per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ. Potest tamen remanere reatus alicujus pœnæ temporalis, a — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : « Passio Christi de se est sufficiens ad tollendum omnem reatum pœnæ, non solum ælernæ, sed temporalis; ct secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu penæ. in baptismo autem totaliter homo participat virtutem passionis Christi, utpole per aquam et Spiritum Sanctum Christo commortuus peccato, et ni eo (i) regeneratus ad novam vitam. Et ideo in baptismo homo consequitur, virtute passionisChristi, remissionem totius reatus. Non autem in poenitentia, solum secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, sicut aqua baptismi. Et ideo non stalim per primum actum pœnitentiæ, quo remittitur culpa, solvitur reatus totius pœnæ, sed completis omnibus pœnitentiæ partibus. ᵽ — Hæc ille.

Eamdem ponit, priesenli distinctione, q. 2, art. 1, in solutione secundæ quæstiunculæ, dicens : ɑ Secundum Philosophum, in 8. *Ethicorum* (cap. 7), tam justitia quam amicitia in quadam æqualitate consistit. Qui ergo aliquem offendit, peccat contra aequalitatem amicitiæ, inquantum affectum debitum non impendit; et contra æqualitatem justiliæ, inquanlinn rem debitam subtrahit. El sicut hæc duo in offensa quandoque dividuntur, ita etiam in compensatione separantur : sicut quando offendenti puma por violentiam infertur, sic fit recompensatio quantum ad justitiam, sed non quantum ad amicitiam; similiter «piando offendens offensum verbis placat, nondum re subtracta restituta, lit recompensatio amicitie, sed non justiliæ. Peccator ergo per affectum peccati amicitiam Dei violat, et per inobedientiam legis divin.»· honorem Deo debitum subtrahit. El ex primo amittit gratiam, et incurrit offensam; ct ex secundo meretur pœnam, ut ab eo qui per inobcdicnliani subtraxit, subtrahatur per pœnam. El hoc meritum pœnæ dicitur reatus. Et ideo (t) per poenitentiam, qua homo Deo se supponit, peccata praterila detestando cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensam; M non oportet quod remittatur quantum ad lotum reatum, nisi pœna jam persoluta. El sic per pernitenliam non simul cum culpæ dimissione lotus reatus dimittitur, n — Hæc illo.

Hem, 1l 2®, q. 87, art. 6, probat quod reatus pœnæ remanet, non solum post actum peccati, immo post remissionem peccati. Et similiter, 2. *Sentent.,* dist. 42, q. 1, ari. 2, probat quod post actum peccati remanet reatus peccati.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Reatus peccati non tollitur totaliter per sacramentum pœnitentiæ, nisi amota omni inordinata aversione et conversione peccantis. Sed hæc duo quandoque amoventur in sacramento pœmtenliæ, quandoque primum sine secundo· Ergo quandoque tollitur totaliter reatus, el quandoque non. — Item, per sacramentum pœnitentiæ tunc solum tollitur totaliter reatus, quando pœnîlens læifecle récompensai amicitiam et justitiam circa Deum. Sed hæc duplex recompensatio quandoque concurrit in pœnilente, el quandoque prima sine secunda. Igitur, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur; quia plura in solutionibus, ad dictorum confirmationem, dicentur.

ARTICULUS 11.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

I. Argumentum Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem, contra primam conclusionem arguit Durandus (dist. 14, q. 3). El primo vult proliare quoti pœnitenlia non sil sacramentum, nec debeat dici sacramentum pœnitentiæ, sed sacramentum confessionis el absolutionis. Quia in confessione et absolutione consistit hoc sacramentum, tanquam in sua materia et sua forma. Poenitentia autem, si accipiatur pro habitu vel artu interiori, est ad hoc sacramentum pnevia, tanquam dispositio suscipientis. Si autem accipiatur pro exccutione |κι·η:υ satisfactorily, sic est consequens ad hoc sacramentum. Et sic poenitentia, quocumque prædtelorum inodorum accepta, non ot intrinseca huic sacramento.

II. Alia argumenta Durandi. Secundo arguit (dist. 14, q. 2 et I) quod pœnitenlia non sil fpiædam specialis virtus ab aliis distincta, potissime a justitia.

Primo (x). Quia vel esset infusa, vel acquisita. Sed neutrum est Ergo, etc. Minor probatur. Quia nulla virtus est infusa pneler 1res theologicas, ul dicit se

te) rn eo. — Om. Pr
(6) cum — Ad. Pr

(*) Primo, — Om. Pr.

probasse tertio libro (dist 33, q. 0). Quod autem i non sil acquisita, probat. Quia, si esset secundum se quædam virtus acquisita ex actibus poenitendi, tunc ille qui pluries peccaret et pluries pœnileret, esset virtuosior, seu plores virtutes haberet quam innocens, qui semper in actibus virtuosis perseveraret, el per consequens non acquireret sibi virtutem pœnitentiæ ex actibus pœnitendi, quia nunquam pœnileret, eo quod peccatum non fecisset. | Hoc autem est irrisorium. Est ergo virtus pœnitentiæ ipsamet virtus justiliæ, cujus actus est reddere unicuique quod suum est: Deo obedientiam, observando mandata, et fugiendo transgressionem eorum; el, si contingat transgredi, tunc elicit actum pœnitendi; propter quem actum sortitur nomen pœnitentiæ.

Secundo ad idem. Quia pœnitere non potest esse principalis actus alicujus virtutis. Quia primus et principalis actus virtutis nunquam pneexigit artum vitii in operante virtuose : actus enim principalis temperanliæ non requirit quod homo prius intemporale egerit, nec actus principalis liberalitatis requirit quod aliquis prius fuerit avarus, et sic de singulis virtutibus; alioquin nullus posset fieri virtuosus nisi prius fuisset vitiosus; quod non est verum. Sed pœnitere necessario ŝup|H)nit actum vitiosum pnecessisse in pœnilente; est enim de malo commisso. Ergo pœnitere non |x>test esse primus el principalis actus alicujus virtutis. Ergo, etc.

Tertio. Quia actus primus el principalis virtutis eujuslihet est secundum electionem boni ut fiat; secundus vero, differens a primo, re vel ratione, est fuga mali, ne malum fiat; tertius autem est, si contingat malum fieri, quod illud displiceat; ut patet in omnibus virtutibus. Et sic pœnitere de malo quod jam contigit, non est primus el principalis actus virtutis, sed secundarius, vel tertius, et <le objecto contingenti per accidens i|>si virtuoso : contingit enim virtuosum peccare, sed non inquantum est virluosus; per habitum tamen virtutis detestatur malum, si quid contingit.

Quarto. Quia omnis virtus, vel est intellectualis, vel theologicalis, vel moralis. Sed |Kunilentia neutrum esse potest. Constat enim quod non est intellectualis. Quod autem non sit theologica, probatur: quia virtus theologica habet Deum pro objecto, et non actum humanum Iκηιιιιη vel malum;sed |κυηilere habet pro objecto actum humanum, scilicet peccatum per hominem commissum; ergo pnmilentia non est virtus theologica. Quod autem non sit moralis, palet : quia virtus moralis non halwl pro fine proximo, nec pro circumstantia informante, aliquid (|ικη! excedat dictamen rationis naturalis; -rd pœnitentia, vel pœnitere, halæl pro fine proximo, el pro circumstantia informante, aliquid quod oxer dit dictamen rationis naturalis. Quod |Kitet : quia linis proximus pœnitendi est ul homo reconcilietur Deo quem offendit per peccatum, satisfaciendo per pœnitcnliam ; illud autem non cadit sub dictamine rationis naturalis. Oportet ergo quod actus pœnitendi non nilum sil a virtute, morali, sed a *(a)* theologica, una vel pluribus, qualitercumque hoc fiat. Ergo pœnitentia non ot specialis virtus, secundum se distincta ab aliis, potissime a justitia.

Quinto· Quia omnis virtus moralis quæ ordinat hominem ad alterum in ratione debiti. pertinet ad justitiam. Sed pœnitentia ordinat hominem ad ait·–rum in latione debiti. Igitur pertinet ad justitiam. Major palet. Quia virtutes morales aliæ a justitia : aut non ordinant hominem ad alterum, ut temj»erantia; aut, si ordinant, ul liberalit&s, non tamen in ratione debiti; non enim lilierali- tenetur ci cui dal ex aliquo debito; si enim teneretur ex debito, non esset liberaliter datum, sed necessario redditum. Sed ad solam justitiam pertinet ratio debili, ut ipsum nomen sonat : quoi enim justum est fieri, debitum est; et quod debitum est, ju-tum Cst reddi. Et sic patet major. Minor prolmtur quia pœnilrntia ordinat hominem ad Deum in ratione debiti. — Ihix Durandus, in forma.

§ 2. — CONTKA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Aureoli. — Contra «ecundam conclusionem arguit Aureolus (dist. 14, q 1,art. I). Et primo probat quod materia vel objectum pœnitentiæ virtutis non sit peccatum, sed pœna.

Primo ex dido Philosophi. 5. *Ethicorum* (cap. 4) : Justitia puniliva, in pœnis est, quæ reducit offensam ad æqualitatem. Considerandum est enim quod ille qui injuriatur, habet plus, quia egit quod non debet; ille vero qui passus est, habet minus, quia privatus est honore proprio. Pœna autem justa reducit istos ad æqualitatem. Propter quod pœna, ut sic, est objectum justiliæ punitivæ. Λ simili, |>eccalum inducit (6)quamdam inaequalitatem inter Deum et hominem, auferendo illud quod suum est, puta reverentiam, obedientiam et honorem, in quo Deus per peccatorem, inquantum est ex jmrtc peccatoris, (it minus halxms: peccator (γ) autem, attribuendo sibi et usurpando proprium votum et beneplacitum ac desiderium, fit plus Italiens. Idcirco hanc inaequalitatem reducit ad æqualitatem pœnitentia, auferendo læccatoii propria desideria, el exhibendo reverentiam Deoel oliedientiam. Ergo peccatum non est objectum pœnitentræ, sed pcena, ul reductiva illius inæqualitatis ad aequalitatem.

Secundo sic. Illud est proprie objectum et materia alicujus virtutis, circa quod illa \iilus immediate ponit el conjectural Imu iu iu, cl medium ratio-

(i)o — Om. Pr.
(C) *inihn i<* -- « *utu induret* Pr
(y) / JCudioi·. — not *ala* Pr.

ñi facit, quwl est quasi forma inducenda a virtute. Sed iKimitentia non ponit hujusmodi bonum et medium rationis circa peccata, scd rirca jxmas, nt illius in.rqunlitafis reduclivns. Ergo, ch·. Major patel ex 2. *Elhicurum* (cap. B) : quia eir/us *cat conjectrix* (i) mn/ii, pula circa medium rationis consistens; el debitas tandem indued in inateiiam determinatam. Minor patel : quia in precatum hujusmodi circumstantias non inducit; sed agenM circa |KL'nilenloni, apponit pœnas quas oportet (C), el quando ct ubi ct sicut oportet, cl sic de aliis ciivuimdantiLs.

Confirmatur. Quia nulla virtus habet pro objecto illud quod corrumpit; cum ipsa habeat modificare Minui objectum. Sed]>œnitcutia corrumpit (leccata. Ergo, etc.

Tertio. Quia, sicut est de justitia puniliva, el vindicativa, sic e>l do pmnileniia/ Justitia enim puniliva, est dirccliva in pœnis quæ a judice infliguntur. Justitia autem vindicativa, est directive iu pœnis quæ infliguntur a persona privata, ubi judicis non habetur præsentia; sicut, tempore Machabeorum, Mathathias (γ) et filii ejus punierunt peccatores. Ultra istas, esi tertia, puniliva suiipsius, infligendo pœnam sibi debitam secundum judicium rationis; ct h.ee est pomilenlia. Dico ergo quod, sicut est de justitia punitiva, et vindicativa, quæ ünt ad alterum, sic est de pœnitenlia, quæ est justitia puniliva in scipsum. Sed justitia punitiva. et vindicativa, sunt directe in poenis; nec habent pro objecto peccata, sed pinnas, licet moveantur e.\ peccatis commissis; tamen proprius actus illarum esi circa moderationem pernarum in alterum, secunduin circumstantias requisitas. Ergo justitia direcliva pmnarum in scip etsi motum capiat ex jieccato, tamen totus ejus actus est circa pâmas ut rv<luctivas ad utpialilalem. — Hæc ille.

II. Alia argumenta Aureoli. — Secundo loco arguit (di 10. q. 1, ari. I), probando quod nullus alius actus pernitentis sit de essentia pumilenlia· quæ c>l «aeramentum, præter confessionem.

Primo. Quia istud sacramentum]x>test esse sine satisfactione. Unde Papa |>olesl committere simplici sacerdoti quod absolvat pœnitentem a poma el culpa; ct similiter sacculos nullam tenetur injungere poenitentiam, tanta posset apparere contritio in |Kj'mlcnte. Sed nullum sacramentum potest ex >iiio eo quod est propria materia sacramenti, vel de ejus essentia. Ergo, etc.

Secundo. Quia illud non e materia sacramenti, iu quo non potest esfoe uliqua virtus snpernaluialis infusi, secundum le, qui dicis quod in materia sacramenti est virtus supernaturalis infusa, activa respectu dispositionis gratiæ. Sed in satisfactione nulla potest esse virtus infusa, quæ sil activa respecta illius dispositionis : quia ante satisfactionem infunditur gratia. — Si dicas quod non deletur (a) culpa sine satisfactione in pro|x)sito; — Contra : Satisfactio in proposito non est signum sensibile; ergo nec materia hujus sacramenti.

Tertio sic. Nunquam essentia hujus sacramenti manet, quando morbus non manet. Sed (piando poenitentia imposita expletur, non manet morbus, quia culpa jam deleta est. Ergo, etc.

Consimiliter dico de contritione, quod non potest es>e materia hujus sacramenti, cum non sil signum sensibile. — Hæc ille.

§ 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclusionem arguit Scotiis (dist. 14, q. l), probando quod, cessante actu peccati, non manet aliquis reatus, vel obligatio, qua sit aliquid reale, relativum vel absolutum : «piia nulla relatio realis manet in anima, cessante actu peccati; secundo, cpiia, si maneret (C), non ab illa diceretur anima peccatrix.

Primum probatur. Quia relatio realis intrinsecus adveniens, sequitur necessario positionem extremorum. Hæcautem non sequitur. Palet; quia, manente eadem anima, et Deo, seu poma, eodem modo se habente, non propter hoc anima est obligata ad pumain; cpiia non ante peccatum. Quod si sil extrinsecus adveniens, necesse est ibi dare causam per quam adveniat, extremis jam positis, sicut est do *ubi* : non enim potest esse respectus realis (pii non séquatür extrema posita, quin sibi ut termino respondent aliqua actio realis. Sed istius obligationis dari non potest actio realis. nec agens reale. Non enim anima : quia peccando non habuit nisi unicam actionem deordinatam, quæ fuit ad illud velle privatum debilis circumstantiis, et ita non ad illuni respectum ut ad terminum. Nec potest dici ista obligatio terminus divinæ actionis immediate : quiii nulla anima dicitur peccatrix præcise ab illo quod est terminus immediatus divinæ actionis.

Secundum probalur. Quia, si esset in anima tails obligatio, non posset lingi inesse nisi a Deo immediate; el ita per illam non esset anima peccatrix formaliler, cum Deus non sil causa peccati per se, sed silum permissive. Istam difficultatem tangit Magister, t. 18, cap. ull. Et videtur solvere per hoc quod ‹| polluta anima quousque pœnileal, sicut erat dum erat in ea prava voluntas. > El vxciûplilicxt de illo qui tetigit mm tirimiiii : i exsude enim actu, est immundus sicut prius. El subdit : α lia

(a) cotyf» *h tj* — «*oHjrctulru* Pr
iC) *quiu oportet* — çma Pr.
(γ) MatAat/uas — J/dcAahfcui Pr

^3) *ilelftur.* — *dcbdtiif* Pr.
(6| *iHunercl* — *manci* Pr.

polluta anima remanet, sicut fuit in ipso actu peccati; quia ita est longe a Deo per dissimilitudinem. Ipsa enim dissimilitudo, quæ inesl animæ ex |>eccato, et est elongationnimæ a Deo, macula videtur.> — Sed contra istud stat prior deductio: quia macula ista, vel elongatio, vel dissimilitudo, quocumque nomine censeatur, non potest esae tantummodo carentia gratiæ habitualis, quia ista totaliter inesl in primo peccato; nec carentia rectitudinis in actu, quia illa non est nata manere, nisi manente macula m actu. Hem, macula summi odii A, 0l summus amor ipsius A , repugnant; ergo per unum aufertur aliud; ct, per consequens, macula odii A poscet auferri per immoderatum amorem ipsius A.

Tertio. Quia, si aliquid derelictum abactu peccati dicatur manere, illud non esi formalitcr peccatum : quia potest stare in justificato (a); sicut habitus vitiosus, ve) dispositio ad illum, manet in justificato subito. El hoc patet : quia in principio pronus est ad acquirendum illam inclinationem habitus vitiosi, sed, pugnando contra eam, meretur et acquirit habitum contrarium ; unde magni jicccatores, non slatim quando justificati sunt, habent illam pacem quam habent perfecti el exercitati in virtutibus. Quicuinque etiam habitus vel dispositio vitiosa relinquitur ex actibus, desineret esse post fluxum temporis, nisi firmaretur perfecte per frequentiores actus; sicut universaliter omnis dispositio ad habitum desinit esse, cessantibus actibus. Sed illud quo aliquis dicitur peccator, postquam commisit, non desinit esse. Non ergo est ibi aliquod absolutum vel relativum, positivum vel privativum, a quo dicatur peccator a tempore cessationis usque ad poenitentiam; sed tantum quædam relatio rationis, inquanliim est objectum intellectus vel voluntatis Dei; quia, postquam commisit, voluntas Dei ordinat illum ad pœnam correspondentem peccato, el intellectus providet pro omni tempore, donec pœna sit persoluta.

Quarto. Quia Augustinus, super illud Psalmi (31), *Ileali quorum remissu sunt iniquitates,* elc. : I *itlcrc,* inquit, pcrcafum *Deum, est tui pœnam imputare; avertere autem faciem a peccatis, hoc est ea* m/ *pœnam non reservare.* Ha ergo dicit ab eo tecta, non ut non videat, sed ut non velit animadvertere, id esi, punire. Ergo hominem remanere in reatu post actum pcccali transeuntem, non est aliud nisi ipsum a Dei voluntate ordinari ad pœnam condignam illi peccato. Objectum autem intellectus vel voluntatis, ut intellectum vel volilum, mm habet nisi respectum rationis. Ergo, etc.

Quinio. Quia, esto quod Deus in multiplicationem meritorum non intenderet habitum cliaritatis (sicut jtossibile est, si merita sint remissa, vel etiam si essent intensa), tamen ille qui plura merita habuit (a), transeuntibus interioribus et exterioribus, est magis meritus quam alius; quod nihil aliud est nisi quia ordinatus est ad majorem gloriam; per quod non habetur aliquod positivum vel privativum, absolutum vel relativum, intrinsecum isti, sed tantummodo relatio rationis, inquantum est objectum divinæ voluntatis, ut sic ordinetur ad multipliciorem gloriam; isti enim in acceptione divina ordinantur per ista merita, vel iste per ista merita ordinatur ad talem vel talem gloriam. Sicut ergo ista acceptatio, propter merita transeuntia, nihil est realiter nisi actus divinæ voluntatis, et in isto tantummodo relatio rationis, sicut in objecto volito, ita, ex aha parte, propter fieccata transeuntia, esi abjectio, vel reprobatio, vel expulsio in voluntate divina, el in peccatore est relatio rationis tantum, ut objecti reproliati ad talem vel talem pœnam.

Sexto. Quia, si quis offendat magnum principem tali offensa cui correspondeat magna pœna, cessante illo actu, nihil est in ipso quod prius non fuit ante actum peccati, propter quod nunc dicatur inimicus el non prius; sed tantum in voluntate domini est actus transiens super ipsum; el per hoc in ipso est relatio rationis, ut in objecto volito ad talem pœnam. Ex quo patet quod, cessante actu peccati, nihil aliud est offensa, macula, vel reatus, nisi ista relatio rationis. Sed i>ta relatio rationis, scilicet ordinatio ad pœnam, ut est disconveniens animæ, dicitur ejus macula, sicut |»er oppositum pulchritudo; ut autem est obligatio forméfiler ad illam pœnam, dicitur reatus; et ut est actus voluntatis divinæ, in qua est tota illa realitas, per quem actum ordinatur ad talem pœnam, dicitur offensa. — Hæc Scotus, m forma.

II. Argumenta Aureoli — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus(dist. 14, q. I, ari. 4).

Et primo nititur protare quod illud quo quis dicitur formalitcr peccator, transeunto actu peccati, non sit respectus realis.

Pruno (6). Quia nullus respectus realis potest de novo acquiri, nisi acquisito aliquo absoluto. Sed, transeunto actu peccati, non advenit aliquod absolutum reale de novo. Igitur, etc.

Item. Cum iste respectus non sit de genere relationis, secundum te, nec apparet de quo genere sit, non est rationabile illum ponere.

Item. Si obligatio ad pœnam est illud quo aliquis dicitur formalitcr peccator, ergo in quocumque esset talis obligatio, ille esset in culpa. Quod est falsum : quia, peccato per |»œnilenliam dimisso, adhuc remanet obligatio ad aliquam pœnam. — Dices quod sola obligatio ad (urnam æternain est

(a) *justificato. — mjiutificato* Pr.

( ) *habuit. — habuerit* Pr.
( ) *Pruno.* — Om. Pr.

illud quo quis dicitur formaliter peccator. — Contra : quia peccatum veniale manet sine obligatione ad pœnam æternam; ergo ubi non est obligatio ad pœnam æternam, ibi est ratio culpæ.

Ulterius probat quod illud quo quis dicitur formaliter peccator, transeunto actu peccati, non sil privatio actualis justiliæ vel gratias in voluntate. Quia illud non potest dici formalis ratio peccati, quo non intenso nec remisso, peccatum dicitur intendi et remitti; formalis enim ratio et illud cujus ot ratio, mutuo intenduntur. Sed, tali privatione non intensa nec remissa, peccatum dicitur intendi el remitti. Ergo, etc. Minor probatur : quia privatio justitias et graliæ non suscipit intensionem aut remissionem ex additione peccatorum; æque enim privatur gratia qui fecit unum peccatum,sicut qui fecit mille. Similiter aliquis posset esse privatus gratia, nec tamen diceretur peccator; sicut ille qui in puris naturalibus crearetur. Nec valet si dicas quo<l ex privatione gratia» simpliciter non dicitur quis peccator, sed oportet quod commiserit culpam, per quam gratia se privavit. Hoc enim non valet; quia ego loquopde formali ratione peccati.

Ulterius arguit quod illud quo quis dicitur formaliter peccator, transeunto actu]>eccati, non sit macula ex peccato relicta, sicut contagium ex contactu morbi. Quia tunc illud esset quædam habilitas relicta; et hoc non potest esse, quia aliquis non peccator potest esse magis habilitatus quam peccator. Aut esset aliquid aliud; et non apparet quid potest esse. — Hæc ille.

Et m hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ I. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

I. Ad Argumentum Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus suprudiclis. Et quidem, ad eaquæ Durandus primo loco objicit contra primam conclusionem, dicitur primo, quo«l hoc sacramentum proprie nominatur sacramentum pœnitentiæ : tum quia tinis ejus principalis est per pœnam punire peccatum el peccantem, ad satisfaciendum Deo, et ad abolendum offensam Dei; tum quia omnia concurrentia ad hoc sacramentum habent rationem pœnæ, ut puta dolor contritionis, erubescentia confessionis, ligamen sacerdotis ad pœnam, et labor satisfactionis. De predictis beatus Thomas, i. *Sentent.,* disl. 16, q. i, ari 1, in solutione secunda quæ>tiuncula·, sic dicit : < Poenitentia culpæ praecedentis olfensaui abolet per modum recompensationis cujusdam. Hæc autem recompensatio differt a recompensatione vindicate® jiistitiæ in duobus. Primo, quia, in vindicativa justitia, ille qui peccavit, se habel ad recompensationem ut patiens tantum, inquantum pœna per quam fit culpæ recompensatio, est ab alio inflicto; el ideo non præsupponilur ad recompensationem dolor de peccato, sed ex pœna récompensante dolor infligitur. In pœnitentia autem, ille qui peccavit, se habet ad recompensationem etiam ut agens, quia ipse sponte sua ad pœnam recoinpensantem accedit; et ideo displicentia culpæ præexigitur. Secundo differt, quia, in vindicativa justitia, taxatur poena recompensans secundum arbitrium judicis, et non ejus in quem commissum est peccatum. Sed, in pœnitentia, oportet quod pœna recornpensans taxetur secundum arbitrium ejus in quem peccatum commissum esi; quia talis recompensatio iit ad reconciliandum animum ofiensi; quæ reconciliatio esse non potest, nisi pœna recompensans voluntati ejus sufficiat; el ideo oportet, in pœnitentia, quod modus pœnæ salisfactoriæ secundum arbitrium sacerdotis, qui vicem Dei obtinet, servetur. Utrique ergo recompensationi hoc commune est, quod fiat recompensatio, non secundum arbitrium ejus qui peccavit, sed alterius hominis. Arbitrium autem rectum requirit cognitionem culpæ; quæ quidem, si ei qui debet pœnam taxare, per eum qui peccavit liat, confessio dicitur; si autem alias, vel ab aliis, dicitur convictio. Et quia, in pœnitentia, sponte qui peccavit ad recompensationem faciendam accedit, requiritur confessio. Et sic recompensatio tribus gradibus perficitur. Quorum primus est displicentia culpæ præterilæ; alias non sponte ad recompensationem accederet; et hoc per contritionem perficitur. Secundus est, ut culpam suam notilicet Deo per sacerdotem; alias non se ad recompensationem secundum arbitrium ejus in quem peccavit, offerret ; et quantum ad hoc est confessio. Tertius est, ut recompense! secundum arbitrium sacerdotis; et quantum ad hoc est satisfactio. » — Hæc ille. — Similia dicit, 3 p., q. 90, art. 2. — Ex quibus patet quod confessio, contritio, satisfactio, concurrunt nd completam punitionem pœnitentis. Et ideo hoc sacramentum merito dicitursacramenlum pœnitentiæ·

Dicitur secundo, principaliter ad argumentum, quod ad hoc sacramentum non solum pertinet pro materia confessio pœnitentis, immo etiam contritio el satisfactio. De hoc sanctus Thomas, i. *Sentent.,* dist. 22, q. 2, art. 1, qu 2, ubi quæril : Utrum interior pœnitentia sil res hujus sacramenti. Arguit, tertio loco : e Pœnitentia interior videtur esse idem quod contritio. Sed contritio non est res hujus sacramenti, cum sit pars sacramenti. Ergo interior piimitentia non est res hujus sacramenti, d Ecxe argumentum, ^equitur responsio : α Dicendum quod 1res parles pœnitentiæ sunt in pœnitentia exteriori

el interiori : quia confessio et satisfactio, quæ videntur tantum ad exteriorem pœnitentiam pertinere, inveniuntur in interiori pœnitentia, quantum ad propositum et praemeditationem eorum; el etiam contritio, quæ videtur tantum interioris pœnitentiæ esse, invenitur in pœnitentia exteriori secundum quædam signa, quibus sensibiliter manifestatur, vel aliis, vel saltem ipsi pœnitenti, qui dolorern sensibilem percipit in seipso. » — Hæc ille. —Ex quibus apparet quod non solum confessio exterior, verum etiam contritio et satisfactio pertinent ad materiam hujus sacramenti; et quod hoc sacramentum proprie dicitur sacramentum pœnitentiæ. Hem, 4. *Sentent.,* diet. 16, q. 1, art. i, in solutione lerliæ quæstiunculæ, sic dicit : a Pœna quam pœnitens patitur, tota in rationem satisfactionis cedit. Non enim sola exteriori pœna homo satisfacit, sed etiam interiori; alias oratio mentalis non esset satisfactoria. Unde et pœna quæ est in contritione, et quæ est in confessione, in partem satisfactionis cedit. Et quia satisfactio est ultima pars, totum sacramentum a pœna denominatur, sicut res denominatur ah ultimo sui. d — Hæc ille. — Ex quibus palet quod divisio quam arguens facit, insufficiens est : quia pœnitentia non solum accipitur pro actuali habitu interiori, aut pro exteriori pœnitentia injuncta, verum etiam pro ipsa confessione, quæ est quædam pœna, et pœnitentiæ pars.

Cum autem dicit arguens, quod contritio non potest dici pars hujus sacramenti, quia est dispositio prævia ad sacramentum, etc.; — dicitur quod est dispositio prævia, antequam adsit confessio; sed, assistente confessione, est pars integratis sacramenti. Potest etiam dici quod contritio præcedens confessionem etiam est pars sacramenti, quia in illa incipit sacramentum. Et similiter, dicitur quod exeeutio pœnitentiæ satisfacloriæ non sequitur completum sacramentum, sed est ultima pars, complens sacramentum quoad suum materiale. Sacramentum enim pœnitentiæ est quoddam totum Intégrale, successivum, sicut docet sanctus Thomas, ubi supra (4. Sen*tent.,* disl. 16, q. I, art. 1, q|· 3). α Partes intégrales sunt duplices. Quædam sunt partes quantitatis; quæ quandoque sunt unius rationis, ut in lotis homogeneis; quandoque vero diversarum rationum, ut in tolis helerogeneis. Quædam vero sunt partes essentiæ, sicut materia el forma, et non quantitatis. Et hæ semper sunt diversarum rationum; et habent ordinem natura ad invicem, et quandoque etiam ordinem temporis, in his quorum cs.«e non est simul. Et hujusmodi sunt partes do quibus loquimur : quia pœnitentiæ sacramentum, secundum rationem suæ speciei, ex his tribus integratur; ct una est prior altera secundum naturam, et quandoque etiam secundum tempus : eorum enim actuum humanorum qui sunt materiales in pœnitentia, non est totum *esse* simul, sed succedunt sibi invicem; I sed quandoque plures eorum, quorum unus est altero prior secundum naturam, sunt simul tempore. » Item, in solutione secundi argumenti, sic dicit : ‹ In partibus successivorum, ex qualilæt parte potest concludi totum: sicut. *Hora tertia* exf, *ergo dies est.* Non tamen lotum de una parte prodicatur : non enim dicimus quod hora sit dies; sed tantum de omnibus partibus simul acceptis aliquo modo invenitur pnedicari totum, licet improprie. El sic etiam dc qualibet parte pœnitentiæ pœnitentia concluditur, eo quod pœnitentia non habet totum *esse* suum simul. Non tamen totum de partibus praedicatur, neque conjunction, neque divisim, proprie loquendo. › — Hæc ille. — Ex quibus plet quod contritio præcedens confessionem el absolutionem, est pars sacramenti pœnitentiæ, et pertinet ad ejus integritatem essentialem. Secundo, patet quod exeeutio pœnæ satisfacloriæ pertinet ad integritatem essentiæ dicti sacramenti. Tertio, patet quod nec contritio præcedens absolutionem, nec satisfactio sequens absolutionem, procedunt aut sequuntur sacramentum pœnitentiæ, sicut arguens false putat; sed contritio illud inchoat, et exeeutio pœnitentiæ satisfacloriæ illud consummat. De his tamen plura dicentur in sequentibus hujus articuli, et forte in decimasexta vel decimaseptiina distinctione. Verumtarnen ad omnia quæ ibi dicit Durandus, volens probare quod nec contritio nec satisfactio sint partes hujus sacramenti, patet responsio per pradicta, quia omnia in virtute soluta sunt. Nec de illis propter hoc oportet facere specialem quæ·stionem, nisi fortius aliquid occurrat.

II. Ad alia argumenta Durandi. — Ad ea quæ secundo loco inducit, scilicet de pœnitentia ut est virtus,—dicitur primo, in generali, quoti pœnitentia est quædam virtus specialis, distincta non solum ab intellectualibus aut theologicis, immo a qualibet trium moralium cardinalium. Quod enim sil virtus quædam, ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 85, art. 1 (a), dicens : ‹ Pœnitere est de aliquo a se prius facto dolore. Dolor autem, vel tristitia, dicitur dupliciter. Uno modo, secundum quod est passio quædam appetitus sensitivi; et, quantum ad hoc, pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo, secundum quod consistit in voluntate; ct hoc modo est cum quadam electione; quæ quidem, si sit recta, necesse est quod sil actus virtutis. Dicitur enim, 2. *Ethicorum* (cap. 6), quod virtus est habitus electivus secundum rectam rationem. Pertinet autem ad rectam rationem quod aliquis doleal de quo dolendum est, et eo modo el line quo dolendum est (€). Quod quidem observatur in pœnitentia de qua nunc loquimur : nam pœnitens assumit mode-

la) ari. t. — Om. Pr.
(6) a verbis *et eo modo* usque hd *eatt* Om. Pr.

ratum dolorem de peccatis proderitis, cum inion· Itono removendi ea. Unde manifestum est quod pœnitentin de qua nunc loquimur, est virtus, vel ncltifr virtutis. » — Hæc illo. * Hem, 4. *Sentent.,* dist. 14, <|. 1. art. i, in solutione secunda) qua»· stiunculæ, sic dicil ; « In {Konilentia se habet homo ul recipiens ct ut agens. Recipit enim a Deo veniam et reconciliationem per Ecclesia» ministros; et, secun· dum lioc, habet rationem sacramenti. Sed ex parte actus, sunt de ipso diversa» opiniones. Quidam enim dicunt quod est actus virtutis, et non est virtus. Sed hoc non potest esse : quia, cum actus virtutis non sint in dormiente, dormiens non posset dici pœnitens; quod est falsum. El ideo aliqui dixerunt quod, ex parte ista, pœnitentia est virtus, sed non proprie loquendo, sed communiter, prout omnia laudabilia virtutes dicuntur, etiamsi sini passiones. Sed hoc non esi verum : quin, secundum Philoso· phum. G. *Ethicorum* (cap. 2), principale in virtute morali est electio; unde omnis habitus qui facit rcclam electionem, potest dici proprie loquendo vir· tus. Tilde, cum actus pœnitentiæ non causetur tan· tum ex passione, sed magis ex electione, etiam si nulla sit passio, constat quod pœnitentia proprie loquendo esi virtus, et non improprie, sicut vere· cundia, vel hujusmodi. j› — Hæc ille. — Item, ibi· dem, in solutione primi argumenti, sic dicit : « Non secundum idem pœnitentia esi virtus et sacramen· tum; sed inquantum per pœnitentiam recipit gra· tiam curantem peccati vulnus, potest esse sacra· mentum; inquantum autem per habitum infusum ordinatur ad actum rectum, sic e>l virtus. » — Hæc ille. — Quod autem pœnitentia sit specialis virtus, ostendit. 3 p., ubi supra (q. 85), art. 2 : « Species, inquit, habituum distinguuntur secundum species actuum. Et ideo, ubi occurrit specialis ratio actus laudabilis, ibi neccsseesl ponere specialem habitum virtutis. Manifestum ℓ autem quod in pœnitentin invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præleriti, inquan· lum est offensa Dei ; quod non pertinet ad rationem alterius virtutis. Unde nccesse est ponere quod pœnitentia sit specialis virtus. » — Hæc ille. — Item, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 14, q. 1, art. 1), in solutione tertiæ quæsliunculæ, sic dicil : a Pœni· lentia accipit vel aspicit specialem rationem objecti; quia respicit peccatum a se commissum, ut expia· bile per pœnitentis actum. Et ita actus pœnitentiæ non est detestari peccatum absolute, quia hoc est ciijuslibet virtutis; sed detestari ad expurgationem ejus, ct quantum ad culpam, et quantum ad rea· tum. Hoc enim nulla alia virtus facit. » — Hæc ille. — Quod autem pœnüentia non sit virtus theo· logica, ostendit, ibidem, in solutione quarta» quæ· stiunculæ, dicens: « Virtus theologica habet idem pro objecto ct pro fine. Hoc autem non est in pœni· teutia : quia objectum ejus est peccatum commis· sum, quod intendit expiare; linis autem est Deus, cui intendit reconciliari. El ideo non est virtus theo· logica, sed inter virtutes morales numeranda est. » — Ilæc ille. — Quod autem pœnitentia sil alia virtus a justitia communiter dicta, ostendit, ibidem, in solutione quinlæ quæstiunculæ, dicens : « Quia justitia æqualilas quædam est, ideo ubi non pote·! esso adequatio vora, ibi non potest esse perfecta ratio jusliliæ, sed aliquis jusliliæ modus; sicut dicit Philosophus in 5. *Ethicorum* (cap. (>), quod domini ad servum non est simpliciter justum, sed domina· livum justum. Cum ergo inter hominem eb Deum sit maxima distantia, non poterit ibi esse proprie dicta justitia hominis nd Deum, sed aliquis justitia» modus, quasi per similitudinem. Homo autem effi· citur debitor alteri homini dupliciter. Uno modo, per hoc quod ab eo sibi datum est, sicut in voluntа· riis commutationibus, puta in emptionibus el ven· ditionibus. Alio modo, per hoc quod ei subtraxit, sicut est in involuntariis commutationibus, ut est furtum, percussio, et hujusmodi. Similiter aliquis efficitur Deo debitor per hoc quod ab eo aliquid recipit; et, in hac ratione, Deo reddit debitum hono· rem lalria, sive religio. Alio modo, ex hoc quod contra Deum peccat; el sic reddit Deo debitum pœnitentia. Unde, sicut religio ponitur pars jusliliæ a Tullio (de *Invent.,* lib. 2), non quidem quasi species, sed quasi pars potentialis, inquantum ali· quem modum justitia» participat; ita etiam poeni· tentia pars jusliliæ debet poni. » — Hæc ille. — Similia dicit, 3 p., q. 85, ari. 3; nisi quod ibi vide· tur velle <|uo<l pœnitentia sil quædam species justi· liæ. Ail enim sic : « Pœnitentia non habet quod sit sjiecialis virtus ex hoc solo quod dolet de malo per· pelralo; ad hoc enim sufficeret charitas; sed ex eo quod pernitens dolet de peccato commisso, inquan· tum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensa» contra aliquem commisse iit non per solam cessationem offensæ; sed exigitur ulterius quædam recompensatio, qua» habet locum in offensis in alterum commissis, sicut et retributio; nisi quod recompensatio est ex parte ejus qui offen· dit, utputa cum satisfacit, retributio autem est ex parte ejus in quem fuit offensa commissa. Utrum· que autem (x) ad materiam jusliliæ perlinet, quia utrumque est quædam commutatio. Unde manife· stum est quod pœnitentia, secundum quod est vir· tus, est pars justitia». Sciendum tamen quod, secun· dum Philosophum, 5. *Ethicorum* (cap. G), duplici· ter dicitur justum, scilicet simpliciter, et secundum <|uid. Simpliciter quidem justum, est inter æquales, eo quod justitia est æipialitas quædam; quod illo vocat justum polilictlin, vel civile, eo quod omnes cives æquales sunt, quantum ad hoc quod sunt immediate sub principe, sicut liberi exsistentes.

(a) *autem.* — mini Pr.

Justum autem secundum quid, dicitur illud quod est inter illos quorum unus est sub potestate alterius, sicut servus Ruh'domino, liliim sub |»alr<', uxor sub viro· El tale justuin consideratur in |xnni-Icntia Untie pœnitens recurrit ad Deurn rum emendationis proposito, sicut servus nd dominum, secundum illud Psalm. 122 (v. 2). *Sicut oculi servorum in manibus dominantm ntoram, ita (Midi nostri ad Dominum Detun nostrum, donec misereatur nostri;* cl sicut filius ad patrem, secundum illud Luca» 15 (v. 21), *Pater peccavi in cadunt ct coram te;* el sicut uxor ad virum, secundum illud Jcremiæ 3 (v. I), *Tu fornicata Cs cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus.* » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod virtus pœnitentiæ non est justitia simpliciter, sed secundum quid. El sic debet intclligi illud quod dicit in solutione quarti, scilicet quod pœnitentia est « directe species jusliliæ n; et similiter illud quod dicit in solutione tertii, scilicet quod pœnitentia « continetur sub justitia commutative b.

Istis præmissis, dicitur ad argumenta singula El,

Ad primpm quidem, dicitur, negando minorem : nam pœnitentia potest dici virtus infusa, el virtus acquisita. Nec valet improbatio hujus. Tum quia falsum est quod solæ virtutes theologicae infundantur a Deo, ut visum fuit, 3. *Sentent.,* dist. 33; et ibi responsum fuit objectionibus arguentis. Tum etiam quia habitus pœnitentiæ acquisitus ex actibus potest dici virtus. Et cum dicit arguens, quod tunc pœnitens haberet virtutem, qua caret innocens, etc. ; — dicitur quod sicut non est inconveniens quôd ille qui fuit peccator, habeat, dum pœnitet, aliquem actum virluosum quem non habuit innocens, qui nunquam peccavit; sic non est inconveniens quod habeat aliquem habitum virluosum, |>olis&ime acquisitum ex actibus, quem nunquam habuit innocens. Unde argumentum partim vel nihil habet apparentiae, et minus exsistentia». De praedictis sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 14, q. 1). art. 3, in solutione secundæ quæstiunculæ, sicdicil « Habitus est medius inter potentiam el actum. El quin, remoto priori, removetur posterius, non autem e conversa; ideo, remota potentia ad actum, removetur habitus, non autem remoto actu. Et quia subtractio materiæ tollit actum, propter hoc quod actus non potest esse sine materia in quam transit; ideo habitus alicujus virtutis compotit alicui cui non suppetit materia, propter hoc quod suppetere potest, el ila in actum exire; sicut paujier homo potest habere habilUm magnificentias sed non actum, quia non habet magnitudinem divitiarum, quæ sunt materia magnificentia», sed j»otfsl habere. Et ideo, cum innocentes in statu innocetiliæ non halæanl peccata commissa, quæ sunt maleria pœnitentiæ, licet possint habere, actus pœnitentiæ in eis esse non jvotcsl, sed habitus potest, et hoc, si gratiam hal>cnnl, corn qua ŏmne virtute- infunduntur. » — Ilæc ille. — Ibidem diam obtendit. in solutione tertia: qui&liunculæ, quod pernitentia remand in liealis hominibus, liret quoad alium actum quam in via. Item, in multis ƒoci tenet sanctus Thomas quod m Christo non fuit «pes, neque pœnitentia; ul paid, 3 p. (q. 7, art. 4), ct 3. *Sentent,* (dist. 26, q. 2, art. 5).

A<l secundum, negatur principale assumptum. Poenitere enim ed principalis ct primus ăctu virtutis pœnitentiæ. Nec valet probatio ƒ quia secus est de virtutibus retrahentibus a malo, et de aliis. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* ubi supra (diet. 14, q. I), ari. 1, qu 2, arguit sic, quarto loco: < Omnis virtus est per ordinem ad lionum. Sed pœnitentia dicitur per ordinem ad malum *(i).* Ergo non e>t virtus, b Eccc argumentum. Sequitur n>ponsio : < Dicendum quod Ixinum illud ad quod virtus immediate ordinatur, est actus perfectus ipsius. El ideo nliqnæ virtutes sunt, quæ principalem actum halient in retrahendo a malo; sicut modestia, et temperantia, et hujusmodi. El similiter actus jærfectus pœnitentiæ est in retrahendo a malo. Nec propter hoc sequitur quod non sit virtus. > — Hæc ille. — liem, ibidem, in solutione quinti, sic dicil : « Pœnitentia respicit turpe in praeterito, cui potest succedere ƒrfeclio in praesenti. El ideo non est actus imperfecti dc necessitate. > Item, 3 p., q. 85, ari. 1, in solutione secundi, sic dicil : < Pœnitentia, secundum quod est passio, non est virtus. Est autem virtus, secundum quod habet electionem redam ex parte voluntatis. Quod tamen magus potest dici de pœnitentia quam de verecundia : nam verecundia respicit turpe factum ul pratens, pœnitentia autem ut pnelentum; est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in præsenti habeat turpe factum, dc quo oporteat eum verecundari; non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eum |>œmten.·, cum ex vitioso fiat aliquis virtuosos. > — ttai dlv.

Cum autem dicil arguens, quod aliquis potent fieri virtuosus qui nunquam fuit vitiosus; — dicitur quod hoc non valet. Tum quia virtus pœnitentiæ simul infunditur cum gratia in baptismo; sed non potest exire in actum, nisi pnecedeute aliquo peccato. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.*, ubi supra (dist. 14. q. I), art. 3, qb 2, arguit sic, primo loco: < Pœnitcro est mala commissa plangere. Sed innocentes nullum malum commiserunt. Ergo in eis non est [ximilentia. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum quoti, quamvis non commiserint, possunt tamen commilleiu; el ideo eis habitum pœnitentiæ habere competit. Sed tamen

(a) *ad malum. — a malo* Pr

isle habitus non potest exire in actum, nisi forte respectu venialium peccatorum, quia peccata mortalia tollunt ipsum. Nec tamen est frustra, quin est perfectio polentîæ naturalis, p — Ihec ille. — Tum etiam quia non est inconveniens, aliquem habitum acquisitum ex actibus a malo retrahentibus, esse el dici virtutem, ul dictum est.

Ad h'i'thim patet solutio per prædicta. Conceditur enim quod principalis actus pœnitentiæ est bonum facere, vel eligere; sed ista bona electio potest esse in retrahendo a malo, et detestando illud, eligendo talem detestationem tanquam recta rationi consonam, el in electione proportioneudo et taxando pœnam peccato commisso, et in placando Deum, el expurgando peccatum. Unde materia remota |Mi»nitentiæ, ul supra dictum esi, est peccatum el malum, circa quod potest esse multiplex tana electio; sicut temperantia facit rectam electionem circa turpissimas passiones, scilicet circa concupiscentias et delectationes tactus, ut ostendit diffuse sanctus Thomas, 2' ⅔ q 141. in octo articulis. Non oportet autem quod primus el principalis actus virtutis sil electio circa bonam materiam remotam, cum circa furtum el homicidium bene eligat ipsa justitia. Item, ul dictum est, aliud est de virtutibus retrahentibus a malo, et aliud de inclinantibus in bonuin.

Quis autem sil actus pœnitentiæ, et quos habeat communiter, ostendit sanctus Thomas, 3 p.. <|. 85, ari. 5, dicens ; « De poenitentia possumus loqui dupliciter. Uno modo, quantum ad habitum; et sic immediate infunditur a Deo, sine nobis principaliter operantibus, non tamen sine nobis dispositive coopérant)bus per aliquos (i) actus. Alio modo possumus loqui de pœnitentia, quantum ad actus quibus De») operanti in pœnitentia cooperamur (o). Quorum actuum primum principium est Dei operatio convertentis cor, secundum illud *Thrcn.* 5(v.21), *(.'ouverte nos, Domine,* ad *te, et convertemur;* secundus actus est motus fidei; tertius actus est motus timoris servilis, quo quis, timore supplicionim, a peccatis retrahitur; quartus est motus spei, quo quis, sub spe venia.· conseqnendæ, assumit propositum emendandi; quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum secundum se displicet, el non jam propter ipsa supplicia; sextus est motus timoris filialis, quo, propter reverentiam Dei, aliquis emendam Deo voluntarius offert. Sic ergo palet quod actus pœnitentiæ a timore servili procedit. sicut a primo motu affectus ad hoc ordinati; a tiinoreautem filiali, sicul ab immediato el proximo principio, m — Hæc die. — Item, sequenti articulo; t In virtutibus, inquit, non attenditur ordo lemjKiris quantum ad habitua; quia, cum virtutes sint connexa·, omnes simul incipiunt esse in anima. Sed dicitur una carum eeso prior alia online nature, qui consideratur ex ordine actuum, secundum quod actus unius virtutis præsupponit actum alterius virtutis. Secundum hoc ergo dicendum esi quod actus quidam laudabiles etiam (emporo præccdere possunt actum et habitum pœnitentiæ; sicul actus fidei el spei informis, el actus timoris servilis. Actus autem et habituscharitatis simul sunt tempore cum habitu et actu pœnitentiæ, el cum habitibus aliarum virtutum : nam, in justificatione impii, simul est moins liberi arbitrii iu Deum, qui est actus fidei per charitalem formatus, et motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Horum tamen «Inorum actuum primus naturaliter præcedit secundum : nam actus pœnitentiæ virtutis est contra peccatum ex amore Dei; unde primus actus est causa et ratio secundi, n — Hæc ille. — Similia dicil, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 14, q. 1), art. 2, in solutione primæet secundæ quæstiuncuta. Unde, in solutione quinti argumenti secundæ quæstiuncuta, dicil quod motus pœnitentiæ quandoque provenit ex electione boni, quandoque ex fuga mali. Et, in eodem articulo, sæpe dicil quod pœnitenlia ordinatur ad recessum a malo, et omnes aliæ virtutes ad consecutionem boni. Ex quibus omnibus patet quod sufficit ad primum el principalem actum virtutis quod sit electio boni, vel quod ipsum concomitelur electio boni. Sic autem est «ie actu pœnitentiæ, quem concomitatur amor Dei.

Ad quartum dicitur quod pœnitentia est virtus moralis. El ad improbationem hujus, dicitur quod nulla virlus moralis mere habet pro objecto, vel fine proximo, vel pro circumstantia informante, aliquid excedens dictamen rationis naturalis; el hoc ex seipsa· Potest tamen talia habere ex concursu vel imperio virtutum theologicarum. Item, licet illa propositio haberet verum, loquendo de virtutibus moralibus acquisitis, non tamen loquendo de infusis. El de hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* ubi supra (dist. 14, q. 1), art. 1, qu 4, in solutione secundi, sic «licii : ‹l Virtutes infuse tripliciter se hâtant a«l Deum. Quædam enim habent Deum pro objecto et fine, sicul theologiae. Quædam vero non pro objecto in quod transeat actus, sed pro fine proximo; sicut palet de lalria, quæ aliquas servitutis protestationes quasi materiam habet, quas immediate ordinat in Deum quasi in finem. Et tales virtutes propinquissima! sunt theologicis. Unde et actus harum virtutum attribuuntur theologicis, sicut proxime imperantibus. Unde ab Augustino (*Enchir.,* cap. 3) dicitur quod *fuie, spe, charitate colitur Deus.* Quædam autem non habent Deum pro objecto, neqiu· pro fine proximo, sed ultimo : sicul temperantia, qua· hatat passiones pro materia, et quietem animi pro fine proximo ; sed hanc ulterius ordinat ad Deum. Pœnitentia autem, quamvis non habeat Deum pro objecto, habet tamen

(*) *aliquot. — aliof* Pr.
(Î) *cooperamur — cooperantur* Pr.

Deinn pro lino proximo; ijuia nd line in jMCCnta commissa destruenda movetur, ut Deo reconcilietur. El ideo actus ejus, scilicet peccatum expellere, vel justificare, quandoque fidei, quandoque charitati ascribitur. » — Hæc illo.

Ad quintum dicitur quod solum probat quod pœnitentia pertineat ad justitiam; non quidem quod sit ipsa virtus justitia» simpliciter diclæ, quæ est inter æquales et reddit æquale ex debito; quia non sic potest homo reddere Deo æquale. Sed pertinet ad justitiam quasi para potentialis, vel pars subjectiva justitiffi communiter el secundum quid dicta». Non enim quælibet virlus quaï ordinat hominem ad | alterum in ratione debiti (a), est justitia proprie | dicta ut ostendit sanctus Thomas, 2 2', q. 80, ari. I, ubi sicdicil : α In virtutibus quæ alicui principali adjunguntur, duo sunt consideranda · primo quidem, quod virtutes illæ in aliquo cum virtute principali conveniant; secundo, quod in aliquo deficiant a perfecta ratione ipsius. Quia vero justitia ad alterum est, ornnes (C) virtutes quæ ad alterum sunt, possunt, ratione con enicnliæ, juslitiæ annecti. Ratio vero justitiae consistit in hoc quod alien reddatur quod ei debetur secundum æqua itatem. Dupliciter ergo aliqua virlus ad alterum exsistens, a ratione juslitiæ defici uno quidem modo inquanluin delicii · ratione æqualis, alio modo, inquantum deficit a ratione debiti. Sunt enim quædam virtutes, quæ deb tum ' u dem alteri reddunt, sed non possunt reddere æquale. El primo quidem quidquid ab tomme Deo redditur debitum est; non tamen potest ess æquale, ul scilicet lanium homo ei reddat, quantum debet, secundum illud Psalmi 115 (v. 12) *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et, secundum hoc, adjungitur juslitiæ religio (γ), quæ, ul dicit Tullius (*de Invent.,* lib. 2), *superiori cuidam naturae, quam divinam vocant, curam, vel cultum, cæremoniamque offert,* etc. » — Hæc ille. — El sicut dicil ibi de religione el pietate et observantia, quod deficiunt a ratione juslitiæ, quia, licet reddant debitum, non tamen æquale; ita dicendum est de poenitentia, ut superius patuit.

El hæc sufficiunt ad argumenta Durandi.

§2 — Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Aureoli. — Ad argumenta Aureoli contra secundam conclusionem, dicitur primo, in generali, quod materia et objectum pœnitentiæ virtutis potest dici non solum ipsa |>œna, immo ipsum peccatum commissum, pro quo infertur poma. Quod enim objectum pœniteutiæ sit peccatum, palet ex pnccedentibus. Et ulterius, quia principalis ejus actu?» est dolere ct detestari, constat autem quod materia el objectum illius ăctu est peccatum; et, per consequens, est materia virtutis. Quod etiam pœna possit dici objectum vel materia |xenilentiæ, plet : quia ad pœnitontiam non solum pertinet detestari peccata, immo, ultra hoc, actus pœnitentiæ est propositum emendandi el purgandi peccatum per pœnam. El sic iitrumque, tam pcena quam culpa, potest dici materia vel objectum pœnilenliæ. De prodictis sanctus Thomas, 4. *Sentent,,* dist. 14, q. 1, art. 1, in solutione sextæ quæstiunculæ, sic dicit : < Pœnitentia et vindicativa ju^Ulia circa idem aliquo modo sunt, scilicet circa punitionem offense. Sed in duobus differunt. Primo, quia vindicative proprie est in judice pœnam infligente, quam reus quandrxpie invite sustinet;sed pœnitentia est in ipeo reo, qui voluntarius pœnam sustinet pro culpa commissa. Secundo, quia vindicativa justitia respicit offensam communiter; sed pœnilentiæ virtus respicit offensam Dei. Unde oportet quod pœnitentia consistat in emendatione offensae voluntarie assumpta, et tali qualis Deo competit. Sicul autem hominibus, qui vident ea quæ foris patent, fit offensu recompensatio per aliqua exteriora ita Deo, qui intuetur cor, oportet quod incipiat recompensatio fleri in ipso cordis affectu. Eit autem recompensatio exterius in duobus : primo, m hoc quod aliquis exterius pœnam subit pro offensa quam fecit; secundo, in hoc quod cavet in futurum ne similis offensa ab eo fiat. El hæc duo oportet quod homo in corde exhibeat per poenitentiam : primo, dolorem cordis pro malis quæ fecit; secundo, propositum de celero talia non committendi. El hæc duo diffinitio pœnitentiæ continet. Unde Magister, diffiniens pœnitentiam, aliquid ponit quasi genus, in hoc quod dicil quod *est virtus;* dolorem de peccatis, in hoc quod dicit, qua *mala commissa plangimus;* el propositum de futura emendatione, in hoc quod dicil, cum *emendationis proposito.* > — Hæc ille. — Ex quibus patel quod actus completus pœnitentiæ duo objecta respicit : scilicet culpam de qua dolet, et pœnam | quam assumit. Utrum autem eodem simplici actu doleal de peccato et eligat pœnam el emendam, aul sini duo actus, non referi ad propositum; sed vide- | tur quod sil idem actus, habens duo objecla ordinem inter se habentia, ul finis el id quod est ad finem, aul aliquo alio modo ordinata. Item, ibidem, in solutione secundi argumenti, sic dicit : < Illud | (jih mI pertinet ad corporalem immutationem, non |»crlinet ad virtutem quasi essenliabs aclus ejus; sed potest perlinere ad virtutem, sicul materiale circa quod operatur, quia etiam passiones corporales sunt virtutum materia. Et, secundum hoc, dicendum quod ipsius virtutis pœnitentiæ sensibilis

ia) *debiti.* — *delicti* Pr.
(C) *utilem.* — Ad. Pr.
(γ) *religio.* — *religioni* Pr

dolor, vel corporalis fletus, potest esse quoddam materiale. inquanlum hoc reddit Deo pœnitcns, quasi debitum pro offensa commissa. Et ideo, si per planctum significatur actus pœnilenliæ, tunc nihil aliud dicit quam detestationem; si autem dicatur materiale pœnilenliæ, sic potest etiam sensibilem vel corporalem fletum dicere. › — Hæc ille.

Dicilur secundo, quod primum argumentum magis est ad oppositum quam ad propositum : quia justitia punitiva, et generaliter justitia commutativa, non solum habet pro materia pœnam, immo culpam, cui reddit aequalem pœnam. De hoc sanctus Thomas, 2l 2®, q. 61, art 3, ubi sic quærit : Utrum eadem sit materia justitiæ distributivæ et commutalivæ? Sic dicit : ‹ Justitia est circa quasdam operationes exteriores, scilicet distributionem et commutationem. Quæ quidem sunt (a) usus quorumdam exteriorum, vel rerum, vel personarum, vel etiam operum : rerum quidem, sicut cum aliquis aufert vel restituit alteri rem suam; personarum autem, cum aliquis in ipsam personam hominis injuriam facit, puta percutiendo vel conviciando, aut etiam cum irreverentiam exhibet; operum autem, sicut (C) cum quis ab alio juste exigit, vel reddit aliquod opus. Si ergo accipiamus ut materiam ulriusquo juslitiæ ea quorum operationes sunt usus, eadem est materia commulativæ et distributivæ juslitiæ : nam et res distribui possunt a communi in singulos, el commutari de uno in alium; et est etiam quædam distributio laboriosorum operum, el recompensatio. Si autem accipiamus ut materiam ulriusque juslitiæ actiones ipsas principies, quibus utimur rebus el personis et operibus, sic invenitur utrobique alia materia : nam distributiva justitia est directiva distributionis; commutativa vero justitia est directiva commutationum, quæ attendi possunt inter duas personas. Quarum quædam sunt involunlariæ, quædam voluntariæ : involunlariæ quidem, quando aliquis re alterius utitur, vel persona, vel opere, eo invito; quod quidem quandoque contingit occulte per fraudem, quandoque manifeste per violentiam, etc. » Et postea, enumeratis commutationibus, tam voluntariis quam involuntariis, concludit, dicens : ‹ In hujusmodi autem actionibus, sive voluntariis, sive involuntariis, eadem est ratio accipiendi medium, scilicet secundum æqualitatem recompensationis. Et ideo omnes istæ actiones ad unam speciem juslitiæ (γ) pertinent, scilicet commutativam. › — Hæc ille. — Ex quibus palet quod juslitiæ materia sunt non solum punitiones, immo furta, homicidia, et aliæ involunlariæ et culpabiles commutationes. Sicut ergo justitia punitiva respicit illa duo, sic poenitentia respicit, tanquam materiam vel objectum, tam culpam quam pœnam; sed differenter, quia culpam respicit ut materiam circa quam agit, pœnam vero ut id quod agit, et quasi proprium effectum; sicut et justitia punitiva vel commutativa differenter respicit justum et injustum. Unde argumentum non aliud concludit nisi quod peccatum non est objectum pœnilenliæ ut operatum ab ea, quia illo modo pœna est ejus objectum. Cum (pio stat quod peccatum est objectum pœnilentiæ, tanquam id circa quod operatur, el su|>er quod cadit principalis actus pœnilenliæ, scilicet detestatio et displicentia.

Ad secundum, negatur minor. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent»,* ubi supra (dist. 14, q. i), ari. 1,qIa4,insolutionequarti, sic dicit : α Medium (α) non eodem modo accipitur in justitia, et in aliis virtutibus moralibus. Accipiturenim juslitiæ medium per adæquationem rei ad rem. Hæc autem adæquatio fit in justitia commutativa, (piando ab eo (pii habuit plus, aliquid subtrahitur; el ei qui minus habuit, additur. Ille autem qui alterum offendit, vel kesil, plus habuit; et (pii læsus est, habuit minus; inquantum huic subtractum est quod ei debebatur, el ille usus est propria voluntate in hoc quod non debuit. Et ideo vindicativa justitia ab eo (pii offensam fecit, quantum habuit plus debito, tantum subtrahit ei, et dat illi qui est læsus, dum ad honorem el in satisfactionem ejus alium punit. Sic ergo vindicativa justitia constituit medium in offensis, quæ sunt materia ejus : non quidem tenendo medium in offensis, ut quasdam recipiat, el quasdam abjiciat (sicut temperantia ponit medium in delectationibus); sed omni oflensæ proporlionando pœnam debitam. El similiter, pœnitenlia pro quolibet peccato commisso pœnam infert sihiipsi debitam; non autem ita quod aliquod peccatum dimittat, el aliquod retineat. (C) a — Hæc ille. — Ex quibus patet falsitas minoris argumenti, dicens quod pœnitenlia non ponit medium in offensis aut peccatis. — Quod autem dicit de circumstantiis, etc., non valet ; quia eodem modo pœnitenlia ponit circumstantias circa peccatum, sicut ponit medium; quia scilicet pœnam circumslanlionatam el pro|»orlionalam peccatis adhibet.

Ad confirmationem, dicitur quod non est simile de pœnitenlia et aliis virtutibus. Unde sanctus Thomas, ubi supra (4. *Sentent.,* dist 14, q. 1, art. I), in solutione primi argumenti tertiæ quæstiunculæ, sic dicit : u Omnis virtus expellit peccatum opposilum formaliler, quantum ad suum actum primum, qui est informare subjectum. Sed actus secundus in | aliis virtutibus, qui est operatio, non ordinatur principaliter ad repellendum peccatum, sicut est in pœnitenlia. Et ideo |>œnitentia non formaliter, sed

(a) *quidem iunt. — tunl quidam* Pr.
(β) *iirut.* — iune Pr.
(γ);uılıiMT — injuihlur Pr.

(a) in *justitia* —Ad. Pr.
(G) *retineat. — abjiciat* Pr.

quafii effecti ve, peccatum expellit : habet enim peccatum expellendum pro- rnoteria, et operatur circa ipsum ut expellatur, n — Hæc ille. — Hem, 3 p., q, 85, art. 2, in solutione secundi, sicdicit : « Pernitentia habet quidem realiter generalem materiam, inquanlum respicit omnia peccata; sed (x) tamen sub ratione speciali, inquanlum sunt emendabilia (6) per actum hominis coopérant» Deo ad suam justificationem. i» liem, in xdutione tertii, sic dicit : a Pœnitenlia expellit omne peccatum effectivo, inquanlum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex divina gratia, homine coopeninte. d — Hæc ille. — Ex quibus omnibus patet quod pœnitenlia respicit pro materia el objecto illud quod ipsa destruit, licet habeat pro partiali objecto aliquid quoti ipsa efficit, ut supra dictum fuit.

Ai! tertium palet responsio ex solutione primi ct secundi; quia minor est neganda, scilicet quod justitia punitiva vel vindicativa non habeat offensam pro materia vel objecto,

II. Ad alia argumenta Aureoli. — Ad ea quæ secundo loco objicit contra conclusionem eamdem, dicitur. Et ad primum quidem, dicitur primo, quod ad materiam sacramenti pœnitenlia perlinent 1res actus pœnilenlis : scilicet contritio, confessio, el satisfactio. El de hoc plura dicta sunt in principio hujus tertii articuli. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 90, ari. 2, sic dicit : ‹i Duplex est pal's, ut halx> lur in 5. Mciaj»/ii/eic;e(t. c. 31) : scilicet pars essential, et para quantitatis. Paries quidem essentia· sunt naturaliter materia et forma, logice autem genus et differentia. Huc autem modo quodlibet sacramentum dividitur in materiam et formam, sicut in partes essentiæ. Unde sacramenta consistunt in rebus et verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parle materiæ, partes quantitatis sunt partes materia». Et hoc modo sacramento pœnilentiæ specialiter assignantur pries, quantum ad actus pœnitenlis, qui sunt materia hujus sacramenti. Sciendum autem quod alio inudo fit recompensatio offensa? in pœnitenlia, et in justitia vindicaliva. Nam, in vindicativa justitia, fit recompensatio secundum arbitrium judicis, non secundum voluntatem offendentis vel offensi; sed, in pœnitenlia, fit recompensatio offense secundum voluntatem peccantis, el secundum arbitrium Dei, in quem peccatur; quia hic non quærilur sola réintégrâtio æqualitatis justitia·, sicut in justitia vindicativa, sed magis reconciliati!) amiciliæ, quod fit duin offendens recoinjænsat secundum voluntatem ejus quem offendit. Sic eigo requiritur e\ parte praiitenlis : primo quidem, voluntas recompensandi, quod fit |>er contritionem, secundo, quod se subjiciat arbitrio sacerdotis loco Dei, quod Iit in confessione; tertio, quod rcrompenset secundum arbitrium ministri Dei, quod IU in satisfactione. El ideo contritio, confessio, satisfactio ponuntur partes poenitentia». » — Haïe ille.

Dicilur secundo, quod antecedens, vel major argumenti est falsa : quia sacramentum pœnilenliæ non est perfectum sacramentum, nisi pœnitcns satisfaciat netu, vel proposito, per se, vel per alium. Nec valet illud quod adducitur de Papa ; quia, dum Papa dal tales indulgenlixs, non tollit satisfactionem; sed satisfactionem el poenitentias Sanctorum qui sunt in gloria, applicat taliter ab&olulis, sicut ostendit sanctus Thomas 4. *Sentent.,* dist.20, q. I, ait. 3, in solutione primie quæstiunculæ, et ibidem, in solutione secundi argumenti, ubi sic dicit : < Ille qui indulgentia" suscipit, non absolvitur simpliciter lucptendo a debitu]»œnæ, sed datur sibi unde debitum solvat, etc. i» De hoc alia» (dist. 20).

Ciim autem ulterius dicit quod tanta pusnd apparat» contritio in pœnilente, etc.; — dicilur quod, in tali casu, in jæenitenle esset satisfactio tripliciter : scilicet in proposito, el in signo, cl in sui milio. Quod enim talis satisfaciet quoad propositum, patet; aliter non esset contritus, nisi haberet propositum satisfaciendi et recompensandi, et omnem pœnam sibi rationabiliter injungendam portandi. Quod autem haberet satisfactionem sicut in signo, patet ex dictis : ex quo enirn confitetur, subjicit se arbitrio sacerdotis, el significat se paratum satisfacere. Quod autem habeat satisfactionem sicut in sui initio, \el medio, palet : quia satisfactio incipit in contritione, et mediatur in confessione, el completur in exteriori pœna. De hoc sanctus Thomas, i. Sentent., dist. hi, q. I, art. 1, in solutione tertiæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : u Pœna quam |κΐ»ηι-tvn> patitur, tota in ratione satisfactioni" succedit. Non enim sola exteriori pœnitenlia homo satisfacit, sed etiam interiori; alias oratio mentalis non esset satisfactio. Unde et pœna quæ est in contritione, el pœna quæ est in confessione, in portem satisfactionis cadit. El quia satisfactio est ultima pars, lotum sacramentum a pœna denominatur, sicut res denominatur ab ultimo sui. » — Hæc ille.

Ad secundum, negatur major. Nec valet prolatio; quia sanctus Thomas non dicit quod in materia cujuslilæt sacramenti sit aliqua virtus supernatural», ut palet, dist. 22, q. 2, art. 1, in solutione prima· quæstiunculæ, ubi sic dicit ; < In sacramento pœnilentiæ, sacramcntale signum non est aliqua materia exterius apposita, sed exteriores actus, quibus homo ad salutem suam cooperatur (x); el complementum operationis ab extrinseco significatur, per absolutionem sacerdotis; sicut materia, in aliis sacramentis, per ministri sanctificationem efficaciam

(α) irr/. — *cl* Pr.
(β) emendabilia. — cmundabilia Pr,
(λ) *cooperatur. — operalur* Pr.

sacramontalem recipit. Et ideo pœnitentia exterior est sacramentale signum in sacramento pœnitenhæ. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Materia, quæ est in aliis sacramentis signum sacramentale, inquantum ab exteriori datur, représentât exterius agens in sanctificatione; et ideo aliquo modo competit ut gratiam causet. Sed pœnitentia exterior, quæ est signum sacramentale in hoc sacramento, repraesentat cooperationem recipientis, el non influentiam quæ est ex parte agentis exlrinseci. El ideo non competit ei quod gratiam aliquo modo outset. a — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : « Sacramentalibus signis, in aliis sacramentis, adhibetur forma verborum, ad eorum sanctificationem; quia gratiam continent et causant. Sed exterior pœnitentia non est signum gratiam causons. Et ideo non oportet quod sanctificetur per aliquam formam verborum. Sed verba quæ a sacerdote absolvente proferuntur, immediate feruntur ad eum qui se subjicit sacramento. Unde ipse sanctificatur virtute absolutionis, ct gratiam suscipit; non autem sanctificatur ejus confessio, ul ex ea gratiam accipiat, sicut erat in baptismo dc sanctificatione aquæ. » — Hæc ille. — Hem, ibidem, in solutione secundæ quaestiuncula», sic dicit : ‹ Interior pœnitentia est res exterioris pœnitenliæ, sed ut significata tantum per actus pœnitetttiSj ut significata autem et causata per eosdem actus adjuncla absolutione ministri, per quam aliquo modo ad gratiam disponitur : sicut etiam iu sacramento Eucharisliæ, corpus Christi verum, est res significata lanium per species panis el vini, sed causata per verba ministri; el illa duo conjuncta sunl simul signum el causa, a — Hæc ille. — Ex quibus patet quod non est mens sancti Thomæ, quod in quolibet sacramento novo» legis materia sacramenti habeat virtutem supernaturaliter infusam, activam respectu dispositionis ad gratiam, sed solum in illis in quibus verba ministri dirigunlur ad materiam sanctificandam. Item, sufficit quod rnateria sacramenti sil dispositio ad gratiam, licet non causet aliam dispositionem ex aliqua virtute sibi inhærente; sic autem est de ipsa contritione.— Ad impugnationem responsionis ibidem datæ, dicitur quod, licet satisfactio pœnilentialis, ut precise concepta, vel in proposito volita, non sit signum sensibile, nec proprie materia sacramenti pœnitentiæ; tamen, ut volita, ct significata, et inchoata, ct mediata, est signum sensibile; et, ut sic, potest esse materia sacramenti.

Ad tertium, negatur major : quia ejus opposita vera, scilicet quod in eodem instanti quo inchoatur hoc sacramentum in sui materia, puta in vera contritione, desinit morbus peccati quoad culpam. Et ideo nil mirum si, completa satisfactione, desinit morbus quoad pœnæ reatum. Unde illud argumentum parum habet ăpparentia Unde beatus Thomas, 3 p., q. 90, ari. 2, in secundo loco, arguit sic : α In sacramentis novæ legis confertur gratia.Sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars sacramenti. ᵭ Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod satisfactio, prout est in proposito, confert gratiam; et auget eam, prout est in execulione; sicut baptismus in adultis. · — Hæc ille. — Ex quibus patet nullités aigumenti : quia, si quid probaret, utique concluderet quod baptismus collatus contrito adulto non esset sacramentum; quod esi falsum.

Ad illud quod ultimo adducitur, de contritione, dicitur quod, — licet contritio in se non sil sensibilis exterius, e>t tamen sensibilis in se ipsi contrito, ut supra dictum est. — Dicilur secundo, quod, licet contritio in se non sentiatur exterius ab aliis a contrito, potest tamen sentiri in suo signo el effectu, puta confessione el satisfactione. De hoc sanctus Thomas, 3 p., ubi supra (q. 90, ari. 2). Arguit enim sic (arg. i) : « Contritio est in corde; el sic perlinet ad interiorem poenitentiam. Confessio autem est in ore, et satisfactio est in opere; el sic duo ultima perlinent ad exteriorem pœnitentiain. Pœnitentia autem interior non est sacramentum, sed sola pœnitentia exterior, quæ sensui subjacet. Ergo contritio non est pars sacramenti pœnitentiæ. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod contritio secundum
tiam quidem est in corde, el pertinet ad interiorem pœnitentiam; virlualiter autem pertinet ad poenitentiam exteriorem, inquantum implicat propositum confitendi et satisfaciendi, p — Hæc ille.

§3. —Ad argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, dicilur primo, in generali, quod nusquam legi sanctum Thomam sensisse quod reatus derelictus ex actu peccati sil quid reale absolutum, puta habitus, aut dispositio de genere qualitatis; nec similiter quod sil respectus aut relatio realis. Nam sanctus Thomas, loquensde reatu, qpærit, 1l 2r, q. 87, ari. 1 : Utrum reatus poânæ sit effectus peccati? El, in responsione principali, sic dicit : α Ex rebus naturalibus ad res humanas derivatur ut illud quod contra aliud insurgit, abeo detrimentum patiatur. Videmus enim in rebus naturalibus, quod unum contrarium vehementius agit, allero contrario superveniente; propter quod aquæ *calefacta: magis congelantur.* ul dicilur in 1. *Meteor,* (cap. *De grandinis genera· done).* Unde in hominibus hoc ex naturali inclinatione invenitur, ut unusquisque deprimat eum qui contra ipsum insurgit. Manifestum est autem quod quæcumque continentur sub aliquo ordine, sunt quodammodo unum in ordine ad principium ordinis.

Undo quidquid contra aliquem ordinem insurgit, consequens est ul ah ipso ordine et (a) principe ordinis deprimatur. Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est quod quicumquc peccat, contra aliquem ordinem agit; et ideo ab ipso ordine conveniens est ul deprimatur; quæ quidem depressio (C) pœna est. Unde secundum 1res ordinesquibus sulxlitur humana voluntas, triplici pœna potest homo puniri. Primo quidem subditur humana natura ordini propriæ rationis; secundo, ordini exterioris hominis gubernantis spiritualiler, vel temporaliter, politice, seu oeconomice; tertio, subditur universali ordini divini regiminis. Quilibet autem horum ordinum per peccatum pervertitur, dum ille qui peccat, agit et contra rationem, el contra legem humanam, el contra legem divinam. Unde triplicem poenam incurrit : unam quidem a scipso, quæ est ȼonscientia remorsus; aliam vero ab homine; tertiam vero a Deo. a — Hæc ille. — Item, eadem quæstione, art. G, quærit : Utrum reatus pœnæ remaneat post peccatum? El respondet sic : « In peccato duo possunt considerari : scilicet actus culpæ, et macula sequens. Planum est autem quod, cessante aclu peccati, remanet reatus in omnibus peccatis actualibus. Actus enim peccati facit hominem reum pœnæ, inquantum transgreditur ordinem divinæ justitiæ; ad quem non rodit nisi per quamdam recompensationem pœnæ, quæ ad æquaUtatem justitiæ reducit; ul scilicet qui plus voluntati suæ induisit quam debuit, contra mandatum Dei agens, secundum ordinem divinæ justitiæ, aliquid contra id quod vellet simpliciter, spontaneus vel (γ) invitus patiatur. Quod etiam in injuriis hominibus factis observatur, ul per recompensationem reintegretur æqualitas justitiæ. Unde palet quod, cessante aclu peccati vel injuriai illata», adhuc remanet debitum pœnæ. Sed, si loquamur de ablatione peccati quoad maculam, sic manifestum est quod macula peccati ab anima auferri non potest, nisi per hoc quod anima Deo conjungitur, per cujt» distantiam detrimentum proprii nitoris incurrebat, quod est macula. Conjungitur autem homo Deo |x?r voluntatem. Unde macula peccati tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem divina» justitiæ acceptet, ul scilicet vel ipse pœnam sibi spontaneus assumat in recompensationem culpæ præterilæ, vel etiam a Deo illatam patienter suscipiat : utroque enim modo pœna rationem satisfactionis habet. Pœna autem satisfacloria diminuit aliquid de ratione pœnæ. Est enim de ratione pœnæ quod sit contra voluntatem. Pœna autem salisfactoria, etsi secundum absolutam considerationem sit contra voluntatem, non tamen ul hic et nunc; et, per hoc, est voluntaria. Unde simpliciter est voluntaria, secundum quid autem involuntaria. Dicendum est ergo quod, remota macula culpæ, potest quidem remanere reatus pœnæ, non simpliciter, sed pœnæ salisfactoriæ. › — Hæc ille. — Item, 2. *Sentent.,* dist. 42, q. 1, art. 2, sic dicit : « Reatus dicitur secundum quod aliquis est reus pœnæ. Et ideo proprie reatus nihil aliud est quam obligatio ad pœnam. Et quia hæc obligatio quodammodo est media inter culpam et pœnam, ex eo quod propter culpam aliquis ad pœnarn obligatur; ideo nomen medii transumitur ad extrema, ut interdum ipsa culpa, vel etiam pœna, reatus dicatur. Cum autem pœna sit medicina quædam, ul «licii Philosophus in 2. *Ethicorum* (cap. 3), medicina vero non est nisi contra aliquem defectum, oportet quod ad pœnarn pro aliquo defectu obligetur : non quod ille defectus semper sanetur per pœnarn in eo in quo est, ul patet in damnatis, et in fure qui suspenditur; sed pœna récompensât defectum in statu universi, vel etiam reipublicæ, propter ordinem justitiæ qui in pœna apparet. Non autem defectus quilibet ad pœnam obligat : sunt enim defectus quidam involuntarii, magis misericordiam quam iram provocantes. Sed illi soli defectus qui ex actibus voluntariis relinquuntur, pœnarn merentur in eo qui voluntarie in defectum inducitur (i). Unde, cum, transeunto actu, defectus remaneat, oportet etiam quod reatus remaneat post actum. » — Haec ille. — Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Reatus non fundatur, per se loquendo, supra dispositionem vel habitum, sed per accidens, secundum quod talis dispositio vel habitus cuidam defectui conjungitur. » Item, in solutione quinti, sic dicit : ‹ In peccante sunt duo defectus : unus qui est in ipso actu peccati, secundum quod aliquis limites legis divinæ et recta? rationis transgreditur; alius est in ipso peccante, privatio virtutis ex priori defectu actus inducta. Quamvis autem cum aliquis gratiam recuperat. secundus defectus tollatur, non tamen ex toto primus sublatus est : quia oportet ut quantum voluntati suæ obedivit præter legem Dei, tantum in contrarium recompense!. ut sic justitiæ servetur æqualitas; et ideo post gratiam recuperatam injungitur satisfactio, et est homo adhuc reus temporalis pœnæ. d — Hæc ille. — Item, in solutione primi, sic dicit : ‹ Causa proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inductus; actus varo est sicut causa remota. Unde non oportet quod, transeunte actu, reatus transeat, n Item, in solutione secundi, sic dicit : ‹t Non solum quia verum est dicere aliquem actum peccati quandoque egisse, ad pœnam obligatur (quia sic quandocumque verum esset dicere eum hoc fecisse, esset pœnæ obnoxius); sed

(a) *et.* — π Pr.

S*deprcuio, — rrpretrio* Pr. *«impliciter, ipaiitancui vel. — similiter «pontmieus* Pr.

(a) *qui voluntarie* in *defectum inducitur.— quod ṽoluw tarie defectum inducunt* Pr

quia defecto manet in ipso adhuc propter actum quem prius fecit. › — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, secundum eum, reatus non est quid reale absolutum, per modum habitus aut dispositionis. Nec est relatio realis : cum proximum ejus fundamentum, el causa, sit negatio, vel privatio, seu defectus ex peccato derelictus, el non actus, nec habitus aut dispositio; defectus autem, vel negatio, non potest fundare respectum realem. Est ergo respectus rationis: puta obligatio ad pœnam, propter defectum voluntarium, puta transgressionem ordinis divina» legi«?,aiit hurnanæ, vel recte rationis, ut supra dictum est. El talis respectus |»otest consequi actum intellectus creati, vel increali.

Dicitur secundo, quod argumenta Scoti contra istum sensum non procedunt. Non quidem primum. Conceditur enim quod iste respectus est extrinsecus adveniens, et habet pro causa remota actum peccandi. Nec valet hujus improbatio : quia eadem actio est ad velle inordinatum per se primo, et ad defectum et reatum per accidens, vel consecutive et secundario. Nec valet quod dicitur de divina actione. Dato enirn quod ille respectus consequatur actum divini intellectus ordinantis animam quæ peccavit ad pœnam,ex hoc non sequitur, sicut inferi arguens, quod anima sit peccatrix formaliter precise |ær illud quod est a divina actione : tum quia ille respectus consequitur actum peccati, et actionem inordinatam creatura·, et non solum divinum agere; tum quia anima non dicitur formaliter peccatrix precise per illum respectum, sed peractum peccati proteritum, qui fuit causa hujus respectus, nec iste respectus aut obligatio est peccatum,.sed effectus peccati. Unde sanctus Thomas, *de Maio,η.* 2, art. 2, arguit sic, in decimoquarto loco : α Augustinus dicit *(de Nupt. ct concup.,* lib. 1, cap. 26) quod peccatum transit actu, el manet reatu. Hoc autem non e&rct, si ipse actus exterior esset peccatum. Ergo i|«o actus exterior non est peccatum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Reatus, inquit, id est, obligatio a«i pœnam, est quidam effectus consequens ad (leccatum. Unde, cum dicitur quod peccatum transit actu et manet reatu, idem est ac si diceret quod transit per suam essentiam ct manet in suo effectu. » — Hæc ille.

Ad secundum, negatur antecedens. Quia, ut stalim dictum est, illa obligatio non solum causatur a Deo, sêd a creatura, per actum suum inordinatum: a Deo siquidem est quod omnis legem transgrediens obligetur ad pœnam; quod autem iste transgrediatur legem, non ℮ a Deo, sed a voluntate propria ; et ita istum obligari ad pronam est a Deo mcul a «atis.1 primaria et universali, sed a propria voluntate sicul a rausi proxima el propria. Quod si quis dirai : i>te respectus, cum sit rationis, est effective per actum intellectus; sed non intellectus creati, qui forte talem respectum non considerat; ergo est solum per actum intellectus divini, et ita est a solo Deo effectivi»; — dicitur quod ille respectus est potentiali1er, apliludinaliter et exigitive ex parte peccantis, sed completive est per intellectum qui intelligit peccantem in ordine ad pronam, eo modo quo natura rei exigit, supposita lege divina, vel humana, vel recta ratione.

Dicitur ulterius, quod similitudo quam pomi Magister, bona est. Nec valet quod contra eam inducitur. Non quidem primum : quia macula animæ, post peccatum remanens, non solum dicit carentiam habitualis gratiæ, nec solum dicit carentiam rectitudinis in actu; sed dicit utrumqne, scilicet carentiam habitualis graliæ causatam ex carentia rectitudinis in actu vel ex actu inordinato. Unde sanctusThomas,4. Sent.,dist. 18,q. 1,art. 2, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit : a Ex hoc aliquid maculatum dicitur, quia debite pulchritudinis patitur detrimentum. Unde macula,secundum quod hujusmodi, non habet quod aliquid ponat. Sed per comparationem ad id quod pulchritudinis causal detrimentum, aliquid quandoque ponere dicitur; sicut aliquid in facie inductum, quod candorem faciei tegit aut privat. Pulchritudo autem animæ consistit in assiinilatione ipsius ad Deum, ad quem formari debet per claritatem gratiæ ab eo susceptam. Sicul autem perceptio claritatis corporalis a SOte prohibetur a nobis per aliquod obstaculum interpositum ; ita etiam claritas gratiæ prohibetur ab anima per peccatum commissum, quod dividit inter nos et Deum, ut dicitur, *Isaiæ,* cap. 59 (v. 2). Unde ipsa macula, quantum in se est, non ponit de essentia sua nisi privationem gratiæ; sed ponit ul causam obstaculum peccati, quod obstat ad gratiæ receptionem; el propter hoc etiam macula dicitur tenebra, ratione prodicte similitudinis. »— Ikec ille. — Item, ibidem, in solutione primi argumenti, sic dicit : α Quamvis quoad ipsam privationem gratiæ non differant maculæ peccatorum, differunt tamen quantum ad causam ex qua macula consequitur; el, secundum hoc, etiam quodlibet peccatum unam maculam addit, inquantum novum obstaculum gratiæ ponit, b — Hæc ille. — Item, 2. *Sentent.,* dist. 42, q. 1, art. 2, in solutione quarti, sic dicit : ‹ Privatio gratiæ non habet rationem maculæ nisi secundum quod ex actu procedente inducitur. Et ideo, secundum diversitatem actuum, sunt etiam diverse maculæ. Quamvis enim quolibet actu mortalis peccati quælibel virtus privetur, non tamen eodem modo; sed actu luxuria» castitas perse privatur, et aliæ virtutes ex consequenti, secundum quod sunt castitati annexa·; per furtum autem privatur per se justitia, et aliæ virtutes ex consequenti ; et sic de aliis. Et ideo non oportet quod omnium peccatorum sil una macula, vel unus reatus, n — Hæc ille. — Item, 1· 2·, q. 86, art. 1, sic dicit : « Macula proprie dicitur in corporalibus, quando

aliquod corpus nitidum perdit suum nitorem ex contactu alterius corporis, sicut vestis et aurum ct argentum, aut aliud hujusmodi. In rebus autem spiritualibus ad similitudinem hujus oportet maculam «lici. Habet autem anima hominis duplicem nitorem : unum quidem ex refulgentia luminis naturalis rationis, per quam dirigitur in suis actibus; alium vero ex refulgentia luminis divini, scilicet sapientiæet gratiæ, per quam horno perficitur ad liene el decenter agendum. Est autem quasi quidam animæ tactus, quando inliærel aliquibus per amorem. Cum autem peccat, adhæret rebus aliquibus contra lumen rationis et divime legis. Unde ipsum detrimentum nitoris ex tali contactu proveniens, macula animæ metaphorice vocatur › liem, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : α Macula non est aliquid positive in anima; nec significat privationem solam (a); sed significat privationem quamdam nitoris animæ in ordine ad suam causam, quæ est peccatum. Et ideo diversa peccata diversas maculas inducunt, p — Hæc ille. — Ex quibus patet quod macula non solum dicit privationem graliæ, nec solum carentiam rectitudinis in actu, ut putat arguens; sed importat privationem gratiæ causatam ex inordinato actu.

Cum autem dicit arguens, quod carentia rectitudinis in actu non est nata manere, etc., — non valet : quia privatio exsistens subjective in acta, licet non sil nata manere, non manente actu; tamen transgressio ordinis divinæ justitiae, et inaequalitas ex actu inducta, manet, cessante actu; nec tollitur nisi facta quadam recompensatione, ul supra dictum est (in solui, primi).

Cum autem ulterius dicit, quod macula summi odii Λ, el summus amor, etc., — non valet. Unde hoc argumentum solvit quasi in forma sanctus Thomas, 1· 2 q. 113, art. 2, ubi arguit sic. tertio loco : « Nullus subjicitur simul duobus contrariis. Sed quædam peccata sunt contraria, ut prodigalitas et illiberalitas. Ergo qui subjicitur peccato prodigalitatis, non simul subjicitur peccato illiberalitatis. Potest tamen contingere quod prius ei subjiciebatur. Ergo peccando vitio prodigalitatis, liberatur a peccato illiberalitatis; et sic remittitur aliquod peccatum sine gratia. » Ecce argumentum. Sequilur responsio : α Dicendum, inquit, quod, sicul dicit Augustinus in libro ‹/‹· *Nuptiis ct concupisc.* (lib. 1, cap. 26), si *a peccato desistere, hoc esset non habere peccatum, sufficeret ut hoc moneret* (6) *Scriptura : α Fili, peccasti, non adjicias iterum (Kccli.* 21, v. I). » *Non autem hoc sufficit, sed additur : ‹t Sed de pristinis deprecare, ut remittantur:* n *transit enim peccatum actu, ct remanet reatu.* El ideo, cum aliquis a peccato unius vitii transit in peccatam contrarii vitii, desinit quidem habere actum praeteriti; sed non desinit habere reatum. Unde simul habebit reaturn utriusque peccati. Non enim peccata sunt contraria ex parte aversionis a Deu, ex qua parte peccatum habet reatum. » — Hæc ille. — Et sicut dicit de reatu, ita dicendum est de macula.

Ad tertium principale conceditur quod macula, vel reatus, non est aliquid positivum reale ex peccato derelictum. Unde beatus Thomas, 1·2T, q. 86, art. 1, arguit sic, tertio loco : « Si peccatum maculam causât, aut illa macula est aliquid positive, aut est privatio pura. Si sit aliquid positive, non potest esse nisi dispositio vel habitus : nihil enim aliud videtur ex actu causari. Sed dispositio vel habitus non est: contingit enim, remota dispositione vel habitu, adhuc remanere maculam; ut patet m eo qui mortaliter peccavit prodigalitate, et postea transmutatur, mortaliter peccando, in habitum vitii oppositi. Non ergo macula ponit aliquid positive in anima, etc. » Et idem argumentum facit, 4 Sentent., dist. 18, q. 1, art. 2 (q|* I, arg. Sed contra). Cum quibus tamen stat quod macula est privatio, de qua supra (ad secundum) dictum est; et quod reatus est obligatio supradicta, quæ, licet non sil respectus realis, est tamen respectus rationis, ut postea (ad quintum) dicetur. Per quid autem dicitur quis peccator, cessante actu peccati, supra (ad primum) dictum est. Falsum autem est quod dicit arguens, quod scilicet, cessante actu peccati, non remaneat alius respectus rationis nisi qui consequitur actum divini intellectus aut divina? voluntatis, puta respectus ordinati el praevisi, etc. : nam, sicul patet ex praedictis, transeunto actu peccati, remanet respectas inæqualitatis, el obligationis, el debili, et indignitatis, el meriti, cum multis aliis.

Ad quartum patet ex pnediclis. Primo namque falsum concludit, quod ex peccato non relinquatur reatus nisi per actum divini intellectas aut voluntatis. Sicul enim supra (ad primum) dictum est. secundum triplicem ordinem relinquitur triplex reatus; et sic dictas respectas non solum insurgit ex acta divini intellectus, verum etiam exactu intellectus ipsius peccantis, ›el sui principis aut superioris. Rursus, quilibet illorum reatuum non solum insurgit ex parte intellectus, immo principaliter ex parte objecti. Indignitas enim el(x) deformitas actus et agentis, talem respectum et reatum ex natura rei fundat, ŝuppositis (6) superiori lege et ordine ac omnibus illis (γ) quæ tali actu violantur, ut supra dictum est; alias, si talis reatus precise ex actu divini intellectus vel voluntatis inesset, et nullo modo ex parte objecti exigitive, non magis ex natura

(λ) a verbo ner uvpir nd *solani,* om Pr
(£) Aoe monere/. — Aominem *moneret et Pr.*
(x) ct. — Om. Pr.
(6) *tuppofih».* — ιιψραιΠα Pr
(γ) *omnibus illis. — illa* Pr.

rei reos es>et Adulter quam Dei dilector super oinnia; quod est falsum.

Ad quintum, negatur minor. Dicitur enim quod sicut in peccatore, post netum peccati, remanet reatus pœnæ, qui non solum provenit ex parte intellectus, verum etiam ex parte objecti, supposita superiori lege et regula; sic, per oppositum, dicitur quod in eo qui legem servat, et merita multiplicat, est respectus meriti et debiti, et congrui vel condigni, in ordine ad premium, qui non solum insurgit ex parte divini intellectus aut voluntatis, verum etiam ex parte objecti, ex natura actus el agentis, pnesupposita divina promissione. Conceditur tamen quod uterquo respectus est rationis, et non realis. Cujus ratio assignata esi superius (ad primum). Et, pneter illam, poteM alia assignari : quia nullus respectus entis ad non ens eSt realis; sed sic est do utroque istorum; quia terminus utriusque est quid futurum, nondum actu exsistens, scilicet pœna vel premium, loquendo de [>œna alterius saxuli, et similiter de gloria. Quod autem quilibet talis respectus sit rationis, et non realis, ostendit sanctus Thomas, *dc Potentia Dei,* q. 7, art. **i)**, ubi sic dicit : < Sicul realis relatio consistit in ordine rei ad rem, ita relatio rationis consistit in ordine intellectuum. Quod quidem potest dupliciter contingere. Uno modo, secundum quod iste ordo est adinventus per intellectum, el attributus ei quod relative dicitur. Et hujusmodi sunt relationes quæ attribuuntur ah intellectu rebus intellectis, prout sunt intellecta;, sicut relatio genens et speciei : has enim relationes ratio adinvenit, considerans ordinem ejus quod est in intellectu, ad res quæ sunt extra, vel etiam ordinem intellectuum ad invicem. Alio modo, secundum quod hujusmodi relationes consequuntur modum intelligendi, videlicet (pria intellectus inlelligit aliquid in online ad aliud; licet illum ordinem intellectus non adinveniat, sed magis ex quadam necessitate consequatur modum intelligendi. Et hujusmodi relationes intellectus non attribuit ei quod est in intellectu, sed ei quod est in re. Et hoc «pridem contingit secundum quod aliqua non habentia secundum se ordinem, ordinale inlolligunliir; licet inlcllectus non intelligat ea habere ordinem, quia sic esset falsus. Ad hoc autem quod aliqua habeant ordinem, oportet quod utrumque sit ens, el utrumque distinctum (quia ejusdem ad soipsum non esi ordo), el utrumqup sit ordinabile ad aliud. Quandoque autem intellectus accipit aliqua duo ul entia, «piorum alterum vel neutrum est ens; sicut cum accipit duo futura, vel unum præsens cl aliud futurum, et inlelligit unum cum online ad nliud, dicens alterum esse prius allero; unde sunt relationes rationis tantum, utpote modum intelligendi consequentes. Quandoque vein accipit unum ut duo, et intelligit ea cum quodam ordine; sicul cum dicitur aliquid esse idem sibiipsi; et sic talis relatio est rationis tantum. Quandoque vero accipit aliqua duo ut ordinabilia ad invicem, inter quæ non est ordo medius, immo alterum illorum est essentialiter ordo; sicul cum dicit relationem accidere subjecto; unde talis relatio relationis (u) ad quodeumquo aliud, lanium rationis est. Quandoque vero accipit aliquid cum ordine, ul primum est terminus ordinis alterius ad ipsum, licet ipsum non ordinetur ad aliud; sicut cum accipit scibile ut terminum ordinis scientia» ad ipsum; el sic, cum quodam online ad scientiam, nomen scibilis relative significat; el est relatio rationis tantum. El similiter aliqua nomina relativa Deo attribuit intellectus noster, inquantuni accipit Deum ut terminum relationum creaturarum ad ipsum; unde hujusmodi relationes sunt rationis tantum. >— Hæc ille. — Et sciendum quod tales relationes rationis quandoque habent rcalom causam in eo quod refertur per eas. Unde sanctus Thomas, ibidem, in solutione tertii, sic dicil : *d* Sicut aliquid est idem realiter sibiipsi, et non sohim secundum rationem, licet relatio sit secundum rationem tantum, propter hoc quod relationis causa est realis, scilicet unitas substantia? quam intellectus sub relatione inlelligit; ita potestas coercendi subditos est in Deo realiter, quam intellectus inlelligit in ordine ad subditos propter ordinem subtlilorum ad ipsum; el, propter hoc, dicitur Dominus realiter, licet relatio sil rationis lanium. Et eodem modo apparet quod Dominus esset, nullo intellectu exsistente. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet, primo, quod, cum reatus sit obligatio ad pœnam futuram, non polesl esse respectus realis, sed rationis tantum; secundo, quod, hoc non obstanto, peccator dicitur realiter reus et obligatus ad pœnam. quia in eo est causa realis talis respectus; tertio, quod talis respectus non solum dependet ab intellectu, immo a re. El quod dictum est de reatu, intelligendum esi de merito congrui vel condigni.

A<l sextum dicitur primo, quod, in casu argumenti, in offendente principem, cessante actu, est aliquid novum, puta inaequalitas opposita amicitia? et justitio», et obligatio ad pœnam, quæ, licet sit respectus rationis, habet tamen realem causam in Offendente, et est in ipso polenlialiter el exigitive, licet aclualitas respectus, qualem natus est habere, compleatur per intellectum. — Dicitur secundo, quod illa adaptatio quam facit arguens de macula el reatu el offensa, incornpotens est. Tum quia macula dicit quid privativum. Turn quia ordinatio a«l pœnam remanet in anima, cessante macula peccati, ul palet in contrito qui nondum plene satisfecit; et sic non sunt idem. Tum «pria, sublata offensa, el recuperata amicitia Dei per infusionem gratiæ gratum facientis, polesl remanere aliquis reatus, ut

supra dictum fuit. Falsum est ergo quod idem respectus rationis sit reatus, nt macula, el offensa; sed macula, sicut dictum est supra (ad secundum), est ipsa privatio luminis gratuiti vel naturalis, ex actu peccati derelicta; reatus vero est obligat io ad pœnam, el differt a macula sicut effectus a sua causa; offensa vero est inæqualilas quædam, qua? similiter est causa reatus. De prodictis sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 14, q. 2, art. 1, in solutione prima· quæstiunculæ, sic dicil : « Offensa, inquanlum hujusmodi, est inæqualilas quædam, qua unus alteri subtrahit quod debitum erat, etc. » In solutioneverosequentisquæsliunculævidelurdtcerequod offensa sil violatio divinæ amicitia? ex parte [leccatorum. Dicil enirn sic: a Peccator, per affectum peccati, amicitiam Dei violavit ; ex quo amittit gratiam, el incurrit offensam, etc., » ul prius dictum fuit in tertia conclusione. Verum est quod, dist. 18, q. 1, ari. 2, in solutione lerliæ quiestiunculæ, videtur dicere quod offensa sit quædam indignatio offensi ad offendentem. Et forte mens sua est quod offensa ex parle offendentis sit inaequalitas, sed ex parte offensi e>l indignatio. De hoc sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 28, ari. 2, sic dicit : α Offensa, quæ ex peccato sequitur, sine gratia aboleri non potest; sive accipiatur offensa ex parte hominis, inquanlum homo peccando Deum offendit; sive ex parte Dei, secundum quod a peccatore est offensus, secundum illud Psalmi (5, v. 7): *Odisti omnes qui operantur* iniquitatem. Quicumque enirn rern aliquam digniorem indigniori supponit, injuriam ei facit; el tanto amplius, (pianto resestdignior.Quicumqueaulem(a) in re temporali finem sibi constituit (quod facit omnis mortaliter peccans), ex hoc ipso, quantum ad affectum suum, præponit creaturam Creatori, diligens plus creaturam quam Creatorem ; finis enim est quod maxime diligitur. Cum ergo in infinitum Deus creaturam excedit, erit contra Deum peccantis mortaliter infinita offensa, ex parte dignitatis ejus cui per peccatum quodammodo iit injuria, dum ipso Deus contemnitur, et ejus præceplum. Unde ad hanc offensam abolendam non sufficiunt vires humanæ, sed requiritur munus divinæ gratiæ. Ipse etiam Deus dicitur peccatori offensus, vel eum odire, non odio quod opponitur amori quo diligit omnia (sic enim nihil odit eorum quæ fecit, ul dicitur, *Sapient,* 11, v. 25), sed amori quo diligit sanctos, bona æterna eis præparando. Hujus autem amoris effectus est donum gratiæ gratum facientis. Unde offensa qua Deus homini offenditur, non removetur nisi per hoc quod gratiam dat. › — Hæc ille. —Similia dicit, ‡ 2", q. 113, ari. 2. — Quod autem macula el reatus non sint idem, ostendit, eadem dist 18, q. **t**, ari. 2, q,a 3 (ὐ), dicens : ‹t In peccato duo sunt : scilicet conversio ad bonum commutabile, et aversio ab incommutabili bono. El, secundum hoc, duo sunt effectus peccati : unus est indignatio Dei ad nos, aversioni correspondons; alius est pœna inordinatam conversionem ordinans. Et quia primum in peccato ex parte nostra est conversio; et quod esi prius in generatione, ₫ posterius in destructione; ideo ex parte Dei primo est reconciliatio illius ad nos, fecundum est liberatio a debito pœnæ. Sed pœna est duplex : scilicet exterminans hostes, et talis pœna in ipsa reconciliatione removetur; alia pœna est quæ corrigit civem vel amicum, et debitum illius potest remanere reconciliatione jam facta. Et ideo simul cum peccatum remittitur quoad maculam, remittitur quoad pœnam æternam, quæ est exterminans, sed non quoad pœnam temporalem, quæ est corrigens. › —Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : « Sicul actus præcedens fuit causa maculæ, et tamen, transeunto actu, non transit macula; ila actus, mediante macula, fuit causa debiti pœnæ. Et ideo non oportet quod, cessante macula, debitum pœnæ cesset; quia, cessante primo effectu, non oportet quod cesset secundus. › — Hæc ille. — Item, 2. *Sentent.,* dist. 42, in expositione litlene sic dicit : « Macula est medium inter actum peccati et reatum, quasi effectus ipsius actus et fundamentum reatus, ʌ — Hæc ille. — Ex quibus palet quod macula, reatus et offensa non sunt idem respectus per essentiam, ut putat arguens.

II. Ad argumenta Aureoli. — *Ad primum* eorum quæ primo loco adducit Aureolus (a) contra eamdem conclusionem, dicitur quod supponit duo falsa. Primum est,quod sanctusThomas ponat hominem dici formaliler peccatorem, transeunto actu peccati, precise [>er respectum qui dicitur reatus vel obligatio ad pœnam; hujus enim oppositum dictum est prius (ad primum Scoti). Secundum est, quod reatus sit respectus realis.

Ad secundum patet per idem. Cum enim talis respectus non sil realis, non oportet sibi assignare genus reale, proprie loquendo. Potest tamen reduci ad genus *ad aliquid,* cum habeat aliquam convenientiam cum relativis consequentibus *agere* vel *pati,*sicul meritum et demeritum,debitum, dignum, obligatum, et similia.

Ad tertium patet ex dictis; quia fundatur in falso. Non enim obligatio ad jurnam temporalem, vel æternam, est id quo quis dicitur formaliter peccator; sed [totius peccatum præsens, aut praeteritum, manens tamen in suo effectu, puta in inæqualilato (6), vel offensa, \el macula, aut alio simili.

Ad ea similiter quæ secundo loco inducit contra

(a) *autem. — enim* Pr.
(β) q. I, ari. 2, qu 3. — *ibidem* Pr.

( ) eorum *qnx primo loca adducit Aureolut. — Aureoli* Pr
( ) mxquuhtate. ~ t&jualuate Pr.

conclusionem, palet quod falsum supponunt. Non enim sanctus Thomas ponit quod aliquis dicatur formaliter peccator, transeunto actu peccati, per aliquam privationem actualis justitia vel gratia» in voluntate precise, nec similiter per talem privationem ut est derelicta ex actu peccati; sed, ut dictum est, ille qui peccatum commisit, transeunto actu peccati, nondum peccato remisso per gratiam aut gratias sacramento, in illo intermedio dicitur formaliter peccator per peccatum praecedens aliquo modo manens in suo effectu derelicto ex parte conversionis vel aversionis. Nec oportet quod, si iste dicatur actu peccator, quod sit formaliter peccator per aliquid quod est actu prosens: quia non univoce dicitur quis peccator esse dum actu peccat, et dum cessat ab actu peccati, licet non a reatu; et ideo, propter talem analogiam hujus nominis *peccator,* et non univocationem, potest quis denominari peccator formaliter non solum a peccato praesente, immo a peccato præterito, dummodo aliqualiter maneat.

Ad illud quod tertio loco adducit, palet responsio. Tum quin falsum supponit, et false imponit. Tum quia prima consequentia argumenti non valet : quia non oportet quod macula sit habitus, aut habilitas, vel dispositio, nec aliquid positivum, absolutum aut relativum; sed quid sit, superius (ad argum. Scoti) dictum est sæpius. Et itat palet quod argumenta contra conclusiones inducta non valent.

Ad argumentum contra quæstionem, respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 8(3. art. 4, in solutione primi, ubi sic dicit : « Culpa mortalis utrumque habet, et aversionem a Deo, el conversionem ad bonum creatum. Sed aversio a Deo est ibi sicut formale; conversio autem ad bonum creatum, est ibi sicut materiale. Remoto autem formali cujuslibet rei, tollitur res ipsa; sicut, remoto rationali, tollitur species humana. Et ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur aversio mentis a Deo simul cum reatu pœnæ æternæ. Demanet tamen id quod est materiale, scilicet inordinata conversio ad bonum creatum, pro quo debetur reatui pœnæ temporalis. › — Hæc ille.

Et bmc de quæstione dicta sufficiant. De qua benedicius Deus. Arnen.

QÜÆST10 II.

UTRUM POST POITENT1AM RESURGAT HOMO IN ÆQUAL1 VIRTUTE

circa quartamdecimam distinctionem, quærilur : Utrum post pœnitentum repurgat Immo in æquah virtute.

El arguitur quod sic. Dicit enim Apostolus, Roman. 8 (v. 28): *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum;* ubi dicit Glossa Augustini *(de Correpi, et gratia,* cap. 9), quod *hoc adeo verum est, ut si qui eorum devient et exorbitent, hoc ipsum Deus faciet eis in bonum proficere.* Sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. Ergo, etc.

In oppositum arguitur. Quia chantas proficiens, vel perfecta, major est quam charilas incipiens. Sed quandoque aliquis cadit a charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. Ergo resurgit homo quandoque in minori charitate et virtute.

In hac quaestione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod per poenitentiam virtutes restituuntur.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 89, art. 1, ubi sic dicit : α Per pcenitentiam remittuntur peccata. Remissio autem peccatorum non potest esse nisi i>er infusionem gratiae. Unde relinquitur quod per poenitentiam gratia homini infundatur. Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratuitae, sicut ex essentia animae fluunt omnes potenti». Unde relinquitur quod per poenitentiam omnes virtutes restituantur. » — Hæc ille.

Eamdem ponit, prosenti distinctione, q.2, nrt. 2, dicens : « Gratia et virtutes in anima causantur ex influentia divini luminis. Quæ quidem influentia impe<litur per peccatum, quod animam a Deo avertit; sicut nubes, interposita inter nos et solem, radium ejus a nobis prohibet; unde dicitur, Isaiæ 59 (v. 2) : *Peccata nostra diviserunt inter no» et Deum nostrum.* Et quia per pomilentiam peccata dimittuntur, et in primo pœnitentiæ actu quantum ad offensam; ideo, sicut ventus auferens nubem, radium solis nobis restituit, ita poenitentia, tanquam removens prohibens, gratiam gratum facientem et omnes virtutes nobis restituit, n — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio : Quidquid restituit gratiam gratum facientem, restituit virtutes. Sed poenitentia est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio eat quod pernitens non semper resurgit In tcquall gratin vel virtute, immo quandoque In minori.

Hanc ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 89, art. 2, dicens . < Môtus liberi arbitrii, qui est in justifica-

tione (a) impii, est ultima dispositio ad gratiam. Unde in eodem instanti est gratia· infusio cum prodicto motu liberi arbitrii. In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitenliæ. Manifestum est autem quod forma· quæ possunt recipere *magis* et minui, intendunturet remittuntur secundum diversam dispositionem subjecti. Et indo est quod secundum quod motus liberi arbitrii in pœnitentia est intensior vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur majorem vel minorem gratiam. Contingit autem intensionem motus pœnitentis quandoque pro|)orlionatain esse majori gratae quam illa a qua cecidit per peccatum, quandoque autem æquali, quandoque autem minori. Et ideo pomitens quandoque resurgit in majori gratia quam prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori. Et eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur, d — Hæc ille.

Eamdem ponit, 3. *Sentent.,* dist. 31, q. 1, art. 4, ubi, in solutione primæ quæsliunculæ, sic dicit: α Mensura charilati praefigitur a Deo secundum suam voluntatem, et aliquo modo commensuratur ad conatum illius qui gratiam recipit. Unde, cum aliquis post peccatum possit multum et parum conari ad recipiendum charitatem, et divinæ liberalitali non ponatur terminus per peccatum (cum ipse, quantum in se est, sit paratus omnia peccata totaliter delere), oportet dicere, sicut et communiter dicitur, quod aliquis potest in majori et minori charitate resurgere. » — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione secunda) quæstiunculæ, sic dicit : α Non est necessarium quod pœnilens semper in majori charitate resurgat; quia etiam minor praparatio et æqualis sufficit ad hoc quod gratia infundatur. » — Hæc ille.

Item, in solutione tertiæ quæsliunculæ, sic dicit : « In minori charitate potest homo resurgere; quia, quantumcumquo remisse de peccato doleal et ad gratiam se praeparet, dummodo ad terminum contritionis perveniat, qua plus displicet ei a Deo recessisse quam aliquod temporale incommodum, gratiam habebit, etiamsi non tantum praeparet se quantum prius, dum fuit innocens, praeparavit. » — Hæc ille.

Item, ibidem (arg. Sed contra) arguit sic : α Minima contritio sufficit ad deletionem omnium peccatorum. Sed secundum quantitatem contritionis attenditur quantitas charilalis in qua quis resurgit. Ergo, cum potuerit, quando prius gratiam habuit, ex magna praeparatione gratiam accepisse, videtur quod possibile sit quod recipiat minorem gratiam el charitatem quam prius habuit. » — Hæc ille.

El in hoc primus articulus terminatur.

(i) in*jiutifleatione. — injustitia· Pr*

r

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est rontra conclusione". El quidem, contra secundam arguit Scotus (dist. 22, q. 1, art. 2), probando quod omnis resurgens a peccato, resurgit ad majorem gloriam quam ante casum.

Primo Quia resurgens resurgit in omnibus illis bonis quæ prius habuit, jam vivificatis, et, prater hoc, in isto artu pœnitenliæ per quem resurgit, et quem superaddit illis pratentis; et sic habet plura merita in acceptatione divina, quam dum cecidit; et, ex ea parte, ordinatur ad majorem gloriam. — Si dicatur quod non cuicumque merito debetur aliquod praemium essentiale sibi correspondent in gloria, sed tantum aliquod praemium accidentale; — Contra hoc: Quia, si quis illud solum haberet sine alio merito, beatificaretur non praecise in illo gradu in quo (a) propter solam gratiam sine meritis beatificaretur, sicut parvulus taplizatus : gloria enim cujuscumque habentis proprium meritum, excedit gloriam talis. Ergo quodeumque meritum sequens alia merita jam habita, requirit proprium gradum gloriæ essentialis sibi currespendentem. Neo tamen per quodeumque meritum statim augetur gratia; nec habens plura merita,.semper est in majori gratia. Etsi ergo sufficiat sola gratia ad aliquam gloriam, tamen meritis corresponde! aliquis determinatus gradus gloriæ saltem; licet majori gratiæ sine meritis correspondent major gloria, tamen in quocumque gradu eodem ponatur (β) meritum annexum, licet illo non stalim inlendatur(y) gratia, tamen corresponde! sibi aliquis gradus gloriæ, ultra illum gradum qui praecise corresponde! isti gratiæ.

Secundo. Quia ista via consonat Scriptura', quæ in mullis locis istam sententiam divinæ justitiæ asserit, quod *reddet unicuique secundum opera sua* (in Psalmo 61, v. 13; el *ad Roman.,* cap. 2, v. 6); nusquam autem habetur quod unicuique reildet secundum habitum suum. Consonat etiam observanliæ divinæ legis. Quia, secundum ipsam, utile est, quantum possibile est, opera meritoria exercere, quamvis remissa adeo ut (o) per illa non stalim augeatur (t) gratia; quia corresponde! singulis in acceptatione divina determinatus gradus

(a) a xrrbo k-tjn/i*catvtur* usque ad in quo, om. Pr.
(C) */Hinatur. — pmiitur* Pr.
(γ) *mtefh/ntur. — intenditur* Pr.
(Î) i/imniru remüsa *adeo ut. — guanlunieunupie re·* nn«a *adeo ut ctei* Pr.
(c) *augeatur. — augetur* Pr.

gloris Nec odeo expedit salvare gratiam quantum opus remissum agere, per quod non angetur gratia : quin, etsi (s) isto remisse agens non habeat majorem gratiam peropus suum quam ille dormiens in quo salvatur gratia sine tali opere, non Limen iste frustra egit, nec in nullo excedit illum qui dormivit; immo, per hoc quod egit, jam dignus est aliquo bono æterno, quo non est dignus ille alius. — Hæc Scotus, in forma.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 22,q. 1, ari. I), pmbnndo quod resurgens a peccato, semper resurgit in majori habitu charitalis et graliæ, vel saltem in æquali; et idem est de gloria.

Primo. Quia bona opera reviviscunt. Ergo morentur eunidem gradum gloriæ quem prius; el non solum hoc, sed eumdem gradum gratiæ. Peractum etiam pœnitentiæ acquiritur novum meritum, qui, additus prioribus, meretur ampliorem gradum gratiæ, et. ex consequenti, gradum (6) gloriæ ampliorem.

Secundo. Quia quando aliqua cadunt ordinate sub merito mediate el immediate, ita quod alteri debetur meritum alio mediante, quicumque meretur mediatum, meretur immediatum, per quod devenitur ad illud mediatum. Sed augmentum gloria? et augmentum gratiæ hoc modo cadunt sub merito ordinate, quod nullus meretur augmentum gloriæ, nisi mediante augmento charitalis, juxta illud Augustini (Epist. 186, al. 106, cap. 3) : *Charitas meretur augeri, ut aucta mercatur perfici;* supple *per præmium gloriæ;* quasi dicat quod ideo chantas augetur, ut præmium gloriæ augeatur; ac per hoc videtur quod gloria per hoc augetur, quia gratia prius augetur. Sed, per te, bona opera murentur augmentum gloriæ. Ergo necessario merentur augmentum gratiæ.

Confirmatur. Quia cuicumque competit augere majus, competit augere minus. Bona autem opera merentur augmentum gloriæ. Ergo et augmentum gratiæ.

Tertio. Quia qui habet plura merita, est Deo magis acceptus· Ergo quicumque meretur majorem gradum praemii, meretur majorem gradum gratiæ.

Quarto. Quia quicumque est melior, magis est Deo gratus. Sed quicumque habet plura merita, est melior. Ergo est Deo magis gratus.

Quinto Quin ex opposito sequitur hoc inconveniens, quod qui magis diligitur n Deo, minus praemiatur : nam, perte, habentem minorem gratiam magis praemiabit. — Hæc Aureolus, in forma.

III. Argumenta Henrioi. — Contra eaindem conclusionem arguit Henricus, *Quodlibcto* 5, q.24, ubi vult probare primo (a), quod resurgentium a peccato, unus non resurgit in rnqjori gratia quam alius, sed omnes in æquali, dicens sic : Aliqui dicunt quod charitas datur secundum conatum recipientium; el quia, post peccatum, potest homo plus vel minus conari, el unus plus quam alius, et Deus (6) paratus est dare cuilibet secundum quod paratus est el dispositus, unus (γ) potest resurgere in .æquali, vel majori, vel minori. — Sed hoc non valet.

Primo (5). Quia conatus qui est in detestationem peccati et adeptionem grati», est ad bonum supernatum le; et ideo non potest esse sine gratia proveniente liberum arbitrium, et inclinante ad illum motum, et proveniente illum conatum.

Secundo. Quia gratia non datur regulariter secundum mensuram conatus. Quia, si gratia proveniens daretur secundum mensuram conatus, tunc daretur secundum mensuram operum sequentium. Quod est falsum : quia, si gratia daretur secundum mensuram operum sequentium, tunc omnes qui ex majori gratia provenirentur, majora opera facerent; quod non ponitur. Si ergo illa gratia sit gratum faciens, non datur secundum mensuram conatus. Si vero sit gratia (c) gratis data, provenions conatum liberi arbitrii, oportet quod ipsa (ζ), ex se, sino cooperatione liberi arbitrii, in detestationem peccati et appetitum graliæ moveat, ita ut liberum arbitrium non moveatur nisi motum. Cui inclinationi, seu impulsui, si liberum arbitrium non resistat, quæro : utrum, antequam coagat, detur gratia justificans, aut non, sed expectatur ejus cooperatio, quæ dicitur conatus? Si primo modo, ergo non datur illa secundum conatum. Si secundo modo, tunc gratia dabitur ex merito; et sic justificatio erit ox merito congrui, non condigni. Quod non est dicendum : quia tunc parum dabitur largitati divinæ; quia Augustinus, contra Pelagianos, videtur sentire quod gratia justificans provenit omnem motum liberi arbitrii ex electione. Et ideo non est ponendum quod libero arbitrio a gratia impulso ct non rebellanti detur gratia justificans, ut ipsum non rebellare sit (η) meritum congrui. Et ideo videtur magis quod Deus inclinat per gratiam gratis datam ad detestationem peccati et bonum supernaturale; dummodo tali motui non resistat, dat gratiam, licet non conetur, nec cooperetur : ut sic in prima justificatione Deus justificet te sine te non rebellante; ut cooperatores Dei simus, solum augmentum gratiæ justificantis merendo; ita ut mensura charitalis sit

(t) eut. — «i Pr
(C) *gradum.* — grattant Pr.

(x) primo. — Om. Pr.
(€) gui. — Ad, Pr.
(γ) unu· — Om. Pr.
(i) Primo, — Om. Pr.
(c) *sil gratia.* — Om. Pr.
(ζ) *ἰρια.* — igiuni Pr.
(t,) *non.* — Ad. Pr.

a Deo solurn secundum libitum voluntatis ejus, Quantum tamen ex parte liberi arbitrii in quo recipitur, habet commensurari dispositioni ejus. Hæc autem dispositio est pure negativa, scilicet non *resistere.* In pura autem negatione non est magis ct minus. Et ideo non magis resistit unus quam ulter, sed omnes æqualiter; licet *resistere* liene recipiat *magis* el minus, quin Iit per aliquid positive. Et ideo prima gratia justificans, quantum est ex parte liberi arbitrii, aequaliter datur omnibus. Et sic omnis resurgens, inquantum resurgens, in æquali charitale resurgit.

Secundo loco principaliter agit de comparatione charitalis procedentis ad sequentem, dicens : Si vero fiat comparatio ad charitatem quam cadendo amisit, dicendum quod hanc quœstionem procedunt aliæ duæ : scilicet utrum opera mortificato reviviscant in resurgente; et, dato quod sic, utrum charitas ex qua processerunt, reparetur in charitale illa qua resurgens justificatur, an in dispositione divina reservetur conferenda in augmento charitalis quod fiet in glorificatione. Si primo modo, tunc quilibet in majori resurgeret. Si secundo modo, tunc non resurgeret nisi (a) in minori, si, post primam gratiam, per bona opera, aliquod augmentum gratiæ meruisset.

Tertio loco vult probare quod cuilibet resurgenti a peccato datur major gratia quam innocenti, dicens : Si, inquit, fiat comparatio ad qualitatem recipientis justificationem a peccato originali tantum, ul in parvulis, non requiritur ibi gratia proveniens ad inclinandum liberum arbitrium, neque præparatio positiva, ul in adultis; sed solum requiritur quod non ponatur obex, scilicet motus aliquis in peccatum mortale contrarius gratiæ (β). Et sic ista dispositio negativa est. Propter quod æqualis gratia confertur omnibus innocentibus. Sed alia est ratio negationis in non ponendo obicem, et alia illius in non rebellando : quia ista est negatio processus in malum, illa autem pugnæ contra bonum; et pertinet ista ad concupiscibilem el conversionem ad bonum ul nunc, illa ad irascibilem el conversionem a bono simpliciter. Quia ergo pejus est impugnare bonum simpliciter quam concupiscere bona ut nunc (quia formalis ratio peccati magis consistit in aversione a bono simpliciter, quam in conversione ad bonum ut nunc; non enim mala esset illa conversio, nisi quia mala est aversio), tanto econtra melior est impugnationis negatio quam concupiscentia?, et melior dispositio ad majorem gratiam disponit; ideo major gratia datur quibuscumque resurgentibus a peccato actuali, quam quæ datur innocentibus purgatis a solo originali. — Hæc ille.

El in hoc secundus articulus terminatur.

(a) nisi. — Om. Pr.
(C) *motus aliquis* m *peccatum mortale contrarius gratir.* — *modus aliquis in peccatum mortale* Pr.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et ideo

Ad primum Scoti contra secundam conclusionem, dicitur quod ad illud argumentum respondet sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 31, q. 1, ari. 4, qu 3, ubi arguit sic, in quarto loco : ‹ Pœnitentia vivificat merita per peccatum mortificato. Ergo poenitens tantam habebit gloriam, quantam ante peccatum meruerat. Sed tantum meruerat, quantum de chartlate habuerat. Ergo gloria quam pœnitens habebit, proporlionatur charitoti quam ante peccatum habuit. Proporlionatur autem charitoti in qua in morte invenitur post poenitentiam : quia lignum ubi ceciderit, ibi erit, *Eccles.* 11 (v. 3). Ergo charttas in qua resurgit pœnitens, est .æqualis charitoti a qua cecidit. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod, sicut ex prodictis palet, per piiora merito merebatur sibi tantam gloriam, quantam charitatem habebat. Sei ipso per peccatum factus est alter, el non plenarie ad pristinum gradum restitutus. El ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum, nisi quantum ad præmium accidentale, quod commensuralur actibus magis quam habitui charitalis. » — Hæc ille. — Item, art. 1, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Quidam dixerunt quod charitas nunquam meretur, nisi finalis. Sed hoc falsum est : quia charitas finalis non potest dici nisi quæ est in ultimo termino vita»; et tunc forte homo nihil meretur, sed dormit. Unde dicendum quod quolibet actu charitalis meretur vitam æternam, et efficit eam sibi debitam. Sed quando peccat, jam efficitur quodammodo alius, ut dicit Philosophus in 9. *Ethicorum ;* quia transmutatur ab eo quod erat sibi conveniens secundum naturam, in id quod est proler naturam. Et ideo non oportet quod ei reddatur; sicut el illud quod esi debitum reddi sano, non redditur furioso. >— Hæc ille. — Ex quibus patet quod, licet pœnitens resurgat in omnibus mentis quæ ante peccatum habuit, el pro quolibet correspondrai sibi aliquis gradus gloriæ, non tomen tantus quantus ante peccatum sibi correspondebal, nisi resurgat in æquali charilate; quia, si resurgat in minori, jam esi effectus alter, cl indispositus ad recipiendum lotum effectum procedentium meritorum vivificatorum. Nec tamen dicitur quod in tali resurgente meritis vivifi-

citis correspondent tantum (a) premium accidentale, et nullum essentiale. Et ideo responsio quam arguens recital, non est tenenda. Nec est secundum mentem sancti Thomæ. Quod palet : nam, 3 p., q. 89, ari. 5, arguit sic, tertio loco: α Opera in charitate facta merentur gloriam secundum quantitatem gratiæ vel charitalis. Sed quandoque per poenitentiam homo resurçnt in minori gratia vel charitate. Ergo non consequitur gloriam secundum merita priorum operum; el ila videtur quod opera morti (irata per peccatum, non reviviscant, a Ecce argumentum. Sequitur responsio : c Dicendum, inquit, quod ille qui per poenitentiam resurgit in minori chantate, consequitur premium essentiale secundum quantitatem charitalis in qua invenitur; habebit tamen majus gaudium de operibus quæ sic fecit; quod pertinet ad premium accidentale, d – Hæc ille.

Dicitur secundo, quod impugnatio illius responsioni' assumit quoddam dubium, vel forte falsum, scilicet quod ciricumque merito addito gratiæ correspondeat majus premium essentiale, quam soli gratia! precise. Si enim hoc sic inlelligalur, quod aliquis gradus gloriæ corresponde! operi precise, qui non correspondent gratiæ præsenti vel future, falsum est; quia premium essentiale com mensuratur gratiæ et charitati. Si autem inlelligatur sic, quod operi elicito a gialia præsenti correspondel aliquis gradus gloriæ, qui non commensuralur present! gratiæ, sed future, verum dicit; nam quicuinque aclus est meritorius novæ gloriæ, vel novi ejus gradus, est etiam meritorius novi gradusgratiæ, cui correspondel et cominensuratur gradus gloriæ. De hoc sanctus Thomas, 1» 2" , q. 114, art. 8, in solutione tertii argumenti, sic dicit : ‹ Quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, sicut et gratiæ consummationem; quæ est vita æterna; quæ, sicut non stalim reciditur, sed suo tempore, ila nec gratia stalim augetur, sed suo tempore, cum scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiæ augmentum. › — Hæc ille. — Hem, 2' 2"', q. 24, art. 6, in solutione primi, sic dicit : « Quilibet aclus charitalis meretur vitam æternam, non quidem stalim exhibendam, sed suo tempore. Similiter quilibet actus charitalis meretur charitalis augmentum; non tamen stalim augetur, sed quando aliquis conatur ad hujusmodi augmentum, n — Hæc ille. — Verumlamen, 1. *Sentent.,* dist. 17, q. 2, art. 3, in solutione quinti, videtur dicere oppositum. Ait enim sic : ‹ Quando est talis actus charitalis, qualis requiritur ad augmentum charitalis, tunc etiam augetur premium substantiate, quod debetur majori cliarilali consequenti actum, non autem charitati quæ est radix aclus. Non autem omnes eunt tales. El ideo ad multiplicationem talium actuum non sequitur de necessitate augmentum premii substantialis. d — Hæc ille. — El plura similia dicit in eodem articulo, el 2. *Sentent.,* dist. 40 (x). Sed tenendum est quod finaliler dixit in Summa.

Dicitur tertio, quod, concesso quod poenitens resurgat in pluribus meritis quam ante, non tamen sequitur quod resurgat semper ad majorem gloriam : quia quandoque merita procedentia peccatum, el sequentia post pœnitentiarn, innituntur minori habitui gratiæ et charitalis quam ante; et sic sunt minus gratifica, el minus accepta, et ad minorem gloriam ordinata.

Ad secundum dicitur primo, quod via sancti Thomæ magis consonat Scriptura quam via Scoti : quia, licet Scriptura dicat Deum redditurum cuilibet secundum opera sua, tamen alibi *(Roman.* 6, v.23) dicit: *Gratia Dei, vita ivterna.* Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 49, q. **I**, art. 4, qu 4, ubi quæril, Utrum diversa? mansiones palriæ distinguantur penes diversos gradus charitalis, arguit sic, in secundo loco : α In Psalmo (61, v. 13), dicitur: *Tu redden unicuique secundum opera sua.* Sed illud quod redditur, est beatitudinis mensura. Ergo gradus beatitudinis distinguentur secundum diversitatem operum, el non secundum diversitatem charitalis. » Item, tertio, arguit sic: « Premium debetur actui, et non habitui; unde non fortissimi coronantur, sed agonizantes, ul patet, I. *Ethicor.* (cap. 8); el 2. *Timoth.* 2 (v. 5), *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Sed bealiludo est premium. Ergo diversi gradus beatitudinis erunt secundum diversos gradus operum, el non secundum diversos gnidus charitalis.)› Ecce argumentum. Sequitur responsio : u Ad secundum, inqùit, dicendum quod opera non habent quod eis retributio gloria? reddatur, nisi inquantum sunt charitale informata; el ideo, secundum diversos charilatis gradus, erunt diversi gradus in gloria. — Ad tertium, dicendum quod, quamvis habituscharitalis vel (6) cujuscumque virtutis non sit meritum cui debeatur premium, est tamen principium et tota ratio merendi in actu; el ideo secundum ejus diversitatem premia distinguuntur; quamvis etiam ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari, non quidem respectu premii essentialis, quod est gaudium de Deo, sed respectu alicujus premii accidentalis, quod est gaudium de aliquo bono creato. * — Hæc ille. — Item, in principali responsione qmestionis, sic dicit : α Principium distinctivum mansionum, sive graduum habitudinis, est duplex : scilicet propinquum, el remotum. Propinquum est diversa dispositio quæ erit in beatis, ex qua continget diversitas perfectionis apud eos in operatione beatitudinis. Sed

(a) tantum. — tutum Pr.

(a) Cfr. præsertitn q. **t**, ari. 3, ad
(β) vel. — Otn. Pr.

principium remotum, est meritum quo talem Jieatitudtnem consecuti sunt. Primo modo autem distinguuntur mansiones secundum charitatem ℘atria quæ, quanto in aliquo erit perfectior, tanto eum reddet capaciorem divina· claritatis; secundum cujus augmentum (a) augebitur perfectio divina· visionis. Secundo modo vero distinguuntur secundum charitatem ℣ia Actus enim noster non habet quod sil meritorius ex ipsa substantia actus, sed solum ex habitu virtutis quo informatur. Vis nutem merendi est in omnibus virtutibus ex charitate, quæ habet ipsum finem pro objecto. Et ideo diversitas in merendo lota reducitur ad diversitatem charitalis. Et sic charitas vi® distinguit mansiones per modum meriti. » — Hæc ille.

Dicitur secundo, quod illa via Scoti non ila consonat observanti® legis sicut via opposita· Oliservalio enim legis consistit magis in gratia et ‹ harilate, quam in exteriori opere; nam lex nova principaliter consistit in gratia Spiritus Sancti. De hoc sanctus Thomas, ℣·, q. 106, art. 1, sic dicit : « *Unaquxquc res videtur esse illud quod est in ea potissimum,* ut dicit Philosophus, 9. *Ethicorum* (cap. 8). Illud autem quod est potissimum in lege novi testamenti, et in quo tota ejus virtus consistit, est gratia Spiritus Sancti, quæ datur per fidem Christi. Et ideo principaliter lex nova est ipsa gratia Spiritus Sancti, quæ datur Christifidelibus. El hoc manifeste apparet per Apostolum, qui, *Roman.* 3 (v. 27), dicit : *Ubi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Pactorum? Non ; sed per legem fidei;* ipsam enim fidei gratiam *legem* appellat. El expressius, ad *Rom.* 8(v. 2), dicitur: *Lex Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis.* Unde et Augustinus dicit, in libro *de Spiritu et Littera* (cap. 2-4), quod *sicut lex factorum fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta est* in *cordibus fidelium.* Et alibi dicit, in eodem libro (cap. 21) : Qu æ *sunt leges Dei ab ipso Deoscript.v in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus Sancti?* Habet tamen lex nova quædam sicut dispositive ad gratiam Spiritus Sancti, el ad usum hujus grati® pertinentia, quæ sunt quasi secundaria in lege nova, de quibus oportuit instrui fideles Christi et verbis et scriptis, tam circa credenda quam circa agenda. Et ideo dicendum est quod principaliter nova lex est lex indita, secundario autem est scripta. » — Hæc ille. — Item ad hoc facit Glossa ex Augustino sumpta, super illud Psalmi 70 (v. 15), *Quoniam non cognovi negotiationem,* vel *litteraturam,* etc. Quæ sic dicit : *Negotiatio grace abactu dicitur, latine a negato otio* (6). *Negotiatores ergo actuosi sunt, scilicet Judæi, ct alii, qui ab eo quod agunt præsumunt, opera sua laudant, non perveniunt ad gratiam, quæ hoc commendat ut nemo de se glorietur. Qui vero gloriatur, tanquam negotiator de templo a Domino ejicitur, qui ejecit vendentes et ementes de templo. Econtra requies est in //co, qui justificat. Illi ℞egotiatore potius sunt inquieti quam boni operatores. Unde ct negotiatores dicuntur, qui negant otium, de quo dicitur* (Psalm. -45, v. H) : *Vacate et videte quoniam suavis est Dominus. El est scnms: Non cognovi negotiationem, id est, de actibus présumantes, et ex operibus suis justitiam quærmtes,* etc, Et, post mulla, sic dicit *Non cognovi litteraturam, id est, non approbavi quemquam ex operibus legis justificari ; sed reprobavi de littera legis prxsumenlcs. a gratia resilientes.* — Hæc ille. — Ex quibus palet quod obsenatio legis non principaliter stat in actu exteriori, vel in negotiatione.

Dicitur tertio, quod per opera remissa nullus acquirit nec meretur novum gradum gloriæ, nisi quia simul meretur novum gradum gratiæ vel charitatis. Et ideo principalis conatus debet esse cuilibet ut crescat in gratia el charitate Dei et proximi, in qua est principalis observatio legis, el secundum quam quantificabilur gloria, ul sæpe dictum est. Ad intellectum prodictorum facit illud quod dicit sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 18, q. 1, art. 2, in solutione quarti argumenti, ubi sic dicit : ‹ Ille qui meretur, non oportet quod proficiat quantum ad rationem merendi : hoc enim accidit ei ex hocqmxl radix meriti, scilicet charitas, non est in suo termino. Sed oportet quod omnis qui meretur, proficiat quantum ad mercedem quam meretur, ut scilicet eam sibi debitam faciat vel simpliciter, vel quantum ad aliquem modum quo sibi prius debita non erat. › — Hæc ille. — Item, art. 5, sic dicit : ‹ Mereri est facere aliquid sibi debitum. Hoc enim contingit tribus modis. Uno modo, quando aliquis facit de non debito sibi debitum ; sicut aliquis primo motu charitalis meretur vitam æternam, faciens eam sibi debitam, quæ prius ei debita non erat. Alio modo, quod erat sibi minus debitum, faciendo magis debitum; quod contingit in eo in quo charitas augetur. Tertio modo contingit quando aliquis quoti est uno modo debitum, facit alio modo sibi debitum; sicut puer baptizatus, cui debetur vita aeterna ex habitu gratiæ in baptismo infusæ, quando usum liberi arbitrii incipit habere, facit eam sibi debitam ex actu. Primo ergo modo Christus meruit in primo instanti su® conceptionis claritatem corporis; quæ quidem non erat sibi debita ex conditione natur® in se considerat®, neque consequebatur ex unionis necessitate, sicut gloria fruitionis. Secundo autem Christus mereri non potuit, quia charitas non est aucta in ipso. Tertio meruit sibi in omnibus actibus suis jx»t primum instans conceptionis su®; quia

(a) icctmdum *cujus augmentum. — ct secundum rjut* Pr.

(C) *negato otio — negotio* Pr.

fecit sibi debitum aliquibus actibus, quod prius aliis actibus debebatur. › — Hæc ille. — Non tamen intclligas quoi nunquam per actum exercitum ab habitu cbaritatis vel graliæ aliquis mereatur novum gradum gloriæ, ultra illud quod debetur habitui elicienti et informanti actum; sed solum illud quod uno modo dotabatur actui primo, alio modo detaalur actui secundo. Iste enim sensus falsus est, ut patuit, ct patebit. Sed est intelligendum quod ille gradus gloriæ, qui debebatur gratiæ, debetur actui elicito per eam ; el, ultra hoc, debetur ei novus gradus gloriæ, correspondens novo gradui gratiæ quam meretur, si gratia sit augmenlabilis, et non in termino. Nullus enim meretur novum gradum gloriæ, nisi quia prius natura meretur augmentum graliæ et novum gradum ejus.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli, negatur prima consequentia. Licet enim priora merita mortilicata reviviscant in pœnilente, non tamen habent omnem et eumdem vel tantum effectum quem vel quantum ante peccatum, dum ex majori gratia vel cbaritate eliciebantur, quam sit nova gratia in qua pœnitens resurgit; et sic non oportet, in illo casu, quod perducant ad eumdem vel æqualem gradum gloriæ qui eis ante peccatum debebatur. El huc contingit propter indispositionem remisse pcenitontis, Ut prius dictum est.

Ad secundum dicitur quod nihil concludit contra nos. Quia, si loquatur de meritis procedentibus peccatum, conceditur quod illa utrumque merebantur, scilicet augmentum gratiæ et gloriæ; sed in isto remisse pœnilente, qui non disponit se ad susceptionem æqualis sed minoris gratiæ, non sortiuntur completum effectum, ut scilicet in prosenti recipiat lotum illud augmentum gratiæ, et in futuro lotum illud augmentum gloriæ, nisi intensius se disponat quam in actu primo pœnilentiæ. Si autem loquatur de merito novo actus remissi pœnilentiæ, qui minori cbaritate el gratia informatur et elicitur quam procedentia menta, dicitur quod non meretur æqualem gradum gloriæ, et sic nec æqualem gradum gratiæ, sicut priora merelantur.

Ad confirmationem, palet per idem. Potest tamen dici quod, posito quod primum meritum pœnitentis merereturæqualem gradum graliæ, non tamen sequitur quod augmentum graliæ slalim sibi infundatur, sed in futurum, quando ad hoc erit dispositus; et sic non sequitur quod resurgat in æquali vel majori gratia, sicut nec resurgit cum gloria, ut ꝑalet ex prodictis.

Ad tertium dicitur quod antecedens e?»t dubium, vel falsum. Si enim inlelligatur comparatio inter duos, quorum unus habet plura merita quam alius, antecedens universaliter intellectum, falsum est. Nam contingit aliquem habentem pauca merita, esse Deo magis acceptum et gratum quam sit alius habens plura merita : sicut palet do angelo respectu hominis, ct de anima Christi respectu animæ Virginis Mariæ, comparando eas pro instanti conceptio nis Christi; in illo enim instanti illa anima erat sumine accepta el grata Deo, licet haberet (a) pauca merita. Non enim habens plura merita, est gratior Deo quam habens pauciora, nisi cætera sint paria, puta actus æque perfecti secundum speciem, et æque intensi secundum gradum, et informati æquali gratia et habitu virtutis; alioquin unum meritum intensum, majori gratia informatum, reddit gratiorem quam mulla merita remissa, parva gratia informata. Si autem liat comparatio ejusdem ad seipsum, qui scilicet nunc habet plura merita quam prius habuit, adhuc antecedens universaliter intellectum, falsum est, nisi cætera sint paria, tam ex parte meriti quam ex parte merentis. Contingit enim gratiorem esse eumdem hominem cum quatuor meritis, tempore quo habet majorem gratiam, quam cum quinque, tempore quo habet minorem gratiam, et remissius se disponit, el remissius diligit Deum el proximum propter Deum, actu el habitu, quam prius. Si autem cætera sint paria, tunc conceditur quod habens plura merita, est gratior simpliciter, vel secundum quid, in re, vel in spe; quia scilicet ad multiplicationem meritorum augetur gratia, vel in futurum augebitur, nisi prostetur impedimentum. Ex quibus patet quod, si antecedens inlelligatur in sensu quo debet concedi, argumentum non valet : quia minor est neganda; nam pœnitens remisse se disponens, licet habeat plura merita quam prius, non tamen æqualia prioribus, vel non æqualiter respectu ejus operantia, propter suam indispositionem»

A‹l quartum, negatur minor, si universaliter intelligatur. Conceditur tamen quod habens plura merita quam prius, et æqualia in se, et respectu merentis, ut prius, est melior simpliciter, vel secundum quid, in re, vel in spe, quam prius; sed hoc non habet locum in proposito, ut patet ex dictis sæpe.

Ad quintum, negatur consequentia. Nec valet ejus probatio. Non enim dicimus quod resurgens in minori gratia magis promietur essentiali pnemio propter plura merita remissa quæ habet nunc, quam prius, dum habebat pauca, sed intensa. Sed potest concedi quod propler plura dignus est promiari nunc quam prius; vel quod meretur plura proinia, non tamen æque intensa, ut prius, ut de se patel. Unde omnia argumenta procedunt ex falso intellectu conclusionis, vel ex quadam falsa suppositione, non concessa, nec probata, scilicet quod quilibet resurgens a peccato per poenitentiam, resurgat ad æqualem gloriam essentialis promii; quod sanctus

(a) *licet haberet.* — H *hcet habebat* Pr.

Thomas non intendit, nec concedit, ut supra patuit (5).

III. Ad argumenta Henrici. Ad argumenta Henrici contra eamdem conclusionem inducta, dicitur quml omnia tria puncta, vel 1res ℃onclusione quas intendit probare, falsæ sunt. Unde

Ad primum pro prlmn mia conclusione dicitur, negando antecedens. Non enim oportet quod dispositio positiva a<l gratiam, scilicet detestatio peccati, ct appetitus gratiæ et justitiæ, procedat ex gratia habituali gratum faciente; sed sufficit quod procedat ex gratia actuali gratis data, quæ est aliqua molio, ut ostendit sanctus Thomas, Ie 2®, q. 112, ari. 2, ubi sic dicit: α Gratia dupliciter dicitur : quandoque ipsum habituale donum ; quandoque aiilem ipsum auxilium l)<-i moirnlis dnimSlU ad bonum. Primo ergo modo accipiendo gratiam, exigilur ad gratiam aliqua animæ pnvpai tli··. quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita. Sed, si loquamur de gratia secundum quod significat auxilium Dei moventis ad bonum, sic nulla praqmratio requiritur ex parte hominis, quasi pr.eveniens divinum auxilium; sed potius quæcumque præparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei moventis animam ad bonum. Et, secundum hoc, ipse bonus motus liberi arbitrii quo quis praeparatur ad donum gratiæsuscipiendum, est actus lilwri arbitrii moli a Deo; el, quantum ad hoc, dicitur homo se præparare, secundum illud *Proverb.* 16 (v. 1) : *Hominis est præparare animum.* Et tamen est principaliter a Deo movente liberum arbitrium; et, secundum hex?, dicitur « *Deo voluntas hominis prieparari (Prov.,* c. 8, v. 35, juxta version. LXX), et *a Domino gressus hominis dirigi* (Psalm. 36, v. 23). » — Hæc ille. — Item, art. 4, sic dicit : u Gratia, ex parte subjecti, potest recipere *magis* el minus, prout scilicet unus perfectius illustratur a lumine gratiæ quam alius. Cujus diversilatis ratio quidem (€) est aliqua ex parte praeparantis scad gratiam : qui enim se ad gratiam magis préparai, pleniorem gratiam suscipit. Sed ex hac parte non potest accipi prima ratio hujus diversitatis : quia praqmratio ad gratiam non est hominis nisi inquantum liberum arbitrium ejus præparalur a Deo. Unde prima hujus diversitatis causa est accipienda ex parte Dei. qui diversimode sua dona dispensat, ad hoc quod ex diversis gradibus pulchritudo el perfectio Ecclesia consurgat; sicut etiam diversos gradus rerum instituit, ut esset universum perfectum, etc. d — Hæc illo. — Similem sententiam ponit, 4. *Sentent.,* dist. 17, q I, ari. 2, in solutione sccundæ quæsliunculæ. et m res|>onsione ad secundum, ubi sic dicit : « Voluntas nostra est omnino pedissequa respectu divinæ graliæ, et nullo modo prævia : quia i|wa voluntas Ixma.quæ gratiam gratum facientem præcedil, e\ Deo nobis provenit, qui gratuita sui voluntate nos ad hoc provocat, vel flagellis, vel aliquo auxilio interiori. Nec tamen voluntas hæc est prævia, sed pedissequa respectu graliæ gratum facientis; quia non est causa ipsius, μ·<l aliqualiter (1) ud ipsam viam parat. > — Hæc ille.

Concordat isti solutioni Bernardus de Gannalo, in impugnatione predicti *Quodlibeli* Henrici, ubi sic dicit: « Mulla, inquit, dubia dicit. Et opimo quam impugnat, vera est, quai in adultis, secundum majorem vel minorem amatum, datur major vel minor charilas, secundum cornrnunem cursum; licet Deus, de jiotenlia sua absoluta, posset dare ^n.· ,μlï ,lo , \.·| m/j.-ivm. ubi v^-t minor cou.du-, _yU(>d autem dmd.quod conatas m iletestelionem prf< ati rt ac«<-plh>m-m gr.dia· ·-t mi|h*inaturalis; — dicendum quod talis conatus supponit aliquid supernaturak·, puta vel Udem infurmein, vel auditum aliquem de rebus supematuralibus (&); non autem oportet <ihcml précédai ipsum gratia graluin faciens. Item, istum conatum praxedit quædam molio divina, qua homo movetur ad bonum supernatando, faciendo quod in se est Quo<l autem j»er Sfiecialcm Dei motionem moveatur vel cunetur (7) ad aliquid supernatande, non ol inconveniens. Ille tamen conatus, nisi sil cum charilate, non est meritorius merito de condigno, sed de congruo. Non ergo oportet quoti gratia præveniat liberum arbitrium, ut dicit, sed motio illa, vel aliqua pmcognilio de supernaturalibu > — Hæc Bernardus, et bene.

Ad secundum, negatur consequentia : quia conatu ille non est opus sequens tempore vel natura gratiam gratum facientem, sed præcedens tempore quandoque; licet sequatur aliquam gratiam secundo motio dictam, puta divinam motionem. De hoc liernardus, ubi supra, sic dicit : « Ad aliud quod dicit, quoti si gratia daivlui secundum mensuram conatus, tunc tlaretur secundum mensuram operum sequentium;—dicendum quod non sequitur. Prima enim gratia, qua horno justificatur, datur gratis, et sine mento de condigno. Potest tamen ipsam præcetiere meritum de congruo; el, secundum quod majus est in uno quam in alio, datur major charitas. El istud meritum est conatus iste, secundum quem regulariter datur major vel minoi charilas. Si autem illa mulio qua liberum arbitrium movetur ad bonum supernaturale. vocetur gratia gratis data, tunc talem conatum pr.eeedit gratia gratis data. Nec 0|K>rtet quod inclinet liberum arbitrium ad detestandum peccatum sufficienter: quia tunc sine cha-

( ) Cfr. ad primiltn Scoti.
( ) *quidem.* — *quædam* Pr.

(3) *aliqualiter.* — *aliquam* Pr.
(i) *»ui>eruahii'ulibut.* — *fpirituahbus* Pn
I‹ ' — Λ<1 Pi

riUU posset sufficienter detestari peccatum; quod est falsum. Nec est inconveniens quod liberum arbitrium non moveat se ad gratiam gratum facientem, nisi motum a Deo, nec detur etiam gratia justificans adulto antequam coagal aliquid consentiendo divinæ motioni : quia etiam ipsum detestari peccatum imperfecte, ut per attritionem, et appetere gratiam, agere quoddam est ; et hoc præcedil gratiam justificantem, licet simul lempore possit esse. Unde aliquando attritio præcedil contritionem, aliquando autem non præcedil attritio, sed simul tempore, cum homo incipit detestari peccatum, datur ei gratia, ita quod actus, qui ex parte sui principii non erat meritorius, per gratiam concomitantem quasi justificat. Et ideo adhuc dabitur secundum mensuram conatus, licet Deus possit eam dare sine conatu, ut dedit Paulo. — Quod autem dicit, quod, si gratia non præcederet illum conatum, vel si conatus esset dispositio ad gratiam, tunc justificatio esset ex merito, sicut reprobatio; — dicendum quod non est inconveniens quod justificatio sit ex merito de congruo, non autem de condigno. Et ideo non simpliciter ex merito datur, sed secundum divinam largitatem. — Quod autem dicit de Augustino, quod gratia justificans præcedil omnem motum liberi arbitrii; — dici potest dupliciter. Primo, quod pnecedit omnem motum meritorium liberi arbitrii. Secundo, quod Augustinus vocat hic gratiam justificantem illam di vinam motionem qua primo incipit moveri liberum arbitrium, quæ dicitur justificans, quia disponit ad justificationem, non quia faciat justificationem. Nec ponimus, sicut iste ponit, quod ipsum non *rebellare* sit meritum congrui (hoc enim parum esset); sed ipsum *consentire* ex majori vel minori affectione illi motioni divinæ, ponimus esse meritum congrui. Unde non *rebellare* non est sufficiens dispositio : quia plus potest homo facere, etiam sine gratia; quia consentire illi motioni, et appetere gratiam. El ideo extorte exponit dictum Augustini : quia Deus non justificat adultum nisi eo coopérante saltem per consensum; et ideo non sufficit quod non rebellet. Unde cocqieratores Dei sumus, non solum merendo augmentum graliæ, ut dicit, immo etiam merendo primam gratiam, merito do congruo, non de condigno. Deus autem non mensurat gratiam, secundum communem cursum, nisi secundum recipientium dispositionem. — Quod autem dicit, quod dispositio ad gratiam est pure negativa, — non est verum; immo est positiva, ut visum est, et intenditur el remittitur in diversis. Et ideo non datur æqualis gratia justificans omnibus resurgentibus, ut fingit. De gratia autem quæ datur parvulis, est alia ratio : quia illa datur sine merito proprio et congrui et condigni, ex mera liberalitate Dei. Unde, quantum est cx parte parvulorum, omnes sunt æqualiter dispositi ad gratiam. Et ideo æquilis gratia régulai iter eis datur» licet Deus poset alifer facere. » — Hæc Bernardus, et bene, ci conforiniter sancto Thomæ, |· 2·, q. 112, art. 2, et q. li t, art. 3 el 5, quoad mulla· Et similiter, 2. *Sentent.,* (list. 27. q. 1, art. 4, ubi arguit sic, quarto loco : a Si Deus dal alicui gratiam, aut dat digno, aut indigno. Si dat indigno, insipiens est el injustus; quod est impossibile. Ergo dat digno. Sed nullus est dignus habere aliquid, nisi qui hoc meruit. Ergo quicunique accipit gratiam primam, prius meruit ipsam. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : u Dicendum quod indignum potest sumi dupliciter. Vel («) negative tantum; et sic Deus dat gratiam indignis, quia his qui non sunt sufficienter ad hoc digni, sed tamen habent aliquam dispositionem ad recipiendum, ex quo dicuntur quodammodo cx congruo mereri. Nec ex hoc sequitur quod Deus sit injustus, sed liberalis. Vel sumitur contrarie, ul dicantur indigni qui habent voluntatem resistentem graliæ; et talibus gratiam non infundit, quia ad virtutem non cogit, ut dicit Damascenus (2 *de Fid. Ort.,* cap. 12 et 30). t› — Hæc ille. — Item, *dc Virtutibus,* q. I,art. 1, in solutione secundi, sic dicit : « Mereri dupliciter accipitur. Uno modo, proprie; et sic nihil aliud est quam facere aliquam actionem unde aliquis juste sibi acquirat mercedem. Alio modo, improprie; et sic quælibet conditio quæ facit hominem aliquo modo dignum, meritum dicitur; ul si dicamus quod species Priami meruit imperium, quia digna fuit imperio, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus palet quod, secundum eum, in dictis locis, [K>sset dici quod horno posset sibi mereri primam gratiam merito congrui, licet non condigni.

Verumtarnen, in 𝔄 videtur ponere quod nullo modo potest quis sibi mereri primam gratiam ; sed quod actus precedentes gratiam habitualem, licet possint did dispositiones, non tamen merita respectu gratis. Unde, q. 112, art. 2, in solutione primi, sic dicit : c Præparalio hominis ad gratiam habendam, quædam est simul curn ipsa infusione graliæ. Et talis præparalio est quidem meritoria; sed non graliæ, quæ jam habetur, sed gloriæ, quæ nondum habetur. Est autem alia præparalio graliæ imperfecta, quæ aliquando præcedil donum graliæ gratum facientis, quæ tamen est a Deo movente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondum homine per gratiam justificato : quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia. » — Hæc ille. — Et similiter ad hoc videtur redire, 2. *Sentent.,* ubi supra (disl. 27, q. 1, art. 4); nam, in solutione quinti, sic dicit : α Potentia materiæ est proportionata ad receptionem formæ. Et ideo dispositiones illius el habilitates convenienter possunt merita nominari. Sed gratia excedit omnem proportionem nature, ut actus naturales non possint dici merita respectu graliæ, sed dispositiones remota: tantum, d — Hæc ille. — Hem. 𝔄

(4) Vel. — *ecilicct* Pr.

q. 114, art. 5, in solutione secundi, si« dicit: < Deus non dat gratiam nisi dignis : non tamen ila quod prius digni fuerint; sed quia ipse per gratiam eos facit dignos, r/ui sofus *potest facere mundum de immundo conceptum semine* (Job, 14, v. 4). i› — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, secundum ultimam ejus determinationem, nulla dispositio procedens habitum gratiic potest diri meritum primæ graliæ, nec de condigno, nec de congruo, nisi mullum improprie.

Dicitur ulterius, quod, cum arguens ponat aliquam dis|H)sitionem negativam ex parte suscipientis gratiam, quæ sic est ab homine, quod non a Deo movente per gratiam, aliqualiter declinat ad errorem Pelagianorum ponentium aliquam dispositionem ex parte liberi arbitrii, quam non habet a Deo vel divina gratia. Nec effugitur error ille per distinctionem de dispositione positiva et negativa : quia talis dispositio negativa habet rationem boni; et sic habel illa positio dicere aliquod bonum non exse a Deo; quod erroneum est, potissime in bonis quocumque modo ad gratiam pertinentibus, sive antecedenter, sive concomitanter, sive consequenter. De hoc sanctus Thomas, I p., q. 23, ari. 5, ubi diffuse de hoc loquitur; et, inter cætera, dicit : α Quidquid est in homine ordinans ipsum in salutem, lotum comprehenditur sub effectu praedestinationis, etiam ipsa prima præparalio ad gratiam. Neque enim hæc fit nisi per auxilium divinum, secundum illud *Thren.* ult. (v. 21) : *Converte nos, Domine, ad te, ct convertemur,* d Item, ibidem, sic dicit : < Non est distinctum quod est ex libero arbitrio et ex praedestinatione, sicut non est distinctum quod est ex causa secunda et ex causa prima. Divina enim providentia producit effectum per operationes causarum secundarum, t» — Hæc ille. — liem, 1· 2 q. 109, art. 6, probat quod α homo non potest se praeparare ad lumen graliæ suscipiendum, nisi per auxilium gratuitum Dei interius moventis

Ad illud quod adducit pro sua secunda conclusione, respondet Bernardus, ubi supra, dicens : « Licet autem opera mortificata reviviscant in resurgente a peccato, non tamen oportet quod semper resurgat in majori charitate quam fuit illa quam amisit, ut dicit : quia non sic reviviscunt, ul gratia præcedens redeat, el alia addatur; sed quia in dispositione divina imputantur ad vitam æternam, quæ non imputarentur nisi iste resurgeret a peccato; el ideo secundum conatum majorem vel minorem dabitur ei major vel minor charitas quam fuit illa quam amisit. Nec oportet, quidquid detur, quod semper resurgat in minori : quia nec sic Deus servat in sua dispositione bona opera, vel cliaritatem ex qua processerunt, quin etiam paratus sit dare charitatem majorem magis disposito. Quod autem dicit in solutione argumenti, quod Deus restituit gratiam amissam, — non cretio quod restituat earndem numero : quia idem potest facere alia gratia; et ideo non oportet quod semper sit major recuperata quam (wnlila, » — Hæc Bernardus, et bene. — Ex quibus jiatel ad argumentum. Quia nec prima charil.H eadem numero reparatur etæque intensa semjier in resurgente, nec eadem charitas el æque intensa reservatur sibi conferenda in postarum. Nec similiter o|xirtel quod, si ex operibus cx prima gratia elicitis meruit aliquod augmentum gratis, recuperel illam vel æqualcin gratiam cum æquali augmento, ul prius dictum fuit; immo potest contingere quod resurget in minori charitate el gratia; sed forte in posterum pertinget ad illud augmentum quod prius meruit, et forle nunquam pertinget, si debiliter, remisse, aut tepide, aut nulliter ad hoc conclur.

Ad probationem terthe conclusionis respondet Bernardus, ubi supra, dicens : < Quod autem dicit de duabus di>|M«Mlionibus negativis, non valet; quia non sunt dispositiones |ær se. Immo in adultis ot dispositio positiva. Et ideo non est necessarium quod dicil, quod omnibus resurgentibus a peccato datur major gratia quam innocentibus. Puteal enim adultus tam modice conari, quod modica gratia ilabilur ei, forte minor quam panulo, cui datur gratia sine conatu, el sine dispositione positiva. › — Hæc ille, el bene, praeter hoc quod ponit gratiam infundi parvulis sine quacumque dispositione positiva. Hoc enim non e>t verum : quia baptismus collatus parvulis, imprimit eis dispositionem aliquam positivam ad gratiam, quæ dicitur ornatus, vel character, ul alias dictum est (a). Et de hoc alias forte videbitur. Videtur enim sanctus Thomas velle quod nunquam confertur gratia alicui nisi cum dispositione positi va ad gratiam. Unde, 142w',q. 112. art. 2, arguit sic (tertio loco): < Agens infinite virtutis non requirit dispositionem in materia; cum nec ipsam materiam requirat,sicut in creatione apparet; cui collatio graliæ comparatur, quæ dicitur nova creatura, *ad Gal.* ult. (v. 15). Sed solus Deus, qui est infiniUe virtutis, gratiam causal. Ergo nulla præparalio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendam. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum est quod agens infinitæ virtutis non exigit materiam, vel dispositionem materiæ, quasi pra?suppositain ex alterius causæ actione. Sed tamen oportet quod, secundum conditionem rei causandæ, in ipsa re causet et materiam et dispositionem debitam ad formam. Et similiter, ad hoc quod Deus gratiam infundat animæ, nulla pnvparatio exigitur, quam ipse non facial. « — Hæc ille. — Consimiliter, prima distinctione *Quarti,* q. 1, art. 4, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicil : « Principio agens respectu justificationis Deus est,

(») Cfr. diM Lq. I. art. 3. § 3, III, ad 2«®; cl diM. I,q. t. ari. 3, §2, II, ad vl dbl. 7, q. i, ari. 3, ad 2w'".

nec indiget ad hoc aliquibus instrumentis ex parle sua; sed propter congriiilalcm, ex parte hominis justificandi, utitur sacramentis quasi quibusdam instrumentis justificationis. Hujusmodi autem materialibus instrumentis competit aliqua actio ex natura propria, sicut aquæ abluere, el oleo facere nitidum corpus; sed ulterius, inquantum instrumenta divinæ misericordis justificantis, pertingunt instrumentaliter ad aliquem effectum in anima, qui primo correspondet sacramentis, sicut est character, vel aliquid hujusmodi. Ad ultimum autem effectum, qui est gratia, non pertingunt etiam instrumentaliter, nisi dispositive, quantum ad hoc quod illud ad quod instrumentaliter effective pertingunt, est dispositio, quæ est necessitans, quantum in se est, ad graliæ susceptionem. › — Hæc ille. — Similia ponit, 3 p., q. (33, art. 6, in solutione tertii, et in multis aliis locis.

Cetera vero quæ dicit Bernardus, possunt stare, potissime de dispositione requisita in adultis. Unde sanctus Thomas, 1" 2* q. 112, ari. 2, arguit sic, secundo loco : α Ille, inquit, qui in peccato progreditur, non se præparal ad gratiam habendam. Sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia; sicut patet de Paulo, qui gratiam consecutus est dum esset *spirans minarum el cadis in discipulos Domini,* ut dicilur, Act. 9 (v. 1). Ergo nulla pneparatioad gratiam requiritur ex parte hominis, a Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Homo, inquit, ad gratiam se præparare non potest, nisi Deo pncveniente et movente ad bonum. Et non refert utrum subito vel paulatim aliquis ad perfectam pneparationem perveniat. Dicilur enim, *Eccli.* I t (v. 23), quod (a) *facile* est in *oculis Dei subito honestare pauperem.* Contingit autem quandoque quod Deus movet hominem ad bonum, non tamen perfecte; et talis præparatio præcedit gratiam. Sed quandoque statim perfeclo movet ipsum ad bonum, et subito homo gratiam accipit, secundum illud Joan. 6 (v. 45) : *Omnis qui audivit a Patre ct didicit, venit ad me.* Et ita contigit Paulo: quia subito, cum esset in progressu peccati, perfecte motum est cor ejus a Deo, audiendo et addiscendo et veniendo; et ideo subito gratiam consecutus est. » — Hæc ille.

Et hæc sufficiunt pro responsionibus objectorum.

Ad argumentum pro quæstione, respondet sanctus Thomas, 3 p., q. 89, art. 2, in solutione primi, dicens : α Non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum quod per peccatum a Dei timore cadunt (quod patet m his qui cadunt, ct nunquam resurgunt, vel qui resurgunt, iterum casuri); sed (6) his *qui secundum propositum vocali sunt sancti (Roman.* 8, v. 28), scilicet pnedestinatis, qui, quotiescumque cadant, finalilcr tamen resurgunt. Cedit ergo fis in bonum hocquod cadunt, non quia semper in majori gratia resurgunt, sed quia resurgunt in permanenliori gratia ; non quidem ex parte ipsius graliæ, quia, quanto gratia est major, tanto est permanenlior; sed ex pario hominis, qui, lanio stabilius in gralia permanet, quanto esi cautior ct humilior. Unde el Glossa, ibidem, subdit quod *ideo proficit cis in bonum quod cadunt, quia humiliores redeunt, quia doctiores fiunt.* » — Hæc ille. — Et in idem redit responsio data ad idem argumentum, 3. *Sentent.,* dist. 31, q. 1, art. 4, q(i)3, in solutione primi, ubi sic dicit : α Hoc dictum inlelligitur non semper quantum ad majorem quantitatem charitatis, sed quantum ad majorem diligentiam vel humilitatem, in qua pœnitens resurgit, ad minus actualiter. Minus autem malum est ut chantas diminuatur quam ul totaliter amittatur; et minus malum computatur pro magis bono, ut dicilur, 5. *Ethicorum* (cap. 1). Et ideo in bonum diligentis Deum cedit peccatum, etiam si in minori cbarilate resurgat : quia per humilitatem et cautelam ab omnimoda graliæ amissione curatur (a), o — Hæc ille.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus in saecula. Arnen.

(i) *quod. — quia* Pr
(6) in — Ad. Pr.

DISTINCTIO XV

QUÆSTIO I.

UTRUM HOMO POSSIT DEO SATISFACERE PRO PECCATO

^XincA decimamquintam distinctionem ʜ î *i· Sententiarum* qnæritur : Utrum homo possit Deo satisfacere pro peccato.

Et arguitur quod non. Quia ille cujus a totum quod hahet, non sufficit ad unum debitum exsolvendum, non potest pro alio suo debito satisfacere. Sed quidquid homo est, et potest, et hshet, non sufficit ad exsolvendum debitum pro lieneficio creationis; unde, *Isaiæ* 40 (v. 16), dicitur quod ligna Libani non sufficient ad holocaustum. Ergo nullo modo potest satisfacere pro debito offensæ commises.

In oppositum arguitur. Quia, sicut dicit Hieronymus (in Exposit. fidei ad Damas.), *qui dicit Deum . aliquid impossibile prtecopisse homini, anathema*

I (a) (ruratur. — (uratur Pr.

sit. Sed satisfactio est in præcepto, Luae 3 (v. 8) : *Facite dignos fructus pœnitentiæ.* Ergo possibile est Deo satisfacere.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, .sit

Prima conclusio : Quod purus horno non potest perferto satisfacere Deo, nisi In virtute meriti Christi.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, 3 p., q. 1, ari. 2, in solutione secundi, ubi sicdicit: α Aliqua satisfactio potest dici sufficiens dupliciter. Uno modo, perfecte, quia est condigna, per quamdam adæquationem ad recompensationem culpæ commisse. El sic hominis puri satisfactio esse non potuit sufficiens. Quia lota natura humana emi per peccatum corrupta; nec bonum nlicujus personae, vel plurium, poterat per æquiparantiam lotius natura detrimentum recoin pensare. Tum etiam quia peccatum contra Deum commissum quamdam infinitatem habet ex infinitate divinæ majestatis : tanto enim offensa est gravior, quanto major est ille in quem delinquitur. Unde oportuit, ad satisfactionem condignam, ul actio satisfactionis satisfacientis Italierei efficaciam infinitam, utputa Dei ct hominis exsistens. Alio modo potest dici satisfactio sufficiens imperfecte, scilicet secundum acceptationem ejus qui est ea contentus, quamvis non sil condigna. Et hoc motio satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum prasupponit aliquid perfeclum, a quo sustentetur, inde est quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi. » — Hæc ille.

Eamdem ponit, 3. *Sentent.,* dist. 20, q. 1, ari. 2, dicens : ⟨ Oportebat, inquit, quod pro peccato natura humana· fieret condigna satisfactio. Tum quia aliter homo non restitueretur primæ dignati. Tum quia conveniens est esse unum primum in genere satisfactionis perfectum, supra quod omnes aliæ satisfactiones imperfecta.· fundentur. Ad hoc autem quod satisfactio esset condigna, oportebat quod haberet virtutem infinitam. Quia peccatum pro quo fiebat satisfactio, infinitatem quamdam haltebal ex Iribus : primo, ex infinitate divina· majestatis, inquantum offensa fuerat per contemptum inobedienthe(quanto enim major est in quem peccatur, tanto gravior est culpa); secundo, ex bono quod per peccatum auferebatur, quod est infinitum, scilicet Deus ipse, cujus participatione fiunt homines beati ; tertio, ex ipsi natura quæ corrupta erat, quæ infinitatem quamdam habet, inquantum in ea possunt in infinitum supposita multiplicari. Actio autem pura creatura non potest habere efficaciam infinitam. Et ideo nulla pura creatura poterat sufficienter satisfactionem facere. » — Hæc ille.

Item, art. 1, q,a 3, m solutione tertii, sic dicit : α Remissio pœnæ quæ fit aliis hominibus, pracipue pœnæ satisfactory·, fundatur super virtutem satisfactionis Christi, quæ superabundavit ad amovendas omnes pœnas, quantum in ac fuit. Unde oportet quod particulata satisfactio fundetur super satisfactionem Christi condignam, sicut in quolibet genere imperfectum oritur ex perfecto. › — Hæc ille.

Item, dist. l 7criii, q. 1,art.2, in solutione sexti, sic dica, in fine : ‹ Dicendum, inquit, secundum quosdam, quod etiam pro actuali peccato non sufficit purus homo satisfacere, nisi prasupposita satisfactione Christi, ex cujus passione etiam antiquorum patrum satisfactio efficax fuit, qui in fide ejus salvabantur. » — Hæc ille.

Ex quibus patet quod, in dictis locis, sensit quod purus homo non sufficit satisfacere pro peccato actuali mortali, sicut nec pro originali. Verum, 4. *Sentent.,* dist. 15, videtur aliter dicere. Nam, q. 1, ari. 2, sic dicit : ‹ Dupliciter homo Deo debitor efficitur : uno modo, ratione beneficii accepti; alio modo, ratione peccati commissi. Et sicut gratiarum actio, vel latria, vel si quid est hujusmodi, respicit debitum beneficii accepti; ita satisfactio respicit debitum peccati commissi. In his autem honoribus qui sunt ad parentes et deos, etiam secundum Philosophum, impossibile est æquivalens reddere secundum quantitatem ; sed sufficit ut homo reddat quod potest, quia amicitia non exigit æquivalcns, sed quod possibile est. El hoc etiam est æquale aliqualiter, scilicet secundum proportionabilitatem : quia sicut se habet hoc quod Deo esset debitum, ad ipsum Deum; ita hoc quod ipse potest reddere, ad eum. Et sic aliquo modo forma justitiæ servatur. El similiter est ex parte satisfacientis. Unde homo non potest satisfacere, si ly *satis* æqualilalem quantitatis importet. Contingit autem quod importet aequalitatem proportionis, ut dictum est. El hoc, sicut sufficit ad rationem justitiæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis. › — Hæc ille.

Item,ibidem, in solutione primi, sicdicit :‹ Sicut offensa habuit quamdam infinitatem ex infinitate divinæ majestatis, ita et satisfactio accipit quamdam infinitatem ex infinitate divinæ misericordis, prout est gratia informata, perquam acceptum redditur quod homo Deo reddere potest. Quidam tamen dicunt quod habet infinitatem ex parte aversionis,

ct sic gratis dimittitur; <ed ex parte conversionis linita (St, cl sic pro ea satisfieri potest. Sed hoc nihil est : quia satisfactio non respondet peccato nisi Mvnndum quod est offensa Dei; quod non habet ex parte conversionis, sed aversionis solum. Alii vero dicunt quod, etiam quantum ad aversionem, satisfieri potest pro peccato, virtute menti Christi, quod quidem infinitum fuit. Et hoc in idem redit quod prius dictum est; quia per fidem Mediatoris gratia data est credentibus. Si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. n — Hæc ille.

Ex quibus videtur quod punis (a) homo potest sufficienter satisfacere pro peccato actuali mortali, sine merito passionis Christi ; cujus oppositum superius dixit. Sed hic nulla est proprie contradictio; quia Miperius loquitur de satisfactione perfecta, hic vero de imperfecta. Unde potest talis ratio pro conclusione formari : Ad perfectam satisfactionem pro peccato, requiritur adæquatio satisfactionis ad offensam. Sed talem et tantam non jxjtest punis homo exhibere, nisi conjuncto merito passionis Christi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod nullus potest sailstacere Deo de uno peccato, non satisfaciendo de alio, sed illud retinendo.

Hanc ponit sanctus Thomas, præsenli distinctione 15, q. **I**, art. 3, in solutione priinæ quæstiunculœ, ubi sic dicit : « Quidam dixerunt quod potest fieri $ati>faclio de uno peccato sine alio, vel in alio, ut dicit Magister m littera. Sed hoc non]K)test esse. Cum enim per satisfactionem debeat tolli offensa précédons, oportet quod talis sit modus satisfactionis, qui competat ad tollendum offensam. Offensæ autem ablatio est amicitiæ restitutio; el ideo, $i sit aliquid quod amicitiæ restitutionem impediat, etiam apud homines satisfactio esse non potest. Cum ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediat, quæ est hominis ad Deum, impossibile est quod homo de uno peccato satisfaciat, alio retento; sicul nec homini satisfaceret, qui, pro alapa sibi data, ei se prosterneret, et aliam simul daret. *— Hæc ille.

Item, ibidem (arg. Sed contra), arguit sic: u Satisfactio est medicina curans peccata pneterita, et praeservans a futuris. Sed peccata non possunt sine gratia curari. Ergo, cum quodlibet peccatum mortale gratiam auferat, non potest de uno peccato fieri satisfactio sino altero. — Item, *haiue* 58, dicitur quoi jejunium eorum qui ad contentiones el lites jrjunnkml, non erat Deo acceptum ; licet jejunium -it opus ‡satisfactioni 9bd non potest fieri Deo satis- la< lio 1HM |HiT opus Deo acceptum. Ergo qui habet aliquod ‡Hatuni, non |»ole>t Deo sdi.Macere. II.ta ille.

|a< pitrvi — prioiuj I’r.

Ex quibus polest formari talis ratio pro conchisione : Nullum opus insufficiens ad amicitiæ restitutionem, et cum illius impedimento stans, est Deo satisfnctorium. Sed omne opus factum in peccato mortali, vel cum retentione peccati mortalis per affectum, est hujusmodi. Ergo, etc.

Tertia conclusio est quod nullus, post remissionem peccati mortalis sibi (actam per contritionem, noviler mortaliter peccans, potest in statu illo, extra charilatem, satisfacere pro peccatis prius sibi dimissis.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 15, q. 1, ari. 3), in solutione secundæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : « Quidam dixerunt quod postquam omnia peccata per poenitentiam el contritionem dimissa sunl, si aliquis ante satisfactionem peractam in peccatum decidat, et in peccato exsistens satisfaciat, quod satisfactio talis ei valeat, ita quod, si in illo peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc esse non potest. Quia in satisfactione oportet quod, etiam amicitia restituta, jusliliæ æqualilas restituatur; cujus contrarium amicitiam solvit, ut dicit Philosophus, 9. Et/iicorum (cap. l et 3). /Equalitas autem in satisfactione ad Deum non est secundum aequivalentiam, sed magis secundum acceptionem ipsius. Et ideo oportet quod, etsi offensa sit dimissa per contritionem pnecedenlem, quod opera satisfacloria sint Deo accepta; quod dat eis vharilas. El ideo sine charitale opera non sunt satisfacloria facta. > — ll.ecilie.

Item, ibidem (arg. Sed contra), arguit sic: « Quia dicitur, *Proverb.* 10 (v. 12) : *Universa delicta operit charitas.* Sed satisfactionis virtus est delere peccata, vel delicta. Ergo sine charitale non habet virtutem suam. — Item, pruxipuuin opus in satisfaciendo est eleemosyna. Sed eleemosyna extra charitatem facta non valet, ul patet, 1. *Corinthior.* 13 (v. 3): Si *distribuero in cibos pauperum,* etc. Ergo nec aliqua satisfactio est extra charilatem. > — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Nullum opus Deo non acceptum, Csl salisfactorium. Sed omne opus extra charilatem facium, est Deo non acceptum. Ergo, etc.

Quarta conclusio est quod opera extra chnrltnlein (acta, sicut non sunl ‡ar|a(Ha nec alleu|us pnemll ellam temporalis proprie meritoria.

Ilnncponit ‡sanctu ‡Thoma. pne-vnti distinctione, <| I, ari. 3, in solutione quarta· quæsliunruhe, ubi sic dicit : α Meritum proprie dicitur actio qua efficitur ut ei qui agit, justum sit aliquid dari. Sed

justitia dicitur dupliciter. Uno modo, proprie, quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis. Alio modo, quasi similitudiharie, quæ respicit debitum ex parte dantis. Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi· Et sic justitia dicitur decentia divinæ bonitatis; sicut Anselmus dicit *(Prolog.,* c. 10), quod Deus justus est cum peccatoribus parcit, (pria cum hoc decet. Et, secundum hoc, meritum dicitur dupliciter. Uno modo, actus per quem efficitur ut ipse agens habeat debitum recipiendi; et hoc vocatur meritum condigni. Alio modo, actus per quem efficitur ut sit dandi debitum in liante, secundum decentiam ipsius; et hoc meritum dicitur meritum congrui. Cum autem in omnibus illis ǫua gratis dantur, prima ratio dandi sit amor, impossibile est quod aliquis tale debitum sibi efficiat, qui amicitia caret. Et ideo, cum omnia bona, et temporalia, et æterna,ex divina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquod illorum, nisi per charitatem. Et ideo opem extra charilatem facta, non sunt meritoria ex condigno neque aeterni neque temporalis boni alicujus apud Deum. Sed quia divinam bonitatem decet ut ubicumque dispositionem invenit, perfectionem adjiciat, ideo ex merito congrui dicitur aliquis mereri bonum aliquod per opera extra charilatem facta. Et, secundum hoc, opera illa ad triplex bonum valent : scilicet ad temporalium bonorum assecutionem, ad dispositionem gratiarum, el assuetudinem bonorum operum. Quia tamen (x) hoc meritum non proprie dicitur meritum, ideo magis concedendum est quod hujusmodi opera non sint alicujus boni meritoria, quam quod sint. » — Hæc ille.

Ex quibus |»otest formari talis ratio pro conclusione : Ex nullo opere dicitur aliquis proprie mereri aliquod bonum, per quod non acquirit debitum proprie dictum ex parte sui aliquod bonum recipiendi. Sed omnia opera hominis extra charilatem facta, sunl hujusmodi in respectu ad Deum. Ergo per talia nihil meretur apud Deum, merito proprie dicto, etc.

ARTICULUS 11.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

I. Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. El quidem, contra primam nrguit Scotiis (dist. 15, q. 1)» probando quod possibile sit, de |M)tenlia Dei absoluta, Deum accipere aliquem actum jiœiiitentis tanquarn satisfactionem justam pro peccato, non conjuncto merito passionis Christi.

Primo. Quia non est impossibile Filium Dei non fuisse incarnatum, et, per consequens, nec passum; ct tamen possibile est Deum produxisse praedestinatum ad beatitudinem, et juste, non tamen excludendo misericordiam. Ergo possibile fuisset modo pœnilentem sibi satisfecisse; quia non potest juste sine satisfactione peccatorem l>eatificare·

Confirmatur istud per Augustinum, 13. *de Trinitate,* cap. 10 : Fuit quidem ct alius modus nostra redemptionis possibilis, quam scilicet per incarnationem et passionem; sed nullus noslræ miseris sananda» convenientior. Ergo lapsus noster potml sanari alia via quam per incarnationem et passionem Christi.

Secundo. Quia passio Christi non delet culpam nostram nisi ut causa meritoria, et, per consequens, ut causa secunda, quæ non est de essentia rei. Ergo illa reducitur ad genus cause efficientis. Sed quidquid potest Deus per causam secundam efficientem, potest immediate. Ergo sine illa posset juste et ordinate remittere culpam.

Si dicatur ad istud, quod Deus posset sine Christo medialore delevisse juste culpam viatoris, et ita eum produxisse ad beatitudinern, secundum primum argumentum, el immediate justificasse, juxta secundum argumentum, sed tamen non per \iani satisfactionis, quia non fuisset aliquid æquivalens redditum tunc; nunc autem est redditum æquivalens per Christi pa&ionem, cum ista tamen tali quali satisfactione istius; — Contra. Satisfactio est redditio æquivalentis pro æquivalenti· Sei quantum malum fuit peccatum avertens a Deo, tantum bonum est conversio ad Deum ex charitale; quantum etiam bonum natum fuit inesse actui nostro, Unium bonum, el non plus, abstulit |>eccatum nostrum, et tantum l>onum potest inesse actui nostro secundo. Ergo per ipsum omnino æquivalens redditur.

Tertio (x). Si dicatur quod actus malus non sit æquivalens in bono illi malo in displicentia, nisi actus ille eliciatur a gratia; sed prima gratia non datur alicui peccatori, nisi ex passione Christi; — Contra. De potentia Dei absoluta, bene posset dari prima gratia sino merito passionis Christi. Quod probatur : quia summa gratia data creature, data est animæ Christi, et sine merito quocumque; nulla enim passio ejus, nec pransa, nec exhibita, erat meritum respectu, gratiæ conferenda? sibi; immo providebatur vel prius videbatur gratiam habiturus quam passio acceptanda.

item. Passio Christi fuit bonum finitum, etiam accepta secundum lotam rationem meriti in ea; quia non erat lionuin inctealum (6); nec per consequens

(x) *tanien.* — cum Pr.

(«) *Tertio.* — Om Pr.
(i) incrcahmi — *iteratum* Pr.

acceptatur a Den infinite ex parte objecti, quia non fuit Deus beatus acceptando illam passionem , sicut amando suam essentiam. Si ergo infinitas in peccato prohiberet satisfactionem esse possibilem, etiam prohiberet eam, posita passione Christi.

Quinto sic. Deus, de potentia absoluta, posset dedisse peccatori post attritionem, tanquam post dispositionem congruam ct meritum de congruo, gratiam per quam motus ejus fieret contritio; et sic per satisfactionem delevisse peccatum, quia per actum illum reddentem Deo æquivalcns illi bono quod abstulit peccatum· Posset etiam actus ille esse alias indebitus : Quin, licet quidquid sumus ct possumus, teneamur Deo, tamen cx maxima sua misericordia, considerans nostram fragilitatem et difficultatem ad bonum, noluit nos regulariter obligare nisi ad decalogum; el ita potuisset ordinasse el obligasse hominem tantum ad decalogum, Christo non incarnato. Posset ergo tunc homo aliqua supererogation^ opera exercere, ℊua alias essent sibi inde hila; ct tunc salvaretur tota ratio satisfactionis. De latentia ordinata tamen Deus non disposuit sibi reconciliare injustum, nisi per ob>equium sibi magis gratum quam erat offensa ejus sibi displicens; el illud est meritum passionis Christi. — Hæc Scotiis, in forma.

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 15, q. I, ari. 2).

Primo. Quia rigor juslitiæ exigit quod actus satisfactorius sil æquivalcns in bonitate malitiæ actus peccati. Sed possibile est habere actum gralia informatum, æquivalentem in lenitate malitiæ peccati. Ergo, etc. Minor probatur. Quia, si actus gratia informatus non posset æquivalcrc vel preponderate malitiæ peccati, hoc esset vel quia culpa est infinita ratione objecti, vel ratione sui, vel ratione operantis. Si primo modo, non magis est infinitus actus peccati in malitia, quam actus bonus gralia informatus in bonitate : quia uterque est in Deum objective; ergo, si, propter objectum infinitum, actus peccati halict infinitam malitiam, eadem ratione, actus gratia informatus habet infinitam Iwnilatein. Si secundo modo, non : quia actus jæccati non est infinitus formaliter, nec actus gralia infoi matus. Sed tertio modo posset intelligi infinitas malitia! actus ex parte operantis, hoc modo scilicet, quia, quantuincumque augeretur actus bonus in bonitate, nunquam aequaret gradum malitiæ satisfaciendo. Cujus ratio est : quia in commissione peccati est magna injustitia ex parte hominis; quando vero horno elicit actum bonunf, non videtur quod |x^>il satisfaciendo illam injustitiam ad.vquare; quia nullus satisfacit exhibendo illud ad quod alias, etiamsi non ossei fienda satisfactio, teneretur; sed homo. dato quod non peccaret, teneretur (a) Deo omnem bonum actum exhibere quem exhibet, et plus quam exhibeat; ergo, etc. Sed ista ratio non debet movere: quia, licet de congruo el decenti homo obligetur ad impendendum omnem bonum actum, hoc tamen non est de rigore juslitiæ; alias quilibet obligaretur ad intrandum religionem, el actus consimiles, qui sunt supererogalionis; ergo, si ad tales actus non tenetur homo de rigore juslitiæ, si |>osl peccatum eliciat talem actum, poterit sic intensum elicere in bonitate, quod peccati malitiam (6) adaequabit, el per consequens erit satisfactorius. — Hæc ille, in forma.

III. Argumenta Durandi. — Contra eamdem arguit Durandus (dist. 15, q. 1), dicens : Quidam dicunt quod, licet homo ex se non possit satisfacere reddendo æquivalens, potest tamen hoc per hoc quod sibi communicatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum. Sed hoc non videtur verum : quia nec ipse Christus, secundum quod homo, potuit Deo reddere pro seipso æquivalens benefici is accepi is; cum ergoquidquid erat in Christo secundum humanam naturam, lotum esset obligatum Deo et ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocumque peccato, considerando naturam operis vel rei, sed solum secundum acceptationem gratuitam Dei.

Sed contra prædicta arguunt quidam, dicentes quod prædicta determinatio tollit omne meritum, et omnem possibilitatem satisfaciendi. Quod probant : quia qui nihil potest solvere, in nullo potest satisfacere ; sed, secundum prædicta, quidquid homo habet, est debitum Deo, ratione beneficii jam (γ) accepti; ergo nullus potest aliquo modo satisfacere pro delicio commisso. Eodem motio etiam tollit omne meritum : quia nullus meretur, qui non habet aliquid quod possit impendere pro præmio; sed, secundum prædicta, nullus homo habet aliquid quod possit impendere pro præmio; ℊo nullus homo potest aliquid mereri. — Sed ista sunt salis frivola : quia bene concludunt qucal nullus potest Ɗi satisfacere de condigno, secundum aequalitatem ℭmenda ad offensam, nec mereri do condigno, stricte et proprie loquendo de merito condigni, vitam æternam; el hoc est concedendum. Sed de congruo, el secundum Dei acceptationem gratuitam, |>otest homo mereri apud Deum, el satisfacere Deo de |>eccato commisi). Nec prædîctæ rationes prnbant op|>ositum : acceptat enim Deus nostra bona opera ut meritoria et satisfacloria, quamvis sint in nobis ab ipso, et quamvis non reddamus ei nisi quod suum e-t, sicut scriptum est, 1. *Paraliponi.* 29 (v. 14) :

biuTftur. — *lennlur* Pr.
(β) *rnahtiam.* - *maculam* Pr
(γ) jam. — t el Pr

Tua sunt omnia, ct qua fle manu tua accepimus, I *dedimus (ibi.* Et haec opinio magis consonat pietati fidei, qua minus attribuimus nobis, el plus Deo; ul dicat quilibet bonus, cum Psalmista (Psalm. 17, v. 20) : *Salvum me fecit* (a) *quoniam voluit me;* el illud *Rom.* 9 (v. 16) : *Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis,* — Hæc ille.

§2. — Contra secundam et tertiam CONCLUSIONES

I. **Argumenta** Scoti. — Contra secundam el tertiam conclusiones arguit Scotus (dist. 15, q. 1), probando quod aliquis manens in uno peccato, possit satisfacere pro alio; el quod non oportet satisfactiones pro peccatis habilualiler esse conjunctas.

Primo. Quia opposita sententia videtur nimis dura contra peccatores, el occasio majoris obstinationis. Si enim iste homo vere pœnilens, el humiliter recipiens satisfactionem, esto (C) jejunium trium dierum, cras récidivât in peccatum mortale, et (γ) de illo non pœnitens, secundo die jejunet, quia (5) sibi fuit impositum, si dicas quod illud jejunium secundæ diei non esi aliqua satisfactio exterior, magis est occasio inducendi istum lapsum, ul tertio die non jejunet, et per consequens ad novum peccatum mortale, cum sit transgressio præcepti Ecclesiæ et vicarii Dei in hoc casu.

Secundo sic. Si past lapsum, ante completam pœnitentiam, non exsequatur quis satisfactionem pristinam ct sibi impositam, peccat mortaliter novo peccato. Si ergo exsequatur, bene facit, quia actum obedientiæ facit. Sed non facit actum obedientiæ, nisi inquantum illud est sibi impositum tanquam pars satisfactionis. Ergo satisfacit.

Tertio. Quia, si alicui offense in regem correspondeal precise secundum legein abscisio manus, si isti etiam invito abscinditur manus, satis patitur; et inlanlum sufficit regi, quia, secundum legem el justitiam, non debet ab eo pœnam ulteriorem exigere; el tamen non recipit eum in gratiam vel amicitiam. Multo rnagis posset sufficere pro punitione culpæ, si aliquis pernam debitam sibi infligeret, licet non esset in gralia vel amicitia ipsius judicis offensi. — Hæc Scotiis, in forma.

II. **Argumenta quorumdam.** — Contra eamdem conclusionem arguunt quidam alii (apud Petrum de Palude, dist. 15, q. 1).

Primo sic. Quia ille qui, acceptata pœnitentia, postea incidit in mortale, solum est debitor pœnæ certæ et finitæ. Sed illam exsolvit Ergo non potest ab eo plus exigi; et sic satisfacit.

Secundo. Quia, secundum justitiam humanam, si quis pœnarn taxatam et acceptatam pro précédente offensa sibi dimissa exsolverit, etiam postquam denuo offendit, liberatus est totaliter. Ergo similiter est secundum justitiam divinam.

Tertio. Quia, si non esset lilæratus ab hac pœna, et exsolveret eam in inferno : aut ergo finitam, aut infinitam. Si finitam, eadem ratione, finita pœna facta in jæccalo mortali debuit satisfacere, vel sufficere. Si infinitam, hoc videtur inconveniens, quia non erat debitor nisi pœnæ finitæ.

Quarto. Quia videtur inconveniens quod homo Lanium puniatur pro peccato quai fuit sibi veraciter dimissum, sicut pro |/occato quod nunquam fuit sibi dimissum; alioquin non prodesset contritio, nec confessio. Sed istud sequeretur, si pro peccato dimisso puniretur jKinia sterna in inferno. Ergo, etc. Et si dicatur quod nihil prohibet quod aliquis puniatur aequali pœna pro peccato dimisso, ac si non fuisset dimissum, non quidem perse, quia in dimissione culpæ dimittitur reatus pœnæ ælernæ, sed per accidens, scilicet ratione status, quia in inferno nulla est redemptio, — non valet : quia (piod in inferno non sil status expiandi pœnam, hoc est quia non eat ibi status expiandi culpam, et ad culpam sequitur pœna; sed istud non habet locum quoad pœnam culpæ dimissae debitam, quia illa jam est expiata. Et hoc expresse videtur tenere sanctus Thomas, infra, dist. 22, art. 1, in solutione quinti argumenti.

§ 3. — Contra quartam conclusionem

Argumenta quorumdam — Contra quartam conclusionem arguunt quidam (apud Petrum de Palude, dist. 15, q. 1).

Et prlm<» contra probationem conclusionis, dicentes quod non concludit : quia arguit de amore Dei ad nos, |μ ?γ quem nobis dat, et non de amore nostri ad Deum, quo carent moli, qui tamen non carent primo, quia Deus diligit bonoeel malos.

Secundo arguunt. Quia sicul exsistens in charilate meretur bona ğratia quia habet amorem gratuitum, sic exsistens in statu natura? meretur bona quæ sunt ad conservationem nature; quia sicul se habet amor gratuitus ad bona gratiæ, sic amor naturalis ad ea quæ sunt nature.

Tertio probant quod nullus homo potest aliquid mereri de condigno : quia totum est ex Hberalitate dantis, secundum gratiam, et non secundum debitum.

Quarto. Quia Deo non possumus reddere æquivalens. Ergo multo minus possumus eum constituere debitorem nobis.

Si dicatur quod peccans mortaliter meretur ex condigno pœnam, cl tamen Deus non est debitor infligendi talem pœnam, ita ut sil injustus si eam

(a) *fecit.* — *fac* Pr.
(15) *esto.* — *et post* Pr.
(γ) *et.* — Om. Pr.
(â) guia. — *quod* Pr.

non infligat; el similiter in bonis, potest esse mentum de condigno proprie et stricte sumpto, et (amen Deus non erit debitor reddendi premium pro tali merito, nec eril injustus si non reddat (a);— hoc non valet. Quia non est simile in bonis et in malis : quia, in bonis, merenti ex condigno si non reddatur premium, subtrahitur ci bonum quod est ei debitum, et ita lit ei injustitia, nisi hoc procederet de voluntate sua, quia nullus patitur injustum volens; sed si peccanti non infligitur poena quam meruit, non lit sibi injustitia, sed gratia, quia pœna, ul pena esi, rationem mali habet, quo quilibet libenter caret. El ideo, in bonis, merenti ex condigno reddendum est premium ex debito, el ille ad quem pertinet reddere, injustus est si non reddat; in malis vero, si non redditur pœna pro culpa, non fil peccanti injustitia, sed misericordia.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. Ideo ad argumenta Scoti contra primam conclusionem, dicitur primo, in generali, quod si aliquid prol)anl, non aliud concludunt efficaciter nisi quod de potentia Dei absoluta Deus posset acceptare actionem hominis gratia informatam, non conjuncto merito passionis Christi, vel alio ejus merito consimili, tanquam justam satisfactionem pro |>eccato, et sufficientem secundum quid el imperfecto, non autem |M?rfecte sufficientem, per udæqualionein vel excessum emendæ ad offensam, secundum quod dictum fuit in prima conclusione. Unde, in casu illo, haberet locum distinctio Durandi, quæ in idem redit cum nostro. Dicit cnirn sic (dist. 15, q. 1) : « Cum satisfactio sit actus jusliliæ reducentis id quod est inæquale ad aequalitatem, Oportet in satisfactione proprie dicta esse æqualitotem inter emendam el offensam. .Equalitas autem inter ista dupliciter accipi potest : scilicet vel secundum absolutam comparationem rei ad rem, el iMa est æqunlitas proprie dicta; vel potest accipi solum secundum acceptationem illius cui fit emenda, el hæc est æqualitas interpretalna solum. Dicendum ergo quod, accipiendo satisfactionem proprie, quæ requirit a qualitatem rei ad rum, impossibile est hominem satisfacere Deo pro aliquo peccato; acci-

piendo tamen large satisfactionem, prout requirit solum æqualilatem emendæ ad offensam secundum divinam acceptationem, possibile est hominem Deo satisfacere. » — Hæc Durandus, ct bene, si loquamur in casu arguentis, scilicet de satisfactione puri hominis, non innixa satisfactioni Dei ct hominis Jesu Christi.

Undead primum Scoti, dicitur quod, supposito casu illius argumenti, talis pœnitens pnedestinalus non potuisset Deo satisfacere, loquendo de satisfactione proprie dicta; potuisset autem satisfacere improprie, imperfecte et interpretative. El hujus ratio patet ex dictis : quia actio (alis hominis, non innixa satisfactioni Christi vel alterius divinæ persona», nullo modo æquata fuisset nec æquari potuisset offensæ in Deum commissæ.

Ad confirmationem, dicitur quod lapsus hominis aliter potuit sanari quam per passionem Christi; sed tunc non fuisset sanatus per condignam satisfactionem, sicut nunc est.

Ad secundum principale dicitur quod responsio ibidem data, sufficiens est, ut patet ex dictis.

El ad improbationem illius, dicitur primo, quod non tantum (a) bona est conversio puri hominis ad Deum per gratiam, quantum malum est aversio ejus a Deo, secundum substantiam actus, et ex parte hominis peccantis, loquendo de aequalitate secundum absolutorii comparationem rei ad rem. Nam aversio est infinita : tum quia est contra infinitam majestatem Dei; tum quia aufert infinitum bonum, el ab infinito bono hominem separat, scilicet a Deo; tum quia infinitam pœnam meretur ex condigno, vel etiam annihilalionem et privationem omnium donorum Dei, propter ingratitudinem peccantis, secundum quod ostendit sanctus Thomas, 4. *Sen-(ent.,* dist. 4G, q. 2, ari. 2; unde, *Threnor.* 3 (v. 22), dicitur : *Misericorditc Domini quod non sumus consumpti.* Ipsa autem conversio hominis ad Deum per gratiam, non est taliter infinita, potissime inquantum pendet ex libero arbitrio : quia, ut sic, non est meritoria vitæ æternæ, nisi de congruo, ut ostendit sanctus Thomas, ɬ 2 , q. 414, art. 3. Nec sequitur, si aversio a Deo sit infinitum demeritum, propter infinitatem Dei qui offenditur, quod conversio ad Deum sit infinitum meritum : quia plura requiruntur ad bonum el meritum, quam ad malum et demeritum; non enim tantum meretur, secundum legem humanam, qui salutat regem, quantum demeretur qui maledicit regi. Unde opera nostra bona, pro (pianto nostra sunt, et a libero arbitrio procedunt, parvi valoris sunt, ut dicil sanctus Thomas, 2' 2e, q. 162, art. 6, allegans illud quod habetur Isaiæ64(v. 6): Quasi pannus men-*ʂtruata universa justitia' ùoslrx.* Si autem loquamur de bonis operibus nostris prout sunt informato

(») *ud* – Ad Pr

(a) hintuni — tank· Pr

charitate et gratia, sir potius sunt opera Dei quam opera nostra. Unde beatus Thomas, 2q. 114, art. 3, sic dicit : a Opus' meritorium hominis potest dupliciter considerari : uno modo, secundum quod procedit a litero m bi trio; alio modo, secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti. Si consideretur secundum substantiam operis, ct secundum quod procedit ex libero arbitrio, sic non potest ibi esse condignitas, propter maximam inaequalitatem; sed est ibi congruitas, per quamdam æqualitatern proportionis; videtur enim congruum ut homini operanti secundum suam virtutem, Deus recom[»ensel secundum excellentiam suæ virtutis. Si autem loquamur de opere meritorio secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorium vita» æternæ ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur secundum virtutem Spiritus Sancti moventis nos in vitam ælernam, secundum illud Joan. 4 (v. 14) : *Fiet in co fons aquæ salientis in vitam ætemam.* Attenditur etiam pretium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo, factus consors divinæ natura, adoptatur in lilium Dei, cui debeturhæreditas ex ipso jure adoptionis, secundum illud *Roman.* 8 (v. 17) : Si *filii, et hæredes.* * — Hæc ille. — Item, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Per gratiam inhabitat hominem Spiritus Sanctus, qui est sufficiens causa vitæ æternæ, etc. » liem, ibidem, arguit sic secundo loco : « Quia, super illud *Roman.* 6 (v. 23), *Gratia Dei vita æterna,* dicil Glossa : *Posset recte dicere,* α *Stipendium jusliliæ vita æterna; » sed maluit dicere, ‹ Gratia Dei vita æterna,* n *ut intcUiqercmus Deum ad vitam aeternam pro sua miseratione nos perducere, non meritis nostris.* Sed illud quod ex condigno quis meretur, non ex miseratione, sed ex merito accipil. Ergo videtur quod homo non posait mereri vitam ælernam de condigno. ® Ecce argumentum. Sequitur responsio: α Dicendum, inquit, quod verbum Glossæ intelligendum est quantum ad primam causam perveniendi ad vitam ætèrnam, quæ est miseratio Dei; meritum autem nostrum est causa subsequens. » — Hæc illo.— Item, q. 100, ari. 9, ostendit quod quilibet viator, qiiantuificumque in gratia constitutus, adhuc indiget auxilio divino, quo moveatur ad recto ct meritorie agendum ct recto vivendum. — Ex quibus patet quod aversio hominis a Deo, prout est a libero arbitrio, est infinita offensa, et demeritum, ct infinite pœnæ meritoria dc condigno; sed nullus actus humanus, prout est a libero arbitrio, ot infinite tenus, aut infinitum meritum, nec meritorius de condigno infiniti pramii; sed quod sil illius meritorius, hoc est ex motione exterioris principii, et ul est a Duo putius quam ab homine.

Dicitur secundo, quod, dato quod convcraio hominis ad Deum per gratiam aliquam infinitatem habeat ab extrinseco, non tamen per eam |>otest fieri Deu «equivalent satisfactio. Cujus ratio est, quia quilibet purus homo quemcumque (i) suum actum debet Deo pro alio debito, puta pro beneficio conditionis, exsolvere, ei Deus districte secum agere vellet; quod autem non exiget, hoc est liberalitatis divinæ, obligationem talem relaxantis. Unde sanctus Thomas, in prasenti distinctione, q. 1, ari. 2, arguit sic, tertio loco : « Ille (€) cujus totum quod habet, non sufficit ad unum debitum exsolvendum, non potest pro alio debito satisfacere, etc., * sicut allegatum fuit in principio quaestionis. Et, in responsione, sic dicit : α Ratio, inquit, illa concludit quod Deo non potest fieri satisfactio æquivalens; non autem quod non possit fieri sufficiens. Quamvis enim homo totum |>osse suum Deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate ut totum quod possit, faciat: quia hoc est ei impossibile, secundum statum prasentis vitæ, ut totum posse suum in aliquid unum expendat, cum oporteat eum circa inulta sollicitum esse. Sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei; el super ea potest aliquid erogare, ul satisfaciat. » — Hæc ille.

Dicitur tertio, quod, licet peccatum non auferat formaiiter nisi tantum bonum quantum natum est inesse actui humano, vel habitui aut potentiae vel essentiæ animæ humanæ, vel menti angelica»; tamen effective aufert Deum, qui esi majus bonum quam quicumque actus vel habitus humanus; et hoc ex condigno, et secundum quod procedit a libero arbitrio. Per nullum autem actum bonum sequentem potest ex condigno, secundum substantiam operis, el ut procedit a libero arbitrio, tantum bonum reddi Deo; el, si reddatur per actum gratia informatum, hoc est potius a Deo quam ab homine; el ulterius, ille actus non potest esse æquivalens satisfactio expiativa procedentis offense, secundum rigorem jusliliæ, sed ex quadam relaxatione el acceptatione divina, ut dictum fuit, quia ille non sufficielKil.seeuiiduin.se, ad solvendum debita priora ratione beneficii accepti. El similiter nullus actus hominis est apud Deum meritorius olicujus pramii, secundum justitiam proprie et stricte acceptam, nisi ex præ>up]>osilionc divinæordinationis quia « hominis ad Deum est maxima imvqualitas (in infinitum enim distant), ct totum bonum hominis est a Deo; unde non potest hominis ad Deum esse justitia, secundum absolutam æqualitatern, sed secundum proportionem (piamdam, inquantum scilicet ulerque operatur secundum modum suum ; modus autem el mensura humanæ virtutis esi a Deu; el ideo meritum hominis apud Deum esse imn potest, nisi seruiidiini divinæ uniinationis suppositionem. ita scilicet ul illud homo consequalui a Deu per suam

(») *quemcuimpie. — f/uanturucumr/ue* Pr.
(i) *pie, __ mud* pr.

operationem, quasi mercedexn, ad quod Deus ei virtutem operandi deputavit >, ut dicit beatus Thomas, 1· 2 q. 114, art. 1. — Ex quibus palet quod null.a operatio hominis puri, quantumcurnque (e) gratia vel charitate formata, est satisfacloria offensa?, vel meritoria æternæ vilæ, quoad absolutam aequalitatem dati et accepti quoad meritum, nec offense et emend© quoad satisfactionem; et fcic nullus purus homo potest perfecte Deo satisfacere pro mortali, sed solum imperfecte, propter acceptationem divinæ liberalitatis, ut dictum est.— Ad hoc etiam addentur postea aliæ rationes, in responsionibus argumentorum Aureoli : quia, ul postea videbitur, omnia ista argumenta fundantur in quodam falso principio.

Sed forte dicet aliquis : tu concedis quod meritum et satisfactio hominis puri, licet non sit virtutis infini!© secundum substantiam operis et secundum quod est a libero arbitrio, tamen concedis quod habet infinitam efficaciam ex parle primi principii efficientis, scilicet Dei, et ex parte principii formalis, scilicet habitus graliæ vel charitalis; ergo videtur quod habes concedere quod, etsi non cx parte hominis puri, tamen ex parte Spiritus Sancti moveritis, el ex parte charitalis vel graliæ informantis, aliqua actio humana posset esse perfecte satisfacloria et perfecte meritoria, sicul el actio Chrisli Dei cl hominis, propter motionem Spiritus Sancti, qui ©quatur Christo et excedit omnem habitum creatum graliæ vel charitalis.— Dicitur quod non valet consequentia, propter duo. Primo, quia in tali satisfactione vel merito hominis puri cum quantacumque gratia, nulla divina persona meretur nec satisfacit, sed solus homo, licet primum et remotum principium activum talium sit Deus ul efficiens, gratia vero ut ratio efficiendi et forma talium actuum ; secus est de merito Christi. Secundo, quia tales actus a puro homine elicitos Deus non ordinat nec acceptat ad perfectam satisfactionem, nec ad meritum, secundum rigorem justitiir; secus autem est de merito et satisfactione Christi.

A«l tertium principale dicitur quod, posito quod nulla divina persona fuisset incarnata vel passa pro humano genere, Deus potuisset alio modo conferre gratiam hominibus, quam per fidem Jesu Christi et suæ passionis; tamen, in illo casu, nulla satisfactio hominis, post peccatum, fuisset jierfecle salisfactoria, sed secundum quid, et imperfecta, et interpretative, secundum acceptationem divinam, ad modum quo dicit Durandus (dist. 15, q. 1).

Ad quartum, negatur antecedens. Meritum enim passionis Christi fuit infinitum, ul ostensum fuit, lib. 3, dist. IS; non tamen infinitum infinitate simpliciter, M-d secundum quid. Nec valet hujusmodi improbatio, qua dicitur quod non erat bonum increalum, nec ejus acceptatio erat bealiflealiva, etc. Hoc enim solum probat meritum illud non fuisse simpliciter extra genus infinitum, sicul est essentia divina; non autem quin fuerit infinitum in genere meriti, ut dictum est in prima conclusione, ex didis sancti Thomæ, 3 p., q. I, art. 2, et in mullis aliis locis, ut visum est in *Tertio* (a), in materia de gratia et merito Christi, qu© non oportet hic replicare.

Ad quintum palet ex pradictis : quia solum concludit quod purus homo, non concurrente merito passionis Chrisli, posset Deo satisfacere satisfactione imperfecta; non autem quod posset satisfactione perfecta; quia nullus purus homo peccator, non adjutus satisfactione Chrisli, potest Deo offenso aliquid exhibere pro emenda, quod non teneatur reddere Deo pro recompensatione priorum debitorum, nec aliquid quod sit proprie loquendo suum, sic quod non ejus cui satisfacit. De hoc sanctus Thomas, præsenti distinctione, q· 1,arl. 2, arguit sic, secundo loco : α Servus, quia totum quod habet, domini est, non potest aliquid domino recompensare. Sed nos servi Dei sumus, quidquid habemus boni ab ipso habentes. Cum ergo satisfactio sit recompensatio offense preterit©, videtur quod Deo satisfacere non possumus, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod homo, qui ad imaginem Dei factus est, aliquid libertatis participat (β), inquantum est dominus suorum actuum per liberum arbitrium. El ideo, ex hoc quod per liberum arbitrium agit, Deo satisfacere potest : quia, quamvis Dei sit, prout a Deo est, tamen quod sibi concessum est, libere traditum est, ut ejus dominus sil; quod servo non competit. » — Hæc ille. — Ex quibus palet quod peccator non potest Deo satisfacere de rebus Dei, nisi ex quadam libera et gratuita concessione; quod non est simpliciter et perfecte satisfacere, sed secundum quid el imperfecte; quia quidquid solvit, de alieno solvit, el de bonis ejus cui solvit.

II Ad argumenta Aureoli. — A<l primum Aureoli contra eaindem conclusionem, palet responsio per pradicta. Dicitur enim quod, si rigor justiliæ stricte servetur, non solum exigitur quod actus satisfactorily sil æquivalens in bonitate maliliæ peccati, ut arguens assumit; immo, prater hoc, alia tria requiruntur. Quorum primum est, quod, sicut offendens fuit principalis vel totalis causa maliliæ in offensa, ita satisfaciens sit principalis causa totius lionilalis actus satisfacturi i, ct non ille cui iit satisfactio; quia, si sic, jam non ipse satisfacere volens facit satis ipsi offenso, sed ipsemet offensus sibi facit

(i) *quatitufitcutiirpi''. — quantarunique* Pr.

(·) Diti. 13 et 18.
(6) <;ιιια. — Xd. Pr

satis. Secundum est, quod satisfaciens satisfaciat per aliquid totaliter suum, vel saltem per aliquid quod non sit principalius ejus cui flenda est satisfactio, quam ipsius satisfacientis; quin, ei quisofferal regi id quod regis est potius el principalius (piam offerentis, non per hoc satisfacit proprie et stricte regi offenso. Tertium eat, quod illud quod exhibetur in satisfactionem, non teneatur alias exhibere propter alia debita, dato quod non offendisset, ipsi offenso. Et ista tria concurrebant in satisfactione Christi, qua Christus pro hominibus satisfeci Deo. Ipse siquidem erat principalis causa lotius bonitatis su® satisfactionis; el actio et passio sua non erat potius alterius quam ejus, quia æqualiter Patris (α) et Eilii et Spiritus Sancti, et non magis unius per-®on quam alterius; et tertio ipse ex nullo priori debito vel obligatione tenebatur reddere Deo quod eidem obtulit in sua passione, vel actione quacumque. El ideo ipse perfecte satisfecit Deo. Nulla autem pura creatura habet aliquam istarum trium conditionum. Et ideo non sufficit ad perfecte satisfaciendum Deo, nec proprie et stricte, nisi conjuncto merito passionis Christi, ut dictum est.

Cum autem dicit arguens, quod non obligatur homo de rigore juslitiæ ad impendendum Deo omnem bonum actum, etc.; — dicitur quod hoc est ex divina liberalitate et misericordia, qu® talem necessitatem relaxat; sed utique posset hoc exigere, si districte nobiscum agere vellet; et propter talem relaxationem |>otesl homo Deo satisfacere imperfecte, quia reddere æquale secundum divinam acceptationem, non autem æquale simpliciter, ei quod deberet, si nulla sibi fieret relaxatio.

Ad omnia alia quæ dicit, responsum est supra (in respons. ad arg. Scoti). Omnia enim argumenta ista, et similiter Scoti, fundantur in ista propositione, scilicet quod ad perfectam satisfactionem sufficit quod actus satisfactionis in bonitate parificelur ⁋malitia offensa), et quod secundus actus sit æque Ijonus sicut primus fuit malus. Hæc autem propositio falsa est, ul visum est; quia hoc non sufficit, nisi addantur tria prædicta. Vel, ut brevius dicatur, oportet quod (6) tanta justitia sil in secundo actu, quanta injustitia fuit in primo, el lania æqualitas, quanta fuit inaequalitas el causa proprio dicta.

III. Ad argumenta Durandi. — Ad argumenta Durandi contra eamdem conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 15, q. 1), dicens: α Licet humanitas Christi non posset Deo reddere æquivalens, tamen suppositum potuit ; alias pro alio satisfacere non potuisset, sed se totum debuisset. Unde ad satisfactionem quæ est secundum divinam acceptationem, potuit pura creatura : quia, si illa est ex gratia habituali, cum tantam gratiam quantam habuit anima Chrisli, potuerit de potentia Dei absoluta habere pura creatura, ner consequens potuit satisfacere. Sed ml satisfactionem quæ e»t secundum æquivalentiam absolutam, oportuit satisfactionem esse infiniti valons. Et quia Christus voluit implere omnem justitiam, ideo ex divinitate sua fuit quod perfecte el plenarie satisfecit; quod creatura pura non potuit. › — Hæc ille, cl bene.— Et si dicatur quod suppositum Chrisli, quamvis satisfecerit, tamen non secundum divinitatem sed humanitatem satisfecit, quia secundum illam passus est et meruit; ergo, etc.; — dicitur quod, etsi tristi suppositum non satisfecit nec meruit nisi per «actionem vel passionem humans natune, tamen illa actio vel passio habebat in se virtutem divinæ naturæ. Unde iæatus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 18, q. 1, ari. 6, in solutione ⁋prima qun^tiunculæ, ⁋c (licit : « Sicut dicit Damascenus in tertio libro *(de Fid. Ort.,* cap. 15), caro Christi et anima erat quasi instrumentum divinitatis. Unde, quamvis esset alia operatio Dei et hominis, tamen operatio humana habebat in se vim divinitatis, sicut instrumentum agit in vi principalis agentis. Et propter hoc (a)dicil Damascenus (ibid.), quod ea quæ hominis sunt, supra hominem agebat. Unde et actio Christi meritoria, quamvis esset actio humana, tamen agebat in virtute div ina ; el ideo erat potens supra totam naturam; quod non poterat esse de aliqua operatione puri hominis, quia homo singularis est minus dignus quam natura communis, quia divinius est bonum gentis quam bonum unius hominis. Et quia omnes homines sunt unus homo in natura communi, ul dicit Porphyrius *(Isagog.,* cap. *de Spec.),* inde est quod Chrisli meritum, quod ad totam naturam se extendebat, etiam ad singulos se extendere poterat; et ita aliis mereri potuit. › — Hæc ille. — Item, ibidem, arguit sic (arg. 3) : « Christus non meruit secundum quod Deus, sed secundum quod homo habens charitatem. Sed unus homo habens charitatem non meretur alteri nisi ex congruo; quod non est per se loquendo meritum. Ergo, etc. a Ecce argumentum Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod Christus ea quæ sunt hominis, supra hominem agebat. › — Hæc ille. — Item, 3 p., q. 19, ait. 1, sic dicit : ‹ Actio ejus quod movetur ab alio, est duplex : una quidem quam habet secundum propriam formam; alia quam habet secundum quod movetur ab alio : sicul securis operatio secundum formam propriam est incisio; secundum autem quod movetur ab artifice, operatio ejus est facere scamnum. Operatio ergo quæ est alicujus rei secundum suam formam, est propria ejus, nec pertinet ad moventem, nisi secundum quod utitur hujusmodi re ad suam operationem; sicut calefacere est

(a) *Patrii.* — *onine* Pr.
(C) *(jutxi.* — Om. Pr.
(i) *propter hoc.* — *preterta.* Pr.

propria operatio ignis, non autem fabri, nisi secundum quod utitur igne ad calefaciendum ferrum. Sed illa operatio quæ est rei solum secundum quod movetur ab aliquo, non est alia prater operationem moventis ipsum ; sicut facere scamnum non est seorsum operatio securis ab operatione artificis, sed securis partici|Kit instrumentaliter operationem artificis *(λ).* El ideo ubicumque movens et motum habent diversas formas operativas, ibi oportet quod sit alia propria operatio moventis, et alia propria operatio moti; licet motum participet operationem moventis, et movens utatur operatione moli; et sic utcumque agit cum communione alterius. Sic ergo, in Christo, humana natura habet propriam formam el virtutem per quam operatur, el similiter divina. Unde et humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione divina, eloconlra. Et tamen divina natura utitur operatione natura human», sicut operatione sui instrumenti; el similiter humana natura participet operationem divinæ natura, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. » — Hæc illo. — Ex quibus apparet quoi, licet Christus satisfecerit secundum naturam humanam, tamen illa operatio satisfactoria habebat virtutem divinam, el jjoterat supra totam naturam humanam el singula ejus supposita, quoad meritum et satisfactionem de condigno strictissime sumpto. Et licet illa operatio satisfactoria, vel meritoria, esset natura humanæ sicut principii formalis quo agitur, erat tamen divini suppositi ut principii principaliter agentis per eam; ideo suppositum merebatur ct satisfaciebat, proprie loquendo, el non natura humana, nisi sicut quo. Et quamvis natura humana in Christo non posset secundum se æquivalens et condignum Deo reddere, hoc tamen poterat reddere suppositum eam sustentans, et ipsa in virtute suppositi, sicut quo non ut *quod,* ut dictum fuit in tertio libro (6) diffuse. Operatio enim meritoria et satisfactoria et Deo regratiatoria, ut egrediens a divino supposito, melior erat quam omnia bénéficia formalia in humanitate Christi recepta, pro quanto recepta in creatura. El sic Christus sufficienter recompensabat beneficia creata suæ humanitati collate.

Ad alia vero argumenta contra Durandum adducta, et ad responsiones el obviationes Durandi, non opus est mulla dicere. Quia responsio ejus stat in falso, scilicet quod suppositum divinum non meruit nobis nec satisfecit pro nobis de condigno. Hoc enim falsum est; immo meruit el satisfecit condignissime, quantuincumque stricte et proprie accipiatur condignum m satisfactione et merito; et oppositum est blasphemum, impium el sacrilegium, ut puta deroguns passioni Christi; quia, secundum Doctores, minima gutta sanguinis Christi fuisset pretium sufficienlissimum pro mundi redemptione, si Christus ad hoc eam obtulisset. De hoc sanctus Thomas, secundo *Quodlibclo,* ari. 2; 3 p., q. ari. 5 (nd 3um); et multis aliis locis.

§ 2. — An ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM ET TERTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra secundam et tertiam conclusiones, dicitur, negando primum quod assumit, scilicet quod ista sententia sit occasio majoris obstinationis; immo ista sententia de per se est occasio majoris cautelæ vitandi peccatum, in eo qui vere pœnitel, cl sollicitus est de salutifera satisfactione fienda, ex quo scit vel credit satisfactionem in mortali factam non valere. Nec valet probatio assumpti. Nam, in casu ibidem posito, ei qui jejunat in mortali secunda die, non datur occasio quod tertia die non jejunet, vel omittat praeceptum sui confessoris; sed potius datur ei occasio quod pœniteat de mortali post confessionem et injunctionem satisfactionis commisso, el sic compleat satisfactionem injunctam sibi, quia sicci valet, et sufficit ad satisfaciendum. El, prater hoc, quia, licet jejunium factum illo modo in mortali non sil salisfacloriurn, est tamen iinpletorium praecepti Ecclesiis, et quiétatorium obligationis, et vitatorium novæ transgressionis. De hoc Petrus de Palude, in prima quaestione praesentis distinctionis, sic dicit : « Quando homo de omnibus est contritus et confessus, et recepit poenitentiam cum absolutione, si recidi vans in mortali |>oragat cam, ipse se liberat ah injunctione sacerdotis, nec incurrit peccatum inobedientiæ, quod incurreret, si eam non fecisset : quia non est fortius vinculum confessoris quam Dei, vel Ecclesiæ; sed homo in mortali existons, implendo praeceptum Dei de honoralione parentum, vel Ecclesiæ de jejunio quadragesima», ab illo absolute se liberat; ergo et hic. » — Htec Petrus, el bene. — Item, licet jejunium facium in mortali non sit pro tunc salisfacloriurn, tamen ejus effectus potest esse salisfactorius, adveniente charitate. Unde Petrus, ibidem : α Si, inquit, pœnitenlia habet aliquem effectum derelictum (ut eleemosyna privationem æris, jejunium debilitationem corporis, et hujusmodi), si postea pœniteat, et perseverat, sicut character baptismatis habet effectum suum fictione recedente, sicci istud derelictum ex sacramento quod operatur ex opere operato, incipit valere ex subséquente ipsius approbatione el sacerdotis ratihabitione, el non ex simplici vivificatione, quia | opus operans mortuum nunquam vivificatur. Si | autem non habet effectum derelictum, pœnitenlia | facta in mortah in nullo modo est satisfactoria, quin | ex integro hic vel alibi oporteat satisfacere. Et idem

(3) a verbi» *trd iccurij* usque ad *arti/ici*»› otn. Pr.

(Cj Cfr. 3. Sentent., dist U, q. 1, art. 3, § I, in fine; ct dist. 18. conci. 2.

est, si habuisset effectum derelictum, nec fuisset subsecuta pœnitenlia fipalis. * — Hæc Petrus, ct bene, concorditer sancto Thomæ, prima quaestione hujus distinctionis, art 3, ql· 3, in solutione tertii, ubi sic dicit : ‹i Aliquæ satisfactiones sunt, ex quibus manet aliquis effectus in satisfacientibus, etiam postquam actus satisfactionis transit; sicut ex (x) jejunio manet corporis debilitatio, et ex eleemosynis largitis diminutio substantiæ, et sic de similibus. Et tales satisfactiones in peccatis facte (6) non oportet quod iterentur: quia, quantum ad illud quod in eis manet, per poenitentiam Deo accepte sunt. Satisfactiones autem quæ non derelinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transiit, oportet quod iterentur; sicut est de oratione, et similibus. Actus autem interior, quia totaliter transiit, nullo modo vivificatur ; sed oportet quod iteretur. i — Hæc ille.— Sciendum tamen est quod ibidem, in solutione primi argumenti, sic dicit : e. Quanto est major contritio, tanto magis diminuit de pœna; et quanto aliquis plura bona facit in peccato exsistens, magis se ad gratiam contritionis disponit. Et ideo probabile est quod minoris pœnæ sit debitor. Et, propter hoc, debet a sacerdote discrete computari, ut ei minorem pœnam injungat, inquantum invenit eum melius dispositum. » — Hæc ille.

Ad secundum dicitur quoti exsequens satisfactionem in peccato mortali, benefacit, vel Ixmum facit, licet non bene; et quoti facit actum obedientiæ, faciendo illud quod erat sibi injunctum pro satisfactione. Non tamen actus ejus est formaliter satisfactio, cum non sit acceptus Deo, propter defectum charitatis et gratiæ. Potest tamen dici materialiter satisfactio, quia aptus est esse satisfactio, si charitate formaretur. Unde argumentum fundatur in ista falsa consequentia : Iste facit illud quod sibi injunctum est tanquam pars satisfactionis, vel ad satisfaciendum ; ergo satisfacit vere et formaliter·

Ad tertium dicitur quod nullus |K>test satisfacere regi offenso, satisfactione proprie dicta, nisi instituât regi æquale honori sibi ablato secundum æquivalentiam vel absolutam, vel saltem æquale secundum acceptationem regis. Constat autem quod nullus, post offensam Dei, potest Deo reddere æquale secundum æquivalentiam absolutam, sive sit in charitate, sive sine charitate. Nec extra charitatem exsistens potest Deo reddere æquale secundum acceptationem Dei. Ideo nullus in peccato mortali exsistens potest Deo proprie satisfacere. Et de hoc inulta dicta sunt in secunda et tertia conclusionibus. Ulterius, constat quod nullus proprie satisfacit regi offenso, qui regi exhibet aliquid non sibi acceptum, vel ingratum; similiter nec ille qui continuat offensam regis. Peccator autem non potest exhibere ali· quid Deo gratum, et semper continuat Dei offensam. Undo argumentum non valet, ut postea rnehus apparebit.

II. Ad argumenta quorumdam. — Ad primum eorum quæ contra eamdem conclusionem alii inducunt, respondet Petrus de Palude (dist. 15, q. 1), dicens : · Peccator, postquam esi D«o reconciliatus, est debitor pœnæ finite, non qualitercumque solvende, sed in statu gratiæ, in quo solum est Deo accepta; alioquin est debitor tante pœnilenliæ quantum meretur culpa, ct illa est infinite Unde j>er se quidem peccato debebatur pœna infinita, -i erat mortale; sed mutata fuit in temporalem, supposito quod perseveret in amicitia. Nec est simile ile recompensatione pecuniae, quæ nec plus nec minus valet temjiore arnicitiæ sicut nec tempore inimicitiae, el de satisfactione injustitiæ, cl maxime Dei, quæ non habet valorem nisi ex divina acceptatione. Unde, si fiat tempore gratiæ, satisfacit; si alias, nunquam, quia non ex æquivalenlia simpliciter, nec gratiæ habet efficaciam vel æquivalentiam. Vel, si dicatur quod habet æquivalentiam ex gratia, respondendum quod non simpliciter sed sub conditione erat facta dimissio pœnæ, licet dimissio culpæ, quæ statim habet effectum, esset facta simpliciter. › — Hæc Petrus. — El, pro majori declaratione hujus solutionis, dicit ibidem sic, contra Durandum : ‹ Si dicatur quod Deus non retractat id quod semel acceptaverit, acceptavit autem semel absolutionem a pœna æterna, ergo illa non redit; — dicendum est quod venim est de acceptatione secundum praedestinationem el praescientiam, non autem de illa quæ est secundum præsentem justitiam, cujusmodi est ista. Vel, si dicatur quod nihil retractat id quod isto modo acceptat, quia peccata dimissa non redeunt, etiam in praescito, — tunc potest dici quod secundum praesentem justitiam non acceptat opus, nisi quando et contritio et confessio fuerit tempore gratiæ; ideo eas acceptat irreiractabiliter, ita quod non oportet plus confiteri vel conteri; sed opus salisfacloriurn, quod fiebat tempore inimicitia», nunquam fuit Deo gratum, nec acceptum; sed acceptavit absolutionem a pœna æterna, et impositionem pœnæ finite, sub conditione, scilicet si in gratia fieret. — El si quæratur : quare magis acceptat absolutionem a culpa sine conditione, quam absolutionem a pœna?— dicendum quod culpa transii, et macula transiit, el gratia in momento advenit, sed satisfactio futura est; futuris autem solet conditio apponi, non autem pneleritis, nec pinsentibus; vel, si apponatur conditio, certa est, quia, si est in gratia pro tunc, non potest esse sine gratia; et ideo remissio culpæ fit sine conditione, vel fit simpliciter, quia conditio exsistit. Unde,sicut per sacramentum non remitteretur culpa, nisi adesset l gratia; sic nec jxjslea per satisfactionem remittitur

( ) ex. — in Pr.
( ) faclsr. — Om. Pr.

pœna, nisi adsit gratin. — Item, non minoris valoris debet esse pecunia de qua solvitur debitum, quam illa de qua emitur alienum; sed per nullum opus potest Immo cœlum merci i, nisi sil facium in gratia; ergo nec solvere peccatum, vel [Κηηηιη peccati. — Nec valet responsio, si dicatur ad hoc, quod non esi simile : quia ad merendum semper requiritur gratia, quia meritum nunquam fuit prius acceptatum; sed non requiritur ad satisfaciendum de peccato prius dimisso, quia ejus satisfactio temporalis semel fuit acceptata. Hoc quidem non valet: quia opus satisfaclorium nunquam fuit acceptatum in se; sed bene fuit acceptatum in sua causa, quod scilicet ille posset se liberare pœna (inita, supposito quod maneret in gratia. * — Hæc Petras, el bene.

Ad secundum respondet (ibid.) quod « non est simile de pœna commissa in hominem, cui potest respondere emenda æqualis secundum quantitatem rei, el de illa quæ debetur pro offensa in Deum commissa, cui respondet emenda æqualis solum secundum acceptationem divinam, quæ non est de operibus extra charitatem factis. Unde, si judex damnaret aliquem ad emendam gratiosam, dum tamen solveret infra tale tempus, et caveret ab offensa; alias, si iterum offenderet, exigeret ab eo pœnam pristinam; deficiente conditione, ad eam teneretur. Sic est hic. Ideo, etc. ›.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), quod, « culpa dimissa, talis puniretur in inferno pœna infinita, non propter commutationem pœnæ finitu» in infinitam, sed quia debitor est pœnæ ⁋nfinita ex quo non solvit pœnam finitam, sub illa conditione qua debuit : sicut perdens privilegium cleri, incidit de foro miti ad forum sanguinis; sic qui declinat forum ⁋misericordia (a), incidens in mortale ad forum justitia: exterminantis, invenit pœnam æternam. ¶ — Hæc Petrus, et bene.

Ad quartum dicit (ibid.) quod a in inferno tantum punitur homo pro peccato dimisso pro quo non fecit pœnitenliam in statu gratiæ, ac si non fuisset dimissum. Nec propter hoc est inutilis contritio et satisfactio: quia ista per se introducunt ad regnum, et liberant a pœna æterna. Per accidens autem utrumque potest impediri, scilicet per peccatum superveniens, ratione cujus interimitur praecedens contritio et confessio; et pœna æterna exsolveretur, quia temporalis in quam mutata fuit per contritionem, non est soluta in eo statu el conditione ut debuit. Vel posset dici quod, licet puniatur tantum extensive, non tamen intensive; sicut pro uno peccato tamdiu quantum pro mille, se‹J non tantum acerbe. Si etiam pariem pœnitcntiæ fecit, et unus dies remansit, pro illa die in sternum punietur; non tamen tam acerbe ac si nunquam contritus aut confessus fuisset, nec in aliquo satisfactionem fecisset; alias peccatum rediret. — Instantia autem facta non valet, ut sequens solutio declarat : non enim propter statum damnatorum dicimus quod poma pro peccato dimisso debita sil infinita; sed quia talis est debita absolute, nisi temporalis solvatur sicul delict solvi a. — Hæc Petrus, post Durandum (dist. 15, q. 2), qui easdem solutiones ponit quasi in forma. Et in hoc non discordant a sancio Thoma.

(a) miiencorrfir. — *Ecclesia* Pr.

§ 3. — A[) ARGUMENTA CONTRA QUARTAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta quorumdam. — Ad primum contra quartam conclusionem, respondet Petrus (dist. 15, q. 1), dicens quod a AItissimus odio habet peccatores; et, si eos diligit, gratis diligit, non ex debito. Unde si quidquid Deus dat, ex amore suo dat, quicumque non meretur ejus amorem, sed potius ejus odium, nihil meretur apud Deum. Peccator autem, quamdiu in peccato manere eligit, meretur odium Dei, non ejus amorem. Ergo nihil meretur ab eo de condigno. Et bene verum est quod magis est gratuitum quod datur inimico, quam quod datur amico; sed, propter hoc, est minus debitum. Unde, supposito quod dans nihil det nisi ex amore suo, quamdiu aliquis non meretur ejus amorem, non potest aliquid de condigno mereri dandum ex ejus amore. Igitur, etc. ». — Hæc Petrus, el bene.

Ad secundum respondet (ibid.) quod α non est simile quod inducitur pro simili. Quia qui est in statu gratiæ, ejus bona opera sunt proportionata ad merendum et bona naturæ et gratiæ et gloriæ, quæ proportio facit meritum condigni; sed qui non est in gratia, nequaquam, immo, ex quo non est dignus divino amore, nec per consequens aliquo dono amoris. — El præterea, nemo potest esse in statu dilectionis debitæ, quin sit in statu dilectionis gratuita»; quia prirna est dispositio nécessitons ad secundam. Et quicumque capax rationis non est in statu dilectionis ⁋gratuita per consequens non est in statu dilectionis naturalis a Deo debitæ; quia est in statu odii habiti, et debili indignus est (a). Sed (C) qui est in gratia, dignus est amore gratuito el consequentibus ad illum. Et, dato quod esset proportio amoris naturæ ad bona temporalia, et gratuiti ad bona

(a) Apud Pclrutn de Palude hæc leguntur : *Et quicumque capax rationi» non e»t* in *ftatu dilectioni» ⁋gratuit , per conscquen» non ctl in tlalu dilectioni» naturali» a Deo débita; quia eat* in *tlatu odii habiti et debiti. Et ti diligitur secundum quid, hoc est gratuitum, non debitum, quia ipse non est dignus pane quo vescitur, nec vita ipsa, et, per consequens, nihil apud Deum meretur, quia,* n *diligitur quoad bona natura·, hoc ipso indignus est, et, per consequent, pluri et majori honore indignus est,* Quæ quidem in editione operum Capreoli .anni 1589 n Mag Mathia Aquario fuerunt introducta.

(15) *Sed.* — Sir Pr.

gratiæ, in illo qui easel in purib naturalibus, qui, licet non meruerit quod halxd, sicut nec ille qui hnbet gratinrn, bene tarnon ulendo naturalibus videlur dignus his ꝗua habet, el bene utendo meretur conservantia bona natune, aient est de habente graham ; non tamen qui est in (wccato mortali, est dignus, ut dictum est. Et ideo non est simile. » — Ikec Petrus, et bene,

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), quod « dare aliquid ex mera liberalitete, contingit tripliciter : uno modo, respectu dantis; alio modo, respectu accipientis; tertio modo, respectu utriusque. Quandoque enim nec dans tenetur dare, nec recipiens ex persona et (a) ex opere meretur recipere; ct tunc respectu utriusque est liberale donum, respectu cujus non est meritum nisi congrui. Secundo modo, et dans tenetur dare, ct recipiens ex pereona et ex opere meretur recipere, et sibi debitum fecit; et sic proprie est meritum condigni. Tertio modo, recipiens quidem ex persona et opere proportionate mercedi meretur, tamen dans non tenetur dare, quia nec ex promisso nec aliter est obligatus; et tunc est meritum condigni respectu merentis, quamvis sit gratuitum respectu remunerantis, qui sine injustitia potuit non remunerare; sicut si aliquis non conductus faceret pro rege tantum (6) quantum stipendiarius. Primo modo se habent, faciendo bona, peccatores ad Deum; secundo modo, justi; tertio modo, iidem, si Deus non tenetur eis ex promisso. Est ergo meritum condigni operanti debitum, dato quod dans non sit debitor : quia, si meritum condigni non est nisi per hoc quod (γ) retribuens sit debitor, tunc non est meritum condigni respectu supplicii plusquam respectu pnrrnii; non enim plus tenetur Deus damnare Judam quam salvare Pelrutn, immo salvare Judam videretur misericordia. et damnare Petrum injustitia; ergo, si potest dici meritum condigni respectu pœnæ, non obstante quod Deus non tenetur punire, ex sola habitudine |>eccantiset culpæ ad pœnam condignam, pari ratione ex parte meriti. Item, verum est quod posset Deus justo exigere ah homine quodeumque bonum facit; sed non exigit. Et per ea quæ exigit, sicut sunt ea quæ cadunt sub prmeepto, et per ea quæ non exigit, sicut sunt quæ cadunt sub (o) consilio, meretur homo de condigno, supposito divino statuto, quod bona bonis creata sint ; sicut est de bonis communitatis, ex statuto principis, qui lege sua ligatus non est ». — Hœc Petrus, el bene.

Ad quartum dicit (ibid.) quod α verum est quod ibi concluditur, scilicet quod Deum non possumus constituere nobis debitorem, nec reddere œquivalens, absolute intelligendo. Sed, cum Deus non exigat ab homine quidquid ipse potest, sed quietet ipsum a debito, implendo pracepta, de aliis potest apud eum mereri, quæ gratis ei exhibet. Et, quamvis nihil faciat dignum ad Deum sibi obligandum, tamen, ex persona et ex opere proportionate, meretur, quantum in se est, de condigno. Et licet faciens debitum nihil mereatur apud privatam personam, tamen apud eum qui bona communia habet, ad hoc servata ut bonis distribuantur, talis meretur, faciendo illum sibi debitorem, qui est solus administrator. Sed eum qui est dominus, et non se obligavit, sed sic sponte ordinavit quod bona sua det bene facientibus, secundum plus et minus, apud talem, faciendo etiam illud ad quod tenetur debito legali (puta quod exponit se mortis periculo pro republics, in casu in quo tenetur)i vel morali, meretur condigne, non constituendo illum debitorem, sed ex parte sua faciens se dignum supposite illius ordinatione, et sua bona operatione. Nam dicere quod meritum morale non excludit mentum condigni, sed solum legale, quod e»t de praeceptis, non est bene dictum : quia, si mutuo illi qui mihi mutuavit, non propter hoc mereor, sed solvo debitum; set ipse prior meruit. Item, cum aliquis gerit utiliter negotia hæreditatis jacentis, ipse meretur de condigno, et facit sibi débites expensas; unde et habet actionem negotiorum gestorum, secundum leges; et tamen non,est aliquis sibi vere débiter, ac si ageret negotia viventis, qui potest ei obligari. Ita ergo pio Deo operans facit sibi mercedem debitam, licet Deum non constituat sibi debitorem, sicul si operaretur pro homine, qui potest sibi obligari seu debitor fieri. Item, si diceretur quod non debemus Deo lotum quod agimus, debite legali, nisi præcepta,sed debite morali consilia, — non valet; quia tunc saltem non mereremur apud Deum quidquam, implendo précepte; quod est grave. Hem, si debite morali debemus ei consilia, hoc inlelligendum est de debito tam debili quod possumus non solvere sine peccato. Propter quod male dicunt qui dicunt quod semper est peccatum, saltem veniale, quando homo non facit quod debel debito quocumque; alias omnis homo omittendo quodeumque bonum, peccaret, si quidquid facere potest, totum Deo debel. Nec potest dici quod quando facit, tunc debet, el quando non facit, non debel : quia hoc nunquam contingit quod facere bonum causel obligationem; quia magis est natum tollere obligationem quam parere. Nihilominus tamen debitum morale impedit meritum æqualiter sicut legale, sicut in exemplo posite. Propter hoc alia solutio melior est. Quia, solvendo debitum, meretur, non inquantum solvil debitum, sed inquantum implet illud sub cujus conditione fuit ordinatum quo<i haberct mercodem vel premium. Sicut, si aliquis promisit mihi scribere librum, et promisi >ibi solvere decem, sub conditione, si scribit; seri-

(α) *ct.* — *nec* Pr.
(C) *tantum.* — Om. Pr.
(γ) *quod.* — Om. Pr.
(ê) ii verbo *pracepto* iiwque ad tub, om. Pr.

bendo librum, liberatur ab obligatione qua mihi tenebitur, nec possum facere eum incarcérai! ut librum scribat, sicut prius poteram; el cum hoc nihilominus meretur mercedem, et constituit me sibi debitorem, non quia solvit debitum, sed quia implet conditionem promissi. Unde, si ipse non oblignsset send scribendum, tamen (x) promisissem sibi mercedem, si scriberet librum, scribendo non solveret debitum, et nihilominus premium mereretur. Ita etiam, si ipse promisit mihi scribere librum, et ego nihil promisi ei, nisi quod sine aliqua obligatione darem, el insinuavi quod liberaliter ei darem, el non aliter, si bene faceret curialitatem, tunc, eo bene faciente, ego quidem non sum debitor, et tamen illud est sibi debitum, qui ita dignum se fecit, sicut si me sibi obligassem. Ha est hic. Ergo, etc. › — Hæc Petrus in forma, el liene.

Verumlamen sanctus Thomas, 1' ℣ q. **Ili,** art. **I**, brevius solvit ad omnia ista. Proprie namque, primo loco, arguit sic : « Nullus videtur mercedem mereri ex hoc quod reddit alteri quod debet. Sed per omnia bona quæ facimus, non possumus sufficienter recompensaro Deo quod debemus, quin semper amplius debeamus, ul etiam dicit Philosophus, 8. *Ethicorum* (cap. 14). Unde et Luca? 17 (v. 10) : *Cum omnia quæ præccpta sunt, feceritis, dicite: Servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, feci·* mus. Ergo homo non potest aliquid mereri a Deo. ת Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹i Dicendum, inquit, quod homo, inquanlum propria voluntate facit illud quod debet, meretur; alioquin actus quo quis reddit debitum, non esset meritorius. » — Hæc ille. — Item, tertio loco, arguit sic : α Quicumque apud aliquem aliquid meretur, constituit eum sibi debitorem; debitum enim est ut aliquis merenti mercedem impendat. Sed Deus nulli est debitor, ul dicitur, *Roman.* 11 (v. 35) : *Quis prior dedit illi, et retribuetur* ei? Ergo luillus potest a Deo aliquid mereri. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod, quia actio nostra non habet rationem meriti nisi ex suppositione divinæ ordinationis, non sequitur quod Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibiipsi, inquanlum debitum est ut sua ordinatio impleatur, ת — Hæc ille. — Et consimilia dicit, 2. *Sentent.,* dist. 27, q. 1, art. 3, ubi facit pradicla duo argumenta. Unde ad primum sic solvit, tertio loco : ‹ Dicendum, inquit, quod etiam reddendo quod debet, meretur aliquis. In hoc enim meretur aliquis apud Deum, in quo etiam vitas laudabilis constituitur apud homines. Actus autem justitias est laudabilis, sicut el aliarum virtutum. Unde etiam cl actus justitias meritorius est, quamvis quidam hoc negaverunt, et tamen actus justitiæ in redditione debiti etiam quod homini debetur, consistit. Quamvis enim illud quod reddit, quod debitum est alteri, suum non sil, nihilominus tamen modus in quo fundatur vis merendi el laus, reddentis est, qui voluntarie el propter bonum justitiæ reddit. » — Hæcille. — Item, ibidem, ad secundum supra recitatum. quarto loco, sic dicil : « Dicendum, inquit,

Deus non efficitur nobis debitor, nisi forte ex promisso, quia ipse Imnum operantibus præmium promisit; et ideo non est inconveniens si ab ipso quis mereri possit. Vel dicendum quod, in justitia commutativa, ille apud (piem aliquis meretur, efficitur debitor ei qui meretur, ut patet in illis qui operas suas locant in servilium aliorum; sed, in justitia distributi va, non requiritur ratio debili ex parte ejus qui distribuit; potest enim ex liberalitale aliqua distribuere, in (piorum tamen distributione justitia exigitur, secundum quod diversis, prout eorum gradus exigit, proporlionaliler tribuit. » — Hæc ille. — Item, 1 p., q. 21, art. **I**, arguit sic, tertio luco : α Actus justitiæ est reddere debitum. Sed Deus nulli est debitor. Ergo Deo non competit justitia, » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod unicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicujus, quod ad ipsum ordinatur : sicut servus est domini, et non e converso; nam liberum est, quod sui causa est. In nomine ergo debili importatur quidam ordo exigentiae vel necessitatis alicujus, ad quod aliud ordinatur. Est autem duplex ordo considerandus in rebus : unus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum, sicut partes ordinantur ad totum, el unaquæque res ad suum finem; alius ordo, quo omnia creata ordinantur in Deum. Sic ergo el debitum dupliciter potest attendi in operatione divina : aut scilicet secundum quod aliquid debetur Deo; aut secundum qtiod aliquid debetur rei creatæ. Et utroque rnodo Deus debitum reddit. Debitum enim est Deo ul impleatur in rebus illud quod ejus sapientia et voluntas habet, et quod suam ƀonita tem manifestat; et, secundum hoc, justitia Dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiam est alicujus rei creatæ quod habeat illud quod ad ipsam ordinatur, sicut homini quod habeat manus, et quod ei alia animalia serviant; et sic Deus justitiam operatur, quando dat unicuique quod ei debetur secundum rationem suæ naturæ et conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo : quia unicuique hoc debetur, quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem divinæ sapientis. Licet autem Deus hoc modo debitum alicui det, non tarnen ipse est alteri debitor; quia ipse ad alia non ordinatur, sed |›otius alia ad ipsum.» —Hæc ille.—Similia dicit, 4. *Sentent.,* dist.46,q. 1, art. 1, per totum.— Ex quibus patet quod ad rationem meriti non seinper exigitur quod ille qui meretur, constituat illum apud quem

(e (omen. — cum Pr.

moretur, debitorem sibi,ani alio modo eum obliget. Et quoad hoc esi bonarolutio Petri.

Instantia vero quam arguens ultimo recitat, vitietur esso secundum mentem Pelii. Et ad prolationem illius, dicitur quod, licet in bonis et in ħnali non sint omnia similia sed inulta dissimilia, tamen sufficit quod ibi sit ista similitudo, quod neutrum meritum de condigno constituit Deum debitorem creatura. Cum autem dicit quod merenti de condigno pnemiuin iit injustitia si non redditur, etc. . — dicendum quod, sicut supra dictum est, actio creatura» non habet rationem meriti apud Deum ħi ex presuppositions divinæ ordinationis; et ideo non constituit Deum debitorem creature, scii sibiipsi. Ita consimiliter, si creature merenti de condigno non redditur illud quod meruit secundum divinam ordinationem, non Iit injustitia ipsi creature, sed Deus ipso sibimet irrogaret injustitiam, reddendo se fallacem in promissis; quod est impossibile. Nec tamen tunc proprie faceret sibiipsi injustum, quia nullus injustum patitur volens; nisi diceremus quod non secundum idem attributum, sed secundum diversa secundum rationem, ageret et pateretur injustum. Et simile esset de merito condigni in malis, si Deus ordinasse! quod cuilibet perseveranti linaliter in mortali inferretur sine gratia quacumque pœna ælerna. — Item, sicut dicit arguens, ei qui meretur de condigno bonum non Iit injustitia, si non redditur ei quod meruit, «piando de voluntate ejus pratermittitur talis redditio. Cum ergo voluntas Dei reputetur voluntas creatura», sicut voluntas domini censetur voluntas servi, el voluntas patris censeatur voluntas lilii, in rebus civilibus: sicut non fit injustitia lilio, si non redditur ei quod suum est, vel quod meruit de condigno, in casu quo hoc fieret volente patre suo, vel communitate; ita multo minus fit injustitia creatura· quantumcumque merenti de condigno, si non redditur ei præmium, in casu quo hoc fieret volente Deo, cujus est ipsa creatura, et suum velle et nolle, et omnia sua; quoi enim fieret volente Deo, censeretur fieri volente creatura interpretative. — Posset etiam dici quod, si Deus non redderet merenti de condigno premium quod meruit, Deus faceret injustitiam creatura, non quidem simpliciter, sed ex suppositione sua» ordinationis justa?, quam præteriret, vel contra «piam faceret. Quod tamen est impossibile. Sed conditionalis nihil ponit, licet sil vera, sicut dicendo, *Deus potest peccare, si vult,* ul docet sanctus Thomas, I p., q. 25, ari. 3 (ad 2„Tlj; el quinto *Quodlibcto,* ari. 4; el aliis locis.

De pnedictissnnclus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 46, q. 1, ari. 2, in solutione prima.» quæsliunctilæ, sic dicit : ‹ Non ex hoc lautum aliquid dicitur esse justum, quia est a Deo volitinn; sed quia est debitum alicui rei creatæ, secundum ordinem creatum ad Creaturam. Nihil autem alicui rei debitum esse potest, niai ratione suæ nature vel conditionis. Natum autem cl proprietatis rei causa ed divina voluntas. El ideo lotus ordo justitin: originaliter ad divinam voluntatem reducitur. » — Hæc ille. — Item, ibidem, m solutione quarti argumenti, sic «licii : « Quamvis Deus non sit debitor alicui creatura», tamen creatura: potest esse aliquid debitum, scilicet quod requiritur ad ipsam ad hoc quod exemplar divinæ sapienti® imitetur. El hoc d» hilum concernit justitia, curn dicitur Deus aliquid juste facere. Quod quidem magis pertinet ad ordinem rei ad rem, quam ad ordinem rei creatæ ad Deum.a — Hæc ille. — Hem, in solutione secundae quaestiuncula», sic dicil : ‹ Deus donator (a) omnium bonorum est, et in eum omnis peccator pecraL Unde plus posset conferre de bonis quam sil alicui debitum, ut minus reddere de malis, vel etiam pœnam totaliter relaxare. Nec m hoc contra justitiam, sed prater justitiam, faceret. Sed si alicui minus conferret de bonis «piam ei delælur, vel plus puniret quam peccasset, hoc esset contra ordinem juMiliæ. Nec Deus hoc posset, loquendo de potentia ordinata; sicut non posset facere «juin ejus opus, secundum quod esse participat, eum imitaretur. Ex hoc enim ipso quod aliquid alicui rei est debitum secundum exigentiam suæ conditionis, sine illo exemplar divinum imitari non potest. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi : ‹ Deus seipsum negaret, si creatura non conferret quod ei debetur secundum suam dispositionem. Sic enim veritatem non servaret in operum conditione vel gubernatione. * Item, in solutione tertii argumenti, sic «licit: ‹ Damnare Petrum, cui ex beneficio gratia» sibi collate silus debelur,esset contrarium justitiæ; unde hoc Deus non posset de jxitentia ordinata. Sed sil\are Judam non esset contrarium justitiæ, sud prater eam; sed tamen esset contrarium ejus prescienti® it dispositioni, qua ei æternam pœnam pneparavil. Unde justitiæ ordo non impedit quin Iassii salvare Judam, sed impedii ordo præscienliæ el dispositionis æleniæ. › — Hæc ille. — Ex quibus plot : primo, quod totus ordo justitiæ, qua alicui creatura» aliquid debetur, orginalurex divina voluntate et online divina»sapientis; secundo,quod Deus, do potentia ordinata, non fiolest alicui creature minus oonferre de bonis quam ei delæalur, nec plus punire creaturam quam meruerit peccando, sed utrumque debitum a divina voluntate el sapientia originatur; tertio, quod Deus non potest suam dispositionempralerire,necseipsum negare; quarto, quod æque impossibile est Deum agere contra ordinationem suæ æternæ dispositionis, sicul contra justitiam suam, quinto, quod iin|>ossibile est Deum facere aliquid injuriosum sibi aut crealune.

Sciendum tamen quod in pradiclis videtur sen-

(a) *dutiatûr.* — *dominator* Pr

tiro quod Deus dicitur juste facere, solum secundum ordinem unius creaturæ ad aliam, et non secundum ordinem creature ad Deum; cujus oppositum dicit, I p., ubi supra allegatum est(q. 21,art. I, ad3um). Sed non est ibi magna contradictio: quia intendit, in *Quarto,* dicere quod alius modus justitiæ est hic quam ibi. Quod palet : quia, 4. *Sentent.,* dist. 46, q. 1, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit: ‹ Duo modi assignantur divinæ justiliæ : unus, inquantum reddit pro meritis; alius, secundum quod facit illud quod decet suam bonitatem, etc. › Et similo dicit, 1 p., q. 21, art. 1.

Ad argumentum contra quaestionem, palet res|>onsio per prædicta (α).

El hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO XVI.

QUÆSTIO I.

UTRUM PECCATUM VENIALE POSSIT REMITTI SINE MORTALI

IRCA sextanidecimam distinctionem 4. *Sententiarum* quæritur : Utrum peccatum veniale possit remitti sine mortali.

Et arguitur quod sic. Peccato quod sufficienter punitum est, non debetur alia pœna; quia non judicat bis Deus in idipsum. Sed peccatum veniale potest aliquis in mortali exsistens sufficienter in seipso punire, cum debeatur ei pœna finita. Ergo non reservabitur ulterius ad pœnam. Sed nunquam absolvitur aliquis a reatu pœnæ, nisi prius absolvatur a culpa. Ergo, manente peccato mortali, potest veniale dimitti.

In oppositum arguitur. Quia Gregorius (6) dicit quod *veniale peccatum obscurat mentem, sed mortale obtenebrat.* Sed obscuritas non removetur nisi per lucem; lux autem est spiritualis gratia, quæ etiam mortale delet. Ergo non potest dimitti veniale sine dimissione mortalis.

In hac quaestione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

(e) CCr. prseertim art. pr»».», § 1. I, ea quæ aecundo loco dicuntur ad Mcundum principale Scoti.

(6) H®c terba non tie exprew reponuntur apud Gregonum. In 10. *Moralium,* cap. 11 (ree. 9, vet, 14), ostendens diacrimen vanitatis ab iniquitate, dicit : Vaniku mentem *obnubilat, iniquihu coeat.*

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod peccatum veniale non potest dimitti, voluntate manente ad Illud.

Hanc ponit sanctus Thomas, praesenti dislin·clione, q. 2, art. 1, in solutione primæ quaestiuncula:, dicens: ‹t Peccatum quodlibet potest dimitti vel remitti quoad duo : scilicet quantum ad culpam, et quantum ad reatum. Non autem potest esse secunda remissio sine prima; quia quamdiu manet culpa, manet debitum pœnæ. Culpa autem in deordinatione voluntatis consistit. Unde non potest culpa remitti, nisi reordinetur voluntas; quod esse non potest quamdiu in ipsa deordinationo manet, alias duo opposita essent simul vera. Et ideo nullo modo potest dimitti veniale, quamdiu voluntas ad illud manet. — Item, manente causa, non potest tolli effectus. Sed adhærentia voluntatis inordinata ad aliquid, erit causa venialis peccati. Ergo, manente voluntate fixa in illo, non potest ipsum remitti. — Item, allectus ad opus habet rationem peccati, sicut et ipsum opus venialis peccati. Sed opus venialis peccati, dum manet, non permittit veniale peccatum dimitti. Ergo nec affectus ad ipsum manens, d — Hæc ille. — Ex quibus patet multiplex ratio pro conclusione.

Secunda conclusio est quod unum peccatum veniale potest dimitti sine alio veniali.

Hanc ponit ibidem, in solutione secundæ quæstiunculæ, dicens : « Ea quæ non habent connexionem ad invicem, unum potest auferri sine alio;sed quæ habent aliquo modo connexionem, unum non potest sine alio auferri. Peccata autem mortalia, quamvis non habeant connexionem ex parte conversionis, habent tamen connexionem ex parte aversionis ;quia ab uno incommutabili bono avertunt.El ideo unum sine alio remitti non potest; cum remissio culpæ magis respiciat per oppositum aversionem quam conversionem, quia culpa remittitur cum homo restituitur ad id a quo culpa separavit. Venialia autem non habent connexionem, neque quantum ad conversionem, neque quantum ad aversionem; cum in eis nulla sit aversio a fine, etsi sit aliquis defectus inactu eorum quæexpediunt ad finem. Et ideo unum veniale potest dimitti sine alio. — Item, majoris gratiæ est remissio peccati mortalis quam venialis. Sed unum peccatum veniale manens I fixum in corde, non impedit remissionem peccati

mortalis. Ergo multo minus impedit remissionem alterius venialis, · — Hæc ille.

Tertia conclusio : Quod peccatum veniale non potest dlmltll sino mortali, vel mortali remanente.

Hanc ponit ibidem, in solutione tertiæ quæsliunculæ, dicens: α Remoto priori, removetur posterius; nec posterius restituitur, nisi priori restituto. Fervor autem charitalis, cui veniale opponitur, est posterior ipsa cliaritate. Unde quamdiu charitas non restituitur, nec fervor charitalis reparari potest; in qua reparatione consistit venialis peccati dimissio, sicut et in reparatione charitalis dimissio mortalis. Et ideo non potest veniale dimitti ei cui mortale non dimittitur. Potest etiam ratio assignari ex parte remittentis : quia a Deo, qui solus peccata dimittit, peccatum mortale separat; et ideo effectum ejus in remissione peccati venialis habens peccatum mortale non percipit. Similiter ex parte ejus quo fit remissio, scilicet charitalis, quæ universa delicta operit, *Proverb.* 10 (v. 12), quam peccatum mortale tollit. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quidquid repugnat cuilibet fervori charitalis, impedit remissionem peccati venialis. Sed peccatum mortale est hujusmodi. Igitur, etc.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra tertiam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra tertiam, quæ respondet directe ad quœstionem, arguit Durandus (dist. 16, q. 2).

Priino. Quia peccatum mortale differt a veniali, eo quod in mortali sunt tria : scilicet culpa, qua' consistit in deordinatione aclus; offensa, quæ consistit in privatione gratiæ (non enim Deus dicitur offendi peccatori secundum affectum, sed secundum effectum, inquantum peccatorem privat gratia, quæ hahetur ad amicum); tertium est pœna, quæ peccalo mortali debetur. Propter quod ad remissionem peccati mortalis requiritur reordinatio voluntatis per contritionem, contra culpam; restitutio gratiæ, contra offensam; commutatio pœnæ æternæ in temporalem. Sed in peccato veniali est quædam culpa, propter deordinationem aclus; sed non est ibi offensa praedicto modo accepta, quia peccatum veniale de se non tollit gratiam; cl est ibi pœna debita, sed finita. Ergo ad remissionem ejus solum requiritur reordinatio voluntatis per debitam displicentiam ejus quod indebite placuit, et solutio pœnæ finitæ; non autem restitutio gratiæ, quæ non est amissa ratione peccati venialis. Sed haec possunt fieri ab homine exsistente in peccato mortali. Igitur, etc.

Secundo. Quia ponatur quod puer non baptizatus, exsistens in originali, quando venit ad ætatem in (e) qua primo potest peccare, peccet venia!iter, et statiin moriatur. Aut punietur in inferno pro peccalo veniali pœna finita, vel infinita. Si finita, fortiori ratione potuit eam in præsenti vita solvere, si vixisset, non obstante peccato originali, cum quo non stat gratia. Si infinita, videtur inconveniens, cum, secundum taxationem divinam, peccato veniali non debeatur nisi pœna finita.

Forte dicetur quod puer veniens ad ætatem in qua potest peccare, nunquam peccat primo venialiter, sed mortaliter.— Sed hoc est manifeste falsum in pueris tam baptizatis quam non baptizatis. Multa enim sunt delicia puerorum, quæ ab omnibus reputantur venialia, antequam aliquis judicet eos peccasse mortaliter.

Tertio. Quia, secundum omnes, per opera bona facta extra charitatem, meretur aliquis, saltem de congruo, aliquod bonum temporale. Sed expiatio pœnæ temporalis debitae peccato veniali, est quoddam bonum temporale. Ετο per bona opera facta extra charitatem potest aliquis mereri apud Deum expiationem talis pœnæ. Et sic exsistens in peccato mortali poterit per aliqua bona opera pœnalia satisfacere de pœna peccato veniali debita.

Quarto. Quia, si aliquid obstaret, potissime videretur quod pœna non est apud Deum satisfactoria, nisi quatenus acceptatur; sed ab homine qui est in peccato mortali, quidquid fit, non acceptatur a Deo, cum sil inimicus; ergo non est salisfactorium pro aliquo peccalo quantumcumque veniali. — Sed hoc non obstat. Quin aliquid potest esse acceptum dupliciter. Uno modo, tanquam remunerandum vila æterna; et talis acceptatio non est nisi per gratiam. Alio modo potest aliquid esse acceptum Deo, tanquam remunerabile aliquo bono temporali; et sic bona facta extra charitatem sunt Deo accepta. Et quia carere malo habet rationem boni, ideo bona facta extra charitatem sunt Deo accepta (6), non solum ad adipiscendum temporale, sed etiam ad expiationem pœnæ temporalis peccato veniali débita
Et in hoc est evacuatum totum fundamentum luæ opinionis : ex hoc enim solo ponis peccatum veniale non posse dimitti sine mortali, quia nihil potest esse Deo acceptum sine gratia; hoc autem falsum est, nisi de sola acceptatione ad meritum vilæ æternæ.

(3) tn. — Om. Pr.
(6) a verbi· *Et quia* usque ad *accepta,* om. Pr.

Quinto. Quia ratio tnæ positionis non cogit. Cum enim dicis quod peccatum mortale opponitur chantait, teniale autem fenori charitatis; — dicendum quod ex neutra parte est oppositio formalis. Cum enim utrumque peccatum, tam mortale quam leniale, formaliter consistat in deordinatione actus, iitrique tantum opponitur reordinntio actus formaliter. Charita> nutem vel fenor charitatis nulli eorum opponitur formaliter. Sed charitas consecutive opponitur peccato mortali, quia non stat cum deordinatione artus peccati mortalis. Fervor autem charitatis non opponitur peccato veniali : nec formaliter, ul dictum est; nec consecutive, quia cum peccato veniali stat charitas et fervor charitatis. Fervor enim charitatis aut inlelligitur intensio charitatis quantum ad habitum, el iste nunquam diminuitur per quodeumque peccatum ; aut inlelligitur «le intensione charitatis quantum ad actum, et talis fervor non opponitur veniali, quin cum tali fenore possit munere peccatum veniale. Nec talis fervor sufficit ad deletionem peccati venialis, sine aliqua displicentia vel contritione; sola autem displicentia vel contritio sufficit ad deletionem peccati venialis, sino tali fervore. Et ideo minor dictæ rationis est falsa, etc.

Sexto. Quia dictum Gregorii non juvat : quia peccatum veniale non obscurat per diminulionem luminisgrathn vel charitatis; quia, secundum omnes, licet gratia el charitas possint augeri, nunquam tamen minuuntur. El ideo non nporlet quod venialia dimittantur per intensionem luminis gratiæ et charitatis. Dicuntur tamen obscurare, et non totaliter obtenebrare : quia, cum omne peccatum mortale liat ex defectu luminis rationis, minor defectus est in commissione peccati venialis, quod dicitur obscurare, quam in commissione peccati mortalis, quod dicitur obtenebrare.—Haec Durandus, in forma.

II Argumenta aliorum. — Ad idem arguitur ab aliis, (apud Petr. de Palude, dist. 16, <|. 1).

Primo Quia, cum veniale possit fieri mortale et e converso, videtur quod non plus dependeat remissio venialium a remissione mortalium, quam econtra. Sed mortale |>otest remitti sine veniali. Ergo e converso.

Secundo. Quia pœna debita veniali est finita simpliciter, et non sub conditione, sicut est de pœna debita mortali confesso. Ergo potest solvi.

Tertio. Quia non est ibi offensa sicut in mortali, sed solum deordinatio voluntatis et pœna linita. Ergo sufficiunt duo opposita. Ergo, etc.

Quarto. Quia quod non tollitur actu ct aptitudinc per · dum, non oportet restitui ad remissionem peccati. Sed ₩ peccatum veniale non tollitur gratia actu, sicut per peccatum mortale; nec apliludine, >icut per secundum. Ergo, etc.

El m hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS HI.

PONUNTUR SOLUTIONES

S L — Ad argumenta contra tertiam **CONCLUSIONEM**

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium, respondendum est objectionibus supradictis.

Ad primum ergo Durandi, dicitur primo, quod ii peccato veniali non solum sunt illa duo quæ tangit ai^uens, verum etiam tertium, scilicet aliqualis macula et offensa. Et quidem quod sil ibi aliqualis macula, dicit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 2, art. 2, q,a 1, in solutione primi. Arguit enim sic : « Peccatum veniale transiens actu, in anima manet reatu. Sed reatus fundatur super macula. Cum ergo macula non possit ab anima abstergi nisi per gratiam, sicut nec tenebra nisi per lucem, videtur quod veniale dimitti non possit sine gratiæ infusione. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod macula potest esse dupliciter. Uno modo, per privationem pulchritudinis; et sic in veniali non manet aliqua macula, quia non tollit gratiam, quæ est animæ decor. Alio modo, per hoc quod pulchritudo quæ inesl, impeditur ne exterius appareat, sicut per pulverem pulchritudo faciei fœdatur; et talis macula est in veniali, quia impeditur decor gratiæ ne in actibus exterius ostendatur. Unde non oportet quod talis macula per infusionem gratiæ tollatur, sed per actum qui gratiæ impedimentum tollat. » — Hæc ille. — Simile dicit, 3 p., q. 87, art. 2, in solutione tertii, quod recitatum est (a) : a Sicut, inquit, in corpore contingit esse maculam dupliciter, uno modo per privationem ejus quod requiritur ad decorem (pula debiti coloris, aut debibe proportionis membrorum), alio modo per superinductionem alicujus impedientis decorem (puta luti, aut pulveris); ita etiam in anima inducitur macula uno modo per privationem decoris gratia» |»er peccatum mortale, alio modo per inclinationem inordinati affectus ad aliquid temporale, et hoc fit per peccatum veniale. Et ideo ad tollendum maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiæ; sed ad tollendam maculam peccati (6) venialis requiritur actus procedens a gratia, per quem removeatur inordinata adbæsio ad rem temporalem. » — Hæc ille. — Venuntarnen ista macula non est ita

( ) Hoc mim argumentum differt Unium quoad vorlw nh eo quod albrlui rx l. Srntmt. Sic dicil /'ecaluni veniale *maculam guanirfam aninur infert. Sed macula non aufertur* nui prr *gratiam, qtur ed tpirdualu anime decor. Ergo videtur quod peccata venialia non dimittantur tine gratiæ infutione.*

( ) A verbo *mortali* usque ad *peccati,* om. Pr.

proprio dicta sicut macula peccati mortalis; et sic debet intelligi quod idem sanctus Thomas dicit, ł 2·, q. 89, art. ! : ‹i Macula, inquit, importat detrimentum nitoris ex aliquo contactu; sicut in corporalibus patet, ex quibus per similitudinem nomen macule ad animam transfertur. Sicut autem in corpore est duplex nitor, unus quidem ex intrinseca dispositione membrorum et colorum, alius autem ex exteriori claritate superveniente ; ita etiam in anima est duplex nitor, unus quidem habitualis, quasi intrinsecus, alius autem actualis, quasi exterior fulgor. Peccatum autem veniale impedit quidem decorem actualem, non tamen habitualem; quia non excludit nec diminuit habitum charitatis et aliarum virtutum, sed solum impedit eorum actum. Macula autem importat aliquid manens in re maculata; unde magis videtur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris quam actualis. Unde, proprie loquendo, peccatum veniale non causal maculam in anima; el si alicubi dicatur maculam inducere, hoc est secundum quid, inquantum impedit nitorem qui est ex actibus virtutum. › — — Hæc ille.

Quod autem in peccato veniali sil aliqua offensa Dei, ostendit ipse, pnesenti distinctione, q. 2, art. t, qh 2, ubi arguit sic, tertio loco : α Ei qui displicet Deo, peccatum non dimittitur. Sed habens veniale displicet Deo. Ergo quamdiu manet unum, aliud non tollitur, nec remittitur. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹i Dicendum, inquit, quod peccatum mortale ita displicet Deo, quod etiam facit ipsum peccantem Deo displicentem, inquantum pulchritudinem gratiæ, quam Deus in ipso amat, aufert. Sed peccatum veniale, quamvis Deo displiceat, quia inordinatum est, non tamen facit peccantem Deo displicentem : quia non privatur claritas gratiæ, sed quodammodo obnubilatur, in quantum ejus processus ad exteriora impeditur; el ideo dicil Gregorius (a), quod peccatum veniale obscurat, sed mortale obtenebrat, etc. ʌ — Hæc illo. — Ex qiiibu< palet quod, etsi propter peccatum veniale Deus non offendatur peccanti, tamonoffenditurpoccato, inquantum ipsum detestatur, et odit, el punit tanquam sibi displicens. ELst ibi ergo nonnulla offensa; et, per consequens, ad ejus rqmissionem requiritur aliquis actus contrarius, Deo placens, in ordine ad vitam æternam, scilicet aliquis actus gratia el charilale elicitus, sicut peccatum veniale retardat a vila æterna, el a consecutione illius impedit. De hoc sanctus Thomas, *de Malo,* q. 7, ari. Il, sic dicit : < Peccatum remitti non est aliud quam peccatum non imputari. Unde in Psalmo (31), cum pnemisisset (v, I) (6), *Beati quorum remisse sunt iniquitates,* quasi exponeret, subdit (v. 2): *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Imputatur autem peccatum alicui inquantum per ipsum impeditur horno a consecutione ultimi finis, qui est toatitudo æterna; a qua impeditur homo per |»eccatum, et ratione culpæ, et ratione pœnæ. Ratione quidem culpæ («) : quia, cum beatitudo æterna sit perfectum tonum hominis, non compatitur secutn aliquam bonitatis minorationem; ex hoc autem ipso quod aliquis actum peccati commisit, incurrit quamdam toni minorationem, inquantum factus est vituperabilis, et indecentiam quamdam habens ad tantum tonum. Ex hoc vero quod reus est pœnæ, etiam impeditur a Iniatitudine perfecta, quæ omnem dolorem et pœnam excludit : *fugiet* enim ibi *dolor et gemitus,* Isaiæ 35 (v. 10). Utrumque tamen horum aliter impedit in peccato veniali, et aliter in peccato mortali. Nam, in peccato mortali, homo patitur bonitatis minorationem per privationem principii ducentis ad finem, scilicet per privationem charitatis; sed, in peccato veniali, patitur homo minorationem et impedimentum jær quamdam indecentiam actus, in quo, quasi impedimento exsistente in ipso actu quo peragendum erat in finem, retardatur, salvo tamen principio inclinante; sicut etiam grave |K>tesl impediri ne |»erveniat deorsum, vel propter corruptionem gravitatis in ipso, vel propter aliquod impedimentum occurrens, quo impeditur motus ejus ne ad finem naturalem perveniat. Ex parte etiam reatus pœnæ est differentia. Nam per peccatum mortale meretur, quasi inimicuseffeclus, pœnam exterminantem; per peccatum vero veniale, pœnam corrigentem. Aliter ergo remittitur peccatum veniale, el aliter mortale. Nam. quantum ad culpam, ad hoc quod (leccatum mortale non imputetur, oportet quod tollatur impedimentum, quod erat ex corruptione principii, per novam charitatis et graliæ infusionem; hoc autem non requiritur in peccato veniali, quia charitas manebat, sed oportet quod tollatur impedimentum per aliquem fortem impulsum repugnantem impedimento quod erat appositum ex obice venialis : sicut impedimentum quod contingit ex gravitatis corruptione, non |>otest tolli nisi per iteratam generationem ejus; impedimentum veroquod esset ex aliquo obice opposito, tollitur per aliquem violentum motum removentem ipsum obicem. Sic ergo veniale, quantum ad culpam, remittitur |>er fervorem charitatis; mortale vero, per gratiæ infusionem. › — Hæc ille.

Dicitur secundo/quod, dato quod in peccato veniali non sit macula, vel offensa stricte et proprie sumpta, sic quod per ipsam Deus offendatur peccanti, vel peccans offendat Deum; tamen ille qui liatot veniale runi mortali, ratione mortalis offendit Deum, el Deus offensus est illi. Et ideo, quamdiu

(3) Cfr. ra qurv dicta Mint, in principio qn.e alionis, uccawiunc trrbornrn Grcgoni.

(6) ‡ra-nnsu (v. I). — *primum rtnunt* IT

(i) *llalumr quidem culpa.* — Orn. Pr.

haliel mortale et caret charitate et gratia, non potest habere reordinationem voluntatis sufficientem ad dimissionem venialis, nec solutionem pœnæ sufficientis ad hoc. De prædictis sanctus Thomas, *de Malo,* q. 7, art. 10, ubi arguit sic, sexto loco : α Contingit quandoque quod aliquis in mortali morions pernitet de aliquo veniali commisso, mutans in hac vita voluntatem suam quam habuerat de peccando venialiter. Sed in illa voluntate remanet anima in qua de corpore exit. Ergo non erit in eo qui sic decedit peccatum veniale post mortem. Non ergo pro eo aeternaliter punietur. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod peccatum postquam transit actu, potest manere reatu, quem non tollit quaelibet mutatio voluntatis, sed solum illa quam charilas operatur, d — Hæc ille. — Hem, ibidem (arg. Sed contra), arguit sic, proliando quod peccatum veniale sine charitate puniatur pœna æterna : α Quia quod pœna peccatorum venialium terminetur, hoc est merito fundamenti, ut patet per Apostolum, 1. *Corinth.* 3. Quod quidem fundamentum est fides formata, ut dicit Augustinus, 21. *de Civitate Dei* (cap. 26), et in libro *de Eide et openbus* (cap. 16). Hoc autem fundamentum non est in eo qui cum peccato mortali decedit. Ergo pœna venialium non terminabitur in ipso. n — Hæc ille. — Et |>er totum articulum ponit quod peccatum veniale conjunctum mortali efficitur per accidens irremissibile, inquantum est in subjecto privato gratia. Item, 3 p., q. 87, ari. 4, sic dicit : ‹ Demissioculpæcujuseumque nunquam fit nisi per virtutem gratiæ: quia, ut Apostolus dicit, *Homan. A,* ad gratiam Dei pertinet quod Deus alicui non imputet poccatum; quod Glossa ibi exponit de veniali. Ille autem qui est in peccato mortali, caret gratia. Unde nullum peccatum veniale sibi dimittitur. » — Hæc ille.— Item, 2. *Sentent.,* dist. 42, q. 1, art. 5, in solutione sexti, sic dicit : α Ille qui decedit cum mortali et veniali simul, punitur in inferno pro veniali, et punitur in æternum; longe tamen minus acerba pœna quam illa qua» est pro mortali. Hoc autem accidit veniali, inquantum est mortali conjunctum, quod gratiam privat, sine qua nulla pœna potest esse purgativa vel expialiva. » — Hæc ille. — Simile dicit, 4. *Sentent.,* dist. 21, q. 1, art. 2, in elutione tertis quæstiunculæ; et aliis locis. — Ex quibus patet quod exsistens in mortali non potest sufficienter reordinare voluntatem suam, nec aliquam satisfactionem impendere, quæ sufficiat ad peccati venialis remissionem : quia nec contritio nec satisfactio est extra gratiam; reordinalio vero voluntati est contritio, ut post dicetur.

Vi secundum respondet sanclusThomas, *de Mulo,* q 7. art. 10, in solutione octavi, dicens : q Non est possibile quod aliquis decedat cum veniali peccato et originali absque mortali : quia ante usum rationis puer excusatur a (teccato mortali, ita ut si etiam committat actum qui de genere suo sil peccatum mortale, non incurrit reatum mortalis peccati, eo quod nondum habet usum rationis; unde multo magis excusatur a reatu peccati venialis, quia quod excusat majus peccatum, multo magis excusat et minus. Sed postquam habet usum rationis, peccat mortaliter si non facit quod in se est ad quærendum suam salutem; si autem faciat, gratiam consequitur, per quam immunis erit a peccato originali. » Et si contra hoc arguitur : quia quod aliquis actu convertatur ad Deum, cadit sub pnecepto affirmativo; præcepta autem affirmativa, etsi obligent semper, non tamen obligant ad semper; non ergo slalim peccat mortaliter, si non convertatur ad Deum actu, slalim habito usu rationis; potest autem tunc peccare venialiter; ergo potest esse peccatum veniale cum originali, sine mortali; — ad hoc respondet idem sanctus Thomas, ibidem, ad 9“", dicens: « Licet pnecepla affirmativa, communiter loquendo, non obligent ad semper; tamen ad hoc est homo naturali lege obligatus, ut primo sit sollicitus de sua salute,secundum illud Mallh.6 (v. 33) : *Primum quæritc regnum Dei.* Ultimus enim finis naturaliter cadit primo in appetitu, sicut prima principia naturaliter cadunt primo in apprehensione; sic enim omnia desideria pnesupponunl desiderium ultimi finis, sicut omnes speculationes conclusionum pnesupponunl speculationem primorum principiorum, n — Hæc ille. — Simile ponit, 2. *Sentent.,* dist.42,q. 1,arl. 5, in solutione septimi, ubi sic dicit: α Positio illa est impossibilis. Quod sic palet : Si enim aliquid est sufficiens ad excusandum majus peccatum, multo amplius sufficit ad excusandum minus; sed imperfectio ælatis excusat peccatum mortale, ut puer, nondum habens usum liberi arbitrii, mortalis reus non habeatur (a), etiamsi actum faciat qui ex suo genere peccatum mortale est; unde mullo amplius excusat infantia ne peccatum veniale imputetur. Et ideo non potest esse quod homo venialiter peccet ante illud tempus quo usum rationis habet, ut jam mortaliter peccare possit. Statiin autem ut ad tempus illud pervenit, vel gratiam habet, vel in peccato mortali est : quia, si facit quod in se est, Deus ei gratiam infundit; si autem non facit, peccat mortaliter, quia tunc est tempus ut de sua salute cogitet, et ei operam det. Et ideo positio est impossibilis. Si tamen ponatur, per impossibile, tunc talis punietur pœna sensibili pro veniali in inferno, et pœna illa erit æterna. Sed hoc accidit veniali, inquantum est sine gratia. » — Hæc ille. — Item, Ie 2’, q. 87, art. 5, in solutione secundi el tertii (6), ubi sic dicit : « Peccato originali non debetur pœna æterna ratione suæ gravitatis, M»d ratione conditionis subjecti, scilicet homi-

( ) *habeatur. — habetur* Pr.
( ) *et tertii.* — Om. Pr.

nis qui sine gratia invenitur, per quam solam fit remissio peccati. Et similiter est de peccato veniali. /Eternilas enim pœnæ non respondet quantitati culpa», sed irremissibilitati. › — Haec ille.

Cum autem dicit arguens, quod prædicta dc pueris sunt manifeste falsa, etc.; — negatur. Sed sua probatio est manifeste falsa : quia illi qui judicant pueros peccare venialiter priusquam habeant usum rationis, quo possint peccare mortaliter, false judicant. Conceditur tamen quod ante usum rationis possunt facere multa, quæ secundum genus suum sunt venialia peccata, non tamen in eis sunt peccata; sicut in simili dicendum est de mortalibus.

Ad tertium dicitur quod, si major intelligatur de quolibet bono temporali, falsa est. Si autem intelligatur particulariter de aliquibus bonis temporalibus solum, tunc major vera est; sed argumentum est ex puris indefinitis vel particularibus; et sic forma arguendi nulla est. Pro cujus declaratione, sciendum quod bona opera facta in peccato mortali, sunt meritoria de congruo, si debeat dici mentum, quintuplicis boni vel praemii, secundum quod ponit beatus Thomas, decimaquinta distinctione *Quarti,* q. 1, art. 3, in solutione quarto et quinte quæstiiincularum. Valent enim primo ad disponendum ad gratiam; secundo, ad assuefactionem bonorum operum; tertio, ad consecutionem bonorum temporalium, vel vitationem malorum; quarto, quia minuunt pœnam inferni, non quidem quod liberent a pœna quam jam quis meruit, sed quia impediunt meritum pœnæ, quia homo reatum omissionis evadit, qui hujusmodi opera perficit, et a multis peccatis retrahitur, et cum minori contemptu peccat; quinto (a), ad dilationem vel minutionem pœnæ temporalis, sicut legitur de Achab, 3. *Regum.* (cap. 21).

Dicitur secundo, quod per talia opera nullus meretur de congrtio aliquod bonum temporale; nec expiationem alicujus pœnæ temporalis, quæ sit posterior natura infusione graliæ gratum facientis. Sic autem est de pœna salisfactoria debita peccato veniali : nam expiatio talis pœnæ præsupponit remissionem culpæ venialis; et remissio culpæ venialis præsupponit actum el habitum gratia?, sicut patel per prædicta. Unde sicut bona opera in mortali facta non sunt meritoria remissionis vel expiationis pœnæ æternæ, eo quia illa præsuppoQit remissionem culpæ mortalis per infusionem habitus gratiæ; ita non sunt meritoria remissionis pœnæ temporalis satisfacloriæ debitæ peccato veniali, quia illa præsupponit remissionem culpa» per actum elicitum a charitate et gratia. Immo minus sunt meritoria expiationis pœnæ débita? veniali, quam pœnæ debitæ peccato mortali. Quod patet : quia talia bona opera sunt meritoria de congruo tali quali dispositionis vel infusionis graliæ; ad gratiam autem mox sequitur pœnæ æternæ remissio, non autem pœnæ temporalis, immo restat persolvenda post remissionem culpa? venialis quandoque et ut in pluribus. Est ergo in argumento fallacia consequentis, arguendo ab indefinita ad ejus singularem, scilicet : Bona opera in mortali facta, sunt meritoria expiationis alicujus pœnæ temporalis; ergo sunt meritoria expiationis satisfactorize pœnæ debitæ veniali. Hanc solutionem sententialiter ponit sanctus Thomas in praesenti distinctione, q. 2, art. 1,qu 3, in solutione tertii, quod recitatum fuit in principio quaestionis, pro parte affirmativa, dicens : a Pœna etiam hominis offensam non tollit, nisi ab eo in quem peccatum commissum est, acceptetur. Nec acceptari potest quamdiu inimicitia ad ipsum manet. El ideo, manente inimicitia hominis ad Deum per peccatum mortale, poena quantacumque veniale non purgat. Unde, Isaiæ 58 (v. 3 et 4), Dominus dicit non esse accepta jejunia eorum qui ad lites et contentiones jejunabant. >—Hæc ille. — Item, dist. 15, q. 1, ari. 3, in solutione quintæ quæstiunculæ, arguit sic, in simili : c Cum nullus liberetur a pœna nisi sit absolutus a culpa, quia effectus non diminuitur nec tollitur nisi diminuta vel ablata causa, ideo per opera extra charilatem facta, quæ neque culpam tollere neque diminuere possunt, pœna inferni mitigari non potest. › — Hæc ille. —Ita, in proposito, dici debet de pœna debita veniali in purgatorio in foro pœnitentialû

Ad quartum patet solutio per prædicta; quia causam illam assignat sanctus Thomas, ut slalim allegatum est. Nec valet instantia vel solutio quam dat arguens. Quia, ut prædiclum est, bona opera facta in mortali non sunt accepta Deo tanquam remuneranda (a) vita æterna, nec aliquo bono temporali, aut expiatione pœnæ temporalis, nisi præ· supponendo (β), online naturæ, in eo qui sic remuneretur, habitum vel actum gratiæ et charitalis. Sic autem est de expiatione pœnæ satisfacloriæ debitæ peccato veniali, quæ ipsum veniale purgat. Secus est de aliis pœnis debilis in hoc seculo peccatis venialibus vel mortalibus, quæ non sunt |æccatorum purgativæ, nec satisfacloriæ, sed propter aliud eis nolentibus infliguntur, puta ad initium damnationis eorum, vel gloriam Dei, vel bonum aliorum hominum : nam ad dilationem, vel diminutionem, vel præservationem talium poenarum temporalium, bona opera in mortali facta valere possunt. — Sed forte arguens deceptus fuit in hoc quod putavit peccati venialis remissionem non esse aliud quam pœnæ temporalis solutionem, el non distinxit inter remissionem culpæ et remissionem pœnæ. Quæ duo multum distant, ut ostendit san-

(3) *quinto.* — *ergo* Pr.

(a) *remuneranda.* — *remunerantia* Pr.
(C) nwi *preuupponendo.* — *prtreuppouti* Pr.

cln< Thomas, *de Malo.* q. 7, art. **II,** ubi, postquam ostendit quid est peccatum veniale remitti quoad culpam, ostenditquid sit illud remitti quoad pœnam, (licens : α Sic ergo veniale quantum .nd culpam remittitur per fervorem charitatis, mortale vero jnr gratiæ infusionem. Quantum ad pœnam autem, peccatum mortale non remittitur, quia habet pœnam interminabilem et æternam; peccatum vero veniale remittitur porexsolulionem pœnœtcmporalisfinilæ. » — Hæc illo.— Item, ibidem, in solutione decimiseptimi argumenti, sic dicit : « Remissio culpæ non lit per pœnarn. sed per usum gratiæ. » Item, in solutione principali, dicit : ‹t Quibusdam venialia remittuntur post banc vitam quoad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita,scilicet per actum charitatis in Deum, repugnantem venialibus in hac vita commissis, etc. * — Si vero arguens distinxerit inter illa duo, tunc false putavit veniale remitti quoad culpam per displicentiam peccati sine gratia ct dilectione Dei super omnia, et quoad pœnam remitti per exsolutionem pœnæ finite extra gratiam ct charitalem : quia, ut dictum fuit, sine gratia et charitale nullus dolor do peccato habet rationem contritionis, nec. opus pœnale rationem satisfactionis; utrumque autem requiritur ad completam remissionem peccati venialis, potissime contritio, ut post dicetur.

Ait quintum dicitnrquod solutio quam dat arguens, probans conclusionem, non valet. Cum enim dicit quod fervor charitatis non opponatur peccato veniali nec formaliter nec consecutive, falsum dicit. Nec valet >ua probatio : quia fervor charitatis, qui delet veniale, nullo modo stat cum illo veniali quod delet, licet possit stare cum aliis venialibus; talis enim fervor est displicentia el contritio de illo veniali, et non de aliis. De hoc sanctus Thomas, pnesenti distinctione, q. 2, art. 1, q|· 1, in solutione secundi : ‹ Quod libet peccatum inorlale opponitur cuilibet quantumcumque parvæ charitatis Non autem quodlibet veniale opponitur cuicumque fervori charitatis. Dicitur enim fervor charitatis per similitudinem, secundum quod ad exteriora quodammodo ebulliendo diffunditur. Ex illa autem parte qua veniale committitur, charitatis fervor non apparet, sed aliquid pr.i'ter charitalem. Unde, quamvis sit fervor charitatis quantum ad aliqua, potest esse tepiditns quantum ad alia. El sic non quilibet fervor opponitur cuilibet veniali. Unde non est similis comparatio peccati mortalis ad charitalem, et venialis ad fervorem charitatis. i» — Hæc ille. — Item, ari. 2, in solutione secunda! quæstiunculæ, sic dicit : « Peccatum veniale non dimittitur quamdiu voluntas manet in illo. Ipsum autem recedere voluntatem ab eo quod quis prius volebat, ℮ displicere ei quod voluit. Talis autem displicentia dolor contritionis dicitur, quando est gratia informata. Sed sciendum quod contritio potest accipi tripliciter : vel aclu, vel habitu, vel modio modo. Habitu quidem contritio exsistens non sufficit ad peccati venialis dimissionem : quia tunc quicumque haberet pœnitontiæ virtutis habitum, cujus actus est quœlibet contritio, consecuius esset peccati venialis dimissionem; el sic peccatum veniale cum gratia esso non posset. Kcc iterum requiritur quod semper adsit actualis contritio : quia sequeretur quod peccatum quod ajiquis in memoria vel cogitatione non haberet, remitti non posset. Et ideo dicendum quod requiritur contritio medio modo, quando scilicet, etsi aclu peccatum non displiceat explicite, displicet tamen implicite, quia ex virtute actus quern agit, sequeretur displicentia explicita peccati venialis, si cogitatio ad illud ferretur, d — Hæc ille. — Item, ibidem, primo loco, arguit sic : a Dicit Gregorius (implicite lib. 16. *Moralium,* cap. 67, rec. 27, vel. 30): Quod est aqua ad caminum (a), hoc est veniale ad fervorem charitatis. Sed fervor charitatis potest esse sine contritione : quia aliquis potest ferventer in Deum converti, et tamen de peccato non dolore, quod est conteri. Ergo peccatum veniale potest dimitti sine contritione, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, quamvis fervor charitatis possit esse dum homo in Deum fertur motu charitatis, sine hoc quod de peccato veniali cogitet explicite, tamen in illo motu implicite continetur displicentia venialis peccati, vel unius, vel omnium; quia, si ferventer in Deum fertur, displicet ei omne quod a Deo retardat. Unde potest esse tam fervens motus charitatis in Deum, quod omnia venialia peccata delet, etiam sine actuali cogitatione ipsorum. » — Hæc ille. — Similia dicit, 3 p., q. 87, art. 1, ubi sic dicit : « Remissio culpæ iit per conjunctionem ad Deum, a quo aliqualiter separat culpa. Sed hæc separatio perfeclo quidem (it per peccatum mortale, imperfecte autem per peccatum veniale: nam per peccatum mortale mens omnino a Deo avertitur, utpote contra cbaritatem agens; per peccatum nutem veniale retardatur allectus hominis, ne prompte in Deum feratur. El ideo utnimque peccatum per poenitentiam quidem dimittitur, quia per utrumque deordinalur voluntas hominis per immoderatam conversionem ad bonum creatum : sicut enim peccatum mortale remitti non potest quamdiu voluntas peccato adhæret, ita etiam nec peccatum veniale, quia, manente causa, manet effectus. Exigitur autem ad peccati mortalis remissionem perfectior |>œmtenlia, ul scilicet hoinoactualiler peccatum mortale commissum detestelur, quantum in ipso est, ut scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestelur. Sed hoc non requiritur ad remissionem incentorum venialium. Non tamen sufficit habitualis displicentia, quæ habetur per habitum

(i) canununi.—«arandum Pr.

charitatis vel pœnitentiæ virtutis ; quin siccharitas non compateretur peccatum veniale; quod patet esse falsum. Unde sequitur quod requiritur quædam virtualis displicentia : puta cum aliquis fertur hoc modo secundum affectum in Deum ct res divinas, ut quidquid ei occurrat quod eum ah hoc motu retardat, et displiceret ei, et dolercl sc hoc commisisse, etiamsi aclu do illo non cogitaret. Quod tamen non sufficeret ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita j>ost diligentem inquisitionem. d — Hæc ille. — Item, ibidem, in solulione tertii : u Fervor, inquit, charitatis virtualiter implicat displicentiam venialium peccatorum, ut dictum est. d — Hæc ille. — Ex quibus omnibus palet quod fervor charitatis opponitur virtualiter peccato veniali, uni, vel pluribus, vel omnibus, et ideo sufficit ad deletionem venialium peccatorum, unius, vel plurium, vel omnium; et quod aiyuens male intellexit talem fervorem; et quod displicentia quam ipse ponit, sine charitate nihil valet, vel non sufficit ad remissionem peccati venialis. Item, quod fervor actualis charitatis aliquando opponitur peccato veniali virtualiter, licet non semper; ideo aliquando tollit illud, licet non semper.

Ad sextum dicitur quod arguens insufficienter exponit dictum Gregorii : quia Gregorius non loquitur de obscuratione luminis naturalis rationis, sed luminis graliæ vel charitatis; quod quidem, licet non diminuatur quantum ad habitum per peccatum veniale, minuitur tamen quantum ad actum vel fervorem. De hoc sanctus Thomas, *de Malo,* q. 7, ari. 2, in >olutiono decirnisexti, sic «licit: « Λ» tus |)otest diminui dupliciter. Uno modo, quantum ad facilitatem vel facultatem agendi, ut scilicet homo non possit tantum agere quantum prius; et sic quod diminuit actum, diminuit principium actus, quod est forma. Alio modo, quantum a<i execulionem actus; et sic non oporbd quod illud quod diminuit actum, diminuat formam; non enim diminuit (x) gravitatem lapidis columna qmv ndinel ip-um ne cadat deorsum, nec diminuit virtutem gressivam hominis qui ligat ipsum· Elpcr hunc nuxium veniale diminuit actum charitatis, non autem primo modo, n — Hæc ille. — Hem, ibidem, in solutione decimiseptimi argumenti, sic dicit : u Fervor plesl accipi dupliciter. Uno modo, secundum quod importat intensionem inclinationis amantis in amatum; et talis fervor est essentialiter charitas, el non diminuitur per veniale peccatum. Alio modo dicitur fervor charitatis, secundum quod motus dilectionis redundat etiam in inferiores vires, ut quodammodo non solum cor, sed etiam cam exuilet in Deum; el talis fervor diminuitur per peccatum veniale, absque diminulione charitatis. » — Hæc ille. — Potest tamen intelligi dirninulio charitatis quoad habitum, non solum quoad actum, aliquo modo. Unde, ihidem, in solutione quarti, sic dicit : « *Difficile mobile* non est differentia constitutiva habitus : nec enim dispositio ct habitus sunt diverse species; alioquin non posset una et eadem qualitas, quæ prius fuit dispositio, postea fieri habitus. Sed *facile mobile* et *difficile mobile* se habent sicut pêrfeclum et imperfectum circa earndem rem. Dato autem quod *difficile mobile* esset differentia constitutiva, adhuc ratio non sequeretur. Quia quod aliquis habitus fiat de facili mobilis, potest contingere dupliciter. Uno quidem modo, per se, quia scilicet non habet perfectum esse in subjecto; et sic quidquid diminueret hoc quod est *difficile mobile* circa babitum, diminueret ip-um habitum. Alio modo, per accidens, exeo scilicet quod inducitur dispositio ad contrarium : ut si dicamus quod forma aquæ, per susceptionem caloris, fiat minus de difficili mobilis; el tamen constat quod forma substantialis non diminuitur Et per hunc modum veniale diminuit hoc quod est *difficile mobile* circa charitalem. Et per hunc modum intelligendum est hoc quod quidam dicunt, quod veniale diminuit charitalem quantum ad radicalionem in subjecto, non quidem per se, sed per accidens, ut dictum est. > —Hæc ille.

П. Ad argumenta aliorum. — Ad quatuor sequentia respondet Petrus de Palude (dist. 16, Φ ⅋·

Unde ad primum sic dicit: Non est simile : <luia illud quo remittitur peccatum veniale, scilicet fervor charitatis, suppoint illud quo remittitur mortale scilicet charitalem; non autem e converso.— \ el, si islud negatur, saltem remissio omnis peccati Per gratiam Dei, non ex operibus hominis; alias gentilis posset satisfacere de veniali sino fido, sine <|ua inqxjssibile est placere ⅋· non ⅋ut» remittit n*s' '1UI pl®cot. Gratia autem non datur cum mortali. Ideo, etc. >

Ad secundum dint (ibid.), quod, < liret pœna finita, tamen requiritur quod sit Deo accepta; quod non est quamdiu peiwne éslex<><i Deo »

Ad tertium dicit (ibid.) quod, « licet homo ex se possit doordinari ct obligari ad jxrnam, non tamen I^h^t se ex puris naturalibus reordinare, maxime quando esi deordinatus jwr mortale. Contritio enim e·^ motus liberi arbitrii non solum in peccatum detestandum simpliciter, sed in peccatum ddestandum propter Deum.; ct etiam motus liberi arbitrii 'n i)pum super omnia diligendum. Quorum neutrum facit qui est in mortali : quia nec Deurn diligit $MP Γ omnia, quia tunc non adh.crel ei; nec ⅆcl· statur jmh catum pure propter Deum, quia tunc magis detentaretur quod est magis contra Deum, ^deo, etc. Nec similiter potest homo >< ipsum a reatu pœnæ liberare, nisi a Deo per gratiam remittatur. »

A»! quartum dicit (ibid.) quod e illud quod nec

(i) *(iinùmnt.* — Om. Pr.

tollitur nec supponitur ad restitutionem ejus quod directe tollitur per peccatum, non oportet restitui; sed quod præsupponilur, sic. Sicul per peccatum quodcumque in moribus non tollitur fides, nec spes, quia peccator ct credere el sperare potest; tamen de nullo peccato potest homo liberari sine fide et spe, quia sine fide impossibile est Deo placere, el sic supponitur ad omnem reordinationem. Similiter est de charilate et gratia ». — Hæc Petrus, el bene, conformiter ad ꝑrædicta

Verumtamen, ibidem, in sequentibus, dicit aliqua contraria sancto Thomæ et veritati. Dicit enim, respondendo ad secundum argumentum superius solutum (i), quod q non est simile. Quia ille qui in solo originali el veniali est, potest ex puris naturalibus Deum super omnia diligere, et sic voluntatem suam reordinare; el est gratus Deo ad bona naturæ habenda, el ad mala sensus evadenda, quæ non debentur peccato originali; licet non sit gratus quoad habendam gloriam el vitandam ponam damni. Sed ille qui est in mortali, habet voluntatem deordinalam simpliciter, et est reus pœnæ æternæ damni et sensus; unde non potest se ordinare; unde pro veniali cum mortali morieris in œternurn punietur. Non sic autem est de originali et veniali. Unde dico quod sine gratia potest remitti veniale in non habenti mortale actuale, non tamen cum mortali; quamvis aliqui dicant quod nec sine (ζ) gratia simpliciter ». — Hæc Petrus, et male. — Quod enim dicit de dilectione Dei super omnia possibili habenti peccatum originale, falsum est, el contra sanctum Thomam, i· 2 q. 109, ari. 3, ubi sic concludit : α Homo in statu natune integræ non indigebat dono gratiæ superaddite naturalibus bonis ad diligendum Deum super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum moventis. Sed in statu naturæ corruptae indiget etiam homo ad hoc auxilio gratiæ naturam sanantis. » — Hæc illo. — Et de hoc multa dicta sunt, 2. *Sentent.,* dist. 28 el 29. Unde Petrus quoad hoc false dicit, et, consequenter, quoad hoc quod aliquis | sit sufficienter sine gratia conteri de aliquo peccato etiam veniali.

Ad argumentum pro quæstione, patet solutio ex dictis in solutione tertii Durandi (γ).

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus omne per ævurn. Amen.

(·) Argumentum secundum Durandi. — Cfr. art pnr-ced., I. wundo.
(i) etna. — *tic* Pr.
(γ) *Durandi.* — Om. Pr.

QUÆSTIO II.

UTRUM PiENITENTIA HABEAT PARTES

terum, circa eamdem distinctionem, quærilur : Utrum pœnitenlia habeat partes.

El arguitur quod non. Pœnitentia enim est virtus et sacramentum. Sed ei, inquantum est virtus, non assignantur partes, cum virtus sit habitus quidam, qui est simplex qualitas mentis. Similiter etiam ei pœnitentiæ, inquantum est sacramentum, non videtur quod paries sint assignandæ; quia baptismo el aliis sacramentis non assignantur paries. Ergo pœnitentiæ nullæ parles debent assignari.

In oppositum arguitur. Quia partes sunt, ex quibus perfectio alicujus integratur. Sed pœnitentiæ perfectio integratur ex pluribus, scilicet ex contritione, confessione el satisfactione. Ergo pœnitentia habet partes.

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS 1.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sil

Prima conclusio : Pœnitentia habet partes.

Hanc ponit sanctusThomas, præsenti distinctione, q. 1, art. 1, in solutione primæ quæsliunculæ, dicens : a In pœnitenlia non est pro materia aliqua res exterior, sicut in baptismo aqua ; sed ipse actus humanus loco materiæ in hoc sacramento se babel, qui per quamdam recompensationem offensam culpæ procèdentis tollit. In actibus autem humanis est quidam gradus ad perfectionem pertingendi, propter diversas partes hominis, quarum una aliam movet. El ideo oportet quod diversa secundum ordinem ad perfectionem pœnitentiæ considerentur. Et hæc dicuntur pœnitentiæ partes. » — Hæc ille.

Simile dicit, 3 p., q. 90, art. 1 : α Partes, inquit, rei sunt in quos materialiter dividitur totum : habent enim se partes ad totum (a) sicut materia ad formam ; unde, in 2. *Phynicorum* (1. c. 31), partes ponuntur in genere rause materialis; lotum autem | in genere causæ formalis. Ubicumque ergo ex parte

| (3) *ad* Colunt, — Om. Pr.

materiæ invenitur aliqua pluralitas, ibi est invenire partium rationem. InsaQrarnentoautem pœnitentiæ, actus humani se habent per modum materiæ. Et ideo, cum plures actus humani requirantur ad perfectionem pœnitentiæ, scilicet contritio, confessio et satisfactio, consequens est quod sacramentum pœnitentiæ habeat partes. d — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio : Omne sacramentum habens plures et diversos actus secundum speciem loco materiæ, habet partes. Sed pœnitentia est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod pœnitentia, secundum quod est virtus, non habet partes.

Hanc ponit, præsenti distinctione, ubi supra (q. 1, ari. 1), in solutione quartæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : a Ab eo quod sequitur rem, non accidit aliqua compositio in re; quia componentia sunt priora compositis. Unde, cum actus nostri sint posteriores virtutibus a quibus eliciuntur, diversi actus, qui secundum ordinem a virtute aliqua progrediuntur, non faciunt aliquam compositionem in virtute. El ideo prædicta tria non sunt partes.pœnitentiæ virtutis; sed pœnitentiæ sacramenti, quia ipsi actus sunt quasi materia sacramenti, et penes divisionem materiæ partes rei quandoque sumuntur. › — Hæc ille.

Item, 3 p., ubi supra (q. 90, art. 1), in solutione secundi, sic dicit : « Pœnitentiæ, secundum quod est virtus, non assignantur partes : actus enim humani, qui multiplicantur in pœnitenlia, non comparantur ad habitum virtutum sicut partes, sed sicut effectus. Unde relinquitur quod partes assignentur pœnitentiæ, inquantum est sacramentum, ad quod actus humani comparantur ul materia. In aliis autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua materia exterior : vel una quidem simplex, ul aqua, vel oleum; sive composita, ul chrisma. El ideo aliis sacramentis non assignantur partes, n — H®c ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Nullus habitus habet actus humanos pro partibus. Sed virtus pœnitentiæ est quidam habitus; paries autem pœnitentiæ sunt actus humani. Ergo, etc.

Tertia conclusio est quod partes pœnltentlie convenienter assignantur tres: scilicet contritio, confessio, satisfactio.

Hanc ponit, 3 p., ubi supra (q. 90), art. 2, ubi sic dicit : « Duplex est pars, ut dicitur, 7. *Metaphysics* (t. c. 33 et 34) : scilicet pars essentia», et pars quantitatis. Partes quidem ẽssentia sunt naturaliter materia et forma; logice autem genus et differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramentum dividitur in materiam et formant sicut in prie essentiæ. Unde supra (3 p., q. 60, art. 5 et 6) dictum est quod sacramenta consistunt in rebus et in verbis. Sed quia quantitas tenet se ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ. Et hoc modo sacramento pœnitentiæ specialiter assignantur partes, quantum ad actus pœnitenlis, qui eunt materia hujus sacramenti. Dictum est autem supra (3 p., q. 85, ari. 3, ad 3®™), quod alio modo Iit recompensatio ŏffensa in pernitentia et in justitia vindicatif» : nam, in vindication justitia, fit recompensatio secundum arbitrium judicis, non secundum voluntatem offendentis vel offensi; sed in pœnitentia fit recompensatio ŏffensa secundum voluntatem peccantis, el secundum arbitrium Dei in quem peccatur; quia hic non quæritur sola réintégrâtio æqualitatis juslitiæ, sicut in justitia vindicatifs, sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit dum offendens récompensai secundum voluntatem ejus quem offendit. Sic ergo requiritur ex jvarte pœnitenlis : primo quidem voluntas recornpensandi, quod fit per contritionem ; secundo, quod se subjiciat arbitrio sacerdotis loco Dei, quod fit in confessione; tertio, quod recompense! secundum arbitrium ministri, quod iit in satisfactione. El ideo contntio, confessio, satisfactio ponuntur partes pœnitentiæ. » — Hæc ille.

Similia ponit, præsenti distinctione, q. 1, art. 1, in solutione secundæ quæstiunculæ; quæ recitata fuerunt superius, dist. 14(a). Ait enim sic : ‹ Pœnitentia culpæ præcedentis offensam abolet per modum recompensationis cujusdam. Hæc autem recompensatio differt a recompensatione vindirativæ justiliæ in duobus, etc., › ul supra recitatum fuit.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Tot et non plures sunt partes pœnitentiæ, quot sunt actus pernitentis requisiti ad recompensationem Deo flendam. Sed ad talem récompensaiionem requiruntur isti 1res actus pœnitenlis, et non plures, nec alii : scilicet contritio, satisfactio, confessio. Ergo lot el tales, el non plures, nec alii, sunt partes pœnitentiæ.

Quarta conclusio est quod prædlctæ partes dicuntur partes pœnitenUæ ĩntégrales non autem proprie subjectivie, nec potentiales.

Hanc ponit, præsenti distinctione, q. 1, art. 1.in solutionotertiæ quæstiunculæ.Aitenim sic : «Quidam dicunt quod illa tria sunt partes subjectiva· pœnitentiæ, uno modo pœnitentiam considerando, secundum quod habet (6) rationem tantum pœnæ : quia

(a) Cfr. dist 14, q. I, art. 3, § I, I.
(C) habet, — *habent* Pr

quælitat harum partium est punitio quædam. Sed hoc non potol esse : Quia totum universale non prasdicatur in singulari do suis partibus pluralibus simul sumptis, sive sit genus, sive species; 1res enim homines non sunt animal, sed animalia; unde, cum 1res parte» pœnitonliæ non sint 1res pœnitenlia!, sed una, non potest esse quod sint 1res partes subjectivæ Pneterea, poma quam pœnitens patitur, tota in rationem satisfactionis cadit : non enim sola pœnitenlia exteriori homo Deo satisfacit, sed etiam interiori, alias oratio mentalis non esset satisfactoria; unde et pœna quæ est in contritione, et quæ est in confessione (a), in partem satisfactionis cedit; et quia satisfactio est ultima pars, totum sacramentum a pœna denominatur, sicut res denominatur ab ultimo sui. El ideo alii dicunt quod sunt [varies potentiates. Sed hoc iterum non potest esse ; quin in partibus potentialibus totum adest secundum essentiae suæ rationem cuilibet parti completo, sicut essentia animæ cuilibet potentiæ; sed tota ratio [CcnÎtenliæ secundum speciem non est in quolitat horum. Præterea, unum eorum non includit m se vim omnium aliorum, quod requiritur in partibus potentialibus; sed unumquodque officium suum servit. — Et ideo dicendum cum aliis, quod sunt pries intégrales. Sed sciendum esi quod partes intégrales sunl duplices. Quædam sunt partis quantitatis; quæ sunt quandoque unius rationis, ut in totis homogeneis; quandoque vero diversarum rationum, ut in lotis helerogeneis. Quædam vero sunt partes essentiæ, sicut materia el forma, non autem quantitatis; et hæ semper sunl diversarum rationum, el hâtant ordinem natura ad invicem, et quandoque etiam ordinem temporis in his quorum ĕss non est simul. Et hujusmodi sunl parles de quibus loquimur: quia pœnilentiæ sacramentum, secundum rationem suæ speciei, ex his tribus integratur; el una est prior aha secundum naturam, et quandoque etiam secundum tempus : eorum enim actuum qui sunt in pœnitenlia materiales, non est lotum esse simul, sed succedunt sibi invicem; sed quandoque plures eorum, quorum unus est prior alio per naturam, sunl simul tempore, d — Hæc ille.

Similia dicit, 3 p., q. 90, ari. 3.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Jllæ partes de quibus simul sumptis totum prædicatur in singulari numero el non in plurali, ct quarum nulli lotum adest complete secundum totam essentiæ rationem, sunl [varies integrates, non autem subjectivæ, nec potentiates. Sed contritio, confessio et satisfactio, sunt hujusmodi parle» respectu pœnilentiæ. Ergo sunt ejus partes intégrales, el non subjectivæ, nec potentiates.

Et in hoc primus articulus terminatur.

t») eonfniioru?. — latu/arfione Pr.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam et tertiam conclusiones

I Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem, contra primam et tertiam conclusiones arguit Durandus (dist. 16, q. 1), probando quod pœnitenlia, ut est sacramentum, non habeat pro partibus tria prædicta, scilicet contritionem, confessionem el satisfactionem.

Primo. Quia omne sacramentum dispensatur a ministris Ecclesiæ secundum quamlibet sui partem. Sed nec contritio, nec confessio, nec satisfactio confertur pœnitenti a ministris Ecclesiæ. Ergo non quodlibet eorum esi pars sacramenti pœnilentiæ.

Secundo. Si ista» sunl partes sacramenti pœnilentiæ, aut sunl partes subjectiva?, aut integrates. Non subjectivæ : quia lolum salvatur perfecte in qualibet parte subjectiva; sed sacramentum pœnilentiæ non salvatur perfecte in aliqua istarum trium partium, quia sacramentum pœnilentiæ non salvatur perfecte in sola contritione, et sic de aliis; ergo non sunl partes subjectivæ. Nec integrates : quia lolum integrate requirit actualiter quamlibet sui pariem; sed sacramentum pœnilentiæ, dum eihibetur, non requirit actualiter satisfactionem ; ergo satisfactio non est de ejus integritate.

Tertio. Quia, prater materiam el formam, in sacramentis non est dare alias paries proprie dictas. Sed contritio et satisfactio non sunl materia nec forma sacramenti pœnilenliæ: forma enim consistit in verbis absolutionis; materia vero, si qua sil, in verbis confessionis, quibus pœnitens suam conscientiam aperit sacerdoti. Ergo contritio ct satisfactio non sunt partes sacramenti pœnilenliæ, proprie loquendo.

Quarto. Specialiter arguit de contritione. Quia quidquid est de integritate sacramenti, oportet quod sil aliquid sensibile, extrinsecus adhibitum; loquimur enim modo de illo quod est sacramentum lautum. Sed contritio non est hujusmodi. Ergo non est de integritate sacramenti, lanquam pars intrinseca sacramenti pœnilentiæ. Sed praexigitur necessario ad hoc ut pœnitens sit dispositus ad suscipiendum effectum sacramenti, qui est gratia et remissio peccati mortalis : quia nullum peccatum potest remitti quamdiu voluntas manet in eo; voluntatem autem recedere ab eo quod prius voletai, est displicere ei quod prius placebat; in qua displicentia dolor con-
I Iritionis consistit; et ideo contritio requiritur lanquam dispositio necessaria pœnitentis, et non tanquam pars intrinseca sacramenti.

Quinto. Arguit specialiter de satisfactione. Quia,
I deliciunto aliefuo quod est de necessitate sacramenti,

frustratur lotum sacramentum· Sed si aliqui non exsolvant pœnitenliam in confessione sibi injunctam, nihilominus prius luit verum sacramentum. Ergo satisfactio non esi de intraneitate sacramenti pœniteiiliii·, tanquam pars. Sed sicut contritio pneexigilur Linquam dispositio pernitentis, sine qua effectum sacramenti non reciperet; sic satisfactio concomitatur lanquam operatio sine qua fructus sacramenti in pœnitentc non remaneret. Palet ergo, ut dicit, quod contritio et satisfactio non sunt partes sacramenti ꝑœnitenlia proprie loquendo. Si vero sumatur pars large, pro omni eo quod requiritur u‹l debitam confessionem, sive anlccedenter, sive consequenter, sic contritio el satisfactio possunt dici partes pœnilentiæ.

II. Argumentum aliorum. — Contra easdem (x) arguunt alii (apud Pelr. de Palude, dist. 16, q. 4). Quia sine essentia sacramenti non habetur totus elTeclns sacramenti. Sed quandoque est tanta contritio, quod non requiritur satisfactio. Et sic sine satisfactione est perfectum sacramentum pcenitentiæ; el, per consequens, non est de essentia, cum sine parte essentiali non j›ossit esse perfecta rei essentia.

III. Argumentum Auctoris — Item (C) potest argui : Quia, si contritio sil pars integratis sacramenti pœnitonliæ, sequitur quod ille qui non contritus coniitetur et absolvitur, non recipit integrum sacramentum pœnilentiæ, cum desit ei prima pars integratis. Sed hoc videtur falsum: quia, si sic, absolutio el confessio nihil in eo causa rent tunc, nec post.

El m lioc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM ET TERTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. El ideo

A‹l **primum** dicitur quod illud argumentum in forma solvit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, art. **1,qu** 2» in solutione primi, dicens: « In sacramentis quæ habent pro materia aliquam rem corporalem, est duplex actus ministri Ecclesia': scilicet sanctificatio materi® per verbum Dei, el applicatio maleriæ ad eum qui sacramentum suscipil. Sed in hoc sacramento, quod halæl pro materia i|»uni actum humanum, non |»otesl ex ministeiio sacerdotis materia applicari ad eum qui "aeramentum suscipit, quin netus non Mini ab exteriori. El ideo ad ministerium ipsius pertinet ipsorum ac luum consummatio, secundum alwdutioncm et jœiia· injunctionem ; quod esi quasi quædam sanctificabo. » — Hæc ille. — Et in idem redit solutio Petri, dicentis (dist. 16, q. 4)quod ‹ major est vera, quantum ad consummationem et applicationem materia?, in his qua? habentmateriam exteriorem; non autem in aliis. Immo aliquando tota essentia est absque ministerio Ecclesiæ, el sola consummatio accidentalis est per ministerium Ecclesiæ, ut in matrimonio, cujus essentia esi sine ministro Ecclesiæ, etiam tota. Hoc autem constat, quod confessio, secundum omnes, est pars sacramenti pernitenti®, de qua certum est quod non ministratur per ministrum Ecclesiæ, tel ipsi ministro ab alio; sacerdos enim non esi confessionis factor, sed auditor. Unde major habet locum solum in sacramentis quorum materia esi aliud abactu suscipientis. Et ideo, etc. ». — Hæc ille, el liene.

Ad secundum dicilur quod islæ 1res partes sunt partes intégrales pœnilentiæ, et non subjectivæ, nec potentiates» Et ad improbationem hujus, respondet sanctus Thomas, ubi supra (dist. 16, q. 1, art. i), **qu3**, in solutione tertii» Argumentum enim tertium erat tale: « Partes intégrales alicujus lotius quod habet esse permanens, sunt simul. Sed poenitentia habet esse permanens, sicut el aha sacramenti. Ergo, cum partes pœnilenliæ non sint simul, non erunt parles integrates. » Ecce argumentum. Sequitur responsio: » Dicendum, inquit.quod illud quod est materiale in pœnitentia, est actus nostri; el quia illi actus non habent esse permanens, ideo nec poenitentia. Et sic ubjectio ex falso procedit. › — Hæc ille. — Et, in solutione secundi, ponit quod pœnitenlia est ens et totum successivum.

Ad tertium respondet Petrus de Palude (dist. 16, q. 4), dicens quod e in substantia naturali non sunt paries essentiales nisi una (x) materia el una (6) forma substantialis; Limen in composito artificiali partes dicuntur materiales, quæ se tenent ex parte materiæ, el partes formales, ea quæ se tenent ex parte formæ. Unde contritio, quæ esi dispositio confessionis et præit confessionem, potest dici materia remota, sicut confessio materia propinqua» Et sicut absolutio est forma, sic satisfactio in absolutione injuncta, est pars formalis et |›ars formæ : quia, sicut non e»t confessio perfecta, nisi contritio

(t) *Contra rasdeni, - terto* Pr
(C) *Item. — xeptimo* Pr.

( ) una. — trra Pr
( ) una. — V€ni Pr

praecedat vel concurrat, sic non est absolutio perfects a culpa ct totali pœna, nisi satisfactione completa; unde, sicut contritio est pars mnteriæ, sic >alb(actio est pars formæ. u — Hæc ille, et bene.— Potest tamen dici quud satisfactio etiam se tenet ex parte maleriæ, cl non ex parte formæ : quia, fhi sequatur absolutionem quoad esse exercitum et ejus exacutionem, tamen præcedil eam (]uoad esse conceptum ct propositum vel intentum. Ipsa etiam satisfactio incipit in contritionis dolore, ul alias dictum rat (x). Et ista responsio consona est dictis sancti Thomæ, potissime, 4. *Sentent.,* dist. 22, q. 2, art. 2, in solutione primæ ot secundæ quaestiuncularum, ubi pluries dicit quod, in sacramento pœnitentiæ, actus pœnitentis se habent loco materiæ, actus autem sacerdotis loco formæ.

Ad quartum respondet Petrus (ibid.), negando majorem. ‹ Quia, cum de integritate sacramenti sit intentio, secundum arguentem, et specialiter in matrimonio, quæ tamen non est materia sensibilis, potest dici quod consensus in matrimonio est pars sacramenti : sive materialis, in quantum est dispositio materia·, id est, persona? contrahentis; vel formalis, inquantum exprimitur per verba formæ. Et in aliis, intentio conferentis (i) est quasi formalis, et intentio suscipientis est quasi materialis. Ex quo enim est do essentia sacramenti, videtur reduci ad matenam, vel ad formam, et ad id quod est sacramentum tantum ; cum, prater illud, sit ibi rejet sacramentum, id est, character, vel vinculum, aut ornatus; et aliquid quod est res tantum, scilicet gratia. — Vel potest dici quod contritio non est pars pœnitentiæ sacramenti, nisi prout per verba sensibiliter manifestatur, et per satisfactionem. Sic enim 1res partes pœnitentiæ inveniuntur in exteriori pœnitentia, el in interiori. Quia contritio, secundum quod in se manet, disponens ad gratiam, est res sacramenti, et non pars sacramenti; secundum autem quod innuitur per signa sensibilia in exteriori pœnitentia, sic est pars sacramenti. Propter quod sciendum quod contritio accipitur dupliciter. Uno modo proprie, pro actu gratia informato; et sic non est pars sacramenti, sed est res sacramenti, vel primus effectus ejus, vel habitudo intenti vel suscepti. Secundo modo, accipitur pro actu liberi arbitrii dolentis de peccato, qui non potest dici res sacramenti, cum non sit effectus ejus, sed est ejus principium; et sic est pars sacramenti, prout exterius significatur actu vel habitu. Sicut consecratio chrismatis, el olei ad infirmos, est pars sacramenti materialis, inquantum non esi materia immediata illorum sacramentorum nisi consecrata; et tamen, licet consecratio sit quid sensibile, tamen esse consecra- | tum non est aliquid sensibile, sed solum intelligibile; quia tamen est in materia sensibili, et innotescibile per consecrationem, quæ est actio sensibilis, ideo est pars sacramenti. » — Hæc Petrus.

Item, quod contritio sit pars essentialis sacramenti pœnitentiæ, et non solum dispositio ad effectum sacramenti ostendit Petrus (ibid.) dupliciter. « *Primo.* Quia, sicut matrimonium consistit in actu suscipientis, non habens materiam exteriorem; sic pœnitentia. Sed, propter hoc, est ibi de essentia non solum actus exterior, sed etiam consensus interior, sine (pio nihil agitur. Ergo similiter et contritio in pœnitentia (a); nisi quod in hoc differt pœnitentia a matrimonio: quia in matrimonio idem est actus interior quo intendit suscipere sacramentum, el qui est para sacramenti, scilicet consensus (nisi forte respectu benedictionis Ecclesiæ, quam si recipere intenderet, nisi ideo matrimonium consentiret, matrimonium non esset); hic autem est alius actus quo intendit suscipere sacramentum pœnitentiæ, qui non est para sacramenti, el alius est actus quo dolet de peccato, qui est para sacramenti, et perse requiritur non solum sicut dispositio praambula, sed sicut para sacramenti. — *Secundo.* Quia, si esset solum praambulum, cum restitutio, quæ requiritur solum isto modo, non includat partes pœnitentiæ nec in facto nec in proposito, sed est perfecta restitutio sine proposito confitendi, esset vera contritio sine proposito satisfaciendi et confitendi (S). Non est autem contritio vera, nisi cum proposito confitendi et satisfaciendi, si facultas adsit. Hoc est autem proprietas partis habere habitudinem ad aliam partem in comparatione ad totum, el non secundum se : sicul lapides et ligna non habent, inquantum hujusmodi, habitudinem ad fundamentum el tectum; sed ut sunt illa para domus, quæ dicitur paries, sic habent. Ergo, etc. * — Hæc Petrus, el bene quoad solutionem argument). Non enim oportet quod omne quod est pars sacramenti proprie dicta, sil aliquid sensibile sensu exteriori in se; sed sufficit quod sil sensibile in se, vel in suo signo, vel effecln proximo, aut sensu interiori organico. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 22, q. 2, art. 1, q|· 2, in solutione tertii, sic dicil ; α Tres paries pœnitentiæ sunt in pœnitentia interiori el exteriori : quia confessio et satisfactio, quæ videntur tantum ad exteriorem pœnilenliam pertinere, inveniuntur in interiori pœnitentia, quantum ad propositum et prameditationem earum (γ); et etiam contritio, qua' videtur tantum esse interioris pœnitentiæ, invenitur in pœnitentia exteriori, secundum quædam signa, quibus sensibiliter manifestatur, vel aliis, vel saltem ipsi pœnitenti, qui(i)

( ) Cfr. pnrscrtim dist. 14, q. t, arL 3, § I, I; similib-r dist. 15. q. 1, art. 3, J 2. !. ad 1 ‘‘. in fine.
( ) etm/rrenht. — *canfilentii* Pr.

(i) *poenitentia.* — Om. Pr.
(Λ) a verbo *ettrt* usque ad *confilrmli*, om. Pr.
(γ) *priwieditationeni* etirtlni.— *prnnnedialionem eorum* Pr.

dolorem sensibilem percipit in seipso» »—Hæc ille. — Item, dist. 17, q. 2, art. 1, qu 2, in solutione primi, sic dicit : « In contritione est duplex dolor de peccato. Unus est in parte sensitiva, qui est passio. Et hic non est essentialiter contritio, prout est actus virtutis, sed magis effectus ipsius. Sicut enim pœnitentiæ virlus exteriorem pœnam suo corpori infligit, ad recornpensandum offensam quæ in Deum commissa est officio membrorum; ita etiam ipsi concupiscibili pœnam infert doloris prodicti, quia ipsa etiam ad peccatum cooperaimtur. Sed tamen hic dolor potest pertinere ad contritionem, inquantum est pars sacramenti : quia sacramenta non solum consistunt in interioribus actibus, sed etiam in exterioribus; et in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod contritio, prout est pars sacramenti, est aliqualiter sensibilis, et non solum intelligibilis, el sensu interiori in se. et sensu exteriori in suo signo vel effectu, potissime quoad dolorem partis sensitivæ.

Ad quintum respondet Petrus (ibid.). — Et primo probat quod satisfactio sit pars sacramenti pœnitentiæ. « Primo : Quia illud quod recedente fictione vivificatur et habet efficaciam facium in mortali, est sacramentum, vel pars ejus : nullum enim opus quod non est sacramentum, facium in mortali, potest vivificari. Sed pœnitentia facta in mortali, si Imbuit effectum derelictum, per poenitentiam incipit esse satisfactorium, sicut baptismus recedente fictione. Ergo, etc. *Secundo* : Sicut ad deletionem originalis peccati sufficit baptismus, vel (x) propositum baptismi veri, et non alterius; sic ad deletionem actualis sufficit propositum pœnitentiæ sacramenti, vel ejus susceptio per se. Sed nisi homo haberet propositum satisfaciendi sicut confitendi, non remitteretur culpa; nisi etiam satisfactio procederet vel sequeretur, non remitteretur tota pœna. Ergo satisfactio est ita de essentia pœnitentiæ sicut confessio, — Secundo loco respondet directe ad argumentum, dicens quod α hujusmodi partes non sunt intégrales essentiales totius permanentis, quia ilhe sunt siinivl ; sed lotius successivi, cujus partes non sunt simul. Unde videtur quod satisfactio sit magis pars essentialis quam confessio el absolutio. Quia, cum pœnitentia fuerit verum sacramentum in omni lege, naturo, el script®, et ǧratia maxime secundum illud quod est in ea sensibilo, de tota pœnitentia nihil in lege naturo erat sensibile nisi sola satisfactio, quia tunc non erat confessio nec absolutio; nec in lege veteri erat absolutio. Ergo vel pœnitentia non erat sacramentum in lego naturo, vel sacramentum erat aliquid insensibile, vel (€) satisfactio erat de ejus essentia. Cum ergo satisfactio non sil minus necessaria nunc quam tunc, videtur quod nunc sil dc essentia sicul tunc, licet aliquid sil additum : quia sacramentis communibus omni legi remansit aliquid essentiale commune ; sicut matrimonio consensus el verba el alia signa, sicul olirn, ita et nunc sunt de essentia. — Praeterea : si argumentum valeret, confessio et absolutio, quæ non sunt simul, non essent partes intégrales. Similiter, ante consecrationem sanguinis, et unctionem pedum, est verum sacramentum, sed non completum; et tamen illæ sunt paries essentiales sacramenti Eucharistiæ et exlremæ unctionis; ergo et hic ».— Hæc Petrus, et bene. Intendit enim dicere quod si satisfactio injuncta non impleatur, illud quod processit, scilicet contritio, confessio el alisolulio, fuit quidem verum sacramentum pœnitentiæ, sed non completum ultimo complemento.

Ad alia veru quæ sequuntur in argumento, respondet Petrus (ibid.), dicens: ‹ Quando autem dicitur quod Magister el Sancti vocant hujusmodi partes pœnitentiæ, respondent quidam, et dicunt quod capiuntur partes large, pro eo quod requiritur ad sacramentum pœnitentiæ vel ǎntecedents vel consequenter. Sed hoc est falsum : quia, si sic esset, tunc non deberet dici sacramentum pœnitentiæ, sed confessionis, vel absolutionis, ex quo nec pœnitentia interior, nec exterior, est de ejus essentia; et tunc sacramentum pœnitentiæ non est in lege graliæ, sed solum sacramentum confessionis et absolutionis, quod differt specie, nihil babens essentiale tale quale sacramentum pœnitentiæ habuit in lege naturo vel Moysi; quod videtur absurdum, quia tunc esset ex loto sacramentum novum, si non fuit in lege antiqua secundum essentiam, nec secundum partem cssenliæ, sed solum secundum figuram. El quod dicit Thomas, quod matrimonium et pernitentia profuerunt essentialiter non ut sacramenta. sed prout sunt in officium et actum virtutis, — verum est quod non profuerunt, ut sunt sacramenta novæ legis totaliter; sed ut sacramenta, profuerunt. Quia quandocumque fuit morbus, fuit sacramentum contra morbum remedians; unde, cum Adam fuerit eductus a suo peccato (quod non est nisi per sacramentum pœnitentiæ), ergo omnino erat tunc pœnitentiæ sacramentum; sed non quoad absolutionem et confessionem, nec quoad alia prout ista includunt, quia non oportebat quod esset contritio cum proposito confitendi, nec satisfactio injuncta a sacerdote; sed secundum se materialiter erant. Similiter matrimonium. »

liem, contra eadem dicta Durandi arguit sic (ibid.) : ‹ Illud sacramentum quod per essentiam fuit in omni lege quantum ad aliquid sui, secundum illud habet partem essentiæ in nova, secundum quod in antiqua : sicut matrimonium, quod per essentiam fuit in omni lege, consensum et expressionem quam habuit in omni lege, habet

(a) *baptùmuâ, vel.* – Oro. Pr.
(f.) *vel. — ct* Pr.

per essentiam in nova, sicut in antiqua; alias non fuisset per essentiam, si nihil idem essentiale habuisset in omni lege. Sed pœnitentia fuit per essentiam in omni lege post peccatum; et habet nunc contritionem et satisfactionem, non minus quam tunc. Sed tunc eral utraque ejus pars essentialiter : contritio quidem, quia maxime operabatur ex opere operante, in quo illa excellit; similiter satisfactio, alias nihil sensibile fuisset pars illius sacramenti, in quo non erat confessio nec absolutio. Ergo, etc. — Forte dicetur quod non sequitur, si contritio et satisfactio erant olim sacramenta, quod propter hoc modo sint : quia, in lege antiqua, oblationes quæ fiebant pro peccatis, erant sacramenta, non autem modo; et similiter decimæ el oblationes erant sacramenta, quæ modo non sunt (a). — Sed dicendum quod illa quæ in nova lege remanserunt non secundum rationem illam secundum quam erant olim sacramenta, non sunt sacramenta; quia, cessante causa, cessat effectus : sicut illa de quibus arguitur, non erant olim sacramenta nisi inquantum figuralia; sic autem non remanserunt nunc (quia sic esset judaizare), sed inquantum moralia, in sustentationem pauperum et (6) ministrorum. Sed illa in quibus eadem ratio sacramenti remansit, vel melior successit, illasunt sacramenta,sicutprius: sicut oblatio altaris est perfectius sacramentum quam agnus paschalis, el qwecumque oblatio antiqua; quia significat gratiam, ct continet ct causal eam per essentiam. Et similiter, quia contritio et satisfactio erant partes sacramenti, inquantum medela peccati, quæ non minus habent nunc quam ante, ideo nunc sunt pries sacramenti, sicut tunc. — Item : Quia confessio et absolutio non sunt essentialiter pœnitentia, quia potest confiteri impoenitens, el absolvi; conteri vero est essentialiter poenitere, quia actus a pœnitentia elicitus; similiter satisfacere est pœnain tenere, et actus a pœnitentin imperatus; et ab istis duobus tractum ot nomen pœnitentiæ, non ab aliis duobus. Unde el eral poenitentia, quando non erat confessiô et absolutio. Propler quod, si in nova lege contritio el satisfactio non sunt de essentia sacramenti el ejus integritate, sed solum se habent ad ipsum sacramentum sicut dispositio antecedens et consequens, non debet dici sacramentum pœnitentiæ, sed solum sacramentum confessionis el absolutionis sicut dicitur remedium contra originale, non sacramentum catechismi vel exorcismi, vel etiam pœnitentia ante baptismum, quæ Limen necessario requiritur in adulto, nec unctio, ⁋ua postea Iit in vertice; sed dicitur sacramentum baptismi, quia baptismus est ablutio sub forma verborum, in qua est tuta essentia. Sed hoc est contra commune dictum theologorum el juristarum, qui vocant sacramentum pœnitentiæ. Ergo, etc. — Hem : Sicut se habet baptismus ad originale, sic pœnitentia ad actuale. Sed solus baptismus, circumscripto omni alio quod non est de essentia, sufficit ad deletionem originalis. Ergo sola pœnitentia sufficit ad deletionem actualis. Sed confessio et absolutio non sufficiunt sine contritione el satisfactione. Ergo ista duo sunt de essentia sacramenti, sicut illa. » — Hæc Petrus, el bene.

Sciendum tamen quod Durandus (dist. l i,q. 3) concedit quod sacramentum istud non deliel nominari sacramentum pœnitentiæ, sed jiotius sacramentum confessionis, vel absolutionis, ut prius recitatum fuit (a). Sed in hoc false dicit, ut supra ostensum est (C).

Sciendum ulterius, quod sanctus Thomas videtur contradicere dictis Petri. Ipse namque, 4. *Sentent.,* dist. 8, q. I, art. 2, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit ; « Sacramenta novæ legis tripliciter se habent ad veterem legem. Quædam enim essentialiter fuerunt in veteri lege, quamvis non ut sunt sacramenta novæ legis, sed magis secundum quod sunt in officium vel actum virtutis; sicut pœnitentia, ordo, el matrimonium. Quædam vero fuerunt secundum aliquid eis respondens, non essentialiter; sicut baptismus et Eucharistia. Quædam autem nihil respondens habuerunt in veteri lege; sicut confirmatio et extreipa unctio. Cujus ratio est : quia prima tiia sacramenta non solum sunt sacramenta; sed pœnitentia est actus virtutis, ordo autem perlinet ad officium dispensationis sacramentorum, matrimonium ad officium natune; el ideo in qualibet lege requiruntur, etc. » Sed notandum quod non intendit dicere quod poenitentia, in lege nature, vel Moysi, nullo modo esset sacramentum; sed solum quod non fuit illo modo sacramentum, quo nunc in nova lege est sacramentum. Et quod ita intelligat, patet. Nam, prima distinctione Quarti, q. l ,ail. 2, q,a 3, in solutione secundi, sic dicil : α Ante legem scriptam erant sacramenta quædam necessitatis : sicut illud fidei sacramentum, quod ordinabatur ad deletionem originalis peccati; et similiter pœnitentia, quæ ordinabatur ad deletionem actualis; el similiter matrimonium, quod ordinabatur ad multiplicationem generis humani. Sed sacrificia, et oblationes, et hujusmodi, erant voluntatis el necessitatis in communi, ut scilicet aliquid facerent in protestationem fidei suas, qua Deo per religionem latriæ subjecti erant; sed in speciali erant voluntatis, utrum Scilicet deberent sacrificia exhibere, vel oblationes, vel aliquid hujusmodi.» — Hæc ille. — Ex quo patet quod, secundum eum, ista tria erant sacramenta in lege naturæ; et constat quod etiam m lege Moysi. Qualiter autem non eodem

(s) ʎ verbi· non autem mot/u, um|uc .ul finit, oin. Pr. rL — Om. Pr

(a) Cfr. diM. B, q. !, art. 2. § I, 1.
($) Cfr. dbt. II, q. I, ari. 3. § I, I.

modo erant sacramenta sicut nunc sunt, patet specialiter de matrimonio. Unde sanctus Thomas, 4. *Sentent.t* dist. 20, q. 2, nil. 2, sic dicit : « Natura inclinat in matrimonium, intendens aliquod bonum, quod quidem variatur secundum diversos hominum status; et ideo ojiorlet quod secundum illud bonum diversimode in diversis statibus hominum instituatur. Et ideo matrimonium, secundum quod ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat necessaria, peccato non exsistente, institutum fuit ante peccatum. Secundum autem quod rerncdium præbel contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum, tempore legis nature. Secundum autem determinationem personarum, habuit institutionem in lege Moysi. Sed secundum quod représentât mysterium conjunctionis Christi et Ecclesiæ, institutionem habuit in lege nova; et, secundum hoc, est sacramentum novæ legis. Quantum autem ad alias utilitates quæ matrimonium consequuntur, sicut est amicitia et mutuum obsequium sibi a conjugibus impensum, habet institutionem in lege civili. Sed quia de ratione sacramenti est quod sit signum et remedium, ideo, quantum ad medias institutiones, competit ei ratio sacramenti; sed, quantum ad primam institutionem, competit ei quod sit in officium natura?; quantum vero ad ultimam, quod sit in officium civilitatis. » — Hæc ille. — Et sicut dictum est de matrimonio, ita suo modo potest dici de aliis.

II. Ad argumentum aliorum. — Ad argumentum aliorum, respondet Petrus (dist. 16, q. 4), dicens : « Dicendum quod perfectus effectus sacramenti aliquando habetur ex solo proposito sacramenti, sine hoc quod aliquid de essentia sacramenti habeatur : sicut per baptismum flaminis et sanguinis aliquando habetur quidquid est res tantum in baptismo; qui (a) tamen non est de essentia baptismi fluminis, ut patet in pueris Imptizatis. Et mullo magis per partem sacramenti quæ est contritio, sine confessione et satisfactione, habetur aliquando effectus, quamvis de confessione el absolutione non sit dubium quin sint de essentia sacramenti. — Sed si dicatur quod per se et semper requiritur confessio et alisolutio, non autem semper satisfactio; —dicendum quod immo semper requiritur contritio et satisfactio, non autem confessio et absolutio : quia, in venialibus, non requiritur confessio, nec absolutio; sed requiritur contritio, ct satisfactio, vel hic, vel alibi.— Et si dicatur quod non est sacramentum, quia est post hanc vitam; — dicendum est quod verum est, inquantum hujusmodi, sed quin ibi requiruntur in supplementum, qùia hic non fuerunt, ubi per se primo esse debuerunt. Et similiter, confessio el absolutio, si necessitas impediat, non sunt necessaria; sed alia duo semper sunt necessaria, vel hic, vel alibi. Item, (piando contritio delet omnem pœnam, hoc est inquantum habet dolorem pro satisfactione admixtum, qui œquipollet pœna? alteri, cum etiam quandoque sit tam (a) pœnalis quod mori faciat. › — Hæc Petrus, et bene, si l›ene intelligatur. Cum enim dicit quod contritio el satisfactio magis sunt neces» sana /piam confessio el absolutio, hoc potest liene el male inlelligi. Si enim inlelligatur quod contritio et satisfactio sunt magis necessaria ad integritatem et essentiam sacramenti pœnitentiæ, quam confessio ct absolutio, falsum est quod dicitur : quia nullo modo potest esse sacramentum pœnitentiæ sine confessione el absolutione; potest tamen esse sine contritione et satisfactione, licet non quantum ad suum ultimum complementum. Si autem intelligaturquod prima duo sunt magis necessaria ad suscipiendum ultimum effectum sacramenti, scilicet remissionem peccati et infusionem gratiæ, quam alia duo, tunc verum dicit Petrus : quia sine contritione et satisfactione non potest haberi plenaria peccati remissio quantum ad culpam et pœnam; quæ tamen potest haberi sine actuali confessione et satisfactione, non tamen sine proposito confitendi el absolutionem recipiendi, loquendo de peccato mortali.

III. Ad argumentum Auctoris. — Ad ultimum (ζ), dicitur quod de sacramento pœnitentiæ possumus loqui dupliciter. Primo modo, quantum ad suam primam perfectionem el actum primum, vel primam integritatem, sine qua non manet ejus osenlia, net' veritas sacramenti. El isto modo partes ejus sunt absolutio, confessio, el aliquahs displicentia de peccatis, sive sit contritio, sive attritio, sive qualiscumque alius dolor vel detestatio peccatorum. Et ubi aliqua istarum partium deessel, aliæ duæ non sufficerent, nec ad integritatem sacramenti, nec ad ejus primam perfectionem vel actum primum. Secundo modo, possumus loqui de sacramento pœnitentiæ quantum ad secundam suam perfectionem, qua scilicet continet et illud quod e4 sacramentum tantum, el illud quod est res tantum, et id quod est res et sacramentum. El hanc secundam perfectionem non habet sine contritione; nec sufficit ad illam quicumquo alius dolor, nisi sil contritio. Palet ergo ml argumentum. Quia qui confitetur, et absolvitur, el non conteritur, nec aliquam habet displicentiam de peccatis, nihil recipit; quia nullum est ibi sacramentum, propter defectum unius ejus partis, scilicet doloris. Qui vero absolvitur, el confitetur, et non conteritur, sed dolet, licet imperfecte, venun recipit sacramentum, ex quo aliquid in eo relinquitur, quod est res el sacramen-

(a) *qid.* — *qttK* Pr.

ta) iam. — rausu Pr.
(C) uhimuni. -- *septimum* Pr.

tum, quod quidam vocant ornatum; non tamen recipit ultimam rem sacramenti, scilicet gratiam vel remissionem peccatorum. Qui autem conteritur, confitetur, absolvitur, perfectum recipit sacramentum, tam prima quam secunda perfectione; et ex sacramento recipit non solum primam, sed ultimam rem sacramenti. Et de hoc, Domino concedente, dicetur latius in sequenti distinctione. Et quia dolor primi sacramenti non est formatus charitate, sicut est dolor secundi, ideo primum sacramentum potest dici informe, secundum vero dici potest formatum. Et, consequenter, dicendum quod contritio est pars essentialis formati sacramenti pœnitenliæ; non autem informis, quia ad illud non requiritur contritio, sed attritio, vel alius dolor.

Ad argumentum contra conclusionem, patet responsio per prodicta (α).

El hæc de quæstione. De qua benedictus Deus. Amen.

.DISTINCTIO XVII

QUÆSTIO I.

UTRUM VERE CONTRITUS ET PŒN1TENS PLUS DEBEAT ELIGERE PŒNAM INFERNI. VEL OMNINO NON ESSE, QUAM PECCARE.

1RCA decimamseplimam distinctionem 4. *Sententiarum,* primo quæntur

Utrum vere contritus et pœnitens plus debeat eligere pœnam inferni, vel omnino non esse, quam peccare.

El arguitur quod sic. Quia non minus debel aliquis eligere pœnam inferni, vel omnino non esse, ad vitandum culpam, si essent necessaria ad eam vitandam, quam debeat foriis eligere mori,ad vitandum culpam oppositam fortitudini. Sed, secundum rectam rationem, fortis debet eligere mortem, ad vitandum vilium oppositum fortitudini, «piando de facto oportet alterum incurrere; ut docet Philosophus, 3. *Ethicorum* (cap. 6 et 9). Ergo Christianus debel eligere incurrere pœnam inferni, vel omnino non esse, ad vitandum peccatum mortale, quod est oiTensivum Dei, si oporteret alterum incurrere.

Iu oppositum arguitur. Quia majus malum magis est fugiendum. Sed esse in inferno, vel omnino non esse, eat majus malum quam peccare. Ergo magis esi fugiendum, el minus esi eligendum. Minor probatur. Quia illud est majus malum, quod privat plus de bono. Sed omnino non esse privai esse bonum ; esse autem in inferno privai non solum bonum moris el meriti, sed etiam possibilitatem redeundi; malum autem culpæ neutrum prodictorum privat. Ergo, etc.

In ista quaestione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sil

Prima conclusio : Quod contritus tenetur In generali velle pati magis qtianicuinqiie pœnam quam peccare; non tamen tenetur in speciali descendero ad pœnam Interni, aut aliam.

Hancconclusionem |>onilsanctus Thomas, 1. *Quodlibeto,* art. 9, ubi sic dicit ; « Contritus tenetur in generali velle pati magis quamcuinque pœnam quam peccare. El hoc ideo, quia contritio non potest esse sine charitate, perquam omnia peccata dimittuntur; ex charitate autem plus homo diligit Deum quam seipsum; peccare autem est facere contra Deum, puniri (a) autem est aliquid pali contra seipsum; unde charitas hoc requirit ut quamlibet pœnam homo contritus proeligal culpæ. Sed in speciali descendere ad hanc pœnam, vel ad illam, non tenetur; quinimmo stulte faceret, si quis seipsum vel alium sollicitaret super hujusmodi particularibus pœnis. Manifestum est enim quod sicut delectabilia plus movent in particulari considerata quam in communi, ita terribilia plus terrent, si in particulari considerentur; el aliqui sunt, qui minori tentalione (6) non cadunt, qui forte majori caderent : sicut aliquis audiens adulterium, non incitatur ad libidinem; sed, si per considerationem descendat ad singulas illecebras, magis moveretur. Et similiter aliquis non refugeret in generali audiens se debere mori pro Christo, sed, si descenderet ad considerandum omnes poenas, magis retraheretur. El ideo descendere in talibus ad singula, est inducere hominem in tenlationem, el probere occasionem peccandi. » — Hæc ille.

Hem, ibidem (arg. Sed contra), adducit dictum Anselini in libro *de Similitudinibus* (cap. 190), qui dicit quo«l aliquis oportet magis eligere esse in inferno sine culpa, quam in paradiso cum culpa;

(s) Ctr conci. el 3“m

(i) puniri. — *punire* Pr.
(δ) *lentahune.* — *tempure* Pr.

quia innocens in inferno non sentiret pœnam, el peccator in paradiso ñon gauderet gloria.

Eamdem conclusionem ponit, prosenti distinctione, q. 2, art. 3, ql· 1, in solutione quarti argumenti, ubi sic dicit : « Quantitas ðisplicentia de aliqua redebet esse secundum quantitatem malitiæ(a) illius. Malitia autem in culpa mortali mensuratur ex eo in quein peccatur, inquantum est ei indigna; et ex ep qui peccat, inquantum est ei (6) nociva. El quia homo plus debel Deum quam seipsum diligere, ideo plus debel odire culpam inquantum est offensa Dei, quam inquantum est nociva sibi. Est autem nociva sibi principaliter inquantum separata Deo; et, ex hac parte, ipsa separation Deo, quæ pœna quædam est, magis debet displicere quam ip-a culpa inquantum hoc nocumentum inducit (quia quod propter alterum oditur, minus oditur), ßd minus tpiam culpa inquantum est offensa in Deum. Inter autem omnes poenas attenditur ordo malitia· secundum quantitatem nocumenti. Et ideo, cum hoc sit maximum nocumentum quo homo maximo bono privatur, erit inter omnes pœnas maxima, separatio a Deo. Est etiam alia quantitas mali accidentalis, quam oportet in displicentia attendere, scilicet rationem prosentis et prateriti : quia quod pneteritum e$t, jam non est; unde minus habet de ratione maliliæ vel bonitatis. Et inde est quod plus refugit homo suscipere aliquid mali in prosenti, vel in futuro, quam horreat de proterito. Unde nec aliqua passio animæ directe respondet proterito, sicut dolor respondet prosenti malo, et timor futuro. Et, propter hoc, de duobus malis proteritis, illud magis abhorret animus, cujus major effectus in prosenti remanet, vel in futurum timetur, etiamsi in proterito minus fuerit. Et quia effectus procedentis culpæ non ita percipitur quandoque sicut effectus pœna? proterikv, tum quia culpa perfectius sanatur quam quædam pœnæ, tum quia defectus corporalis est magis manifestus quam spiritualis; ideo homo, etiam bene dispositus, quandoque magis percipit in se horrorem procedentis pœnæ quam procedentis culpæ, quamvis magis esset paratus pali eamdem pœnam (piam committere eamdem culpam. Est etiam considerandum in comparatione pœnæ et culpæ, quod quædam pœnæ habent inseparabiliter conjunctam Dei offensam, sicut separatio a Deo; quædam etiam addunt perpetuitatem, sicut pœna inferni. Pœna ergo (γ) illa quæ offensam habet annexam, eodem modo judicanda est sicul et culpa; sed illa quæ perpetuitatem addit, est magis (piam culpa simpliciter fugienda. Si tamen separetur ab eis ratio oflensæ, el consideretur tantum ratio jxenæ, minus habent de malitia quam culpa inquantum est offensa Dei; et, propter hoc, minus deberent (?) displicere. Sciendum etiam quod, quamvis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen est de his lentandus : quia homo affectus suos non de facili potest mensurare; et quandoque illud quod minus displicet, videtur magis displicere, quia est propinquius sensibili nocumento, quod magis est notum nobis. › — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: Quicumque diligit Deum plus quam seipsum, magis eligit quodeumque detrimentum boni proprii quam detrimentum boni divini. Sed culpa mortalis, est detrimentum boni divini, et injustitia, vel offensa; pœna vero non est nisi detrimentum boni proprii. Ergo quilibet talis proeligit omnem pœnam quam divinam offensam Dei. Quilibet .autem contritus diligit Deum super omnia. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod quilibet contritus magis dolet et ñn:t|on displicentiam habet de peccato inquanlum est offensa Del, quam de eodem ut est nocivum slbllpsi.

Istam conclusionem ponit sanctus Thomas, prosenti distinctione, q. 2, art. 3, qu 1, in solutione quarti argumenti, ubi statim recitatum fuit.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione ista : Quilibet contritus majorem displicentiam habet de eo quod pejus est et plus habet de ratione malitiae. Sed peccatum plus habet de ratione maliliæ inquanlum est oflensivum Dei. quam prout est nocivum proprio subjecto. Ergo contritus majorem displicentiam habet de peccato prout est offensa Dei, quam prout nocet vel nocuit sibi.

Tertia conclusio eM quod fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatum oppositum fortitudini, quam mortem corporalem; ct, secundum rectam rationem, exponit se morti, el eligit mortem, propter bonum commune, cujus est pars.

Hanc ponit sanctus Thomas, 1 p., q. 60, art. 5, ubi sic dicit : « Unumquodque in rebus naturalibus, quod secundum naturam suam hoc ipsum quod est, alterius est, principalius el magis inclinatur in illud cujus est, quam in seipsum. Et luee inclinatio naturalis demonstratur ex his quæ naturaliter aguntur : quia *unumquodque, sicut naturaliter agitur, sic aptum natum est agi,* ut dicitur in 2. *Physicorum* (t. c. 78). Videmusenim quod naturaliter pars exponit se, ad conservationem totius, sicut manus exponitur ictui, absque deliberatione, ad conservationem totius corporis Et quia ratio imitatur nalu-

(s) *malitia?. — mali* Pr.
(β) a verbo int/igna iimjuo ad *ei,* om. Pr
(γ) ergo. — *autem* Pr.

(a) *deberent. — deberet* Pr.

ram. hujusmodi imitationem invenimus in virtutibus politicis est enim virtuosi rivis, ul se exponat morti" periculo pro totius reipublicæ conservatione; el si homo ess·! naturalis pars hujus civitatis, hæc inclinatio esset ei naturalis. d — Hæc ille.

Similia ponit, 1· 2", q. 109, ari. 3.

Hem, 3. Sentent,dist. 29, q. 1,ari. 3 : «Bonum illud, inquit, unusquisque maxime vult salvari, quod est sibi magis placens; quia hoc est appetitui informato per amorem magis conforme. Hoc autem est suum bonum. Unde secundum quod bonum alicujus rei est vol æstiinalur majus bonum ipsius amantis, hoc amans magis salvari vult in re amata. Bonum autem ipsius amantis magis invenitur ubi perfecting est Et ideo, quia pars quælibcl imperfecta est in "cipsi, perfectionem autem habet in suo toto, ideo, etiam naturali amore, pars plus tendit ad conservationem sui totius quam suiipsius. Unde etiam naturaliter animal opponit brachium ad defensionem capitis, ex quo pendet salus totius. Et inde est quod etiam particularis homines seipsos morti exponunt pro conservatione communitatis, cujus ipsi sunl pries. » — Hæc ille.

Hem, eadem quæslione, ari. 5. arguit sic. tertio loco : ‹ Illud quod aliquis maxime in seipsodiligit, estasse, el vivere. Sed chantas facit ponere vitam corporalem pro fratribus; quidam autem gentiles pro amore amicorum se morti exposuerunt, sine aliqua spe vita» æternæ. Ergo amicitia et chaiitas facit magis diligere (x) proximum quam seipstim. » Eccc argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod tradere seipsum murti propter amicum, est |»erfeclissimu> actus virtutis; unde hunc actum magis appetit virluosus quam vitam propriam corpralein. Unde quod aliquis vitam propriam corporalem propter amicum non contingit ex hoc quod aliquis amicum plus quam seipsuni diligat, sed quia in se plus diligit quis bonum virtutis quam bonum corporale, i» — Hæc ille.

Item, 2“ 2 q. 20, art. 3, sic dicit : « Unaquseque pars plus naturaliter amat comrnune bonum lotius quam particulare Ixmum proprium. Quod manifestatur r\ Opere : quælibel enim pars halæt inclinationem principalem ad actionem communem utilitati totius. Apparet etiam hoc in politicis virtutibus, secundum quas, cives, pro bono communi, dispendia propriarum rerum et personarum interdum sustinent. » — Hæc ille.

Similia dicit, q. 123, ari. 5.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione Omnis inclinatio rationis, conformi" inclinationi nature non corrupta» nec vitiahe, esi laudabili" el virtuoso, vel ad virtutem perlinens. Sed electio qua fortis politicus eligit mortem corporalem pro coriM-Batione reipublicæ, et plus fugit damnum reipublicæ quam damnum vitæ propri© corporalis, est conformis inclinationi nature integre.Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONDN TU R OBJECTIO NE S

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Durandus (dist. 17, ([. 5), probando quod, pro vitando malo culpæ, nullus debet eligere pœnam inferni, vel omnino non esse.

Primo. Quia malum pœnæ nunquam est necessarium eligere propter malum culpæ vitandum, nisi quia sine eo non potest culpa vitari, aut quia per tale malum promovetur bonum virtutis, et impeditur malum vitii oppositi. Sed neutrum istorum potest dici de pœna inferni, vel de pura non entitale. Ergo, etc. Majorem supponit esse probatam in precedent)bus dictis suis. Minor probatur. Quia nullum malum pœme est necessarium ad vitandum culpain, nisi illud quod est materia virtutis opposite (sicut palet in actibus virtutum quæ habent pro materia aliqua pœnalia, sicut fortitudo, quæ est circa pericula mortis vel mortem inferentia : quia qui non agit fortiter quando tempus incumbit, peccat; sed nullus potest fortiter agere, nisi sustinendo tristia, circa quæ est actus fortitudinis; ergo ad vitandum peccatum oppositum fortitudini necessarium est pœnalia el tristia sustinere, vel eligere). Sed pœna inferni non est materia alicujus virtutis; de pura autem non entitale constat, cum non esse et virtutem el subjectum virtutis destruat. Ergo sustinere pœnam inferni, vel omnino non esse, non est necessarium ad vitandum malum culpæ.

Secundo probatur quod nec etiam sil licitum eligere predicts. Quia nunquam malum pœnæ licite eligitur propter malum culpæ \itandum, nisi quia est promolivum virtutis oppsitæ (sicut licitum est tristia sustinere secundum corpus, in quo consistit malum pœnæ, ul melius conservetur]x>num virtutis, el perfectius evitetur malum oppositi vitii; el hoc modo licitum est corpus affligere jejuniis et vigiliis, propter promotionem boni temperantia» et repressionein vitii oppositi; prader autem istos modos, nun<iuam est licitum eligere malum pœnæ pro malo culpæ evitando). Sed pœna inferni, vel omniiK» non esse, non promovet ad aliquam virtutem, ul Sic facilius impediatur vitium oppositum. Ergo eligere pœnam inferni, vel omnino non esse, non est in illo casu licitum. Ergo nec culpa esi eligenda propter vitandam pœnam inferni, vel omnino

(>) tiiltyfrc I Pr

non esse; nee iste pœnæ vel defectus sunt eligendi propter vitandum malum culpæ. Et ideo quæstio(a) supponit falsum : supponit enim unum esse eligendum pro altero vitando, et quæril quid pro quo; el tamen neutrum est pro allero eligendum.

Sed contra hoc, ul dicit, quidam dicunt quod pradicta ratio impedit seipsarn. Quin, si pœna est eligenda ad vitandum culpam, quando pœna est materia virlu lis oppositæ culpæ; pœna autem inferni, ut dicunt, quantum ad illud quod est ibi rneræ pœnalitatis, est materia virtutis; ergo ipsa est eligenda. Assumptum probant : quia pœna recom pensans deordinationem culpæ, est matei ia justitiæ punientis culpam per pœnam; sed pœna inferni est sic, quia per eain recoinpensatur ex justitia culpa commissa; ergo secundum rectam rationem, si vigeret in damnato, damnatus (6) deberet eligere sustinere pœnam inferni antequam sua culpa remaneret impunita. — Istud autem non valet . quia nec est ad propositum, nec est in se verum. Ad propositum siquidem non est. Quia nos non quærimys utrum peccator exsistens in pœna inferni juste a Deo sibi inflicta propter culpam ab eo commissam, délicat plus velle sustinere pœnam illam quam quod sua culpa remaneat impunita, vel e converso; sed qtiærimus utrum vere contritus, qui non est in illa pœna, nec est illius pœnæ debitor, debeat vel possit licite velle sustinere pœnam inferni, vel omnino non esse, propter evitationem culpæ futura et imminentisex aliqua tentatione;ethæcsecundaqusestio(T) non est eadem cum prima, nec una dependet ex aha. El sic illud dictum non est ad propositum. — liem, nec est in se verum. Quia (5) juste condemnatus ad mortem temporalem potest licite optare el velle quod non moriatur, condonetur ei pœnitenti misericorditer pœna mortis tam a parte quam a judice; nec istud est contra justitiam, quod ex causa culpa sic remaneat impunita, sed est actus misericordiae. Et eodem modo, si damnatus première posset, el optaret pœnam inferni sibi a Deo misericorditer dimitti vel relaxari, non optaret contra justitiam; nec Deus, si eam relaxaret, faceret contre justitiam, sed secundum misericordiam. Et ideo falsum est quod dicunt alii, quod damnatus plus deberet secundum rectam rationem, si vigeret in eo, eligere sustinere pœnam interni, quam culpa sua remaneret impunita; immo. si in eo vigeret recta ratio, non obstinatus in malo, deberet petere ct optare quod pœna inferni sibi remitteretur. — Ad formam ergo rationis eorum, dicendum est quod pœna, quando est materia virtutis circa quam actus virtutis necessario versatur, el fugere pœnam esi tolaliler virtuti contrarium, sustinere talem pœnam est necessario eligendum; sicul est de pœna quam sustineret fortis civis m rebus bellicis, pro defensione reipublicæ Pœna autem inferni non est hoc modo materia virtutis, ut declaratum est; et ideo ex hac ratione non est eligenda. Ergo, etc.

Si autem ampliaretur sic, quod poneretur quod oporteret alterum incurrere, culpam videlicet, vel pœnam inferni, seu omnino non esse, an, in casu isto, deberet homo potius eligere sustinere pœnam inferni, vel omnino non esse, quam peccare, vel e converso? — Et dicendum quod hæc positio est impossibilis. Quia pœna propter cujus vitationem incurritur culpa, et, si non vitatur culpa, incurritur pœna, non potest sic se habere ad culpam, ut,si vitetur culpa, necessarium sil incurrere pœnam. Sed pœna inferni est hujusmodi : quia timore talis pœnæ incurritur culpa (hoc enim pertinet ad timorem servilem, ut homo omittat peccare ne incurrat pœnam ℊehenna). Ergo talis pœna non potest sic se habere ad culpam, ul, si vitetur culpa, necessarium sit incurrere talem pœnam ; quin potius opposito modo se habent, quia, si non vitatur culpa, incurritur pœna, nec incurritur pœna nisi incurratur culpa. Unde se habent sicut antecedens et consequens, el non sicut opposita vel immediate disparata, quorum unum oporteat inesse, altero non inhærente, sicul ponitur pro hypothesis Propter quod ipsa est impossibilis. Nec est mirum si ex suppositione falsa el impossibili sequitur falsum et impossibile, et sic nihil concludetur verum aut possibile contra opinionem quæ dicit quod propter vitandam culpam non est necessarium ner licitum eligere pœnam inferni, vel omnino non esse. Sed quidam homines dimittentes veritatem rei absolute, volunt gloriari de consequentiis logicis factis ex hypothesi.

Item, prædicla suppositio non solum est impossibilis, sed incompassibilis, hoc est includens contradictoria. Et talis suppositio non dotet fieri secundum aliquam artem: quin. secundum eam, possunt concludi contradictoria. Sicut, si ponatur quod homo non sit rationalis, sequitur quod homo non sil homo, quia per suppositionem non est rationalis, et sic non est homo, cum rationale sit de intellectu ct de intrinseca ratione hominis, et sic est una contradictio, scilicet quod homo non sit homo; alia contradictio est, quia sequilur quod homo sit rationalis, ex quo est homo, el quod non sil rationalis, per suppositionem.' Quod autem prædicla suppositio includat contradictionem, patet. Quia nullus potest peccare nisi volens, cum de ratione peccati sit esse voluntarium, secundum Augustinum (x). Si ergo hominem non volentem peccare, necessarium esset incurrere pœnam inferni, vel omnino non esse,

(a) çurftio. — *conchuio* Pr.
(C) *duninafus.* — Om. Pr.
(γ) QU4r«ho. — *conclusio* Pr.
(£) Quia· — *quod* Pr.

(a) Cfr. *dc Libero arbitrio,* lib. 3. cap. 18. ct *de* Vera *rclu/iune,* cap. H

ista necessitas proveniret ex parte infligentis tales pernas; et hic est solus Deus, qui solus potest hominem annihilare el facere quod anima patiatur ab igne infernali. Si autem Deus poneretur has pernas infligere nolentibus peccare, quid aliud esset, nisi quod Deus diceret homini : aut tu peccabis, aut ego ponam te in inferno, vel omnino annihilabo? quod esset inducere hominem ad peccandum ex timore pœnæ ℭomminata Hoc autem non solum est impossibile, sed incompassibile, quia includit contradictionem : quia nullus conformando voluntatem suam voluntati divin®, volendo quod Deus vult eum velle, peccat; sed, si Deus comminatur lias poenas alicui infligere nisi peccaret, induceret eum ad peccandum, el sic vellet eum peccare; ergo homo faciendo hoc ad quod Deus eum induceret, non peccaret; sed induceret eum ad peccandum; ergo non peccando peccaret; quod implicat clare contradictionem.

Sed esto quod hæ pœnæ possent infligi a creatura, puta ab angelo malo, adhuc (x) dicendum quod propter eas vitandas non liceret peccare; nec tamen liceret cas eligere ad vitandum peccatum, propter rationes prius dictas. El si dicatur quod, nisi peccaret, incurreret has pœnas, — concedatur; tamen non sustineret eas voluntarius, sed invitus; si enim eas voluntarius sustineret, peccaret. El est simile, si quis malevolus vult me occidere, el occidor ab eo invitus, non pecco; sed si vellem occidi, peccarem. Et similiter est in proposito; quia ex hoc tollitur ratio peccati, quod tollitur ratio voluntarii. Propter quod non valet ista consequentia : Aon *est illicitum pœnam inferni sustinere, vel omnino non cs<e, ne culpa incurratur; ergo non est illicitum eligere pœnam inferni, vel omnino non esse, propter culpam omnino vitandam.* — Confirmatur. Quia illud quod separat hominem a Deo et ab ejus visione in perpetuum, nullo modo potest recte eligi ; quia Deus el visio Dei debent summe amari el optari. Sed pœna damni séparai a Deo et ab ejus visione in perpetuum. Igitur illa pœna nullo modo potent recte eligi, etiam si rnillesies posset a creatura infligi.

Item, si aliquid moveret ad oppositum, el pro conclusione, hoc maxime videretur quod melius est mala pati quam malo consentire, etc. — Sed ad hoc dicendum est quod hoc est verum sub hoc sensu, quod non est illicitum mala pli, si est ibi purum pati; quia omne illicitum consistit in actione. Sed eligere mala pati, cum non sil purum pati, sed aliquo modo agere, saltem quoad actum interiorem, nunquam est licitum propter malum culp.e evitandum, nisi sil ad hoc necessarium; quod est quando tale malum est materia virtutis, vel sit promotivum boni virtutis, et valeat ad impediendum facilius vitium oppositum; quod non habet locum in pœna inferni.

Sed contra hoc dicunt quidam, quod, licet pœna inferni pro tempore quo infligitur non promoveat ad Ik u iiu d virtutis, nec similiter omnino non esse, quin (x) potius destruit subjectum et omne bonum ; tamen pro tempore electionis promovent, quia electio est virtuosior quando aliquis tanta mala eligit ne faciat contra virtutem. Exemplum de forti, qui eligit mori propter bonum ℜeipublica — Sed istud non probat quod pœna inferni, vel omnino non esse, debeat eligi ad vitandum mortale, nisi sub conditione, scilicet si oporteret alterum incurrere. Hæc autem positio impossibilis et incompossibilis est, ut declaratum el dictum fuit. Sed, posito quod esset possibilis, adhuc argumentum non valet; quin minor propositio est falsa. Quia foriis, secundum fortitudinem virtutis moralis, nunquam debet eligere mortem ad vitandum vitium oppositum fortitudini, maxime quando post mortem non speratur alia vita, sicut Aristoteles et alii gentiles non speraverunt. Sed sufficit ad virtutem fortitudinis moralis, quod foriis eligat virtuose agere in rebus bellicis, propter bonum reipublicœ, non obstante timore mortis, qui est in talibus periculis : ita quod, si incurrat mortem, incurrat invitus, ct non ex electione; quia ex parte ejus non erit pro tunc voluntarium simpliciter, neque mixtum, sed est pura passio, quæ secundum se non est virtuoso, sed solum ratione antecedentis, quia propter timorem mortis quæ (€) quandoque contingit in factis bellicis, non omisit se virtuose exponere pro defensione reipublicæ. Et si foriis eligat mori, electio non esset virtuoso, immo esset vitiosa, ut postea patebit. Et (γ) similiter pœna inferni, et omnimoda non entitas, non solum quando infligerentur non promoverent ad virtutem, sed, si praeeligerentur, redderent electionem vitiosam. — Hæc ille, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi — Contra secundam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 17, q. 7), protaindo quod distinctio ibidem facta non valeat, dicens : Culpa, quatenus est Dei offensi va, et peccanti nociva ratione pœnæculpa» debit®, sunt unum el idem, inter quæ non debet poni distinctio. Quod probatur sic : Quia ira et offensa non dicitur in Deo secundum affectum, sed secundum effectum, inquantum infert pœnam et separat. Ergo offensa Dei non est nisi pœna inflicta vel infligenda peccatori. El sic in idem coincidit offensa cum pœna. Sed inter talia

(*) *adhuc.* — *ait hoc-* Pr.

( ) *quin.* — Om. Pr.
( ) 7·<λ· — *qui* Pr.
(γ) *Et* — A>r Pr.

non cadit distinctio. Ergo culpa non est magis odienda quatenus offensa Dei, quam ratione pœnæ, per quam est nociva peccatori.

Sed contra hoc arguunt, ut dicit, quidam prolwre nitentes quod offensa Dei est aliud realiter quam pœna peccati. Dicunt enim quod offensa potest dici active, vel passive, quando unus offendit (x) alium : scilicet ex parte offendentis, el ex parte offensi. Offensa enim offendentis nihil aliud est quam illud per quod offendens displicet offenso, scilicet aliquod dictum, vel factum, vel omissio alicujus debiti fieri, quod displicet offenso; et maxime quando talis displicentia est talis quæ tollit amicitiam offensi ad offendentem, et merito debeat inducere inimicitiam oppositam. Offensa autem passive dicta, ex parte scilicet illius qui offenditur, nihil aliud est quam displicentia quam merito debet habere offensus de injuria illata ab offendente; secundum quam dicitur *(Sapientiae* 14, v. 9) quod *similiter sunt odio impius ct impietas ejus,* impietas secundum se, impius autem ratione impietatis. Probatur ergo primo, quod impossibile est quod offensa active dicta, sil idem quod pœna : quia offensa active dicta, est illud per quod offendens meretur pœnam; sed pœna non est meritum pœnæ, quia, sive in l>onis, sive in malis, illud quod retribuitur pro merito, non est idem cum merito; ergo, etc. — Quod autem offensa passive dicta, secundum quam dicitur offensus offendi (et hoc in comparatione ad Deum), et pœna qua offendens punitur, non sint idem, probatur triplice ratione. *Prima* est, quia illa qua? pos^ sunt esse sine invicem, non sunt idem ; sed sic est de offensa Dei, et pœna peccatoris; ergo, etc. Major palet de se. Minor probatur, scilicet quod pœna potest esse sine offensa, et offensa sine pœna, saltem pro eodem instanti (quod dico ideo, quia, licet nunquarn posset esse pœna nisi esset offensa Dei, nec offensa Dei quin sequatur aliqua pœna, tamen potest esse pœna pro aliquo tempore pro quo non est offensa, et o converso, saltem in actu). Quod faciliter palet. Primo, quoad hoc quod pœna possit esse pro aliquo tempore (6) pro quo non est offensa. Et hoc patet dupliciter. Primo : quia, ablata offensa per contritionem, adhuc manet pœna quam peccator contritus solvit; ergo, etc. Secundo, quia Deus non solum punit illum qui offendit pœna exterminante, sed etiam pœna emendante, et jam Deo reconciliato, satisfaciente; sed talis pœna infligitur, ablata offensa ; ergo impossibile est quod offensa Dei et pœna sint idem. El sic probatum est quod pœna potest esse sine offensa. El e converso, offensa potest esse sine (γ) pœna, ita quod non oportet, exsistente offensa, quod stalim sit pœna : onia statiin quando peccator peccat, est offensa; sed non statim est pœna; ergo, etc. — *Secundo* probatur idem ex comparatione offensæ ad pœnam, aie : Quia offensa Dei, aut est displicentia Dei de peccato, aut voluntas pœnam inferendi. Sed neutrum istorum est pœna. Ergo offensa non est pœna. Major patet de se. Minor probatur : quia displicentia de peccato importai actum voluntatis illius cui displicet; voluntas etiam inferendi poenam importat actum voluntatis Dei; sed actus voluntatis Dei non est pœna; ergo, etc. — *Tertio :* Quia doctores communiter dicunt quod damnato displicet peccatum non ratione offensa? divine, sed ratione pœnæ; sed hoc non esset, si offensa divina et pœna essent idem ; ergo, etc.

Hæc autem frivola sunt. Quia illa distinctio de offensa active dicta, et passive, solum habet locum in illis in quibus est offensa proprie dicta, quæ est motus animi ad displicentiam. In illis enim illa displicentia, per quam homo est formaliter offensus, dicitur <|ffensa passive, quatenus est ab alio causata; et illud dictum, vel factum, ex quo causatur talis displicentia, dicitur offensa active, quia est causa talis displicentis. Et, in talibus, offensa active dicta, non est pœna, sed meritum pœnæ, ut isti bene dicunt, quantum ad hoc; nec offensa passive dicta, est pœna, sed est motus animi secundum displicentiam; ct sunt separabilia pro aliquo tempore. In Deo autem non est proprie : quia in eo non est motus animi ad displicentiam, causatus ex aliquo malo dicto vel facto nostro, sed omnino similiter se habet in se, sive peccemus, sive bene faciamus; et. per consequens, respectu Dei nulla est offensa active dicta, quia omnis actio respondet passioni, et econtra. Sed dicitur Deus iratus, vel offensus, solum metaphorice, et per similitudinem ad hominem, qui dicitur offensus ab alio quando vult ei infligere pœnam, et infligit quando punit; et similiter Deus, quia punit peccatorem, infligendo pœnam, dicitur ei offensus vel iratus; ita quod offensa nec est in Deo passive, nec in nobis active respectu Dei, sed est denominatio metaphorice, ratione solius pœnæ quam infligit peccatori. Et ideo *primum argumentum* , quod procedit de offensa Dei active vel passive dicta, non est ad propositum. — *Ad secundum* dicendum est quod offensa Dei nec est displicentia de peccato, nec voluntas infligendi pœnam; sed est sola denominatio melaphorica, sumpta a pœna quam Deus infligit, ex similitudine pœnæ quam homo iratus vel offensus alteri, infligit eidem. — *Ad tertium* dicendum quod verba doctorum non semper sunt sacramentalia, nec propria: quia, si proprie loquamur in hac materia, dicimus quod damnatis displicet eorum culpa ratione pœnæ, ct non quin est contra rationem, vel contra mandatum divinum , sed ex hoc non offenditur Deus, nec irascitur. — Hæc ille.

(a) *offendit»* — *defendit* Pr.
(f,) tempore. — Om, Pr.
( ) .i verbis *offensa, Et e converso* u*que .id >ine, om. Pr.'

j 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra tertiam conclusionem arguit Durandus (dist. 17, q. 6), probando quoi, loquendo do fortitudine pure morali (de qua tractaverunt philosophi, qui ignoraverunt aliam vitam futuram post istam), licet fortis non debeat recedere ah opere virtuoso, timore mortis, nunquam tamen licet ei eligere mortem pro defensione reipublicæ, vel in quocumque alio casu qui nd præsens occurrat. Ad cujus evidentiam, sciendum est quod, sicut dicitur, 8. *Ethicorum* (cap. 2), *amabile quidem bonum, unicuique autem proprium,* Et, secundum hoc, in bonis qua? dicuntur amari et eligi, accipitur gradus dupliciter. Uno modo, secundum quantitatem boni : quia majus bonum magis est eligendum, anteris paribus. Et ideo, cum bonum animæ sit potius bono corporis, et bonum corporis bonis exterioribus, bona animæ sunt præeligenda bonis corporis, et illa bonis exterioribus; el mala opposita, sunt magis odienda el fugienda. Alio modo possunt accipi gradus in bonis diligendis et eligendis ex parte hominis; quia proprium l>onum magis est diligendum et eligendum quam extraneum; sicut quilibet tenetur plus diligere se quam alterum; el ideo amicabilia quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabilibus ad seipsum. Dico autem *bonum extraneum* el *non commune:* quia in l>ono communi includitur formaliler bonum proprium, sicul in bono totius corporis includitur bonum partis. Civis enim pars est civitatis; el ideo civis plus debet diligere bonum civitatis quam bonum suum solum, et plus velle quod conservetur bonum lotius civitatis quam solum bonum suum, incluso bono suo in l>ono civitatis; sic enim diligendo bonum civitatis, diligit bonum suum el bonum aliorum, quoti est melius quam diligere bonum suum solum. Bonum autem extraneum voco bonum personæ privata?, vel reipublice cujus homo non est pars : sicul, respectu civis Parisiensis, bonum extraneum est bonum civis Tholosani, et etiam bonum civitatis Tholosæ. Et utrumque Bonum deliet civis Parisiensis minus diligere quam bonum suum proprium. Cum enim diligere aliquem sit velle ei bonum, sicut quilibet homo tenetur plus diligere seipsum quam alium hominem, vel quamcumque communitatem in qua ipse non includitur, sic tenetur plus velle bonum sibi quam alicui de prædictis, et plus fugere malum suum proprium quam malum cujuscumque extranei. Et plus debet displicere illi qui peccavit peccatum suum quam jmccatum cujuscumque alterius persona prixaLe, vel omnium aliorum. Et sicul est m malis culpæ, sic est in malis pœnæ, raderis paribus. Ex his arguitur ad propositum

Primo sic. Electio per quam eligitur maximum malum pro aliquo bono ad cujus conservationem nihil penitus prodest sed potius olæsl, non est virtuose, sed magis vitiosa. Istud patet : quia, cum electio sit eorum quæ sunt ad finem, si illud quod eligitur non prosit ad consecutionem finis, sed potius noceat, talis electio est fatua, nec est secundum prudentiam, quæ facit electionem rectam. Sed electio mortis, quæ est maximum malum secundum non credentes aliam vitam, nihil facit ad conservationem reipublicæ, sed potius nocet. Ergo talis electio non est bona, nec virtuoso. Major jam palet. Sed minor probatur. Quia, cum bellum suscipitur pro conservatione reipublicæ, ad hoc proficit el perducit (a) pugna cum victoria : per hoc enim conservatur respublica, quod cives pugnant fortiter contra hostes, et eos vincunt. Mors autem unius civis, vel plurium, magis impedit victoriam quam promoveat. Et ideo, quamvis forlisdebeat eligere fortiter pugnare pro defensione reipublicæ, non obstantibus periculis quæ sunt in rebus bellicis, non tamen debet eligere mori, sed oppositum; et, si inora contingat, delæl ei displicere, tanquam nociva sibi et reipublicæ.

Confirmatur. Quia simile est de uno cive, et de quolibet alio, et de omnibus sirnul. Sed nihil est dictu, quod omnes cives debeant eligere mortem pro defensione reipublicæ : quia, cum respublica principaliter consistat in vita civium, mora omnium eorum non esset (ζ) conservatio reipublicæ, sed totalis destructio; et mora cujuslibet est ejus diininutio. Unde mors civium, unius vel omnium, non promovet nec conservat rempubiicam, sed subvertit, vel minuit.

Item, el redit in idem : Nullus aggrediens bellum sub spe vicloriæ, eligit mori in bello; quia non stant simul in eodem mora et victoria. Sed omnis virtuosus aggrediens bellum pro defensione et conservatione reipublicæ, aggreditur ipsum sub spe vicloriæ; quia aliter non potest defendi, nec conservari. Ergo talis non eligit inori.

Secundo principaliter ad propositum arguitur. Quia, secundum beatum Augustinum (γ), omnis recte eligens, efficitur melior, (piando illud assequitur quod recte eligit : quia electio recta non est nisi de vere bono nondum habito, vel minori malo, quando oportet ipsum vel majus incurrere; assecutio autem veri boni reddit hominem meliorem; vitatio etiam majoris mali per minus malum, reddit hominem minus malum, el sic assecutio ejus quod recte eligitur, reddit hominem nudiorem vel minusinalum, «piam esset si non assequeretur quod eligit. Sed qui assequitur mortem, non credens vel nec sperans aliam vitam, non efficitur melior, nec minus malus,

( ) prrdi/nf. — *producit* Pr.

( ) *mon omnium eorum non enet* — *mors* enim *non* ctl Pr.

(γ) In :t *de Libero arbitrio,* cap. 8. dicit Augustinus : Quod f/uiigur *rçcte* e/u/H *appetendum, cum ad ul pervenerit,* neceise *rtl melior fiat.*

quam e>sel si viveret qualitercumque; quia efficitur omnino non ens, secundum opinionem quam habuerunt philosophi gentiles de morte. Ergo talis mors non jiotest eligi secundum rectam rationem. Sed omnis electio virtiiosa, est secundum rectam rationem. Ergo per nullam virtutem pure moralem potest aliquis (a) recte eligere mortem. El si constare! civibus, vel si probabiliter crederent quod morerentur in bello, non delwnt se exponere. Virtus enim fortitudinis pure moralis, est circa timores et audacias, ul patet, 3. *Ethicorum* (cap. 9, el in 2. W/i., cap. 7). Neutrum autem istorum est circa pericula certa, seu quae certiludinnliter inferunt mortem : de malo enim quod est ve) æstimatur inevasibile, non est limor, sed tristitia, quia jam aestimatur quasi præsens; audacia etiam est cum fiducia evadendi. Propter quod virtus fortitudinis, quæ est circa timores et audacias, nunquam est circa pericula de quibus æstimatur ceililudinaliter quod inferant mortem. El multo minus virtus fortitudinis pure moralis consistit in electione mortis, nec haliel eam adjunctam. Secus est de fortitudine adjuncta fidei, cujusmodi fuit in martyribus.

Tertio ad principale. Quia ratio partis op|>osil.e, dicens quod Ixmum commune proferendum est bono privato, non valet : quia Itonum commune non est pneferendurn bono privato, nisi quando in bono communi includitur bonum proprium; alias bonum commune est extraneum, nec est pneferendurn bono proprio. Et cum concluditur ulterius, quod pro conservatione lx>ni communis in quo includitur bonum proprium, debet homo exponere vitem suam; — verum est (C) quod debet se (γ) exponere periculo de quo prosumilur verisimiliter possibilis evasio, et defensio reipublicæ; quod autem propter hoc debeat eligi mors, non est verum, quia hoc non prodesset conservationi reipublicæ, sed potius obesscL

Quarto. Quia illud quod adducitur de Philosopho, 9. *Ethicorum* (cap. 8), dicente quod pro amicis oportet multa pati, el mori, si oporteat; sed plus tenetur aliquis diligere communitatem quam privatos amicos; ergo pro Ixmo communi delict homo eligere mori, si necesse sit, etc.; — hoc, inquam, non obstat, sed potius confirmat piOjxmtum nostrum. Quia constat tpiod nullus debet diligere amicum plus quam seipsum; et ideo nullus debet eligere mori pro conservatione vilæ amici; sed debet facere illud quod pertinet ad rationem amicitia?, et, si ex hoc sequatur mors, non sequitur cum electione, sed casualiter. Nec solum exponit se homo licite periculis mortis pro <lefensione reipubliræ vel amici, sed etiam pn> defensione bonorum suorum temporalium ; et tamen nullus sapiens dicerel quod homo virtuose eligeret mori pro conservatione bonorum suorum temporalium. — Hec ille.

El in hoc secundus articulus terminatur.

AIITICULUS 1IL

PONÜNTUn SOLUTIONES

§ 1. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus. El quidem

Ad prirnum Durandi contra primam conclusionem, dicitur, negando minorem, si intelligatur universaliter, sic quod pœna inferni, quantum est ibi pure pœnalitotis, proscindendo rationem culpæ cl quidquid est culpabile in illa pœna (i), in aliquo casu possibili de potentia Dei absoluta, non (€) possit esse materia alicujus virtutis. Minor enim sic intellecto, falsa est : quia talis pœna jjoeset esse materia alicujus virtutis, puta obedientiæ et justitiæ. Posset enim Deu de potentia sua absoluta, revelare alicui viatori pmscito suam damnationem, el quod inflicturus esset ei pœnam æternam in inferno, el causare in eo firmum assensum de hoc; quo facto, talis teneretur velle sustinere quod crederet Deum velle sibi infligere, et conformare voluntatem suam voluntati divinæ, el obedire. etsi non volendo absolute et per se suam damnationem, tamen teneretur velle ordinem justitiæ divinæ servari circa se in prodictis. De h<K sanctus Thomas, *de Veritate,* q. 23, art. 8, in solutione secundi, sic dicil : < Quamvis de |x)tentia absoluta Deus posset revelare suam damnationem alicui, non tamen potest lien de potentia ordinata, quia talis revelatio cogeret eum desperare. Et si alicui talis revelatio fieret, deberet inlelligi non secundum modum prophétisé pradestinationis vel prascientiæ, sed per modum prophetia» comminationis, supposita conditione meritorum. Sed, dato quod esset intelligtndn secundum prescientiæ prophetiam, adhuc non teneretur ille cui tolis revelatio fieret, velle suam damnationem absolute, sed solum ordinem justitiæ. quo Deus vult persistentes in peocato damnare. Non enim vult Deus ex prie sua aliquem damnare, sed secundum id quod ex nobis est. Unde velle suam damnationem absolute, non esset confonnare voluntatem suam divinæ voluntati, sed voluntati peccati. > — Hæc ille. — Simile dicil, 1a 2 q. 19. art. 10. in solutione secundi, ubi sic dicil : < Deus non vult

(») *aliipiu,* — Om. Pr.
(6) — Ad. Pr,
(γ) >r — Om. Pr.

(3) nmi *ut* — Ad Pr.
(6) tioii — Om, Pr

damnationem alicujus sub ratione damnationis, nec mortem alicujus, inquantum est mors; quia ipse vult omnes homines salvos fieri. Sed vult ista sub ratione justi. I nde sufficit circa talia quod homo velit justitiam Dei el ordinem natura? observari. » — Hæc ille. — Item, 1. *Sentent.,* dist. ull., q. ull., art. ull., in solutione secundi, sic dicit : α Illa positio est quasi impossibilis; quia nulli sua damnatio revelatur, sicut etiam nec angelis, ut dicit Augustinus *(de Genesi ad litteram,* lib. 11, cap. 17 ct 18). Si tamen revelaretur, posset credere hoc dictum secundum comminationem, et non secundum pnescientiam. Teneretur tamen velle voluntate delil>erata illum ordinem justitiæ, quo qui in peccatis moritur, damnatur, quia hoc etiam Deus vult, el non damnationem fier se, nec culpam. » — Hæc ille. — Ex quibus patel quod, facta tali revelatione, illo cui fieret, non teneretur velle culpam suam nec finalem impœnitentiam. Similiter nec teneretur velle absolute pœnam perpetuam inferni, nec damnationem suam, de per se, ut est damnatio. Tamen teneretur velle ordinem divinte justitiæ, el velle fieri quidquid Deus juste vult circa punitionem suam fieri; el aliquo modo velle, implicite vel explicite, in se vel in suo antecedente, pœnam illam, ad vitandum peccatum inolædientiæ et rebellionis el diflbnnitatis voluntatis sua· ad divinam voluntatem, Sic ergo patet quod illa pœna, prout praescindit ab omni culpa, ct eo modo quo est volila a Deo, scilicet sub ratione justi, potest esse materia virtutis obedientiae vel justitiæ; el electio illius pœnæ, in se vel in sua causa et in suo antecedente, explicite vel implicite, potest in aliquo casu absolute possibili esse necessaria ad vitandum peccatum; quia scilicet omnimoda nolitio (a), repudiatio et fuga illius esset peccatum inobedientiæ. injustitia» el rebellionis ad divinam voluntatem. Et sic patet ad primum.

Ad secundum dicitur primo, quod major esi simpliciter faba, si per promotionem virtutis intelligat aliquam innovationem, puta intensionem circa habitum virtutis. Nam anima intratura purgatorium. et receptura pœnam purgatorii, si, inter exitum a corpore et receptionem illius pœnæ, divinitus certiflearvtur de pœna illa, ipsa teneretur eligere illam pœnam ad vitandum culpam inobedientiæ; nec tamen per illam pœnam aliquis habitus virtutis in ea prius acquisitus, vel infusus, augeretur; licet sine electione talis pœnæ, vel voluntaria patientia el toleratione, virtutis habitus in ea conservari non posset; quia, si penitus illam refutaret. mortaliter peccaret, et sic habitus infusos, potissime chantatem, perderet. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 21, q. 1, art. I, in solutione quartæ quæstiunculæ, sic dicit :< Aliquid dicitur voluntarium dupli-(*)

(*) Muhno — vohlio Pr.

citer. Uno rnodo, voluntate absoluta; et aie nulla pœna est voluntaria, quia ex hoc est ratio pœnæ, quod voluntati conlrariatur. Alio modo dicitur aliquid voluntarium voluntate condilionata, aient polio vel sectio est voluntaria propter sanitatem consequendam; et sic aliqua pœna potest esse voluntaria dupliciter. I no modo, quin per pœnam aliquod bonum acquirimus; et sic ipsa voluntas assumit pœnam aliquam, ut palet in satisfactione; vel etiam quia ille libenter eam accipit, et non vellet eam non esse, sicut accidit in martyrio. Alio modo, quia, quamvis pœna nullum nobis bonum accrescat, tamen sine pœna ad bonum pervenire non possumus, sicut palet de morte naturali; et tunc voluntas non assumit pœnam, et vellet ab ea liberari, sed eam supportat; et, quantum ad hoc, dicitur voluntaria. Et sic pœna purgatorii est voluntaria. » — Hæc ille.— Ex quibus palet quod ad hoc quod aliqua pœna licite possit eligi, vel voluntarie assumi, vel tolerari, non oportet quod peream promoveatur bonum virtutis, sed sufficit quod sine ea aliquod bonum haberi non possit. El sic major est falsa.

Dicitur secundo, quod, licet pœna inferni, secundum praesentem cursum et ordinem a Deo rebus inditum, non promoveat bonum alicujus virtutis; tamen, in aliquo casu possibili de potentia Dei absoluta, voluntaria toleratio illius pœnæ vitat novum peccatum inolædientia·, vel injustitia?, vel impatientia», ut patet in casu praedicto. Et ideo, cum vitare novum peccatum et augmentum peccatorum habeat rationem alicujus boni, et multo plus hoc habeat approbatio divinæ justitiæ punientis, patet quod talis voluntaria toleratio pœnæ inferni habet rationem alicujus boni.

Dicitur tertio, quod responsio quam arguens recitat. potest probabiliter sustineri. Nec ejus impugnatio quidquam contra eam efficaciter concludit. Cum enim dicit quod responsio illa non est ad propositum, etc.; — dicitur quod, licet alia quæslio sit de contrito qui est in via, et de damnato qui est in inferno, tamen ambæ quæstiones in hoc conveniunt, quod uterque eorum potius debet eligere vel voluntarie sustinere pœnam inferni, et quamcumque aliam, potius quam peccare mortaliter, si occurreret articulus quod oporteret alterum incurrere, vel ubi omnimoda respuitio pœnæ inferni esset peccatum mortale, el toleratio voluntaria illius pœnæ vitaret novum peccatum mortale. — Cum autem ulterius dicit arguens, quod dicta responsio tfssumit falsum, etc.; — dicitur ad totam illam deductionem, quod, licet damnatus, si vigeret in eo judicium rationis, posset sine peccato optare pœnam illam sibi a Deo misericorditer remitti, voluntate antecedente, non tamen voluntate consequente, vel voluntate conditionata, non tamen voluntate absoluta, ex quo constat sibi de justitia et immutabilitate divinæ voluntatis cirèa ejus perpetuam punitionem, llein,

ista impugnatio non directe vadit ad mentem rdio- I ruin : quia illi qui impugnant argumenta Durandi, non curant utrum damnatus posset licite optare remissionem pœnæ inferni; sed sufficit eis hoc concludere Unquam verum, quod non licet damnato omnino reniti divinæ justitiæ punitivæ, et omnino respuere illam pœnam, tam in se quam in sua causa; immo tonetur aliquo modo voluntarie sustinere illam, quod quia non facit, peccat. Quid autem sil vello aliquid in sua causa, ostendit sanctus Thomas, 24 2®, q. 30, art. 1, ubi sic dicit : « Tripliciter aliquis vult aliquid : uno quidem modo, appetitu naturali, sicut omnes homines volant esse et vivere; alio modo homo vult aliquid per electionem, ex aliqua pnemeditatione; tertio modo homo vult aliquid non secundum se, sed in sua causa, puta qui vult comedere nociva, quodam modo dicimus eum velle i infirmari. » — Hæc ille. — Sic in proposito, dico quod damnatus, secundum rectam rationem, tenetur velle pœnam quam patitur, non secundum se, sed in sua causa, scilicet voluntate et justitia divina, a quibus illa pœna sibi infligitur; et sic aliquo modo debet eam voluntarie tolerare, el non omnino fugere, nec divinæ voluntati contraire. — Ex quo patet ulterius, quod arguens male solvit ad rationem contra se factam : quia falsum assumit in illa responsione, cum dicit quod fugere pœnam inferni, et i eam totaliter nolle, non est in aliquo casu virtuti contrarium, nec peccatum; hujus enim falsitas ostensa est.

Ad aliud quod dicit, scilicet quod illa jxvsilio quæ poneret quod in aliquo casu oporteret alterum incurrere, scilicet pœnam inferni vel peccatum moi tale, est omnino impossibilis; — dicitur primo, quod nullus casus de pnesenti occurrit, nec apprêt dari | possibilis, in quo vitans culpam necessario incurrat pœnam inferni; quin potius, ex vitatione culpæ vitatur pœna inferni, et ex commissione culpæ mortalis incurritur reatus illius pœnæ. — Dicitur secundo, quod, secundum prædicta, possibilis est dari casus. Et forte contingit sæpe de facto, quod aliquis, omnino respuendo el nullo modo voluntarie sustinendo vel acceptando pœnam inferni, peccat mortaliter; el, si voluntarie illain sustineret, vitaret novum peccatum mortale. El tali potius el melius esset acceptare voluntarie aut sustinere pœnam inferni, quam mortaliter peccare; el hoc, sive loquamur de illo qui actu patitur illam pœnam, sive de illo cui ante experimentum pœnæ constat ex divina justitia sibi deberi talem pœnam, sive sil in corpore, sive extra corpus. — Dicitur tertio, quod non quicumquc omittit peccare timore pœnæ inferni, nec quicumque limet illam pernam, peccat; immo ille limor est in se bonus, nec est malus, nisi ex adjuncto, per accidens. De hoc sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 34, q. 2, ari. 2, in solutione primæ quæsliùncuhe, sic dicit: α Secundum Philosophnm, L *Metaphyiicx* (cap. 2), liber dicitur qui soi causa est; serras autem per contrarium intelligendus est qui alterius causa est, et non ŭi. Sumus autem cauta eorum quæ ad nos pertinent per voluntatem. Unde illud dicitur aliquis facere liben·, quod spontanea voluntate facit; illud autem serviliter, ad quod faciendum voluntas sibi deest; facit autern illud coactus ab alio, violentia vel metu, et ideo cum tristitia, quia omne coactum est contra voluntatem et triste, ut dicitur, 5. *Metaphysics* (t. c. 6). Et, secundum hoc, dicitur aliquis ex libertate spiritus aliquid facere, quod lænvplacilo cuæ voluntatis delectabiliter facit ; timore autem servili, quod facit coactus metu pœnæ, et per consequens cum tristitia; mallet enim non facere, nisi pœna timeretur. Patet ergo quod senilitas ex illa parte consequitur limorem, qua (a) ad aliquid faciendum vel dimittendum inclinat. Hæc autem inclinatio non intrat essentiam timoris, sed est effectua ejus; essentiam vero suam habet ex comparatione ad proprium objectum, quod est pœna .«'terna, quam tides judi·cat esse timendam. Unde senilitas est accidens timoris, el non intrat essentiam ejus. Et ideo essentia ejus bona est, quia refugere pœnas sternas non est nisi bonum. Unde servilis timor secundum essentiam suam est a Spiritu Sancto, non tamen «Ionum Spiritus Sancti, nisi communiter loquendo, prout dicimus omne quod esta Spiritu Sancio, esse donum êjus. Sic autem non loquimur de donis. Sed illa cotoditio senilitatis, quæ includit privationem voluntatis justitio», non est a Spiritu Sancto. » — Hæc ille. — Item,ibidem, insolutionesecundæquæstiunculæ, concludit quod « actus limons servilis potest esse bonus el malus ·. El ibidem, in solutione terliæ qmesliunculæ, dicit sic « Timor servilis manet, adveniente charitate, quantum ad substantiam, sed non quantum ad senilitatem. Constat enim quod homo charitatem habens timet pœnas ælernas. quod erat proprium objectum ejus, quantum ad substantiam habitus; quod enim hæc plus timeat quam aha, non est de ratione habitus, sed de ratione senilitatis. » — Hæc ille. — Similia dicit, 2 2 q. 19, art. 6, ubi sic dicit : « Timor servilis ex amore sui causatur; quia est limor pœnæ, quæ est detrimentum proprii boni. Unde hoc modo timor pœnæ potest stare cum charitate. sicut et amor sui; ejusdem enim rationis est quod homo cupiat bonum suum, el quod timeat illo privari. Amor autem sui tripliciter se |>otest habere ad charitatem. Uno modo enim conlrariatur charitah, scilicet secundum quod aliquis in amore proprii boni finem constituit. Alio modo vero in charitate includitur, secundum quod homo se propter Deum et in Deo diligit. Tertio modo a charitate quidem distinguitur, sed charitali non conlrariatur, puta cum aliquis diligit quidem

(a — *quo* Pr.

seipsum secundum rationem proprii boni, ita tamen quod in hoc proprio bono non constituat linem; sicut etiam ad proximum potest esse aliqua specialis dilectio prater dilectionem charitatis quæ fundatur in Deo. dum proximus diligitur vel ratione consanguinitatis, vel alicujus alterius conditionis humanæ, qua· est referibilis ad charitatcm. Sic ergo timor pœnæ includitur uno modo in charitate : nam separari a Deo est quædam pœna, quam charitas maxime refugii. unde hoc pertinet ad amorem castum. Alio modo conlrariatur charitati, secundum quod aliquis refugit pœnam contrariam bono suo naturali, sicut principale malum contrarium l>ono quod diligitur ut finis, et sic limor pœnæ non est in charitate. Alio modo timor pœnæ distinguitur quidem secundum substantiam a timore casto, quia scilicet horno timet malum pœnalonon ratione separationis a Deo, sed inquantum est nocivum proprii boni; nec tamen in illo bono constituitur ejus finis; unde nec illud malum formidatur tanquam principale malum; el talis timor pœnæ potest esse cum charitate. Sed iste timor prrnæts) non dicitur esse servilis, nisiquando pœna formidatur sicut principale malum. Et ideo timor, inquantum servilis, non manet cum charitate; sed substantia timoris servilis cum charilale manere potest, sicut amor sui manere potest cum charilale. ᵗ — Hæc ille. — Ex quibus elici potest quod non quicumque omittit peccare timore pennarum infernalium, peccat in hoc; sed solum quando solum omittit propler hoc, vel principaliter omittit illius pœna· timore, quam fugit sicut summum malum, el in suo proprio lκ>ηο naturali constituit ultimum finem.

Ad aliud, quo dicit scilicet quod illa positio est incompossibilis el includens contradictoria, etc., — palet quid dicendum. Nam nec est incompossibile(S), nec implicans contradictionem, ponere quod casus possit contingere, in quo, nisi aliquo modo voluntarie acceptetur pœna inferni, incurritur novum peccatum mortale, ul &iq>e dictum est. Conceditur tamen quod illa pœilio quæ poneret quod casus potest contingere, in quo ille qui nollet peccare mortaliter, ex hoc incurreret pœnam inferni infligendam a Deo, implicat contradictionem.

A<l aliud, cum dicit quod si hujusmodi pœna inferni posset infligi a dæmone homini nolenti peccare, etc.; — dicitur quod, in tali casu, cum homo non teneatur conformare dæmoni voluntatem suam, nec debet eligere culpam, nec pœnam inferni; sed minus debet abhorrere pœnam inferni quam culpam mortalem, et voluntarie magis reniti culpæ quam |»œnæ; et sic pœnam illam coacte et invite sustinere, n<xr ullo modo voluntarie in se et absolute, sc«l forte voluntarie m sua causa, quia eligit vitare culpam, quæ vitatio est in casu illo causa quod dæmon infligat sibi talem pœnam. Et sic iinalilcr ubicumque occurreret casus quo necessarium esset incurrere culpam vel pœnam inferni, ila quod, secundum rem, vel saltem secundum hominis aestimationem, vitatio culpæ induceret pœnam inferni, semper praeeligenda esset pœna inferni, non quidem in sect absolute, sed in sua causa el conditionaliter, vel ex suppositione. — Cum autem arguens adducit exemplum de malevolo, qui vellet alium occidere, etc.; — dicitur quod exemplum non esi ad propositum, nisi sic dicatur, quod malevolus vult el minatur alium occidere, nisi peccet, puta sacrificando idolis, vel abnegando Christum, vel aliud peccatum committendo. El tunc dicitur, ut prius, quod ille cui immineret talis necessitas, vera vel apparens, debet pneeligere mortem, si non in se, tamen in sua causa, vel conditionaliter.

Ad confirmationem, dicitur quod separari a Deo in perpetuum, pro (pianto est pure poenale, nullo modo includens culpam, potest in aliquo casu secundum rectam rationem eligi, non in se et absolute, sed in sua causa et sub conditione : puta si constaret evidenter Deum velle absolute et simpliciter infligere talem pœnam alicui; talis enim tenetur velle ordinem divinæ ju.sliliæ circa se observari. Et similiter potest eligi conditionaliter, puta si aliter non potest vitari peccatum el oflensa Dei. De hoc sanctus Thomas, *de Malo,* q. 1, ari. 5, ubi arguit sic, tertio loco : α Nihil magis separat a summo bono quam ipsa separatio a summo bono. Sed ipsa separatio a summo bono est pœna. Ergo pœna est magis malum quam culpa, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : κ Dicendum, inquit, quod culpa separat a Deo separatione qme opponitur unioni charitatis, secundum quam quis vult bonum ipsius Dei, secundum quod in se est; pœna autem separata Deo separatione quæ opponitur fruitioni, qua homo fruitur bono divino. Et sic separatio culpæ est pejor quam separatio pœnæ. » Item, quarto loco, arguit sic : « Finis est majus bonum quam ordo ad finem. Sed ipsa privatio finis est pœna, quæ dicitur carentia divinæ visionis; malum autem culpæ est per privationem ordinis ad finem. Ergo majiH vel magis malum est pœna (piam culpa, n Ecce argumentum. Sequitur responsio : d Dicendum, inquit, quod privatio ordinis ad finem potest accipi dupliciter. Uno modo, in ipso homine; et sic ordinis ad finem privatio est pœna, sicut el privatio finis. Alio modo, in actione; et sic privatio ordinis ad linem est culpa; ex hoc enim homo est culpabilis, quod agit per actionem non ordinatam ad finem debitum. Unde non est comparatio mali culpæ ad malum pœnæ sicut privatio finis et ordinis ad finem, quia utcumque aliquo modo privat et finem el ordiqem ad finem. » — Hæc ille._ Ex quibus satis palet quid dicendum ad illam eoniir-

( ) 3 Vtrbo *jtulrtt* uiqur ad orn. Pr.
( ) inct>mpGM»6ik — *inipouibiU* Pr.

motionem : quin magis mala et magis fugienda est separatio a Dca per culpam qunrn {MTponam; et sic non est inconveniens si secunda poled i^e licite aliquo modo voluntaria, ad fugiendum primam, ubi necessarium esset, vere vel apparenter, incurrere unam vel aliam.

Ad aliud quod adducitur, quod non est licitum mala pati, nisi, etc.; — dicitur quod minor est falsa: quia, sicut sæpe dictum fuit, pœna inferni jiolesl esse materia virtutis, vel saltem actus liciti, el recta? electionis vel volitionis prosecutive.— Item, major argumenti illius, et aliquorum pr.ecedentiurn, simpliciter falsa est : quia Christus licite el laudabiliter elegit pali mortem et alias pumas; nec tamen per eas promotus est in bono virtutis, nec facilius peccata vitavit quam sine illis. — Item, per ,κτηηιη inferni, damnatus, secundum opinionem arguentis, nec promovetur quoad bonum virtutis, nec facilius peccata vitat. Ergo ipse habet concedere quod quilibet damnatus tenetur illam pœnam nolle, nec ullo modo eam acceptare, nec absolute, nec cx suppositione, nec in se, nec in sua causa; sed potius reprobare divinam justitiam el ejus ordinem, nec aliquo modo conformare se divinæ voluntati et jusliliæ. Quæ sunt omnia falsa : quia sic teneretur peccare; quod implicat contradictionem.

Ad alia quæ dicil, respondendo adversariis, dicitur primo, quod illa positio adversariorum est possibilis, el secundum rem, et secundum opinionem. Quod enim in aliquo casu necessarium sit vere et secundum rem acceptare pœnam inferni ad vitandum culpam, ostensum est; immo hoc contingit cuilibet damnato, in via, vel in termino. Quod autem possit casus contingere, in quo necessarium sil peccare ad vitandum pœnam inferni, sic quod, si non peccatur, necessario illa pœna incurritur, hoc non potest esse secundum rem, sed secundum falsam opinionem; in quo tamen casu, sic false opinans et perplexus potius haberet pneeligere pœnam illam qiinnt peccatum mortale, ul dit ium ĕst — Dicitur secundo, quoti foriis (i) pure moralis, non sperans aliam vitain, habet in aliquo casu, pro conservatione reipublicæ et Itono proprii habitus, eligere mortem : non quidem in se, vel propter se, aut absolute; sed in sua causa, et propter aliud, et sub conditione. El de hoc in sequentibus latior erit sermo, Domino concedente.

§2. — Ad augmenta contha secundam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. Ad primum contra secundam conclusionem, dirjlur primo, quod distinctio facta de pœna infligenda a Deo, el de offensa(i) Dei, bona esi; ĕti illa duo sunt nmnino idem. Nec valel probatio hujus : quia, licet ira non dicatur in Deo per modum passionis aut peiturb.it.v vel novæ affectionis, el similiter nec offensa, vel odium, vel indignatio; tamen, cum dicuntur de ponunt in Deo aliquem actum justæ el tranquilla? voluntatis, et non pure metaphorice dicuntur, tine aliqua rei veritateelproprietate. Vode ſanctu Thomasl.Cvn-*ha Gentiles, cnp.* 91, sic dicit : « Dicitur Deus aliquando iratus, inquantum ex online suæ -apæntræ aliquem vult punire, secundum illud Psalmi (2 v. 13): *Cum exaruerit in brevi ira ejus. dc.* » Ɗ· odio veru peccatoris, I p., q. 20, art. 2, in solutione quarti, sicdicil < Nihil prohibet unurn ct idem secundum aliquid amari, ct secundum aliquid odio haberi. Deus ergo peccatores, in quantum sunt naturæ quædam, amat : sic enim sunt, et ab ips> sunt. Inquantum vero peccatores sunt, non sunt, sed ab esse deliciunt; et hoc m eis a Deo non est; unde, secundum hoc, ab ipsn odio habentur. › — Hæc ille. — De offensa vero sic dicit, *de Veritate,* q. 28, art. 2: « Ipse Deus dicitur peccatori offensus, vel eum odire, non odio quod opponitur amori quo diligit omnia; sic enim *nihil odit eorum qua fecit,* ul dicitur, *Sapientia* 11 (v. 25); sed odio opposito amori quo diligit sanctos, bona æterna eis pneparando. Hujus autem amoris effectus est donum gratiæ gratum facientis. Unde offensa qua Deus homini offenditur, non removetur nisi per hoc quod gratiam dat. p — Hæc ille. — liem, i· 2®, q. 113, art. 2, sic dicit : < Homo peccando Deum offendit. Offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc quod animis offensi pacatur offendenti. Et ideo secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quod Deus nobis {Micatur. Quæ quidem pax consistit in dilectione qua Deus diligit nos. Dilectio autem Dei, quantum est ex parte actus divini, est æterna et immutabilis; sed quantum ad effectum quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, prout scilicet ah ipso quandoque deficimus, et quandoque iterum ipsum reciqieramus. » — Hæc ille.— Item, i. Sen-*tent.,* di>t. 16, q. 2, art. I. q|' 2. in solutione tertii, sic dicil : « Peccatum mortale ila Deo displicet, quod diam facit ipsum |»eccantem Deo displicere. inquantum pulchritudinem graliæ1, quam Deus in ipso amat, aufert. › — Hæc ille. — Ex quibus omnibus patet quod offensa {Missive dicta, qua Deus dicitur offensus, formaliter, non pure metaphorice, dicitur de Deo; nec est solus effectus Dei in peccatore, positivus aut privativus; sed, ultra hoc, ponit in Deo aliquem actum voluntatis, qui est principium talis pœnæ inflicta? peccanti, positi ve vel privative; licet non dicatur univoce de Deo el de creatura.

Dicitur secundo, quod, {Kisito, sed non concesso, quod offensa Dei et pœna inflicta |»eccatori non distinguerentur realiler, sed sola ratione, tamen non propter hoc vanum esset quærere sub qua

(i) *forti».* — *forte* Pr.

ratione peccatum debel magis displicere, scilicet vel ut est offensa Dei, vel ut eat nocivum peccatori. Quod ostendit sanctus Thomas, in quodam simili, 1· ⁋ q. 36, art. 1, ubi quærit ; Utrum bonum amissum, sit magia causa doloris quam malum conjunctum. Et in responsione sic dicit : α Si hoc modo se haberent pri\ationcs in apprehensione anima? sicut se habent in ipsis rebus, ista quaestio nullius momenti esse videretur. .Malum enim est privatio Ijoni ; privatio autem in rerum natura non est aliud quam carentia oppositi habitus; et, secundum hoc, idem esset tristari de bono amisso et de rnalo habito. Sei (a) tristitia est motus appetitus apprehensionem sequentis; in apprehensione autem ipsa privatio habet rationem cujusdam entis, unde dicitur ens rationis; et sic malum, cum sit privatio, se habet per modum contrarii. Et ideo, quantum ad motum appetitivuin, differt utrum respiciat principalius malum conjunctum vel bonurn amissum. Et quia motus appetitus animalis hoc modo se habet in operationibus animæ sicut motus naturalis in rebus naturalibus, ex consideratione naturalium motuum hujus veritas accipi potest. Si enim accipiamus in molibus naturalibus accessum et recessum, accessus per se respicit id quod est conveniens naturæ, recessus autem per se respicit id quod est contrarium natura·; sicut grave per se recedit a loco superiori, accedit autem naturaliter ad locum inferiorem. Sed, si accipiamus causam utriusque motus, scilicet gravitatem, ipsa gravitas per prius inclinai ad locum deorsum quam retrahat a loco sursum, a quo recedit (6), ut deorsum tendat. Sic ergo, cum tristitia in motibus appetitus se habeat per modum fugm vel recessus, delectatio autem per modum prosecutionis vel accessus, sicul delectatio per prius respicit bonum adeptum quasi proprium objectum, ita tristitia respicit malum conjunctum; sed causa delectationis ‹•l tristiliæ, scilicet amor, per prius respicit bonum quam malum. Sic ergo, eo modo quo objectum est causa passionis, magis proprie causa tristitiæ vel doloris est malum conjunctum quam bonum amissum. › — Hæc ille. — Sic, in proposito, dato quod offensa Dei et nocumentum hominis essent idem realiter, cum differant ratione, non esset vanum qua rere de quo illorum debeat potius dolore contritus. Et, si pnedicta volumus applicare ad propositum, cum in peccato offensa Dei babeat potissime rationem mali, nocumentum autem potius habeat rationem boni amissi, inde est quod contritus plus debet dolere de peccato inquanlum est offensa Dei, quam de eodem ut est nocumentum proprii subjecti.

Dicitur tertio, quod, quidquid sit de offensa Dei passive dicta, tamen manifeste patet quod offensa active dicta, et ex parle peccatoris, non est idem quod |xena a Deo inflicta. Quia, si essent idem, non solum sequerentur omnia illa inconvenientia quæ arguens recitat, ab aliis inducta contra se, immo multa alia, ut puta quod, sicut Deus est auctor (a) pœnæ, ita et propriæ oflbnsæ, ct culpæ humanæ, et peccati; nullus enim potest negare quin peccatum mortale sit offensa et culpa; et sic, consequenter, Deus esset ultor eorum quorum est auctor (C), el esset injustus judex; el alia innumerabilia. Quod autem in peccante sil offensa active dicta et proprie, ostendit sanctus Thomas, *de Veritate,* ubi supra (q. 28, ari. 2), dicens : α Offensa, quæ ex peccato sequitur, sine gratia non potest aboleri; sive accipiatur ex parte hominis, inquanlum homo peccando Deum offendit; sive ex parte Dei, secundum quod peccatori est offensus, secundum illud Psalmi (5, v. 7) : *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Quicumque enim rem aliquam digniorem indigniori supponit, injustitiam ei facit ;el tanto amplius, quanto res est dignior. Quicumque autem in re temporali finem sibi constituit (quod facit omnis mortaliter peccans), ex hoc ipso, quantum ad affectum suum, pra?ponit creaturam Creatori, diligens plus creaturam quam Creatorem; finis enim est quod maxime diligitur. Cum ergo in infinitum Deus creaturam excedat, erit peccantis mortaliter contra Deum offensa infinita ex parte dignitatis ejus cui per peccatum quodammodo injustitia fit, dum Deus contemnitur, el ejus præceptum. Unde ad abolendam hanc offensam non sufficiunt vires humanæ, sed requiritur munusdivinægratiæ. » —Hæc ille.— Ex quibus patet propositum.

Dicitur quarto, quod arguens male respondet ad argumenta alterius partis. Nam responsio quam dat ad *primum,* non valet, propter duo. Primo, quia dicit quod distinctio de offensa acti ve el passivo dicta solum habet locum in illis ubi motus displicentiæ causatur ab offendente exlrinseco. Hoc enim falsum est, tam in displicentia quæ est in Deo, quam de illa quæ est in angelis, quam de illa quæ est in animabus beatis; talibus enim peccata displicent, et tamen illa displicentia non causatur ab exlrinseco. Secundo, deficit illa responsio, quia dicit quod omnis offensa active dicta supponit vel causât vel infert offensam passive dictam. Hoc autem falsum est : quia ego possum offendere aliquem, vel sibi irrogare injustitiam in rebus, vel amicis, vel in fama, ipso nesciente; et, per consequens, in illo non causabitur ex offensa activa aliqua offensa passiva. Nec valet quod dicit, quod actio infert passionem, etc. Quia, licet hoc sit verum logicaliter loquendo, vel grammaticaliter, scilicet quod propositio de verbo activo infert propositionem aliquam de verbo pas-

(>) ÇW<1. — Ad Pr
(C) rtreiU. — recttfai Pr.

te) *auctor.* — *actor* Pr.
(C) *auctor.* — *actor* Pr.

sivo, non tamen est generaliter verum, philosophice loquendo; sicut pâlot <le interna Dei actione, cui non corresponde! aliqua interna poMio; upc productioni Filii, aut Spiritus Sancti, qua· sunt veraciter actiones, corresponds nliqiia pasmo. Similiter actionibus immanentibus in creaturis non correspondent ăli quæ passiones subjective exsistentes ſnsui objectis: sicul intolligere lapidem, est aliqua actio; sed lapidem intellitfi, non eat aliqua passio in lapide. Sir in proposito, dato quod in Deo nulla esset offcn&i passive dicta, nec passio, non per hoc probatur quod in peccante non sit offensa active dicta. Et ideo dicit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 15, q. I, art. 4, in solutione priinæ quæsliunculæ : ‹t Recompensatio offensai importat adæqnalionem, quam oportet esse ejus qui offendit ad eum in quem offensa commissa est. Adæquatio autem, in humana justitia, attenditur per subtractionem ab uno qui plus habuit justo, et additionem ad alterum cui subtractum est aliquid. Deo autem,quamvis ex jmile sua nihil subtrahi po<sit, tamen peccator, quantum in ipsoest, aliquid ei subtraxit peccando. Unde oportet, ad hoc quod recompensatio liat, quod aliquid subtrahatur a peccante per satisfactionem, et in honorem Dei cedat, etc. ſ» — Hæc ille. — Similo dicit, art. I, qu 3, in solutione quarti, dicens : ɑ Deo, secundum rei veritatem, nihil subtrahi potest; quamvis peccator, quantum in se est, aliquid subtrahat, etc. * — Hæc ille. — Ex quibus patet quod solutio ad primum data non valet. — Similiter nec solutio *secundi,* Tum quia repetit illud falsum improbatum, scilicet quod offensa Dei passive dicta non ponat aliquem actum voluntatis ex parte Dei, sed solam denominationem metaphoricam. Tum quia, dato quod ita esset, incidit in id quod vitare intendit : quia talis denominatio differt a |xuna, et a respectu nocivi, cum tales respectus, vel denominationes, sint ad diversos terminos. Tum quia offensa active dicta differt a pœna, dato quod offensa passive dicta non differret ab ea, re absoluta. — Denique responsio data nd tertium non valet. Tum quia detrahit doctoribus. Tum quia incidit in id quod vitare intendit : quia, secundum eam, aliam habitudinem ve) comparationem habet culpa nd pœmun quam inoretur et perquam nocet proprii» subjecto, et aliam ad Deum, cujus honori et præcaptis el amicitiiu pnejudical; et ideo rationabiliter qmeri potest ex qua consideratione sil detestabilior, sicul quærit quæstio. De hoc sanctus Thomas (1. Sentent.), dist. 14, q. 2, art. I, q'· 2. sic dicit « Peccator, per affectum peccati, amicitiam Dei violavit; ct per inobedientiam divinæ legis, honorem Deo debitum subtraxit. Et ex primo amittit gratiam, et incurrit offensam; ex secundo moretur pœnam, ut abeo qui per (‹x) inobedientiam subtraxit,subtrahalur ſx |»œnam. Et hoc meritum pœnæ dicitur reaſu El ideo (i) per poenitentiam, qua homo Deo se supponit, peccata preterite detestando cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensam; sed non oportet quod remittatur quantum ad totum reatum, nisi pœna jam soluta. Et sic per pœnitentiam, non simul cum culpæ dimissione, totus etiam reatus dimittitur. › — Hœc ille. — Similia dicit, ‡·2 q. 87, art. 6, ut alias recitatum fuit (6).

(a) per. — Om. Pr,

s 3. — Ad argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Ad primum ejusdem contra tertiam conclusionem, dicitur primo, quod distinctio illn præambub, falsa ‹M quoad hoc quod dicit de Iκ>ηο communi et proprio, si intelligal de bono vite corporalis. Nam, secundum rectam rationem, fortis pure morulis plus diligit vitam corporalem mille civium, vel omnium habitantium civitatem, quam suam propriam; et ideo exponit se morti pro conservatione vite corporalis omnium civium, secundum quod docet Philosophic, 3. *Ethicorum,* cap. β, ubi mortem quam fortia sustinet in bello pro defensione reipublicæ, vocat Imnam mortem, dicens *Videbitur autem utique neque circa mortem qua in* omni *fortit* esse, *puta* in *mari, ve! in æ^ritudinibus. In quibus ergof Vel* in *optimis. Talis autem qu:o* in *bello* , in *maximo enim ct optimo periculo. Principaliter autem dicetur utique fortis, qui circa bonam mortem impavidus, ct quxeumque mortem infe-runt repentina exsistentia; talia autrm maxime qux secundum bellum,*— Hœc ille. — Item, cap. 9, sic dicit : *Videbdur utique qui secundum fortitu·dinem finis delectabilis, ab his autrm* (γ) *qui circa finem (£) evanescere, quale et* in *gymnasticis agonibus fit. Pugilibus enim /inis quidam dele·ctabilis cujus gratia, corona* (i) *et honores. Perculi autem dolorosum, si carnales sunt, et triste omnis labor. Propter multa hxc esse, parum exsistens cujus gratia, nihil delectabile habere videtur. Si* (ζ) *utique et tale est quod circa fortitudinem, mors quidem et vulnera tristia forti et volenti erunt.Sustinet autem hxc quoniam bonum, vel quoniam non turpe. Et quanto utique virtutem habeat omnem, el felicior sit, magis* in *morte tristior erit ; tali rnim maxime vivere dignum, et iste maximis bonis privatur sciens ; triste autem*

(») rwwi. — Ad. Pr.
(6) Cfr. II, q. 1, id t·'" Scoti contra tertiam conclu«ioncin.
(γ) (ii/trni. — *enim* Pr.
(δ) *finem. fines Pr.*
(·) rurorui. — conofiorn Pr.
(Q Si. — Sk Pr.

hoc. Sed nihil minus fortis. Forsitan autem ct magis est, quoniam in bello bonum prx (a) *illis eligit.* — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, licet fortis trMelur et dolent de morte sua, tarnen illam sustinet sciens et volens, in talio quod communiter suscipitur pro bono communi defendendo.

Dicitur secundo, quod etiam distinctio illa falsa est quantum ad illud quod dicit de persona privata, et contra Philosophum, 9. *Ethicorum*, cap. 8, ubi sic dicit : *Malo quidem dissonant quæ oportet agere, et quæ agit. Omnis enim intellectus eligit optimum sibiipsi; cpiiches autem obedit intellectui. Verum enim quod dicitur de studioso, ct, amicorum gratia, multa agere ct pali, et,.si oporteat, mori. Projiciet enim ct pecunias et honores, et totaliter circ.umpugnabilia bona, procurans sibi Ipsi optimum. Per paucum enim tempus delectari valde magis eliget utique, quam multum quiete; et vivere bene annum, quam mullos annos qualitercumque; ct unam actionem bonam et magnam, quam multas et parvas. Moricnlibus* (6) *autem hoc forte accidit. Eligunt utique magnum bonum sibi ipsis. Et pecunias projiciunt utique, in quo plura recipient amici. Fiunt enim amico quidem pecunix, ipsi autem bonum. Majus autem bonum sibiipst tribuit.* — Hæc ille. — Quod exponens beatus Thomas, in *Scripto* (led. 9), sic dicit : ‹ Magis eligit (γ) per j»aucum tempus multum delectari in magno opere virtutis, quam per multum tempus quiete, id est, mediocriter delectari in mediocribus operibus virtutis. Et magis eliget excellenter bene vivere per annum, quam per multos mediocriter. Et similiter, magis eliget unam actionem bonam et magnam, quam mullas bonas et parvas. Hoc autem accidit his qui moriuntur propter virtutem : quia, licet minus vivant, una tamen sola actione, qua se pro amico exponunt, majus bonum faciunt quam iu aliis multis actionibus. Et ita in hoc quod se exjionunt morti pro amicis, virtuose agendo, magnum tamum sibiipsis eligunt, n — Hæc ille.

De prædiclis duobus sanctus Thomas, 2· 2”, q. 123, art. 5, sic dicit : u Fortitudo confirmat animum hominis contra maxima pericula, quæ sunt pericula mortis. Sed quia fortitudo virtus est, ad cujus rationem perlinet quod semper tendat in bonum, consequens est ul homo pericula mortis non refugiat propter aliquod Ixmum prosequendum. Pericula autem mortis quæ ex ægritiidine, vel tempestate maris, vel ex incursu latronum, vel si qua alia sunt hujusmodi, non videntur directe alicui imminere ex hoc quod prosequatur aliquod Ixmum. Sed pericula mortis quæ sunt in bellicis, directe imminent homini propter aliquod bonum, inquantum scilicet defendit bonum commune per justum talium. Et, secundum hoc, concedendum est quod fortitudo est circa pericula mortis quæ eel in bello. Sed etiam circa pericula cujuscuinque mortis alterius fortis bene se habet; præsertim quia cujuslital mortis periculum potest homo subire propter virtutem, puta cum aliquis non refugit amico infirmanti obsequi propter timorem mortifera» infectionis, vel cum non refugit itinerare ad aliquod pium negotium prosequendum propter timorem naufragii vel latronum. » — Hæc ille.

Dicitur tertio, quod, secundum non credentes aliam vitam, mora non est summum malum hominis simpliciter, sed solum inter mala pœnalia. Nam, secundum Philosophum, peccatum est pejus morte corporali. Quod palet : nam, 3. *Ethicorum,* cap. 8, sic dicit : *Turpe quidem fugere, ct mors tali salute, eligibilior.* Item, cap. I , sic dicit : *In operationibus autem quandoque laudantur, quandoque turpe aliquid vel triste sustinent pro magnis et bonis. Cum autem e converso, vituperantur : turpissima enim sufferre pro nullo bono, vel modico, pravi est. In aliquibus autem laus quidem non fit; venia autem quandoque, propter hoc quod operatur aliquis quæ non oportet, qux humanam naturam excedunt, et nullus utique sustineret. Quædam autem fortassis non est cogi, sed magis moriendum patientem durissima. Etenim Euripidis Alcmxone derisoria* (x) *videntur cogentia matrem occidere.* — Hæc ille. Quod exponens beatus Thomas, sic dicit, ibidem (led. 2) : « Quædam operationes sunt adeo mata, quod ad eas faciendas nulla sufficiens coactio adhiberi potest; sed magis debet homo sustinere mortem, patiendo durissima tormenta, quam talia operari; sicut beatus Laurentius sustinuit adustionem craticulae, ne idolis immolaret. El hoc ideo dicit Philosophus, vel quia morienti propter virtutem remanet post mortem gloria, vel quia fortiter persistere in bono virtutis est lanium bonum ul ei æquiparaii non possit diuturnitas vita.·, quam homo moriendo perdit, n — Itac ille. — Ex quibus patet quod, secundum Philosophum, qui aliam vitam ignoravit, majus bonum est bonum virtutis quam diuturnitas vitæ corporalis, et majus malum est peccatum quam privatio vit.»· per mortem.

Dicitur quarto, quod minor primi argumenti est fidsa. Nec valet ejus probatio, propter duo. Primo, quia supponit quod mors unius civis non aliter secundum nos possit prodesse bono communi reipubliée, nisi pro quanto facere videtur ad victoriam in talio. Hoc autem non dicimus nos, neque dicerent philosophi quia aliis modis potest mors civis unius, vel plurium, reipublicæ prodesse;sicut patet

(a) *pr». — pro* Pr.
(<) *Moritnhbui. — Moribus* Pr.
(γ) *Magis eligit. —* Om. Pr.

(a) *Alcmeoiie derisoria. — Almeona derisorium* Pr.

ex exemplis antiquorum, qui mortui sunt pro republica; qua· refert Auctor *Sitmmio collationum,* |Mrd Valerium et Vegetium el Augustinum. Narrat enim de quodam, in cujus capite cum picus sedisset, et affirmarent aruspices eo occiso fore reipublic.i· «latum felicissimum, suæ veru domus miserrimum, conservatoque pico, in contrarium ulrumqucausurum; at ille picum in conspectu Senatus morsu suo necavit. Similiter narrat de Cosdroe, qui exposuit se morti, ut sui vincerent. Similiter Augustinus, 5. *de Civitate Dei,* cap. 18, narrat de quodam, qui praecipilavit se in hiatum terne, cum esset dictum ab oraculis deorum ut illud quod Romani habebant optimum, illuc mitteretur. Similiter, ibidem, narrat quornodo Decii se occidentes, iram deorum placaverunt. Item, constat quod mor- Aclian profuit loti populo Israel,ad placandum iram Dei, *Joiue 'I.* Similiter, mors Seba? profuit loti cixitati Abel.e, ad tollendum obsidionem Joab, 2. *Kegum* 20. Similiter, nioi-s septem virorum de stirpe Saul profuit tuti populo Israel, ad placandum iram Ilei, qui immiserat famem tribus annis. 2. *Regum* 21. Similiter, submersio Jonae profuit omnibus exsistentibus in navi, ad sedandum lempotalein maris, *Jonx* 1. El multa alia exempla possent induci. — Secundo, dicta minoris probatio non valet; sed falsum assumit, in hoc quod dicit quod mors unii» civis in nullo prodest ad obtinendum victoriam «le inimicis, sed obesi, etc. Hoc siquidem non valet quia, licet mors civis, secundum quoti in se consideratur, per modum privationis vel passion», non facial nec prosit ad obtinendum victoriam in bello; tamen, secundum quod consideratur in sua causa vel antecedente, vel concomitante, vel consequente, potest esse causa victoriæ. Dico autem in sua causa vel antecedente: quia occisio hostium, et labor in percutiendo et sustinendo ictus el vulnera, est siOpe causa el antecedens ad mortem; constat autem talia multum conferre ad victoriam in bello. Dico autem concomitans, vel consequens : quia mois unius fortiter pro republic a tolerata, exemplum et animatio esi reliquorum ad aggrediendum el fortiter sustinendum pericula mortis in bello, scilicet ad invadendum, occidendum, percutiendum hostes, et ad persistendum in bello, et ad non fugiendum de eodem; qme constat mullum conferre ad victoriam. Item, quis neget mortem Samsonis profuisse ad victoriam populi el protectionem ejus ab incursu Philistinorum, *Judicum* 16?

Dicitur quinio, quod argumentum, si aliquid concludat, hoc solum concludit, quod fortis non debet digere moi i in lællo, sic quod velit mortem in se et absolute. Potest tamen laudabiliter et virtuoso eligere mortem in sua causa, el sup|K>si(ione, el propter aliud, modo quo superius dictum fuit.

Ad confirmationem. negatur major. Nec simi litudo valet ; quia mors omnium civium simul nuit jxdesl cedere in bonum reipubiiCæ sicut mors unius solum, ălii- jx«t ejus mortem victoriam el pacem ex ejus morte reportantibus. Constat enim quod mors Eleazari, qui moriens interfecit elephantem, el ad terram dejecit ♆ecta super eum milites, de quo, 1. *AJachab.* 6 (v 46), profuit populo Israel, et nocuit hostibus; ct tamen mors totius exercitus Judæ, cujus ille erat para, in nullo profuisset reipublica·. Sicut nec valet ista similitudo, *Praecisio vd expositio manus pro salute capitis eat utilis toti corpori'Crgo prxeeisioomnium membrorum simul t̃ utilis toti corpori,* w-d est fallacia compositionis cl divisionis.

Ad aliam formam ibidem factam, dicitur quod major in uno sensu est neganda, et in alio concedenda. Si eniin major sic intelligalur, quod nullus aggrediens bellum sub ape victoriæ qua ipse vincat, eligit mori in bello, concedenda est; sed minor ad illum sensum neganda est; sufficit enim forti quod vel ipse vincat, vel exercitus, aut respublica, cujus ipse est pars, vincat. Si autem major intelligatur sic, quod nullus aggrediens bellum sub spe victoriæ qua ipse, vel alius, aut sua respublica, vel suus dux, aut exercitus vincant, eligit mori in bello, tunc major neganda est, et minor concedenda. Et >ic neutro modo argumentum concludit propositum >uum contra sensum conclusionis.

Ad secundum principale, negatur minor. Dicitur enim quod ille qui eligit mortem non in se. sed in sua musa, el m suo antecedente, vel concomitante, vel consequente, efficitur melior vel minus malus quam prius esset, propter adeptionem antecedentis vel concomitantis vel consequentis mortem, el hoc, vel in se, vel in republics cujus esi pars. Bonum enim totius est bonum partium, el bonum partis potius rqæritur in tuto quam in parte, ut supra dictum est. Ille etenim qui sic eligit mortem, vel saltem voluntarie illam sustinet, efficitur melior in hoc quod exeivet optimum actum virtutis fortitudinis. Nec valet si dicatur quod ille actus non stat cum morte. Sciendum enim est quod mors potol dupliciter considerari : uno modo, prout est in facto esso; nlio modo, prout est in fieri. Primo modo, secundum opinionem Gentilium. non stat cum actu virtutis. Sed secundo modo, stat quia mors dicitur esse in fieri, quamdiu durat alleralio inducens mortem; stante autem illa alteratione. fortis exeivet actum fortitudinis, tam agendo quam (utiendo, pvi>i>ten<k> iu bono rationis. Et de hoc, in suo simili, loquitur smetus Thomas. 2· 2T, q. 124. art. 4. ubi arguit sic, quarto loco : < Martyrium est actus meritorius. Sed actus meritorius non potest ossi? post mortem. Eiyo ante mortem. El ita mors non est du rutione martyrii. » Ecce aigumenlum. Sequitur ros|M>nsio : < Dicendum quod meritum martyrii non v>l po<l mortem, sed in ipsa voluntaria sustinentia mortis, prout scilicet aliquis volun-

Urie patitur afflictionem mortis. Contingit tamen quod quandoque aliquis post vulnera mortalia pro Christo suscepta, vel quascumque alias tribulationes continuatas usque ad mortem, quas a persecutoribus patitur pro fide Christi, adhuc vivat: in quo statu actus martyrii meritorius est, et in ipso eodem tempore quo hujusmodi afflictiones patitur, a — Hæc ille. — Item, 3 p., q. 50, ari. 6. sic dicit : « De morte Christi possumus loqui dupliciter : uno modo, secundum quod est in fleri ; alio modo, secundum quod est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem, vel naturalem, vel violentam, tendit in mortem. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi, et de passione ejus. Sed in facto es«e, mors consideratur secundum quod jam facta est separatio corporis et animæ. Primo modo mors Christi fuit causa nostrae salutis per modum meriti, non autem secundo modo. » — Hæc ille. — Sic, ad propositum, dici potest quod mors fortis pure moralis, prout est in fieri, stat cum actu virtutis. — Item, sciendum est quod arguens aliud falsum assumit in hoc argumento, et procedentibus et sequentibus, scilicet quod Gentiles philosophi senserint quod foriis moriens efficitur omnino non ens. Hoc enim falsum est : quia omnes philosophi, Peripatetici el Stoici, senserunt animam rationalem remanere post mortem penitus immortalem. Et de hoc alias, Domino concedente, videbitur latius, in hoc Quarte (dist. 43, q.

Dicitur ulterius, ad quædam addita in argumento, quod fortitudo pure moralis non solum consistit circa timores et audacias periculorum futurorum , de quibus non est certum quod inferant mortem; immo circa tristitias praesentium, de quibus certum est quod inducunt mortem. De hoc sanctus Thomas, 2ª 2", q. 136, art. 4, in solutione secundi, sic dicit : « Actus fortitudinis non solum consistit in hoc quod aliquis in bono perseveret contra timores futurorum periculorum, sed etiam ut non deficiat propter praesentem tristitiam sive dolorem; el ex hac parte habet affinitatem cum patientia. Et tamen fortitudo est principaliter circa timores, ad quorum rationem pertinet fugere, quod vitat fortitudo. Patientia vero principaliter est circa tristitias: nam patiens aliquis dicitur non ex hoc quod non fugit, sed ex hoc quod laudabiliter se habet in patiendo quae prosentialiter nocent, ut scilicet non inordinate ex eis tristetur, etc. » — Hæc ille. — Ex quibus, et aliis procedentibus, patet quod, dato quod alicui civi constaret certitudinahter eum moriturum in liello, dum tdmen cum hoc constaret sibi vel probabiliter speraret quod mors sua bonum totum reipublicæ gigneret, adhuc laudabiliter exponeret se tali periculo, quod Philosophus (3. *Ethicorum* , cap. 6) vocat optimum.

Ad tertium principale patet responsio per prodicta. Includit enim multa falsa. Primum est, quod illius qui moritur pro republics, bonum proprium non includatur in bono communi. Hujus enim falsitatem testatur Philosophus, ubi supra (0. *Ethicorum,* cap. 8), dicens quod moriens pro amico majus bonum acquirit sibi quam amico, scilicet bonum virtutis.Quo posito, sed non concesso, dicitur quod, licet secundum Philosophum non duraret post mortem, nec in morte prout est in facto esse, durat tamen quamdiu mors est in fieri, et similiter quamdiu acceptetur periculum mortis, scilicet pugna belli. Secundum falsum, est quod fortis pure moralis non debet exponere se periculo mortis, de quo non sperat evadere, pro bono reipublicæ. Hujus enim falsites superius (a) est ostensa. Tertium est, quod mors unius civis pure moralis in nullo casu prodest, sed semper obest reipublicæ. Quartum est, quod non licet forti pure morali eligere mori pro republica, nec in se, nec in aliquo antecedente, vel concomitante, vel consequente. Horum enim falsites est nota cuilibet vero philosopho.

Ad quartum principale dicitur quod penitus subvertit mentem ct verba Aristotelis. Nam Aristoteles, 9. *Ethicorum* (cap. 8), negat illam falsam consequentiam, in qua se fundat arguens : scilicet aliquis exponit se morti pro amico; ergo plus diligit amicum quam seipsum. Immo, ut (C) allegatum est (γ), in hoc quod exponit se morti pro amico, magis diligit seipsum quam amicum, et majus bonum procurat sibi quam amico. — Dicitur secundo, quod fortis virtuose tolerat mortem non solum casualem el omnino involuntariam; immo laudabiliter et virtuose tolerat, pro bono reipublicæ vel privata' personæ, mortem voluntariam el aliquo modo electam, modis prius dictis. Et hoc patet : quia Aristoteles, 3. *Ethicorum*, cap. 6, mortem in bello pro republics susceptam vocat frequenter *bonam mortem* el *optimum periculum;* ergo, secundum eurn, habet aliquid appetibilitetis sicut el bonitatis, cum omne bonum sit appetibile, secundum eum, I. *Ethicorum* (cap. 1).— Dicitur tertio, quod nullus virtuose exponit se periculo mortis pro conservatione suorum bonorum temporalium propriorum, pro quanto sunt pure temporalia el pure propria, sed pro quanto habent aliquid spirilualitatis vel communitatis : puta, si sint necessaria ad actum virtutis, ad quem tenetur ex praecepto, vel alio modo; vel si talia bona sint collegii vel communitatis, cui tenetur providere; tunc virtuose pro talium conservatione potest se exponere periculo mortis. Nec sequitur quod plus diligat talia quam seipsum, sed quod plus diligit bonum virtutis quam vitam corporalem.

(a) Cfr. § pra-s., ad ®;
(β) ut. — et Pr.
(t) § pnes., ad h» et ad 3α®.

Ad argumentum contra quæstionem, respondet Petrus de Palude (dist., 17, q. 1), dicens quod ‹ major argumenti est vera, quando illud quod plus habet de bono, et minus de malo, non includit in se aliquod ineligible, sicut est malum culpte. Vel potest dici quod rninor est falsa : quia malum colpæ est pejus omni malo naturæ Unde bonum natural cum malo culpa» est pejus (α) quam *non* ewe, quia *non esse* non est malum. Item, pejus est quam bonum naturæ cum malo pœnæ: quia malum culp» est pejus malo pœnæ (6) per se sumpto; ergo cum alio, cuderis paribus; quia (γ), si imequalibus aqualia addantur, fiunt inæqualia composita, sicut erant simplicia d. — Hæc Petrus. — Ulterius dicit ad quieslionern principalem, quod, c cum quæritur utrum potius sil eligendum *non esae* vel damnari quam peccare, ista positio est impossibilis. Non enim potest poni quod homo accessitetur vel peccare, vel annihilari, vel damnari : quia nec hoc potest Deus facere, quin induceret ad peccandum; nec creatura, quæ non potest annihilare. Dato etiam quod, sicut tyrannus poterat occidere corpus nolentis idolâtrera, sic dæmon posset annihilare animam nolentis precare, adhuc non potet licite ip^e alterum eligere; sed haberet necesse, vel unum eligere, vel alie· rum pati invitus; sicut aliquis torquetur ‡nvitu vel verberatur, quia non vult facere alterius voluntatem. Et ideo bene dicitur quod, posito hoc, per impossibile, non deberet hoc nec illud eligere, sed peccatum respuere, et annihilalionem vel damnationem invitus sustinere : quia malum naturæ non licet eligere, nisi pro necessitate vel utilitate virtutis; quorum neutrum est hic. Dico autem *virtutis,* vel *prannii virtutis.* Unde martyres, qui poterant non eligere negare fidem' et non eligere sed involuntarie sustinere mortem, nihilominus, eligendo sustinere mortem, per quam consequebantur premium virtutis, recte agebant. Si quis autem non credens aliam vitam, ubi non tenetur se exponere morti, ne consentiret peccato gravi, eligeret mortem sustinere, ubi mors non esset necessaria, quia liberum arbitrium non potest cogi, nec esset materia precepti, eligeret nihilominus sustinere mortem, quando secundum ejus conscientiam non esset utilis prœmio virtutis, peccaret; sed tunc deberet sustinere non voluntarius. Quod ergo dicit Philosophus (3. *Ethicorum,* cap. 1), quod quædam sunt adeo prava, ut melius sit mori quam ei»consentire, intelligendum est secundum ejus opinionem, sic quod passio mortis non eligatur. Vel posset dici quod, sicut quando tenetur se exponere morti, tunc est electio mortis necessaria ad actum fortitudinis; ita, (piando occiditur, vel annihilatur, est sibi necessaria patientia; et, per consequens, per actum virtutis patienti» eligit sustinere mortem, vel annihilationem, propter Deum, qui est potens annihilatum reparare, vel damnatum salvare. Sed, supposito quod non esset reparandus, vel salvandus, cum electio mali non sit recta nisi propter majus bonum quod eligendo acquiritur, quam sit illud quod per malum privatur, cum per annihilationem vel damnationem perpetuam, electam vel susceptam, homo non possit consequi majus bonum quam sit bonum naturæ, gratiæ el gloriæ, quæ per illa tolluntur, inde est quod bene eligi nun possunt; et sic semper esi peccatum illud eligere. Sed, posito, per impossibile, quod non esset peccatum illud eligere (a), tunc magis esset eligendum quam peccare, › — Hæc ille. — Ulterius dicit quod ‹ licitum est eligere malum naturæ, vel quodeumque aliud malum pœnæ, pro vitando quocumque malo culpæ, quando aliter vitari non potest ; sicut quando homo tenetur se exponere morti pro defensione reipublicæ, etiam ubi scit se non posse evadere, vel ubi hoc est proficuum ad actum virtutis; dum tamen ipsa electio non sit alias peccatum. › — Hæc ille.

In quibus aliqua recte dicit. Sed in aliquibus deficit; potissime cum dicit quod illa positio, quæ poneret quod homo necessitetur peccare, vel annihilari, aut damnari, est impossibilis. Si enim hoc sic inlelligatur, quod impossibile est, de quacumque potentia Dei, ordinata \el absoluta, contingere castnn, in quo quis, non eligendo vel voluntarie sustinendo annihilalionem vel pœnam perpetuam inferni, incurreret peccatum, el, eligendo talia, vitaret peccatum, falsum dicit, sicut supra dictum fuit (è). Si autem intelligal quod in nullo casu possibili, potest contingere quod aliquis, eligendo peccatum aut peccando voluntarie, vitaret et poenam inferni et annihilalionem, et. nisi voluntarie peccaret, talia mala incurreret, verum dicit. Nec sequitur quod in primo casu Deus cogeret aut necessilaret ad peccandum. nec similiter quod eligeretur malum nature sine necessitate virtutis. — Secundo, deficit in hoc quod dicit, quod non sperans aliam vitam, in nullo casu debet eligere passionem mortis^ sed eam invitus sustinere. Si intelligal quod nullo modo debet eam eligere, neo in se, nec m sua causa, vel antecedente, concomitante, aut consequente, nec voluntarie sustinere, quocumque modo sumatur voluntarium, fal>um dicit. — Tertio, deficit in hoc quod dicit, quod ille qui non speraro! se reparandum vel salvandum, non potest licite eligere in quorumque casu nec voluntarie sustinere annihilationem aut damnationem æternam. Hujus enim falsilas patet ex dictis. Nec valet probatio hujus. Quia

( ) a verbo *omni* usque ad *pejiu,* om. Pr.
( ) *fxrn/r. — naturir* Pr.
(γ) çuia. — *quod* Pr.

(ı) n vorbis Nλ / ptMifo ȶur ad fhprre, orn Pr
(S) Cfr. respont. ad -irg. Durandi contra prunam conclusionem.

electio mali non solum est recta quando propter hujusmodi electionem majus bonum acquiritur quam sit illud quo per Late malum privatur; immo potest esse recta quando per talem electionem, etsi nullum aliud Itonum ab ipsa acquiritur, tamen ₹ita tur majus malum quam sit illud quod eligitur. Constat autem quod majus malum est culpa inobedientiæ et detestationis divinæ ordinationis et justa» voluntatis, qua vult aliquem damnari, quam sil ipsa damnatio pro quanto est pure pœna, vel quam sit annihilation quam Deus posset juste velle alicui infligere, et sibi indigendam revelare, et circa hoc dare sibi pneceptum obedientiæ ct patientia».

Consonat huic responsioni Ilenricus, duodecimo *Quodlibeto,* q. 13, ubi sicdicit: α Illud quod debet fleri secundum rectam rationem, tenet aequaliter apud omnes; nec de hoc debet aliter judicare sperans aliam vitam quam non sperans, nec catholicus et philosophus. Constat autem quod secundum rectam rationem eligendum est mori pro republica (a), sperando aliam \itam, non tam pro pnemio futuro, quam quia peccaret nisi vitam corporalem pro republica exponeret. Ergo non sperans aliam vitam, debet hoc eligere secundum rectam rationem, cum opera virtutum sint facienda, el opera vitiorum sint fugienda. Et sic pro republics debet quilibet eligere mori. Nec oportet addere cum *necesse fuerit,* sed *pro temeritate sua.* Nec oportet addere *pro salute reipublicæ,* et *non pro jactantia ct honore proprio,* quia fortis non esset. Unde dicit Philosophus, 3. *Ethicorum* (cap. 6): *Principaliter autem dicetur fortis,* qui *circa bonam mortem impavidus, et (pitecumque inferunt talia,* quæ *maxime sunt circa bellum.* Et, 9. *Ethicorum* (cap. 8) : *Amicorum gratia multa agere, et, si oportet, mori.* Unde dicendum est quod turpiter viveret qui pro republica non se exponeret. Unde ad hoc tenetur jure nature. Melius est autem bene mori, quam turpiter vivere : quia, licet per talem mortem bonum non acquireret, sed omnia amitteret, evitaret tamen malum culpæ. n — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : < Talis miser esset secundum veritatem, quia ad pœnam descenderet, et bona præsenlia amitteret. Sed miserior esset, qui (6) non so pro republica exponeret: quia culpam incurreret; major nutem est miseria culpæ quam pœnæ. d — Hæc ille.

De praedictis dicit sanctus Thomas, primo *Quodlibeto,* art. 9. Arguit enim sic, primo luco : a Pœna inferni est sterna et irremediabilis. De peccato autem potest homo liberari per poenitentiam. Ergo magis debet velle peccûre «piam in inferno esse. » Erce argumentum. Sequitur res|xjnsio : α Dicendum, inquit, quod culpa mortalis etiam de se per-

(i) ium. - Ad Pr.
(4) qui. — »/uia Pr.

petua est, sed ex sola Dei misericordia remedium habet. Praeterea plus ponderat bonum divinum, contra (piod agit culpa, bono naturae creatae, cui opponitur pœna, quam perpetuitas pœnæ tenqioralilati culpæ. d Item, secundo loco, arguit sic: < Pœna inferni includit culpam : una enim de pœnis inferni est vermis, id est, conscientia» remorsus de culpa. Culpa autem non includit pœnam inferni. Ergo magis est eligenda culpa quam pœna inferni, b Ecce argumentum. Sequitur responsio : a Dicendum, inquit, quod remorsus conscientiæ non est culpa, sed consequens ad culpam. El posset esse sine culpa, in eo qui habet conscientiam errantem de præterito commisso : sicut si aliquis credat aliquid a se piius commissum esse illicitum, quod tamen erat licitum, et, dum ipse faceret, licitum reputabat, d — Hæc sanctus Thomas.

Et hæc de quæsliune dicta suttæiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

QUÆSTIO IL

UTRUM CONFESSIO FACTA AB ILIO QUI NON EST CONTRITUS NEC PŒNITENS, ALIQUID VALEAT.

circa decimnmseptimam distinclionem *Quarti* quæritnr : Utrum confossio farta ab illo qui non est contritus, nec pœnitens, aliquid valeat. gÇû

Et arguitur quod non. Quia confessio distinguitur contra contritionem et satisfactionem. Sed contritio et satisfactio non valent sino charitatc. Ergo nec confessio.

In oppositum arguitur. Quia contritio valet sine actuali confessione, dummodo habeatur in proposito. Ergo similiter confessio valet sine actuali contritione.

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio Quod cdiitebsh» facia sine contritione non vnlet, pro tempore quo fit, ad remissionem peccati quoad culpam vel pœnam.

Secunda conclusio est quod talis confessio, recedente fictione, Incipit cshc fructifera confl-hutl.

Tertia conclusio est quod taliter confessus non tenetur Iterare confessionem prius factam, sed solum confiteri suam fictionem.

Has tres conclusiones ponit sanctus Thomaa. present! distinctione, q. 3, ari. 4, in solutione pnrnæ quæsliunculæ. Ait enim sic: a Confessio est actus virtutis, el pars sacramenti. Secundum autem quod est actus virtutis, est actus meritorius proprie. El sic confessio non valet sine chantatc, qua· esi principium merendi. Sed secundum quodest ꝑat ramenti, sie ordinat coniitenteni ad sacerdotem. qui habet claves Ecclesiæ, qui per confessionem conscientiam confitentis cognoscit. Et, secundum hoc, confessio potest osc etiam in eo qui non est contritus : quia potest peccata sua sacenloli innotescere, et clavibus Ecclesiæ se subjicere. Et quamvis tunc non percipiat absolutionis frudum, tamen, recedente fictione, percipere incipiet, sicut etiam ⁑ in aliis sacramentis. Unde non tenelui iterare confessionem, qui lictus accedit; >ed tenetur ꝑ>t modum suam fictionem confiteri, p — lliec ille.

Item, ibidem, arguit sic (nrg. Sed contra) : Quilibet tenetur ad confessionem mortalium. Sed(«), si aliquis semel confessus est, etiam in mortali exsistens, non tenetur ulterius ad confitendum eadem peccata : quia, cum nullus sciat se charitalem habere, nullus sciret se confessum fuisse. Ergo non est de necessitate confessionis quod sil cliarilate formata. » — Hæc ille.

Ex quibus possunt formari rationes pro qualibet conclusione. — Pro prima siquidem, arguitui sic : Peccatum non remittitur, nisi adsit gratia et chantas. Sed confessus incontritus canti cliarilate el gratia. Ergo non consequitur remissionem peccatorum pro tunc. — Pio secunda vero conclusione arguitur sic : Non minoris efficacia? est sacramentum pœnitenliæ quam sacramentum baptismi. S<hl fictus suscipiens sacramentum liaplismi. recedente fictione, consequitur ultimum elleclum Imptismi el rem sacramenti. Ergo similiter, lictus recipiens sacramentum pernitentia·. recedente fictione, consequitur ultimam rem sacramenti. — Pro tertia conclusione arguitur sic : Sicut est de Kiplismo. sic videtur osse de sacramento pœnilentùe. Sed fictus recipiens sacramentum baptismi, non tenetur iterato baptizari. Ergo fictus recipiens sacramentum pœnitentiæ, non tenetur iterum confiteri ea que prius confessus fuit cum fictioni·.

Et in hoc primus articulus terminatur.

(a) Sr</. — *(jutv* Pr

ARTICULUS 11.

PONUNTUR OBJECTIONES

Contra secundam et tertiam CONCLUSIONES

I. Argumenta Durandi. — Quantum ad -«eundum articulum, arguendum est contra conclusione^. Et quidem, contra secundam et tertiam (a) arguit Durandus (di-t. 17, q. 13), dicens : Aliquis potest dici non contritus el non jx^niten» dupliciter : uno modo, quia dolet de peccatis, ⁑d non sufficienter; nho modo, quia non dolet de peccatis, nec pro tunc abstinere proponit. Primo modo confessio facta a non contrito, valet. Quia nulli potest conquire de sufficienti contritione; et ideo, ad hoc quod excusetur a Iransgie^ione pnecepti de confessione, sufficit quod reputet >e contritum. Et credibile est quod Deus suppleat residuum ; aut quia (€) per absolutionem, virtute clavium, praecedens dolor (γ), qui fuit insufficiens, efficitur tunc sufficiens; aut quia(o) postmudum, superveniente contritione, dimittitur peccatum. Nec tenetur ad iterandum confessionem prius factam. Si autem sit incontritus quia non pœnitet nec pro tunc atelincie proponit, sic est difficilior quæstio. Circa quam sunt duo modi dicendi Primus, quod talis confessio valet ad remissionem culpæ : quia impoenitens, quando confitetur et absolvitur, licet tunc non recipiat fructum absoⁱutioni tamen,recedente fictione, recipiet; sicut de baptismo ditium est. Et forte ratio hujus opinionis esi. quia, sicut in baptismo imprimitur character, ad quem, recedente fictione, consequitur gratia, sic, in invnitentia, recipitur quædam dispositio, vel urnatus, ad quem, recedente fictione, sequitur gratia, per quam e-t remissio peccatorum. Sed istud non videtur aliis» propter tna.

Primo. Quia nullus talis ornatus imprimitur a sacramento |»œnitentı.ʊ, sed est adinventio ficta.

Secundo. Quia, si aliquid tale imprimitur, non manet nisi cum gratia , alioquin multiplicaretur in eodem secundum numeruin. cum contingat iterari confessionem el alisoliitiouem de eisdem peccatis, el, iterata causai, iteratur efiectus; quixl est inconveniens. Si autem non manet nisi tum gratia, non imprimitur nisi per confessionem et absolutionem |m»i' quam confertur gratia; quod non est in proposite.

Tertio. Quia, dato quod talis ornatus fKisset esse cum gratia ‹ t sine gratia, ad ipsum non sequerelur gratia , recedente fictione quacumque, cum inditfe-

(n). I ΛĤηιιη. — Om Pr
(4) Pr.
(v) c/arf'eMl. pr.nriWnu *ðoltn — pra eedrn» dotor,* ririiitr *clamiin* Pr.
(ô) çitia. — Om. Pr

renter se habeat ad gratiam et ad privationem ejus, scut prius dictum est de charactere baptismi.

Quarto. Arguitur contra illum modum, et pro alio, scilicet quod talis confessio non valet ad remissionem culpæ. nec pro tunc, nec recedente fictione. Quia talis impoenitens : aul confitetur suam impoenitentiam, quæ est propositum non abstinendi; aut non. Si non confitetur, tunc est fictus fictione quæ est speciale peccatum et contemptus sacramenti; et ita confessio ejus non est integra, cum omittat confiteri illud peccatum. Confessio autem quæ non est integra, non valet, sed est iteranda. Ergo, etc. Si vero confitetur talem fictionem, non debet absolvi. Quia minister, cum sit instrumentum principalis agentis, scilicet Dei, non delwl aliquem absolvere, quem scit a Deo non absolvi; sicul instrumenta artis non agunt nisi prout moventur a principali movente. Sed sacerdos scit illum qui non pœnilct. a Deo non absolvi. Ergo nullo modo debet talem absolvere. Et ideo dicit Dionysius, in fine *Ecclesiastice Hierarchic* (α), quod sacerdotibus utendum est virtutibus hierarchicis quomodo divinitas eos moverit. Si autem sacerdos prasumal de facto talem absolvere, peccat, sicut ille qui a divino online avertitur. Nec absolutio consequitur effectum aliquem : quia virtus sacramentorum est principaliter a Deo, non autem a sacramentis, vel ministro, nisi sicul a *causa sine qua non.* Et ideo qui sic coniiletur, et de facto absolvitur, tenetur iterum eadem confiteri, et de eis absolvi. — Hæc Durandus, in forma, etc.

II. Argumenta Godofridi. — Contra easdem conclusiones arguit Godofndus, quinio *Quodlibcto,* q. 12 (6), multipliciter.

Primo. Quia, si aliquis virtute absolutionis faclæ consequatur gratiam jioslea et non statim, hoc est quia aliqua dispositio imprimitur in anima, ad quam sequitur gratia, cessante impedimento, quod est fictio, quæ manet, transeunto absolutione; sicut ▷o baptismum remanet character, ad quem sequitur gratia, recedente fictione. Sed hoc non potest poni in absolutione sacramentali quia, si ibi aliqua dispositio imprimitur, non manet quamdiu absolutio impeditur. Ergo non potest poni quod in ficte confitente, vi absolutionis prateritæ sequatur postea gratia et remissio peccatorum. Minor patet. Quia illa dispositio, aut potest manere cum peccato, aut non. Si non, ergo nulla talis lacta est in ficte confitenle, cum remanserint peccata. Si autem potest manere cum peccato, tunc habens ex una absolutione talem dispositionem, si iteraverit peccatum, non tenetur iterum confiteri; quia habet disposilionem quæ innata est per sacramentalem absolutionem, ad quam debet sequi gratin et remissio peccatorum, nisi sit impedimentum ex parte hominis. Hoc autem non videtur conveniens. Ergo inconveniens est ponere talem dispositionem manentem in licto, per quam postea sequatur remissio peccatorum.

Secundo. Quia de ratione sacramenti pœnitentiæ, vel pœnitentiæ sacramenbilis, est habere istas 1res partes simul, saltem in proposito, scilicet confessionem, contritionem et satisfactionem; nec sufficit unum eorum sine alio, in re, vel in proposito. Sed illa non sunt in licte confitente, nec in re, nec in proposito. Ergo ejus confessio non est pars vera pœnitentiæ sacramentalis; nec, per consequens, liberatur, nisi confitendo iterato, confessione quæ sit pars vera pœnitentiæ.

Tertio. Quia talis fictus saltem facto mentitur, el committit novum peccatum, fingendo se velle dimittere peccatum; quod quidem non confitetur. Et sic ejus confessio non est integra. Ergo debet haberi pio nulla. Et sic non tollitur obligatio precepti per talem confessionem.

Quarto. Quia ista fictio : aut est falsa assertio, qua confiteris asserit se contritum, cum non sil; vel est defectus purus displicenliæ de peccato. Si primo modo, tunc committit novum peccatum, quod non confitetur; el sic confessio nulla est, quia non est integra. Si secundo modo, aul tenetur confiteri fictionem illam, aut non. Si non, hoc est contra te, qui ponis quod debet confiteri fictionem. Si sic, — Contra. Quia non potest confiteri fictionem modo quo debet, nisi dicat in speciali quod talia peccata in speciali confessus fuit sine displicentia; quia sic solum reducuntur ad notitiam sacerdotis omnia peccata confessa; nisi forte confiteretur eidem cui prius, el tunc sufficeret dicere : *Confessus fui vobis sine displicentia f et de hoc confiteor.* — Item, cum defectus talis displicenliæ non dicat speciale peccatum, non videtur quod indigeat speciali confessione, si in confessione tali confertur aliquid unde recedente fictione consequatur remissio peccatorum; sicut etiam baptizatUB cum fictione non indiget alio sacramento ad tollendum reatum illius fictionis, nisi quod recedat fictio (a). Sic ergo sequitur quod licte confiions tenetur iterum confiteri : ita quod, si redit ad eum cui prius confessus fuit peccata sua, si ille habeat memoriam, sufficit confiteri in generali fictionem suam; si autem alii, tenetur toturn(C) iterare in speciali.

Quinto. Quia rationes alterius partis non valent. Quæ sunt potissime 1res. *Prima* est. Quia confessio quæ est pars pœnitentiæ quæ est sacramentum, non requirit nisi quod homo ordinet se ad sacerdotem,

(a) Cap 7. III, S 7. Cfr. Mignc. Prtlrol. <jner., lom. 3. CO15C3

IS) In nunuscnpto Godofridi Bibliotheca Vatican (co<1. ht 10Θl), hTC argumenta rvperiuntur. *Quodlibcto* 9, q IUl

(·) fictio. — Om. Pr

(6) Colum. — *<olum* Pr.

notiflcando ei peccata sua, et subjiciat se clavibus | Ecclesiæ. Sed hoc j>ot<tst facere tam fictus quam contritus, Ergo confessio sic facta sufficit ad poenitentiam prout est sacramentum,ita quod non oportet eam (a) iterare; tenetur (6) tamen suam fictionem confiteri. — *Secundo.* Quia ficte confilens implet præceptum Ecclesiæ. Sed non impleret nisi faceret illud quod requiritur ex parte confessionis. Ergo, etc. — *Tertio.* Quia sacramentum novæ legis est rememorati vum, demonstrativum el pronosticum. Sed pronoslicum est respectu futuri. Ergo sacramentum novæ legis respicit gratiam futuram. Et sic (γ), licet aliquis per confessionem pnesentem, dato quod non conteratur, non habeat gratiam , tamen potest fiam vi confessionis factæ habere in futuro. Ergo, etc.

Sed istæ rationes non cogunt. Quod patet discurrendo per singulas. Quia *ad primam* diceretur quod confessio quæ est pars pœnitentiæ sacramentalis proprie accepta, requirit displicentiam peccati, sine qua non est perfectum sacramentum pœnitentiæ, propter defectum maleriæ convenientis, quæ debet esse peccator contritus vel attritus; licet sit ibi aliquid pertinens ad confessionem sacrarnentalem, quia confessor (o) tenetur celare audita sub sigillo confessionis, ad quod tenetur etiamsi nullam absolutionem impenderit. — *Ad secundum* dicendum quod præceptum de confitendo absolute non est præceptum Ecclesiæ, sed Dei; sed confiteri tempore determinato est præceptum Ecclesiæ. Unde dicendum quod simplex narratio peccati sufficeret ad implendum præceptum Ecclesiæ, non Limen ad implendum præceptum Dei, sine displicentia. Vel potest dici quod etiam non implet præceptum Ecclesiæ; quia ejus confessio, ut dictum est, non est integra. Hem, etiam non satisfacit intentioni Ecclesiæ, quæ intendit confessionem faciendam ad receptionem Eucharistiæ dignam, ad quam requiritur displicentia peccati. — *Ad tertium* dicendum quod sacramenta novæ legis non dicuntur signa pronostica respectu gratiæ formaliler sanctificantis, sed magis demonstrativa; quia semper in eis confertur gratia, nisi sit defectus ex parte recipientis. Sed dicuntur signa pronostica respectu quorumdam aliorum : puta, respectu conjunctionis Christi el Ecclesiæ, dicitur matrimonium signum pronosticum. Et ideo argumentum procedit ac si essent signa pronostica respectu gratiæ. Et ideo non valet. — Hæc Godofridus, in forma.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

(s) eam. — *ra* Pr
(6) *tenetur. — ie<]utlur* Pr.
(γ) tir. — Om. Pr.
(8) *confe»ior.* — Om. Pr.

ARTICULUS III.

PONUNTOR SOLUTIONES

AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM ET TERTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est ad argumenta. Et quidem ad argumenta Durandi respondet Petrus de Palude (dist. 17, q. 8). Unde

Ad primum dicil quod, « licet non in omnibus sacramentis eodem modo ornatus imprimatur (quia in Eucharistia, cujus essentia consistit in consecratione maleriæ, ornatus non imprimitur nisi in usu; et tunc in sola materia, scilicet in speciebus, est ista virlus, quia verba jam transierunt; sed qui intus continetur, potest gratiam sicut vult imprimere); tamen, cum omnia sacramenta gratiæ in hoc conveniant quod est conferre gratiam, et non conferant eam effective, sed dispositive, probabile est quod, sicul in imprimentibus characterem pro dispositione imprimitur character, sic in non imprimentibus characterem imprimitur aliquid consimile disponens. › — Hæc Petrus.

Ad secundum dicit quod, ‹ cum talis ornatus non habeat contrarium, sicut nec character, nihil ipsum corrumpit, sed indelebilis est. El si iteratur idem sacramentum in specie, intenditur ornatus. Nec propter hoc gratia intenditur, si devotio minuatur; sed, cæleris paribus, augeretur. — Vel potest dici quod character non solum imprimitur ul sit dispositio ad gratiam, sed ul sit signum dislinctivum et mancipativum ad aliquod sacrum; unde est indelebilis, sicul et cæteræ consecrationes. Ornatus autem solum imprimitur ut sii dispositio ad gratiam in fieri; unde, ipsa adveniente, cedit; et quousque advenerit, non recedit, sed. cum eam introduxerit, ul seta filum, et timor servilis cbaritatem, ei cedit. — Vel dicendum melius, quod sicut virtus in sacramento manet quousque dispositionem causaverit, qua causata, esse desinit; sic dispositio causata, quæ non est character, sed ornatus, tantum durat usque ad infusionem gratiæ inclusive, qua habita, desinit esse, sicul dispositio actualis non manet, i»

Ad tertium respondet quod, ‹ licet ornatus possit stare cum privatione gratiæ, tamen de se est dispositio ad gratiam, sicut diaphaneitas est dispositio ad lucem, quæ tamen, luce subtracta, manet in tenebris eadem numero, p — Hæc Petrus.

Ad quartum dicit primo, quod ‹ prima pars illius rationis secundum rei veritatem bene concludit. Quia, secundum omnes, confessio non integra, est ex integro iteranda; et, nisi sit integra, est totaliter nulla, nec est verum sacramentum. Unde nec tunc

nec postea potest habere effectum; nisi quoi, si confiteretur eidem, sicut communiter Immines faciunt stlis curatis, sufficeret dicere fictionem non dictam. el, recedente fictione, haberet effectum ex contritione, non ex sacramento, quin nullum fuit, nisi in casu. » Secundo, dicit quod « concedendum est quod, >i confiteatur fictionem, non est nlisolven-du>, etiam sub conditione, >i prius confiteatur; quia primo fuit Lazarus a Domino suscitatus, quam a discipulis solutus. ® Tertio, dicitur quod, « >i de facto absolvitur, sicut abusus baptismi et fictio non impediunt characterem; sic, dato quod sacerdos erret, el iste sit fictus, non impedit forte cffectiini ornatus. > Quarto concordat dicta Durandi cum dictis sancti Thomæ, ponendo quatuor conclusiones. « Prima est quod talis non est liberal us a præcepto divino, si non habuit intentionem confitendi el absolvendi sacramentaliter, sed deridendi : quia sine intentione non potest suscipi essentia sacramenti, quæ consistit in usu; el tum tenetur iterum confiteri. Et idem est si intendebat implere praeceptum, el sacramentum verum suscipere, quod Ecclesia dat, tamen nullam habebat pœnitentiam de peccato; recepisset quidem verum baptismum, ordinem el alia sacramenta, sed non pœnitentiam; quin pars essentialis hujus sacramenti, quod consistit in aclu suscipientis, est actus interior; unde sine eo non est; sicut non esset matrimonium, si quis intenderet verum sacramentum suscipere. non tamen consentiret nisi in carnalem copulam, el ad tempus. *Secunda conclusio* est quod, si fmt talis pœnitentia, quæ sine sacramento suffecisset, tunc fuisset contritio. Nec sic currit quæstio, quia non fuisset fictio. *Tertia conclusio* est quod, ſ fuisset talis attritio, qua! non sufficeret sine sacramento, sed cum ipso, tunc etiam facta esset contritio vi clavium, el fugata fictio. Nec adhuc curreret quaestio. *Quarta conclusio* est quod, si fuisset talis pœnitentia quæ nec cum sacramento esset sufficiens o»l gratiam, tunc vera est opinio sanctiThomæ, quod, fictione recedente, incipit valere confessio, el non tenetur confiteri nisi fictionem : utputa si habuit dolorem quidem imperfectum (a), sed non sufficienter conscientiam discussisset, putabat nutem discussisse quantum sufficiebat; vel si dolebat <le praeterito, non proponens cavere in futuro, aut e converso; vel non erat dolor maximus, sicut debet; ipse tamen secundum conscientiam suam non eral ita fictus, licet secundum veritatem esset, el sic nihil celavit quod crederet mortale, et. per consequens, secundum suum judicium, corn ui rehaut omnia quæ erant necessaria; postea autem certill-caliis de errore sua· conscienliæ, pœnitel de illo defectu, qui, quia eral error juris divini, non tollit firhonem respectu ultimi effectus sacramenti (quia improbabilis, et non excusat), sed tamen, eo ipso quia error, tollit fictionem quæ excluderet essentiam sacramenti; unde verum sacramentum fuit; propter quod, fictione recedente, sive ex pactione, sive ex ornatu remanente, effectum habebit. — Et mirum est quomodo illi qui dicunt pœnitentiam interiorem non esse partem sacramenti, negant pœnitentiam valere postea, cum tamen omnia fuerint quæ ipsi ponunt de essentia sacramenti, quibus positis, omne sacramentum habet effectum suum, vel tunc, vel postea, recedente fictione. Sed ipsi dicerent quod hoc non est verum in sacramentis iterabilibus. Contra quod,est quod(a) matrimonium quoi! non habuit consensum, sed deceptionem, cum verbis, postea confirmatur ex solo consensu superveniente; sed, supposito quod consensus sil de essentia matrimonii, si a principio defuit, postea, ad hoc quod matrimonium sit, non sufficeret consensus novus sine exteriori signo; nisi dicatur quod signum quod praecessit, sufficit; quod forte non est verum, quia simul debent concurrere h;e pries sacramenti. — Ex his palet quod opinio sancti Thomæ potest mullis modis salvari, i/no *modo,* scilicet qui dictus est, loquendo ile illo qui fictus est privative, non positive : quia scilicet habet dolorem ita imperfectum, quod nec cum sacramento actu susceptu sufficeret ad contritionem; nihilominus tamen hanc imperfectionem, quæ est fictio, non confitetur, quia credit esse sufficienter dispositus; et sic non scienter celat peccatum, quod fuit in hoc quod non examinavit conscientiam suam sicut debuit. Tali ergo, qui verum sacramentum suscipit, ornatus imprimitur; sed gratia non datur. Sed postea, quando redit ad cor, el recolit se non bene fecisse debitum suum, et ex negligenlia aliqua oblitum, incipit valere confessio. El non tenetur confiteri illa quæ tunc confessus fuit, quia non fuit dimidiata ex intentione; sed solam fictionem illam. Si autem fuisset sic tunc positive celata, fuisset confessio nulla. Vel, si fuisset confessa, non debuisset dari alisolulio. Sed, si fuisset data, dubiurn est utrum ornatum implexisset. In quo casu non potest sanctus Thomas inlelligi. *Secundo modo* potest inlelligi, quando est positiva fictio, quantum ad hoc quixl non dolet, nec pro|x»nit abstinere; tamen ista fictio non occurrit sibi ut confitenda, nec actu cogitat quod leneatui eam confiteri. Tunc enim sicut de peccato quod occurrit quidem, Sed non credit quod >it peccatum, aut quoil sit mortale el de necessitate confitendum, idem est ac si fuisset oblitum per negligfiitiam, nec fecisset debitum suum de scrutando (C) conscientiam. In quo cusu, solum illud est confitendum; el est verum sacramentum ; licet hic sil ignorantia piris divini, ibi facti. El hoc modo potest sustineri dictum Thomæ, dist. 21, q. 2, ari. 2,

(i) *imperfectum. — perfectum* Pr.

( ) *quoti. — quia* Pr.
( ) *Ki-utando. — tenando* Pr.

in solutione ultimi argumenti, quod « ignorantia juris divini non excusat a Actione >. Ergo talem vocat fictionem. *Tertio modo* potest sustineri, ut supra tactum est, in illo qui confiteretur eidem cui prius, quantum ad hoc quôd non oporteret reiterare, etiam si non recoleret; quia nec ubi est integra, oportet quod recolat actu do principio quando est in fine; et maxime quia hic sufficit absolvere ah omnibus, el injungere pœnitentiam pro fictione, et pro aliis quod faciat pœnitentiam sibi injunctam tunc(a). Sed tunc alia pars non videtur posse sustineri, scilicet quod non habeat eflectum tunc, sed recedente fictione; quia nullum sacramentum fuit, nec, per consequens, ullum habuit effectum tunc, nec post habere potuit; licet, quantum ad primam partem, posset dici probabiliter, quod Thomas refert se ad ea quæ communiter et de jure communi accidunt, quod homo confiteatur curato suo. »— Ilæc Petrus, et bene.

Potest tamen dici brevius ad quartum argumentum, quod talis fictus non semper in casu quo non confitetur suam fictionem, dimidiat suam confessionem secundum suam æslimationem, nec contemnit sacramentum, nec semper committit in hoc speciale peccatum, nec semper tenetur illud pro tunc confiteri, sed aliquando, et aliquando non, ut dictum est, et latius dicetur. Et ideo oportet distinguere de multiplici fictione : quia talis posset esse fictio, in qua dicta Durandi et Godofridi haberent locum; puta cum confiions non intendit recipere sacramentum, sed deridere Ecclesiam; vel cum intendit recipere sacramentum, sed non rem sacramenti; vel cum intendit utrumque suscipere, tamen nullam habet pœnitentiam de peccatis; vel. licet pœniteat de pneterilo, proponit non cavere de futuro, vel econlra, proponit cavere in futurum, sed non dolet de pneterilo, et hoc ipsum actu considerat. Talis enim fictio totaliter evacuat essentiam sacramenti, ct consequenter omnem ejus eflectum; el tenetur iterum confiteri totum. Est autem multiplex alia fictio, in qua locum habent dicta sancti Thomæ, ut bene dicit Petrus.

El hæc sufficiant ad objecta Durandi.

II. Ad argumenta Godofridi. — Ad argumenta Godofridi, respondet Bernardus de Gannato. in impugnationibus Godofridi, *Quodlibcto* 5, q. 12, ubi sic dicit : a Quæstio quam Godôfiidus ponit el tenet, non est vera : quia qui fictus confitetur integre peccata sua (vocando fictum non contritum, sicut ipse vocat), non tenetur iterum confiteri eadem peccata, de quibus non contritus confessus est. Quod palet. Primo, quia nec ex obligatione divina, nec ecclesiastica, obligatur quis ad id quod est impossibile ei. Sed impossibile est quod aliquis sciat se contritum; quia contritio non est vera contritio sine gratia, quam nullus, secundum communem cursum, potent scire se habere. Ergo, ai non contritus teneretur iterum confiteri, cum nullus sciat utrum fuerit contritus, nullus sciret utrum teneretur iterum confiteri; et sic nunquam sciret se absolutum ab illa obligatione respectu cuju-cumque peccati de quo confessus sil; quod est inconveniens. Unde, cum homo non posril hoc scire, utrum sit contritus, non |iotest ad huc determinate obligari ut confitentur cum contritione. Sed obligatur ad contritionem in confessione, sicut ad alia praecepta affirmativa «adimplenda; ad quæ obligatur alisolute, sed non quod impleat ex charitale; quia tunc peccaret quandocumque non impleret ea ex charitale, et omnis («) peccator, vel quicumque alius, qui honoraret parentes non exsistens in charitale, peccaret mortaliter honorando parentes, quia transgiederetur præceplum; quod nullus diceret. Non ergo absolute sumus obligati ad servandum præceptum ex cbarilate, sed ad servanda absolute. Unde qui non honoraret parentes quando oportet, peccaret sicut transgressor pnecepti. Ad hoc tamen quud observatio præeeptorum sil utilis, sumus obligati ad servandum et implendum ea ex charitale, quia non sunt nobis utilia ad vitam, nisi cum charitale impleantur. Non sunt ergo obligativa ad pœnam sensus, si non impleantur cum charitale; sed sunt privativa vitæ a-ternæ. id est. non utilia ad eam. Et similiter dicendum est in proposito, quod homo obligatus est ad confitendum absolute ita qUod implet præceptiun tie confessione, confitendo integre; sed non est ei utile ad vitam ælernam sine contritione, vel tunc præseute, vel futura. Unde dicere quod confessus non contritus teneatur iterum confiteri, est obligare hominem ad iterum et iterum confitendum omnia de quibus confessus est, cum nunquam sciat se fuisse contritum. — Sed forte dices quod non est idem nescire >e esse contritum, et scire se non esse contritum. Unde bene verum est quod nullus scit se esse contritum; sed bene potest scire se non esse contritum, quia bene jætest scire si peccata de quibus confessus esi, displicuerunt ei, et si fuit in proposito iterum committendi. In primo casu, non tenetui homo iterum confiteri, quia, scilicet non potest scire affii mativam, scilicet se esse contritum. Sed negativam potest scire, scilicet non esse contritum, propter actus contrarios contritioni, qui sunt complacentia de ^peccato pneterilo, et voluntas committendi in futuro. — Dicendum quod homo obligatur ad confitendum peccata homini, ex pneceplo divino, ut sic subjiciat se clavibus Ecclesia?, qua· delænt in eo operari per hominem ministrum Dei et EcclesiiP. Ut ergo homo sciat peccata, et poenitentiam debitam imponat, ordinata est confessio.

(a) non *temper*. — Ad. Pr.

(a) onoiu. — cui Pr

Hoc autem totum potest fleri in illo qui scit so non esse contritum : quia et ipse peccata propria potest dicere, et potest condignam poenitentiam pro eis a sacerdote recipere; quam implebit recedente fictione; et sic valebit totum, dummodo peccatum fictionis confiteatur. Tenetur ergo Deo et homini. Sed ab obligatione qua tenetur Deo reconciliari, nunquam deobligatur sine contritione; quia, nisi habeat eam, numquam restituitur ad amicitiam divinam. Homini autem non est obligatus propter ejus reconciliationem, quia hominem istum non offendit directe; sed est obligatus ad dicendum peccata sua homini, et recipiendum poenitentiam quam laxabit. Ergo, licet sciat se non esse contritum, absolvitur ah obligatione qua obligatus erat homini ex præcepto divino et ecclesiastico. Si tamen sacerdos adverteret istam fictionem, scilicet quod non doleret de peccatis præterilis, nec proponit cavere a futuris, non deberet eum absolvere. Insohendoautem rationes suas, apparebunt ălia rationes. › — HæcBernardus, in forma.

Ad primum ergo Godofridi,dicit quod, «sicut per sacramenta quædam imprimitur character, sic et per alia imprimitur quædam dispositio in anima, ut nullum sacramentum sil sine aliquo effectu, dummodo rite conferatur, et rite suscipiatur. Ad hoc autem quod absolutio sacramentalis conferatur rite, requiritur ex parte conferentis auctoritas, et notitia de peccatis, de quibus judicat; ex parte recipientis, requiritur ministratio materiæ, quæ sunt peccata. Unde (x) fiat talis ratio : Omne sacramentum habens debitum ministrum, et debitam formam et materiam, el debitum recipiens, aliquid operatur. Sed sic est in casu nostro quia sacerdos est debitus minister, et utitur debita forma; item est ibi debita materia, scilicet peccata; et recipiens absolutionem ab homine, scilicet peccator, qui, licet sil fictus, et non recipiat absolutionem a Deo, quia non infunditur ei gratia, recipit tamen absolutionem humanam ab homine : ita quod, sicut in taplismo, non obstante fictione, imprimitur character, el non gratia, quia gratia opponitur fictioni, ct non characteri; ita in absolutione imprimitur dispositio quædam, et non gratia, quia dispositio ista non contrariatur peccato, sicut nec character. Et ideo ponunt doctores talem dispositionem imprimi m anima in virtute sacramenti, ut sacramentum habens omnia quæ debet habere, excepta fictione, non careat omni effectu; sicut cum baptismus habet omnia quæ deliel habere, non impeditur ab impressione characteris, propter fictionem recipientis. Et est simile in naturalibus : cum ignis calefacit aquam, non potest aliquando eam convertere in seipsum; licet tamen non convertat. ita scilicet quod non nnpnmat formam substantialem in materia aquæ, imprimit tamen quamdam dispositionem, scilicet calorem; unde si non possit habere totum effectum, habet tamen dispositionem ad principalem effectum. Sicut omnino est in proposito : quia, cum sacramentum non potest habere principalem effectum, qui est remissio peccatorum, quantum ad absolutionem, imprimit tamen quamdam dispositionem ad effectum principalem; et ideo, recedente illo quod impediebat principalem effectum sacramenti, ista dispositio operabitur in virtute sacramenti, sicut si sacramentum esset præsens, et fiet tunc remissio peccatorum. Quod ergo dicit, quod illa dispositio non manet quamdiu absolutio impeditur; — dicendum quod manet quousque habeat effectum suum in virtute sacramenti collati. Quod ergo probat, quod non; — dicendum quod illa dispositio potest manere cum peccato, sicut ct character. Et quod dicit, quod habens talem dispositionem, si iteraverit peccata, non teneretur iterum confiteri;— dicendum quod illa dispositio non agit nisi in virtute sacramenti collati, id est,absolutionis; et ideo solum habet virtutem ad illa peccata quæ fuerunt materia absolutionis; el ideo non oportet illa, sed alia confiteri iterum. Unde patet quod ratio non concludit : quia illa dispositio non agit nisi virtute absolutionis præleritæ, quæ non potest se extendere ad peccata futura. » — Hæc Bernardus.

Ad secundum dicit quod « de ratione verae et sacramentalis pœnilentiæ sunl prædictæ tres paries; nec habet lotam suam efficaciam sine Iribus partibus. Unde nec in ficte confitente habebit perfectam efficaciam sine contritione. Sed ordo inter paries, licet sil conveniens ut contritio præcedat, non tamen est necessarius; sed sufficit ut contritio sequatur; quia etiam per solam contritionem remittuntur peccata, quantum ad Deum, cum solo proposito confitendi, quia homo est obligatus ad confessionem; et ideo, facta confessione, si superveniat contritio, habebit, in virtute confessionis præleritæ, suam efficaciam. Unde etiam potest formari alia ratio : Quia non minus potest confessio praeterita quam futura; immo magis, quia praeterita habet illam dispositionem imprimere, quæ dicta est, quam non imprimit futura, quanlumcumque habeatur in proposito· Sed contritio cum proposito confessionis futunn, simpliciter delet peccatum : ita quod non tenetur confiteri, nisi semel habita opportunitate; quam si non haberet, nihilominus absolutus esset. Ergo et contritio, virtute confessionis præleritæ, sufficit ad delendum peccatum totaliter : ita ut nulla obligatio, nec quoad Deum, ratione præsenlis contritionis, nec quoad Ecclesiam, ratione præleritæ confessionis et absolutionis, remaneat. — (lonfirmatur ratio. Quia unumquodque virluosius est in re et in esse reali, quam in proposito. Sed confessio præterita, fuit in esse reali, et dimisit praedictam dispositionem. Ergo non minus fecit quantum ad omnia, quam confessio habita in proposito. » — Hæc Bernardus, et bene.

(a) Unde. — *ut* Pr.

Ad tertium dicit quod « talis fictus non committit novum peccatum, Sed novam conditionem peccati. Non pœnitere enim de peccatis proteritis, ve! non proponere cavere a futuris, non est nisi circumstantia peccati, quæ potest aggravare peccatum, qu® tamen non trahit ad aliud genus peccati. Undo non est necessarium eam confiteri, licet congruum sit. Et ideo confessio integra est. Unde argumentum supponit falsum, quod ista fictio sil novum peccatum. — Sed forte dices quod accedere indigne ad confessionem, est novum peccatum. — Dicendum quod non: quia accedere ad confessionem ut homo solvat obligationem ad quam se reputat obligatum, non est malum per se; nec non displicentia de peccato de novo advenit, (plia etiam nec prius de peccato dolebal; undo nullum novum peccatum committit; sed circumstantiam, quia ubi confitetur peccata, ad hoc quod confessio valeat ei, tunc deberet conteri de peccatis. Unde palet quod ratio non concludit » — Hæc Bernardus.

Ad quartum dicit quod, u si (a) talis affirmaret se contritum, cum non sit, adhuc forte non impediretur fructus confessionis, saltem sequens. Quia tale mendacium non est perniciosum; quia non fit in detrimentum alterius, quia de se non est mortale; unde est officiosum. Peccatum autem veniale non facit confessionem non esse integram, si non dicatur in confessione, cum non sil absolute necessarium peccata venialia confiteri. Adhuc autem minus j»ec· cat mentiendo facto, scilicet simulando se contritum, cum non sit : quia mendacium facti non est ita grave sicut verbi, quia factum non est ita ordinatum ad significandum aliquid sicut verba; unde etiam Doctores ponunt quod non omnis hypocrisis est peccatum. Et ideo, sive facto, sive verbo, dicit se contritum, cum non sit, non impeditur integritas confessionis. De confessione autem fictionis, cum non trahat in aliud genus peccati, non tenetor eam confiteri; si tamen confitetur, bene facit. Quod ergo dicunt Doctores, quod debet illam fictionem confiteri, verum est quod sic debet eam confiteri, sicut debet vitare venialia, qua· quilibet vitare debet; tamen, si non vitat, non peccat mortaliter; quia tunc, peccando venialiter, peccaret mortaliter; quod falsum est. Unde nec in speciali nec in generali tenetur confiteri peccata prius confessa, nec etiam fictionem. Unde sufficit quod recedat fictio.— Sed tunc est difficultas : quia, si fictio non est nisi venialis, vel quoddam aggravans, sicut veniale, cum veniale non impediat gratiam, videtur quod vel talis fictus recipiat gratiam (quod nullus ponit), vel quod talis fictio sit peccatum mortale, per quod gratia impeditur. — Et dicendum quod in ista fictione considerantur duo : unum materiale, scilicet non pœnitere de peccatis; et aliud formale, scilicet accedere ad confessionem cum ista impœnitentia; et illud dicitur formaliler fictio Ratione ergo primi, impeditur ne absolutio conferat gratiam, quia quamdiu non pœnitet de peccatis, non confertur ei gratia; sed ratione istius actos, ut ric, non impeditur formaliter. Et ideo fictio, formaliler loquendo, non impedit quin conferatur ei gratia; sed illud quod est materia fictionis. Et, propter hoc, quando recedit materia fictionis, scilicet quod pœnitebil de peccatis proteritis, tunc recedit fictio totaliter, et recipiet gratiam. El ideo non oportet quod fictionem confiteatur. Nec etiam oportet quod dicat, Confessus *fui alitu, et* non *fui čontritu* : quia hoc non est novum peccatum, sed aliqua circumstantia peccati, quæ, ut admiscetur confessioni, non mutat in aliud genus peccati ; et sic ex nulla parte necessarium est eam confiteri. › — Hæc Bernardus.

Ad quintum dicit quod Godofridus male solvit ad rationes alterius partis, licet ill® non sint multum efficaces. Unde, quoad solutionem prim®, dicit quod « pœnitenlia sacramentalis non habet efficaciam suam sine contritione, vel præsente, vel præterita, vel futura Unde sciendum quod in sacramento pœnilentiæ, sicut in aliis, est aliquid quod est sacramentum tantum, sicut illud quod agitur exterius inter coniitentem et confessorem; et est aliquid quod est ros sacramenti tantum, sicut gratia, per (piam remittuntur peccata, vel remissio peccatorum, quod idem est; el est ibi aliquid quod est res et sacramentum; el hoc non potest esse nisi dispositio quædam, quæ fit in anima per absolutionem, sicut per liaptismum character. Et hæc dispositio sufficit. Quod autem sufficiat ad remissionem peccatorum, et quod oporteat Godofridum hoc ponere, probatur per ea quæ iste dicit hic. Dicit enim quod oportet, ad hoc quod sit vora confessio, quod peccator sit contritus, vel attritus : ita quod videtur, secundum eum, sufficere ad valorem confessionis quod peccator sit attritus. Sed attritio in hoc differt a contritione, quod (e) contritio non est sine gratia, quia importat sufficientem displicentiam de peccato; attritio autem non est cum gratia, quia non importat sufficientem displicentiam, sed aliqualem. Tunc ergo arguo : Aut confessio qua» fit cum attritione, absolutione habita, valet; aut non. Iste «licii quod valet. Sed non valet pro tempore absolutionis. Ergo post, vel nunquam valet. Si postea valeat, quæro per quid. Oportet enim ponere aliquid in attrito, quod remaneat post absolutio^ nem; quia absolutio præterita, ul præterita, nihil est, sed ul aliquem effectum dimittit; qui non potest esse nisi dispositio illa quam ponunt alii. Et ideo, etiam per dicta istius, oportet ponere necessario istam dispositionem. Ha quod hic sunt duæ

(a) fi. — Om. Pr.

(a) *quod. — quia* Pr

rationes quare oportet ponere hanc dispositionem. Una est, quia est sacramentum et res sacramenti. Aha, quia iste dicit quod confessio valet attritis; H certum est quod non valet cis pro tem|»ore illo ad remissionem culpæ, sed pro temporealio; quod non posset facere, nisi aliquem effectum in attrito dimitteret — Item, ad majorem evidentiam prædictorum, oportet probare contrarium tyusquod iste dicit hic, quod scilicet peccator fictus, vel non contritus, non sit materia conveniens confessionis vel absolutionis. Quod autem peccator non contritus possit esse materia in sacramento pœnitentiæ, ita scilicet quod sil suscipiens inquantum peccator, patet : quia alius non potest recipere absolutionem cum effectu, nisi peccator; materia autem sunt peccata proprie; tamen, non faciendo vim, dicamus peccatorem, sicut ipse innuit, materiam pœnitentiæ. Quod non sit necessarium eum esse contritum, palet. Quia minister cujuslibet sacramenti del>el cognoscere materiam sacramenti quod ministrat, aliter male posset ei formam applicare. Sed si peccator contritus, inquantum contritus, esset materia hujus sacramenti, non autem (a) peccator, inquantum peccator, nunquam minister hujus sacramenti sciret vel cognosceret materiam sacramenti sui : quia in eo non est scire quis sil contritus; tum quia contritio est de interioribus, quæ non subsunt judicio hominis, etiam in foro pœnitentiæ, nisi inquantum exterius jiatefiunt; tum etiam quia, ex quo sponte dicit peccata sua, el non apparent exterius signa incontritionis (quia tunc non deberet eum absolvere), non debet judicaro eum incontritum. El ideo necesse est ponere quod peccator, inquantum sponte confitetur peccata sua, sil materia illius sacramenti, el non inquantum contritus. Ex quo palet causa dicti, quod, cum sacerdos sit sufficiens minister, el forma debita, el peccator sit materia, inquantum sponte confitetur peccata sua, patet quod in tali confessione est verum sacramentum. Et ideo non tenetur iterum confiteri, d

Contra secundam solutionem sic dicit : a Simplex narratio peccati facta per modum confessionis cui delæl fieri, el sicul confessio, sufficit non solum ad implendum pneceptum Ecclesiæ, sed Dei. Quia Deus, licet det praeceptum de confessione per Jacobum (cap. 5. v. 16), *Confitemini alterutrum peccata vestra;* tamen patet quod dat præceplum ut confessio fiat homini. El ideo ad nihil extendit se confessio, nisi quod [>olesl subesse judicio hominis. Hominis autem judicio non >ubest utrum aliquis sil contritus vel non contritus, nisi expresse diceret coniiten» se non esse contutum, ita quod diceret se non pœnitare de peccatis, vel non velle (C)cavere in posterum,vel etiam nisi per facta evidentia OSten-

ie) autem. — Om. Pr
leik. — Uuu Pr.

deret se non esse contritum; in quibus rasibus, sacerdos, qui non solum habet claves aperiendi cœlùm, sed etiam claudendi, non debet eum absolvere. Ergo, dummodo offerat se sacerdoti ad modum pernitentis, dicendo peccata sua, hoc sufficit ad omnem confessionem, quæ debet fieri homini, sive præcepto divino, sive ecclesiastico. — Item, quod dicit, quod confessio non est integra in isto casu, — ostensum est contrarium : quia non poenitere do peccato, non dicit peccatum aliquod per se, sed circumstantiam peccati; quæ etiam nova non est (piando confitetur, cum etiam prin> fuerit non pœnitrns. Si autem fuisset pernitens el contritus ani· confessionem, el nihilominus in confessione non pœniterei de peccatis de quibus piius pœnituit, tunc ex mala voluntate sua committeret novum peccatum, quia de novo haberet complacentiam in malo. El, in tali casu, bene oporteret confiteri peccatum : verbi gratia, *Habui complacentiam ct in hoc ct in illa9 ct placuit mihi quod feceram.* Unde sic debet confiteri in tali casu , supposito quod contritio pnecessit, el quod ipse sciverit eam præcessisse; quod est impossibile. El ideo semper regulariter dicendum est quod nunquam istam impœnilenliam, quæ non est nisi circumstantia peccati, in aliud genus non trahens, non tenetur confiteri. »

Contra *tertiam solutionem* dicit quod α sacramenta novæ legis sunl signa alicujus qjuod imprimitur per ea quando rite suscipiuntur, etiam non impediente fictione. Unde absolutio significat illam dispositionem, qua4 operatur remissionem peccatorum, nisi sit impedimentum, d

Hæ sunt reâ[>on8iones Bernardi ad argumenta Godofridi. In quibus, licet multa bene dicta sint, tamen aliqua falsa dicit. Primum est, quod fictio confilenlis in nullo casu sil novum aut speciale peccatum, sed spla circumstantia, quæ non trahit in aliud genus peccati, nisi in casu i|uein ponit impugnando penullimam solutionem Godofridi. Hoc enim falsum est : quia ille qui, cum complacentia peccati pneterili, vel cum proposito in futurum peccandi, confitetur, dato quod tales actus interiores habuerit antequam confiteretur, tamen, quia cum talibus actibus accedit ad sacramentum pœnitentiæ, novum peccatum committit. quod potest reduci ad speciem vel genus sacrilegii, sicut dicit sanctus Thomas in suo simili, 3 p., q. 80, ari. 4, ubi quæril : Utrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter, peccet? El in principali responsione sic dicit . a In hoc sacramento, sicut in aliis, illud quod est sacramentum, est signum ejus quod est res sacramenti. Duplex autem est ros hujus sacramenti : una quidem quæ est significata et contenta, scilicet ipse Christus; alia autem est significata et non contenta, scilicet corpus Christi mysticum, quod est societas sanctorum. Quicumque I ergo hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat

se osse Christo unitum, et membris ejus incorj»oratum; quod quidem fit per (idem formatam, quam nullus habet in peccato 'mortali. Et ideo manifestum est quod quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc saciamento committit. Et ideo incurrit in hoc sacrilegium, tanquam sacramenti violator. Et, propter hoc, mortaliter peccat. d — Hæc ille.— Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit: α Maxima bona Augustinus *(de Libero Arbitrio,* lib. 2, c. 19) intelligit virtutes animæ, quibus nullus male utitur, quasi principiis mali usus; utitur tamen eis aliquis male, quasi objectis mali usus, ut patet in his qui de virtutibus superbiunt. Ila ct hoc sacramentum, quantum csl ex se, non est principium mali usus, sed objectum. Unde Augustinus (tract. 62 in Johan.) dicit : *Mulli indigne accipiunt corpus Domini. Per quod docemur quam* (a) *cavendum sit accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum male accipitur bonum; sicut e converso Apostolo (C) facium est bonum, cum bene accipitur malum,* scilicet cum stimulus Satanic patienter portatur. » — Hæc ille. — Similia dicit, q. G9, art. 9, in solutione tertii, in materia de baptismo. Similia dicit, 4. *Sentent.,* dist 9, q. 1, art. 3, in solutione prima» el secunda» quaestiuncularum. Sic dico, in proposito, quod, cum accedens ad pœnitentiæ sacramentum ostendat se pœnitere de peccatis, el velle Deo reconciliari, et satisfacere, si talis sit positive et scienter fictus, ulpotequia recolit se complacere in praeterita culpa, vel nullam de illa displicentiam habere, aut recolit et actu considerat se proponere peccare in futurum mortaliter, xel non habere propositum abstinendi a peccato mortali, vel nolle satisfacere Deo, nec injunctam pœnitentiam adimplere, talis committit mendacium facti, et sacrilegium, el dolationem sacramenti; et sic noviter peccat, nova specie peccati.

Secundum falsum quod dicit Bernardus, est quod talis ficte accedens ad sacramentum pœnitentiæ committat novam circumstantiam peccati, el agglavationem peccati, el nullo modo committat novum peccatum, nec aliquo modo noviter peccet. Istud enim videtur implicare contradictionem quod aliquis noviter augeat peccatum suum, et aggravet illud, et quod in tali nova aggravatione et augmentatione nullo modo noviter peccet, nec noviter sil culpabilis; vel quod correspondeat sibi novus gradus pœnæ, et tamen nullo motio committat novum peccatum, aut culpam, aut gradum culpæ. Unde quicumque meretur novum gradum pœnæ, committit novum gradum culpæ, et consequenter novam culpam, quia quilibet novus gradus culpæ est noxa culpa aliquo modo.

Tertium falsum quod dicit, est quod, si talis fictus asserat se esse non fielurn, vel se esse contritum, non ideo impeditur fractus confessionis, nec peccat mortaliter, quia non mentitur mendacio pernicioso in detrimentum alterius. Hoc siquidem falsum e>t : quia, licet in tali casu suum mendacium non noceat alteri, tamen nocet sibiipsi, el cedit in contemptum el xiolationem sacramenti, el irreverentiam Dei el Ecclcshe.

Quartum falsum quod dicit, est quod omne mendacium facti sil levius quolibet mendacio verbi. Hoc siquidem falsum est; quia mulla mendacia facti sunt peccata mortalia, el multa mendacia dicti sunt venialia.

Quintum falsum quod dicit, est quod non omnis hypocrisis sit peccatum. Hoc enim falsum est, prout ostendit sanctus Thomas, 2' 2 q. 111. Nam, in primo articulo quaestionis, ostendit quod omnis simulatio est peccatum; el, m secundo, ostendit quod omnis hypocrisis est simulatio, qua peccator simulat personam justi. Idem ponit, 4. *Sentent.,* dist. 16, q. 4, art. 1, ubi probat quatuor conclusiones. Prima est, quod omnis hypocrisis est peccatum; secunda, quod hypocrisis est speciale peccatum; tertia, quod hypocrisis quandoque est peccatum mortale; quarta, quod hypocrisis directius impedii e(Tectum pœnitentiæ quam alia peccata, quia semper excludit rectam intentionem actuum pœnitentiæ. Quando autem sil mortale peccatum, ostendit ibidem, in solutione tertiæ quæsliunculæ, dicens « Hypocrisis habet eaindem rationem pacali sicul el mendacium. Mendacium autem non semper est peccatum mortale, sed quando (x) est perniciosum. El similiter hypocrisis non semper est peccatum mortale, sed quando est perniciosa, cedens (6) in nocumentum alterius personæ, dum, propter creditam sanctitatem, alium defraudat re quam habet vel habere deberet; aut in nocumentum fidei et Ecclesia?, dum, propter sanctitatem creditam de ipso, ei contra fidem et Ecclesiam creditur. › — Hæc ille.—Sed, in2»2 q. HI. art.4,sic dicit: « In hypocrisi sunl duo : scilicet defectus sanctitatis, et simulatio illius. Si ergo ille dicatur hypocrita, cujus intentio fertur ad utrumque, uti scilicet aliquis non curet sanctitatem habere, sed solum apparere (sicut consuevit accipi in Sacra Scriptura), sic manifestum est quod est peccatum mortale : nullus enim privatur totaliter sanctitate, nisi per peccatum, mortale. Si autem dicatur hypocrita ille qui intendit simulare sanctitatem, a qua privatur per peccatum mortale, tunc, quamvis sil in peccato mortali, ex quo privatur sanctitate vitæ, non tamen semper ipsa simulatio est ei in peccatum mortale, sed quandoque veniale. Quod discernen-

(a) *quam. — quod non* Pr.
(C) *Apostolo. — a populo* Pr.

ti) *quando. — quandoque* Pr.
(6) *cedent. — eadem* Pr

dum est ex fine : qui, si repugnat charilati Dei vel proximi, erit peccatum mortale; puta cum simulat sanctitatem ul falsam doctrinam disseminet, vel ut adipiscatur ecclesiasticam dignitatem indignus, vel quictumque alia temporalia bona, in quibus finem constituit. Si vero finis intentus non repugnat charilati, erit veniale; puta cum aliquis in ipsa fictione delectatur; de quo dicil Philosophus, 4. *Ethicorum* (cap. 7), quod *magis videtur vanus quam malus.* Fidem enim ratio est de mendacio et simulatione. Contingit Limen quod aliquis simulat perfectionem sanctitatis, quæ non e>t de necessitate salutis; et talis simulatio nec semper est peccatum mortale, nec semper est cum peccato mortali. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod hypocrisis est peccatum mortale quando est perniciosa : puta cedens in detrimentum alterius personæ, vel Ecclesiæ, vel fidei, vel Dei. Cum ergo ficte confiions, fictione positiva superius expressa, quantum in se est, detrimentum inferat ministro Dei et sacramento Dei, cujus vel quorum effectum impedit, contemnat etiam Deum in suo sacramento, detrimentum etiam inferat sibiipsi, quem tenetur plus quam proximum diligere, privando vel excludendo vel impediendo habitum chnritatis el gratia», el peccatorum mortalium remissionem, sine quibus non est salus ipsi; constat quod sua fictio, simulatio el hypocrisis est peccatum mortale, utputa mendacium perniciosum exsistens. Nec debet dici mendacium officiosum, cum nulli prosit, nec prodesse possit.

Sextum falsum, est quod talis confessio est intergra, facta cum tali positiva fictione scienter.

Septimum, est quod taliter confessus non teneatur confiteri peccata prius confessa, nec ipsam fictionem, plus quarn peccata venialia.

Octavum, est quod taliter lictus non impediatur ab effectu ultimo sacramenti per formale fictionis, scilicet per indignum accessum ad sacramentum el abusum ejus, sed solum per materiale fictionis, quod est non pœnilere de peccatis.

Nonum falsum, est quod attritio cum sacramento, vel sacramenti susceptione, in nullo casu sufficiat, pro tempore susceptionis sacramenti, ad remissionem peccatorum, sed solum post susceptionem ejus. Videtur enim velle quod sacramentalis absolutio nunquam de attrito efficiat contritum, quod falsum est.

Decimum est, quia videtur velle quod materia sacramenti pœnitentiæ sit peccator spontanee confiions jieccata, et quod non requiratur ad propriam materiam sacramenti contritio, nec attritio, nec aliqua displicentia de peccato. Hoc enim falsum est : quia, licet ad veritatem sacramenti non requiratur in confitente contritio, requiritur tamen aliqualis displicentia de peccatis quæ confitetur, vel in singulari, vel in speciali, vel in generali.

Undecimum falsum, est quod talis ficto confessus, regulariter, et in omni casu, sil absolutus a praecepto Ecclesiæ et Dei, sine quacumque distinctione. Unde super hoc Petnis de Palude (dist. 17, q. 7) ponit quinque opiniones; el in ultima, quæ est sua, sic dicit : α Talis liberatur a pracepto Ecclesiæ, ita quod ante annum illum non teneatur confiteri, sive dicat fictionem illam, sive non, dum tamen dicat omnia alia peccata sua. Quia Ecclesia non polesl præcipere nisi actum exteriorem; nec. potest praeipere aliquam satisfactionem, nec pœnam imponere pro actu interiori. Unde quando dicitur quod confiteatur omnia peccata sua, quoad peccata cordis est consilium, sed quoad exteriora est praceptum.— Si dicatur : Ecclesia non pracipit illud quod est malum, quin praeopta boni legislatoris dantur de actibus virtutum; — dicendum quod confessio el absolutio in ficto non sunt malade se, sed propter circumstantiam fictionis. Et ideo confessio (a)secundum se est in pracepto; el, quoad substantiam facti, liberatur a pracepto humano, quod non potuit concludere privationem fictionis, sicut nec fictionem prohibere : sicut si eleemosyna est in pracepto, el fiat propter hypocrisim, dum tamen homo velit se aquitare a pracepto, el cum hoc placere mundo, liberatur a pracepto. Sciendum est autem quod praei pero confiteri, legem condendo, non est praceptum fori pœnilentialis effective, licet sit de illo foro materialiter et objective, sicul dare indulgentias. Unde non potest inlelligi praceptum de confitendo quoad peccatum cordis (6); sed de foro pœnitentiæ polesl confessor injungere quod frequenter confiteatur de interioribus de quibus se ei submittit. — Ad illud autem quod objicitur a quibusdam, quod Ecclesia potest pracipere actum interiorem, ratione exterioris, quando sine primo non habet effectum; sicul qui polesl pracipere lectionem, potest pracipere meditationem, etc ; — dicendum est quod non oportet; sed, eo ipso quod homo pracipit mihi lectionem, Deus, qui pracipit mihi olædire, pracipit mihi meditationem, sine qua non possum legere. Si autem dicatur qùod Ecclesia pracipit alicui contrahere matrimonium, quod non est sine consensu, et per consequens consensum, alias ei obediret qui tantum per verba contraheret, et excommunicationem evaderet; — dicendum quod non est simile. Quia, sicut Ecclesia de peccatis confessis, licet cordis, quia jam sibi subduntur, dat indulgentias; sic, postquam aliquis promisit alicui ducere earn in uxorem, obligatus est ad actum interiorem, ex facto quod Ecclesia.» subjacet. Unde (γ), ratione contractus, quo obligatus est ad actum interiorem, Ecclesia cogit eum ad illum : sicut si quis

(») con/ctsio. — Om. Pr.
(6) *peccatum cordis, — potestatem ordinis* Pr.
(γ) *de,* — Ad. Pr.

solo conio vovisset, Ecclesia ad illius voti observantiam non cogeret; si autem ore, tunc sic. Ilie autem iste non se obligavit ad pœnitendum interius, promissione quæ subjaceat Ecclesiæ: quia, licet in | baptismo abrenuntiaverit Satanæ, et professus sit religionem Christianam, non tamen obligavit se Ecclesiæ ad obediendum, nisi in illis qua· sunt >ibi commissa; et hæc sunt exteriora ; sicut religiosus non potest cogi nisi ad ea quæ ex regula et constitutionibus habent pralati imponere, ad quæ se obligavit, non ad plura, nisi prout sunt in casu necessaria ad illa.— Cum autem adducitur dictum legis, quod cum *alicui aliquid committitur, etiam committitur illud sine quo exequi non potest, etsi alias non competat* (a), etc.; —dicendum quod, commissa jurisdictione, tacite committuntur illa quæ sunt ad hoc necessaria, quando sunt talia quæ solent alias expresse committi. Talia autem non sunt actus interiores, quorum judicium Deus homini prohibuit, nisi in foro conscientia?. Et ideo, quamvis non possit pracipere confessionem de peccato occulto exteriori in foro exteriori, potest Limen pracipere confessionem de illo in foro interiori. Ecclesia enim habet praceptum in f«»ro exteriori ad bene ordinandum utrumque forum; sed quia actus interior omnino subterfugit forum exterius, etiam si de ipso constaret (quia si quis confitetur se consensisse in homicidium, non propter hoc posset excommunicari, sicul nec decollari), inde est quod de actu interiori non potest Ecclesia ferre præceptum, nec respectu fori pœnilentialis, nec judicialis. Sed de actu exteriori omnino occulto, quod ipsa posset punire, si ei constaret (puta per confessionem ejus qui solus est sibi conscius, quod aliter non potest ei constare), ipsa non potest facere praceptum in judicio exteriori, ita scilicet ut cogatur faleri veritatem; quia jure divino prohibetur de tali occulto inquirere, cum accusatio vel clamosa insinuatio debeat procedere, licet in communi possit excommunicare eum qui hoc fecerit; sed de isto actu potest dare praceptum exequendurn (G) in foro pœnitentiali. Sed de ipsa interiori pœnitentia nullo modo videtur posse praceptum dare; quia nullo modo cadit sub ejus pracepto, nec quod talis interior pœnitentia habeatur, nec quod aliquis do ejus fictione confiteatur. › — Ihec Petrus. — Ex quibus patet quod confiteri cum jMXmitcntia interiori non est præceptum Ecclesiæ, sed Christi, el similiter, confiteri fictionem interiorem, sicut el alia peccata cordis, licet non sil præceptum Ecclesiæ, est tamen praceptum Dei. Similiter, dico quod, licet accedere cum fictione ad sacramentum baptismi, vel pœnitentiæ, vel alia, non sit prohibitum pracepto Ecclesiæ, est tamen prohibitum pracepto Christi prohibentis hypocrisim quæ est peccatum mortale; non tamen prohibet illam quæ est venialis.

Alia vero quæ dicit Bernardus, possunt stare. Ideo argumenta qu® ipse solvit inconvenienter, solvenda Mini ex dictis Petri de Palude, potissime in solutione ad quartum Durandi superius recitatis, ut patet.

Ad argumentum contra quæstionem (i), respondet sanctus Thomas, present! distinctione. q. 3, art. 4, q|· 1, in solutione secundi, dicens quod ‹ contritio et satisfactio fiunt Deo; sed confessio fit homini. Et ideo de ratione contritionis et satisfactionis» est quod homo sit Deo per charitatem unitus; non autem de ratione confessionis. › — Hæc ille.

Sed contra hoc arguit Petrus de Palude (dist. 17, q. 8), dicens: « Contra verba qus ponit Thomas, videtur quod (C), si contritio et satisfactio, quia fiunt Deo, requirunt quod homo qui ista facit, sit unitus Deo; sic confe?sio, quia fit homini, requirit quod sit unitus homini. Et si prima unio debet esse per charitatem, pari ratione, secunda. Nisi dicatur sic : quod Deus, qui videt dispositionem, non inducit formam nisi in materiam bene dispositam ; sed homo, qui non videt cor, vel si ei dicitur, facit quod suum ℓ; intendens facere quod facit Ecclesa;sive erret (γ) in facto (et tunc non peccat), quia alius cui tenetur credere, non confitetur fictionem; sive erret (o) in jure, quia alius confitetur eam, el iste nihilominus absolvit, abutensclave; tamen, ex quo intendit absolvere, el verum sacramentum conferre, videtur quod conferat; el si tunc non habet effectum. propter illius indispositionem, habebit tamen postea, vel ex partione Dei, vel ex dispositione remanente. —; Et si dicatur quod non est sacramentum, quia (t), licet habent veram formam « non tamen veram materiam, quæ est |>eccator contritus, sicut rnateria matrimonii homo consentiens; — dicendum quod quando sua fictio non sibi occurrit ut confitenda, tunc non est confessio dimidiata; et quando fictionem suam dicil cum aliis peccatis, est confessio integra; cl sic materia |ærfecta, cui potest imprimi forma. Quod si fiat, verum sacramentum eril, <|uam\is fieri non debeat : sicut homo sacerdos habens hostiam super altare pollutum, non deberet quidem celebrare; sed, si proferret verba, vera Eucharistia esset. Peccator enim est materia, sed immunda, nisi sit saltem attritus; vel confessio sine attritione est materia immunda (ζ). El tale

(α) fi., *De jurisdictione,* l. Cui *jurisdictio,*
(6) exequrndum, — exeguemli Pr.

(3) *gitrituntem. — conchirionmi* Pr.
(β) *quod. quia* Pr.
(γ) rrn'f. — *riTrtur* Pr.
(c) erref. — *enetur* Pr.
(<) quia. — ergo Pr.
(ζ) *Peccator* mini *matena, ted immunda,* nui *tit nalttmi attritus; vel coufmio sine attritione est materia immunda. — et sufficit, ut quidam dicunt* Pr.

sacramentum non valet ad remissionem culpæ nec [Kenai pro tunc; sed, recedente fictione, valet ad utrumque, vel ex pactione, vel ex ornatu disponente sicut character, etiamsi contritio ponatur pars essentialis pœnilentiæ sacramenti : quia sicut satisfactio, quæ ordine nature debet sequi confessionem et contritionem, aliquando procedit confessionem, el sufficit, ita ut non teneatur Deo amplius satisfacere (puta quia contritio delevit pœnam; in quo casu, si constaret sacerdoti, nullam poenitentiam injungere deberet, sicut nec baptizato; vel si tantam poenitentiam fecit post contritionem, proprio motu, quod videatur satisfaciens confessori, non injunget aliam); aliquando autem pnecedit contritionem, ut quando facta est in peccato mortali, et est talis quod aliquid demit de substantia (puta quia tota poenitentia erit in eleemosynis, quas errogavit in peccato, postea conteritur, gratas habens eleemosynas quas fecit peccator), el sufficit, ut quidam dicunt (s); sic, e converso, licet contritio debeat procedere confessionem et absolutionem, si tamen sequitur, sufficit ad habendum tunc fructum, b — Hæc Petrus.

Mihi breviter videtur dicendum, quod, pro tempore absolutionis (C), non sit verum sacramentum pœnilentiæ, nec integrum, si confiions non habet, tempore quo confitetur, nec pro tempore quo absolvitur,ullam displicentiam de peccato: quia, in hoc casu, non est vera nec integra nec sufficiens materia sacramenti, ut prius dictum est. Si autem habet aliquam displicentiam de peccato, quæ tamen non attingit ad rationem contritionis, nec secundum se, nec cum sacramento, nihilominus est verum sacramentum, sed non perfectum in se et in suo effectu; quam tamen ullimatam perfectionem dabit sibi contritio, si postea sequatur. Si autem, nec tempore confessionis, nec tempore absolutionis, affuit attritio, nec qualiscumque displicentia de peccato, tunc nulla contritio sequens faciet, nec integrabit, nec perficiat procedens sacramentum, quod nullum fuit; sed aliunde poterit esse salutifera, puta ex desiderio futuri sacramenti.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

( ) *sufficit, ut quidam dicunt. — at materia, sed immunda,* nui fit *saltem attritus, vel confessio sine contritione at materia immunda* Pr.
( ) atwlutionu. — aÔFjluho Pr.

DISTINCTIO XVIII.

QUÆSTIO L

DTRUM CONFESSIO NON INTEGRA POSSIT ALIQUID VALERE AD SALUTEM

incA decimam octavam distinctionem, et finem procedentis, quæritur : Utrum confessio non integra possit aliquid valere ad salutem.

Et arguitur quod sic. Quia sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis, nisi propter absolutionem. Sed quandoque sacerdos qui audit confessionem, potest de aliquibus peccatis absolvere, el non de omnibus. Ergo ad minus in tali casu non oportet quod confessio sil integra.

In oppositum arguitur. Quia hypocrisis est impedimentum pœnilentiæ. Sed dividere confessionem ad hy|M)crisim perlinet, ut Augustinus *(De vera et falsa pœnitentia* (a), cap. 15) dicit. Ergo confessio debet esse integra, sic ut omnia peccata uni sacerdoti quis confiteatur.

In hac quæstione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod confessio debet sic esse Integra, ut homo confiteatur uni omnia peccata quæ habet in memoria.

Hanc ponit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. 3,.art. 4, in solutione secundæ quaestiunculae, ubi sic dicit : ‹ In medicina corporali oportet quod medicus non solum unum morbum, contra quem medicinam dare debet, cognoscat; sed etiam universaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo quod unus morbus ex adjunctione alterius aggravatur, el medicina qua! uni morbo competeret, alteri nocumentum prostaret. Et similiter in peccatis : quia unum aggravatur ex adjunctione alterius; el illud quod uni peccato est conveniens medicina, alteri incentivum prostaret, cum quandoque aliquis con-

ta) Hoc opus non est Augustino attribuendum.

ininis peccati» sit infectus, sicut docet Gregorius in *Pastorali* (pari, 3, cap. 3). Et ideo de necessitate confessionis est quod homo omnia peccata confiteatur quæ habet in memoria; quod, si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio, n — Hæc ille.

Item, ibidem (arg. Sed contra), arguil sic : < Confessio est pars ꝑoenitentia Sed pœnitentia debet esse integra,ut, 20. dist., Magister dicit. Ergo el confessio, » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Non minor morbi spiritualis detectio est necessaria in medicina spirituali, quam morbi corporalis in medicina corporali. Sed, in medicina corporali, oportet detegere uni et eidem medico omnem morbum corporalem memoriæ occurrentem. Ergo consimiliter, in medicina spirituali, oportet detegere uni et eidem medico omnem spiritualem morbum memoriæ occurrentem.

Secunda conclusio est quod non est necessarium quod confiions semper absolvatur ab omnibus peccatis confessis per unum el eumdem; immo potest per unum absolvi ab aliquibus, el non ab aliis, sed remitti ad alium, qui absolvat a reliquis·

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, ubi supra (4. Sentent., dist. 17, q. 3, ari. 4. q‖› 2), m solutione quarti argumenti. Illud enim argumentum est tale: «Sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis, nisi propter absolutionem , etc., › ut supra recitatum est, in primo argumento quaestionis. El respondet sic: < Dicendum, inquit, quod, etiamsi sacerdos non possit absolvere de omnibus, tamen tenetur sibi omnia confiteri, ut quantitatem totius culpæ cognoscat, el de illis de quibus non potest absolvere, ad superiorem remittat. i› — Ihec ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Deficiente causa propria alicujus eflectus. tollitur eflectus. Sed causa quare confessio dimidiata non valet, est quia illa dimidiatio tollit notitiam quantitatis peccati, quæ necessaria est sacerdoti, et impedii ejus curationem. Dimidiatio vero absolutionis non tollit talem notitiam, nec impedii curam. Ergo absolutio in casu potest dimidiari; non autem confessio.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS Ii.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

I. Argumentum Durandi. — Quantum ad secundum arlieolum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem, contra primam arguit Durandus (diei. 17, q, 15), non quidem directe contra conclusionem, sed contra ejus probationem, dicens quod ralio adducta pro conclusione non videtur necessario probare quod necessarium sit omnia peccata confiteri uni el eidem, sed solum quod est valde congruum. Quia, secundum eam, non est necesse omnia peccata simul confiteri, nisi ratione gravitatis quam unum sortitur ex alio, vel ratione medicinæ quæ prodesset contra unum el non contra aliud. Sed propter primum non oportet hoc ponere. Quia circumstanti» aggravantes non sunt de necessitate confessionis, sed solum illæquæ addunt novam speciem peccati. Sed unum peccatum, si recipiat gravitatem ex alio sibi adjuncto, non tamen recipit novam speciem. Ergo ad confe^ionern unius peccati non requiritur necessario quod fiat mentio de alio. — Nec propter secundum, scilicet propter medicinam. Quia, vel loquitur de medicina quæ expellit morbum, vel de illa quæ præsenal a recidivo. Medicina autem quæ expellit morbum peccati unius, nunquam est contraria medicinæ alterius peccati; quia eadem e?t medicina expellens omne peccatum, scilicet gratia; el ita, ratione illius medicinæ, non oportet confiteri simul omnia peccata, ne medicina quæ curat unum peccatum, gravet vel augeat aliud; quia istud nunquam est. Nec ratione medicinæ praservativæ : quia non est de ratione verae pœnitenliæ quod homo ab ea non possit excidere; ergo non est necessarium ad veram poenitentiam quod exhibeantur omnimoda remedia contra recidivum.

Alius est autem modus efficacior, probans eamdem conclusionem. Et est talis : Confessio respondet contritioni, sicut signum signato; quia ea quæ sunt in voce, note sunt earum quæ sunt in anima passionum. El etiam correspondei per simile : quia per contritionem fit mentalis confessio coram Deo, sicut per confessionem vocalem iit manifestatio peccatorum coram ministro. Sed contritio non potest esse de uno peccato sine alio. Ergo nec confessio. Et sic palet quod confessio debet fieri integre de omnibus peccatis uni el eidem. Quod est intelligendum de peccatis quæ memoriæ occurrunt, prævia (α) discussione ꝯonscientia , quæ debet confessionem præcedere. — Hæc Durandus.

II. Aliud argumentum.— Secundo polest argui directe contra conclusionem (6). Quia sicut confessio habet determinatum ministrum, ita videtur habere debitam materiam, quæ est illud per quod peccata manifestantur. Sed contitens, ut videtur, polest manifestare partem peccatorum per unum signum.

(a) pnevia. — prima Pr.

(C) Hoc «ccundum argumentum repentur etiam apud Durandum, eodem loco; affertur tamen ab eo per modum objectionis.

scilicet verbo, et partem per aliud, scilicet scripto. Ergo potent partem peccatorum manifestare uni ministro, et aliam partem alteri.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 17, q. 15), dicens quod, licet Ecclesia senet illum modum, scilicet quod inferior audiens totam confessionem absolvit de casibus quibus potest, superior autem ad quem remittitur, audit solum casum pertinentem ad se, ct de illo absolvit; tamen contra istum modum, et contra conclusionem, sequuntur aliqua inconvenientia. Primum est, quia confessio quæ lit inferiori integre de omnibus, et ipse non absolvit de omnibus, non habet aliquam absolutionem sibi correspondentem. Secundum est, quia confessio quæ fit superiori dc solo casu perlinente ad ipsum, non est integra. Tertium est, quia, cum de (a) illo peccato fuerit confessus inferiori, dubium est quare tenetur iterato alii confiteri : quia quamvis rite confessus possit, si velit, iterato confiteri, quod tamen ad hoc obligetur, non videtur rationabile. Quartum est, quia absolutio quæ fit ab inferiore et superiore, non est una, nec de eisdem peccatis, sed de diversis. Quæ omnia videntur inconvenientia. — Forte dicetur quod, non obstante quod inferior absolvat de casibus pertinentibus ad ipsum, et superior de casu ad se pertinente, est tamen una absolutio : quia quilibet eorum absolvit ul minister Dei, qui est unus, licet ministri sint plures. — Sed istud non solvit, immo potius confirmat : quia, sicut minister non absolvit nisi \ice Dei, sic non fit ei confessio nisi ut ministro Dei; si ergo absolutio quæ fit a pluribus ministris, est una, propter unitatem Dei cujus ministri sunt, eodem modo confessio facta pluribus erit una et sufficiens.

II. Argumenta aliquorum. — Secundo (6) potest argui contra utramque simul conclusionem. Quia, sicut homo non tenetur confiteri integre nisi de quibus recolit, sic, cum confessio fiat propter absolutionem, non tenetur confiteri integre nisi ei qui potest ipsum absolvere. Unde videtur sufficere quod peccator confiteatur inferiori de illis de quibus potest eum absolvere, et de reliquis superiori, et per quemlibet absolvatur de casibus ad eum |>ertinentibus. Absurdum enim videtur quod aliquis teneatur confiteri de aliquo peccato sacerdoti qui non potest eum de illo peccato absolvere. Et sic videtur quod licite potest dimidiari tam confessio quam absolutio.

Confirmatur (a). Quia *non est necesse ut quod semel confessi sumus, iterum confiteamur,* ul habetur, *de Pœnitentia,* disl. I, can. *Mensuram (ζ).* Sed dimidians confessionem curato et Episcopo, rite confitetur, in casu in quo curatus non potest eum absolvere de omnibus, nec Episcopus vult audire nisi de suis; quia nemo tenetur confiteri illi qui non vult vel non potest eum absolvere. Ergo, etc. Et hujus opinionis videtur esse Bernardus de Gannato, in impugnationibus Henrici, *Quodlibeto* I, q. 29.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ I. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumentum Durandi. — Quantum ad tertiurn articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. El quidem, ad ea quæ Durandus objicit contra prolmtionein primæ conclusionis, respondet Petrus de Palude (disl. 17, q. 5), «licens : «(Quod quidam dicunt, quod ĕircumstantia si non mutant speciem, non sunt coniilendæ, etc.;— dicendum quod non ideo circumstantia perlinet ad necessitatem confessionis quia mutat speciem, sed quia est distinctum peccatum perse; unde, si non mutaret speciem, et esset distinctum peccatum numero, esset confitenda. Sed ex hoc quod addit novam speciem, sequitur quod differat substantialiter in genere moris, quamvis sit idem numero in genere natura. Quia ergo unum peccatum, ex hoc quod circumstat aliud, sic illud aggravat, licet citra speciem, quod tamen remanet abeo distinctum, propter hoc scilicet est confitendum, «juia scilicet aggravat, el nihilominus manet distinctum in genere peccati mortalis. Sed propter hoc secundum veritatem non est adhuc satisfactum : quia, licet omne peccatum mortale distinctum, sit distincte confitendum, tamen argumentum «puéril quare non solum distincte, sed etiam simul de omnibus aliis in eadem confessione sit confitendum; cujus ratio, si dicatur gravitas, improbatum e>t. Et ideo dicendum est quod Thomas, in hac materia, quæ non est demonstrabilis, non intendebat demonstrare, sed probabiliter persuadere. Et ideo ratio probabilis est.— Quod autem dicit de medicina expulsive, verum est : quia, sive sit contritio, sive gratia, sive confessio, vel absolutio, vel satisfactio, ista perse expellit peccatum;

(a) *de.* — m Pr.

(β' Hoc argumentum Auctor affert, prout est relatum a Durando, dist 17, q. 15.

(a) Hæc confirmatio reperitur apud Petrum de Palude, disl 17, q. 5

(Cl Non similia leguntur in can. *Mensuram,* bene vero, § t diet. Grat. post can. 87, disl. i, *de Pcemlenlia,*

non nutem inducit per fie ad aliquod peccatum, nisi forte per accidens, sicut homo de bono opore gloriatur secundum quod hujusmodi Nec de ista intendit Thomas, sed de preservative· Quamvis autem non sit de ratione veræ pœnitentiæ non recidivare, tamen de ratione vera pœnitentiæ est quod homo sic pœnileat,quod sibi possit <lnri remedium ne recidivet, et ne habeat tantam occasionem recidivi sicut prius : sicut de ratione vera et perfect® ₥edicina est sic curare morbum, quod non remaneant vestigia; item curare morbum et reducentia morbum. Item, ad hoc quod medicus adhibeat perfectam medicinam, sic sibi morbus debet detegi, quod [tussit sibi perfectam medicinam adhibere, sive adhibeatur, sive non. Nihilominus apparet quod Thomas non intendebat universaliter demonstrare quare (a) confessio debet esse integra : quia, licet ila sil in quibusdam peccatis contrariis, non tamen omnia sunt contraria ; immo aliquando peccator non habel aliquod peccatum contrarium alteri, sed simile; immo raro afficitur homo vitiis contrariis; et sic non deberet esse integra, nisi haberet vitia contraria Item, peccatum semel factum, ex illo quod postea fit, nec alleviator nec aggravatur; sed tunc solum unum gravai aliud, quando est circumstantia alterius, licet status peccatorum aggravetur ex multiplicatione peccatorum. › — Hæc Petrus. — Ex quibus videtur velle quod probatio sancti Thomæ non sufficienter demonstret conclusionem.

Mihi tamen videtur quod instanliæ illalæ contra eam , non multum movent : quia sanctus Thomas non solum fundat se in dicta probatione sine pluri; immo fulcit eam aliunde in solutionibus argumentorum, presertim per hoc quod tanta integritas requiritur in confessione, quanta in contritione. Ibidem (4. *Sentent.,* disl. 17, q. 3, ari. 4, q'· 2) enim arguit sic, in secundo loco : ɑ Confessio ad hoc est necessaria in pœnitentia, ut pœna secundum arbitrium sacerdotis peccato taxetur. Sed sufficiens pœna potest imponi a diversis sacerdotibus de diversis peccatis. Ergo non oportet uni sacerdoti omnia peccata confiteri. d Ecce argumentum. Sequitur responsio : ɑ Dicendum, inquit, quod pœna a diversis sacerdotibus imposita, non esset sufficiens : quia quilibet consideraret tantum unum peccatum per se, et non gravitatem illius quam habel ex adjunctione alterius; et quandoque pœna quæ contra unum peccatum daretur, esset promoti va alterius peccati. Et praterea, sacerdos confessionem audiens, vicem Dei gerit; ct ideo debet hoc modo ei fieri confessio, sicut iit Deo in contritione; unde, sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus conterere-tur, ila non esset confessio, nisi quis de omnibus quæ occurrunt memoriæ confiteatur. » — Hæc ille. — Cum ergo dicit Durandus, quod non omnes circ℃umstantia aggravantes sunt de necessitate confessionis, — verum est, si non addunt novam speciem peccato, vel nisi ipsæ sint aliud mortale peccatum, sicut bene dicit Petrus. — Cum autem instat Petrus, quia, licet argumentum sancti Thomæ probet quod talis circumstantia, cum sit peccatum mortale, sil confitenda, non tarnen concludit quod omnia simul et uni et eidem sint confitenda; — dicitur quod immo sufficienter hoc concludit : quia, sine integritate confessionis, sacerdos non potest sufficiens remedium nec sufficientem pœnam imponere peccato, cum ejus gravitatem et quantitatem ignoret; et ulterius, tient conteritur integraliter coram Deo, ita debet confiteri integraliter coram ejus ministro. — Quod autem dicit Dmandus de medicina expultiva peccati, verum est. Sed contra medicinam praservalivam, ut dicit Petrus, el bene, non concludit : pœnitens enim taliter debet peccatum detegere, quod sufficiens satisfactio sibi possit injungi, ct conveniens remedium adhiberi; quod non potest fieri per dimidiatam confessionem. — Cum autem instat Petrus contra probationem sancti Thomæ, quia non semper peccator habet peccata vel vilia contraria, et ita non semper deberet integre confiteri, nisi in casu quo haberet vitia contraria. etc.; — dicendum quod non solum peccatum aggravatur ex adjunctione peccati vel vitii contrarii, immo ex peccato disparato, sicut avaritia ex luxuria vel superbia, ad minus quantum ad hoc quod ex ambobus constituitur majus onus, et major culpa, et major reatus et offensa extensive quam ex uno solum. Et ex omnium integra confessione magis deprehenditur status peccatorum, et gravitas cujuslibel peccati seorsum, utrum scilicet sit commissum cx passione, vel ignorantia, vel ex contemptu, vel ex consuetudine peccandi : qui enim plura mortalia commisit disparata, ct diu in illis fuit, statim deprehenditur non ex passione sed ex malitia peccasse. De hoc, in suo simili, sanctus Thomas, ubi supra (4. *Sentent.,* diet. 17. q. 3, art. 4,qu2), in solutione primi, sic dicit : < Unum peccatum per se consideratum, non ita demonstrat malam dispositionem peccantis, sicut quando cum pluribus aliis consideratur : quia in unum peccatum aliquis quandoque cx ignorantia vel infirmitate labilur; sed multitudo peccatorum demonstrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem ejusdem. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod illud quod addit Petrus, scilicet quod peccatum semel facium non gravatur ex illo quod fit postea, etc., parum valet. Tum quia, dato quod peccata sequentia non aggravent præcedens peccatum, tamen e converso procedentia aggravant sequentia, prout relinquunt dispositionem ad majorem contemptum. Tum quin etiam sequentia aggravant quodammodo procedentia, inquantum indisponunt ad poenitentiam proce-

(a) *tmweraaliter drmoiUtrare quare. — aliter demon ttrarr quia* Pr.

dentium, el confirmant contemptum præcedentem. Tum quia, posito quod non semper sed aliquando unum peccatum aggravetur e.\ consortio alterius, quocumque modo intelligalur illa aggra vatio, tamen, ut in pluribus, confiions est imperitus circa distinctionem Lilium, et confessor tenetur esse peritus; ct quia legislator aspicit illud quod contingit ut in pluribus, ideo pnecipitur a Deo confessio integre uni fieri, qui de talibus habeat judicare, non solum a confitcntibus imperitis, immo a peritis; cujus si fiat oppositum, confessio non valet, nec est verum sacramentum.

De illo autem quod dictum est, scilicet quod procedentia peccata possunt aggravare sequentia, nemini dubium esse debet, cum peccata venialia quandoque disponant ad mortalia. De hoc sanctus Thomas, *de Mala,* q. 7, art. 3, sic dicil : α Ex multitudine actuum generatur habitus, el crescit aviditas ct delectatio in peccato; et in Unium potest crescere, quod facilius inclinatur ad peccandum mortaliter, etc. » Item, 1· 2ᵉ q. 88, art. 3, sic dicit : « Actus peccati ad aliquid dupliciter disponit. Uno quidem modo, directe; et sic disponit ad actum similem secundum speciem. Et hoc modo, primo el per se peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale in genere, cum differant specie. Sed, per hunc modum, peccatum veniale potest disponere per quamdam consequentiam (a) ad peccatum quod est mortale ex parte agentis. Augmentata enirn dispositione vel habitu per actus peccatorum venialium, in tantum potest libido peccandi crescere, quod ille qui peccat, finem suum constituat in peccato veniali : nam unicuique habenti habitum, inquantum hujusmodi, finis est operatio secundum habitum. Et sic multoties peccando venialiter, disponitur ad peccatum mortale. Alio modo actus humanus disponit ad aliquid, removendo prohibens. Et hoc modo peccatum veniale ex genere potest disponere ad peccatum mortale ex genere. Qui enim peccat venialiter ex genere, prætennittit aliquem ordinem; el ex hoc quod consuescit voluntatem suam in minoribus debito ordini non subjicere, disponitur ad hoc quod etiam voluntatem suam non subjiciat ordini ultimi tinis, eligendo illud quod est peccatum mortale ex genere. › — Hæc ille. — Item, q. 73. art. 8, sic dicit : « Si nocumentum per se sequitur cx actu peccati, licet non sit intentum, nec praevisum, directe peccatum aggravat; quia qu.ecumque per se consequuntur ad peccatum, pertinent quodammodo ad ipsam peccati speciem : puta, si quis publice fornicetur, sequitur scandalum plurimorum; quod quamvis ipse non intendat, nec forte pnevideat, directe per hoc aggravatur peccatum. › — Hæc ille. — Ex quibus jeitcl quod ultimum dictum Petri non est universaliter verum.

U) eoTuegutfîitiajii — tonventenhani Pr.

Ad illud autem quod subdit Durandus, de secundo modo probandi conclusionem, respondet Petrus de Palude (ibid.), dicens quod α illa ratio habet instantias. Quia non oportet sic signum respondere signato, quod, si signatum sit integrum, quod signum sil integrum : quia facies integra potest repræsentari per speculum fractum dimidiatum. Ita etiam in sacramentis. Quia, in sacramento Altaris, res contenta el signata, est una et indivisa, el una non separata ab alia, scilicet corpus el sanguis Christi, et in se, et in sacramento; cum tamen sacramentum sit divisum et separatum, id est (2), species ipsa·, quee sunt materia, el verba utriusquo formæ; el forma consecrationis corporis significat divisim corpus el materiam, quæ tamen utrumque continet; et e converso forma et materia sanguinis. Item, satisfactio est signum contritionis, confessionis el absolutionis. Sed satisfactio potest dimidiari : non sic autem quod pœnitens satisfaciat de uno, el (δ) pro alio nec nunc nec alias intendat satisfacere; sed sic quod hodie facit poenitentiam injunctam pro uno, et cras injunctam pro alio; sicul quandoque injungitur ab eodem absolvente pœnitentia distincta pro distinctis peccatis; et quia unus pro alio potest satisfacere, pariem pœnitentiæ facit per se, aliam per alium ; el unam per indulgentias, et aliam per eleemosynas et hujusmodi; et pariem hic, et partem in purgatorio. Ergo similiter, si illa ratio valet, potest dimidiari confessio et absolutio : scilicet quod isti confiteatur hodie unum, cum proposito confitendi cras aliud alii; et absolvatur (γ) nunc ab isto, el cras ab alio. — Hem, minor potest interimi. Quia, si homo conteritur de omnibus in generali, postea vult de singulis in speciali conteri, non oportet quod lotum sit in una hora, nec etiam uno die, ex quo habetur propositum de singulis conteri de uno post aliud. Et videtur quod antequam ad ultimam contritionem de ultimo venerit, ex solo bono proposito Deus eum de omnibus absolvit Et sic sacerdos, antequam (c) ille totum dixerit, ex quo tamen alias dicere proponit, ul videtur, potest statim absolvere, se Deo conformando. Nam non est dubium quod confessio dimidiari potest eidem, sic tamen quod absolutio non recipiatur quousque lotum sil confessus; sicut in illis qui multis diebus generalem confessionem continuant. Sed, quantum ad propositum, verum est quod confessor non potest se conformare Deo : quia, si absolvit a dictis el non scienter retentis, Deus hoc non facit, sed absolvit ab omnibus mortalibus, vel a nullo; si autem absolvit a retentis non oblitis nec dictis, hoc non potest, quia non sunt materia nisi confessa specialiter, et

(3) ul eit. — re Pr.
(ὐ) non. — Ad. Pr.
(γ) ἀδMivαlμι — *absolvi* Pr.
(Ì) *antequam.* — *ante t el postquam* Pr.

oblita confessa generaliter. Ideo, etc. — Item, probatio sua circularis est : quia, in quæslione (a) de contritione, probavit dc omnibus mortalibus simul debere conteri et sigillatim, quia sic de ipsis est | confitendum; et modo, c converso, probat confessionem debere esse integram per integritatem contritionis; et sic utrubique est petitio principii.— Et ideo potest esse tertia ratio ad eamdem conclusionem, talis : Confessor debet se conformare Deo, quantum potest commode. Deus autem non absolvit nisi ab omnibus. Ergo nec iste debet nisi ab omnibus. Sed non potest nisi a confessis, vel oblitis, quæ habentur pro confessis per generalem confessionem. Ergo omnia debent confiteri. Dico autem si *potest* : quia quando (6) non potest ab omnibus absolvere, tunc non potest se conformare Deo, et excusatur; ut inferior, qui tantum absolvit a casibus suis. Superior vero non potest commode ab omnibus: quia non potest nisi audiat; el non potest audire omnia peccati omnium ad se venientium vel confluentium de lota dioecesi, forte uno die, vel septimana pœnosa. Gravarentur etiam homines bis omnia dicendo, elc. ь.— Hæc Petrus, et bene quoad ea quæ dicit contra Durandum. Sed ratio quam inducit pro conclusione, virtualiler continetur in dictis sancti Thomæ, et cum minori calumnia, ut prius recitatum fuit.

II. Ad aliud argumentum. — Ad secundum principale contra eamdem conclusionem, respondet Durandus (dist. 17, q. 15), dicens quod α non est simile de plurificatione materiæ, et de plurificalione ministrorum, quibus fit confessio, et a quibus fit absolutio. Quia, sicut per contritionem cordis fit Deo necessario integra confessio, sic confessio oris debet integre fieri alicui ministro. Sed signum per quod confiions manifestat peccata sua confessori, non est tantum unum : quia non est possibile; quidam enim sunt muti, et ideo non possunt per verba confiteri peccata; propter quod, cum Deus nihil impossibile requirat, restat quod tales possunt confiteri per scriptum, signa vel nutus. Materia enim confessionis non est una secundum speciem (ut aqua in baptismo), sed est una unitate analogia? quæ est inter signa, sic tamen quod semper principalius assumatur dc possibilibus. Cujus ratio est : quia in quibusdam sacramentis, puta in baptismo, confirmatione et online, nihil requiritur ex parte recipientis, nisi quod non sit impedimentum; et ideo quidquid extrinsecus apponitur, lotum est determinatum in specie una ex ordinatione divina; sod in pœnitentia requiritur |>er se actus pœûitentis, scilicet quod manifestet peccata sua sacenioli ; et quia Deus non requirit a nobis nisi quod possumus, ideo sufficit quod peccator manifestet peccata sua sacerdoti per præcipuum signum quod est sibi possibile, quamvis non sit semper unius rationis >. — Hæc Durandus, et bene, et concorditer dictis sancti Thomæ, dist. 17, q. 3, ari. 4, qu 3, in solutione secundi argumenti.

§ 2. — AD ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi- — Ad argumenta contra secundam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist. 17, q. 5). Et primo, ponit quatuor opiniones; secundo, subjungit suam, quinto loco, dicens : < Quintus modus dicendi est. Quia aut omnia sunt venialia; aut omnia sunt mortalia; aut quædam mortalia, et quædam venialia. In primo casu,]K)tcst absolutio dimidiari indifferenter a superiori et inferiori : quia horum remissio non habet connexionem, nec quoad contritionem, nec quoad confessionem, nec per consequens quoad absolutionem. Quando autem retenta sunt mortalia, et non retenta venialia, constat per idem, quod superior potest absolvere de mortalibus, sine hoc quo<l absolvat de venialibus; quia mortale potest remitti, non remisso veniali. E converso autem, remitti non potest veniale sine mortali, sicut nec unum mortale sine alio mortali. Unde tunc est idem quod in secundo casu, quando omnia sunt mortalia. Et quidem Ecclesia Romana siç utitur, quod absolvit a majoribus mortalibus, remittens pro minoribus absolvendum. Et ideo supponendum est quod ita potest fieri. Quo supposito, pari ratione, potest fieri e converso : quia de mortalibus non minus potest remittere minus sine majori, quam e converso. Propter quod, qua ratione potest absolvere superior de retentis, non absolvendo de concessis, eadem ratione, inferior de concessis tantum : quia ex quo iste est absolutus quoad Deum, ul supponitur ex contritione quam ostendit, id quod est ex parte Ecclesiæ, potest dimidiari in foro pœnitentiali ; sicut in foro judiciali potest quis absolvi ab uno judice ab una sententia, et ab alio ab alia. Immo etiam, si non esset contritus, sed attritus, idem est : quia dispositio ad gratiam potest dimidiari. Et sicul in dispositione actuali, quæ est per actum liberi arbitrii, quo oportet in speciali de omnibus conteri, mulli actus concurrunt, ex quibus contritio generalis sequens fit dispositio perfecta ad gratiam; sic, ex confessionibus'facti diversis, causatur dispositio ornatus perfecta ad gratiam (z). Et sicul quando aliquis inungitur, diversæ sunt unctiones, quarum quælibet habet separatam formam et separatam materiam, et omnes sunt necessaria?· et, omnibus

(a) çtUMtforur. — *conclutionc* Pi
6) *tpiando.* — Om. Pr.

(a) verbis rtc ar *conftuionibut* usque ad *gratiam*, om Pr.

perfectis, tunc ex vi sacramenti sequitur effectus, ct non ante (et idem esset si casus mortis primi ministri cogeret ministros multiplicari); sic et hic : quia absolu lio respectu Ecelesiæ potest dimidiari, et dispositio respectu Dei; indo est quod vi clavium, quando completi est ultima absolutio, tunc sequitur effectus, et non ante. Et non est dubium quod superior potest de omnibus absolvere, vel de omnibus absolvendum remittere. El licet, de potentia absoluU, posset committere majora sine minoribus, non tamen de potentia ordinata : quia, si pœnilentiarius Episcopi posset solum absolvere de episcopalibus, quicumque iret ad eum, notaret se eo ipso de illis, cum de aliis non |>osset absolvere; propter quod Simon Legatus revocavit illam clausulam concilii Compendiensis, qua prohibetur prælalis committere fratribus nisi majora crimina. Potest ergo superior absolvere de omnibus, si tamen omnia velit audire; aliter non. Inferior autem non : quia, sicut si absolveret de excommunicatione a superiore retenta, nihil ageret, sic etiam de peccato; quia a non judice suo lata sententia non tenet in eo in quo est non suus judex, licet teneat in aliis (ut si ab ordinario est appellatum in una causa, remanet judex in aliis, non in illa; propter quod sententia sua in illa non tenet); ita est hic. Sed utile per inutile non vitiatur in illis quæ. recipiunt divisionem. Unde, si absolvit ab omnibus, valet absolutio in casibus suis, nec plus oportet ad eum redire; sed non in aliis. Sed si casus reservatus est majoris excommunicationis, vel minoris, nullo modo potest ante absolvi quam fuerit remissus absolutus ; quia non est capax sacramentorum. Sed, dato quod iste homo, de quo positus est casus, non posset absolvi ab inferiore ab omnibus, nec superior vellet de omnibus, teneretur tamen uni dicere omnia : quia, licet inferior tunc non posset absolvere ab omnibus, post remissionem tamen potest ab omnibus absolvere, sive ille superior absolverit, sive non, sive sit ordinarius, sive ejus vicarius; non quod iste possit committere, sed (a) quia talis est intentio retinentium sibi casus, quod, postquam mandatum superioris receperunt, ex tunc nihil retinent; quia ex tunc nolunt istum ad se redire, quem remittunt. Et iterun' Decretalis dicit *omnia sacerdoti* non *sacerdotibus.* » — Hæc Petrus, in forma. Et hæc est opinio sua propria.

Tunc ad argumenta Durandi in oppositum, dicitur quod ex illo modo dicendi non sequitur aliquid quod sit inconveniens secundum veritatem. Et ideo ad primum inconveniens contra hoc illatum, dicitur quod confessio facta inferiori de omnibus, qui tamen non absolvit de omnibus, habet aliquam absolutionem sibi correspondentem quia, post remissionem confitentis a supenori ad inferiorem, inferior absolvit eum de omnibus; vel, si inferior primo absolvit eum de sibi concessis tantum, et postea superior de retentis, vel econtra, non est inconveniens, illud quod est Ecelesiæ, dimidiari in foro pœnitenliali, sicut dimidiatur in foro judiciali. Nec oportet tali confessioni correspondere aliquam absolutionem adaequatam, sed duas. — Ad secundum inconveniens, dicitur quod confessio facta superiori de solo casu retento, licet non sit integra formaliter, est tamen integra in virtute, pro quanto confiions illum solum casum est paratus omnia confiteri, si superior vellet audire omnia, tamen non vult. Rursus, quia illa dimidiata et particularis confessio valet in virtute integra? confessionis prius factæ inferiori. — Ad tertium inconveniens, dicitur, secundum Petrum (ibid.) : a Quod nemo cogitur bis idem peccatum confiteri, verum est per seel simpliciter; sed per accidens potest contingere. Nam, si primo confiteretur (α) superiori, non oporteret postea confiteri alii, cum ille de omnibus possit absolvere. Nec videtur quod debeat eum post confessionem remittere non absolutum, sed absolvendum : quia sic cogit eum bis confiteri idem, cum non possit illius peccatum scribere, secundum quosdam, quamvis pœnilentiarii contrarium faciant; et qui potest Statim dare beneficium, non debet differre, nec ad alium mittere. Sed, si est aliquis qui non potest eum absolvere, tunc per accidens est quod teneatur iterum confiteri potenti absolvere, ut absolvatur, i» — Hæc ille. — Ad quartum inconveniens, dicitur sicut ad primum : quia non est ila inconveniens dimidiari absolutionem, sicut esset inconveniens dimidiari confessionem. Tamen confiions potent aliter absolvi quam per dimidiationem absolutionis, ut dictum est : pula quod superior remittat eum absolvendum ab omnibus per inferiorem.

De responsione vero quæ recitatur, dicitur quod non valet; licet Petrus eam nitatur colorare cum Bernardo de Gannalo. Ideo illam non approbo, sed potius cum Durando ejus impugnationem.

II. Ad argumenta aliquorum. — Ad secundum principale dicitur primo, quod non est simile de peccatis de quibus confiions non recolit, el de peccatis de quibus confessor inferior absolvere non potest, sed solum superior. Tum quia, in primo casu, sicut excusatur quoad contritionem coram Deo, ita quoad confessionem coram Dei vicario; secus est in secundo casu. Tum quia, in secundo casu, confiteris scienter celat gravitatem peccati sui et sui status; secus in primo casu; ideo in secundo casu esset fictio, non nutem in primo. Turn tertio, quia dimidiatio confessionis in secundo casu est voluntaria, in prirno vero est penitus involuntaria, cum sit per ignorantiam. Et multæ aliæ dissimilitu-

(a) — rt Pr.

(α) *confiteretur.* — *confitetur.* Pr.

dines possunt assignari. — Dicitur secundo, quod non est inconveniens confiteri omnia ei qui non potest pro tunc de omnibus absolvere, tamen tempore debito poterit de omnibus absolvere, scilicet post remissionem sibi factam per superiorem. Sed, si ille confessor, nec tunc, nec alio tempore, posset de omnibus absolvere, tunc argumentum haberet colorem. Non autem sic est in proposito. Ideo non valet.

Ad confirmationem patet responsio per prædicta. De hoc tamen latius loquitur Petrus de Palude (dist. 17, q.5), dicens : « Verum est simpliciter et per se quod Ecclesia non potest arctare vel cogere aliquem ad confitendum bis idipsum : quia non potest mutare sacramenta quoad necessitatem, quod scilicet faciat sacramentum necessitatis in tota Ecclesia, id quod est voluntatis, sicut nec e converso potest facere baptismum et pœnitenliam, quæ sunt necessitatis, esse voluntatis solum; quamvis sit dissimile, quia Papa non potest contra pneceptum Dei, sed potest, præter præcepla Dei, facere nova pnncepia. Dico autem *generaliter :* quia, si necessitas Ecclesia requirat, potest aliquem cogere ad matrimonium, puta filiam regis, aut filium, vel (x) ad ordinem suscipiendum, aut confirmationem; soil in generali statuere quod omnes contraherent et nullus contineret, vel quod omnes susciperent sacros ordines et nullus contraheret, non videtur. Nec obstat quod (6) statuit quod omnes simul in anno communicent in Paschale : quia illud semel necessarium erat in vita, sicut pœnitentia; sicut enim dicitur (Lue. 13, v. 5), iVist *poenitentiam egeritis, omnes similiter* (γ) *peribitis,* sic dicitur (Joan. G, v. 54), *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis,* etc. Vel dicendum est quod hoc non est mutare aliquid in sacramento : quia essentia illius non consistit in usu, sicut in aliis. Potest etiam facere quod conferre sacramentum sil in præcepto et necessitatis, quod suscipere est voluntatis : quia curatus el Episcopus tenentur ex statuto Ecelesiæ, et Christi, dicentis (Joann. 21, v. 17), *Pasce oves meas,* ministrare subditis ecclesiastica sacramenta. Sed si susceptio sacramenti sit ejus essentia, tunc susceptionem necessariam facere voluntariam, vel econtra, esset mutare sacramenti institutionem; quia propter susceptionem est sacramentum, non propter dantem. Licet ergo simpliciter et per se Ecclesia non possit statuere, ul (o) secunda confessio, quæ de se est voluntaria, sit necessaria; tamen, per accidens, et secundum quid, potest, ut videtur, statuere quod nullus possit absolvere a tali peccalo simpliciter, nisi talis superior; inferior tamen possit absolvere (i) a culpa, nisi sub tali pacto, quod remittat ad superiorem pro absolutione a culpa et a pœna; et tunc, si ille qui inferiori confitetur, requirit absolutionem ab illo sibi exponente quod non potest eum absolvere nisi sic quod vadat ad superiorem iterum confessurus, eo ipso sponte se obligat ad iterum confitendum, ex quo sub tali pacto recipit absolutionem.» — Hæc ille.

El addit ulterius (ibid.), magis directe ad argumentum, dicensquod < confessionem non est necesse iterari, nisi in quatuor casibus. Primus, quando, propter manifestum defectum absolventis, fuit absolutio nulla; sive quia non poterat absolvere aliquo modo, vel quia non sacerdos, vel quia non proprius; vel quia non potuit in parte, et in parte potuit; et tunc, pro parte qua non est absolutus, tenetur iterum confiteri, quia tenetur totam absolutionem recipere. Unde, quamvis sit liberatus a confessione directe, non tamen indirecte, quia non potest absolvi nisi confiteatur. — Secundus casus est, quando non potuit absolvi propter defectum suum, ut quia excommunicatus majori excommunicatione, vel minori; nisi quod (x) in hoc casu, et in aliis, si confiteretur eidem, non oporteret iterare peccata explicite, sed solum implicite, dicendo : *Peccavi in illis qu:e vobis dixi alias;* sicut, si nulla fuisset absolutio de facto, et dilata f6), post mullos dies impertiri potest, etiam si iste oblitus fuerit, dum tamen prius pœnilentiarn innotuerit, quia,si non taxasset pœnilentiarn, tunc oporteret sibi ad memoriam reducere, ut moderaretur juste.,Propter quod, remittens ad Episcopum, si non absolvat, debet pœnitenliam innotescere; quam post reditum injunget, dicens : *Facias quod tibi dixi;* quia ligare non debet antequam solvero. Ila el in proposito. — Tertius casus est. quando aliquod mortale scienter per hypocrisim (γ) celavit. Tunc enim oportet iterum confiteri; nisi forte eidem confiteretur, quia tunc sufficit illud celatum dicere explicite, el alia repetere implicite (o), sicut in primis casibus; nisi quod primus videtur dubitabilior aliis : quia confessio coram non suo judice facta, non tenet; unde, cum ille esset non suus judex in primo casu, saltem in hoc, ideo confessio nulla; nec per consequens ex illa potest procedi ab illo postea facto judice. Et dicendum quod, si aliquis confiteatur coram suo judice esse verum illud quod coram non suo judice confessus fuit, de quo constat, ex ista nova confessione condemnari potest, ac si de novo explicite confessus esset. Et sic est hic. — Quarius casus est, quando dedit pœnitenliam oblivioni. Tunc enim tonetur poenitentiam sibi impositam complere; et

(s) *vel.* — *icilicct* Pr.
(δ) *quod.* — *quia* Pr.
(γ) *similiter.* — fimul Pr.
(i) *scilicet.* — Ad. Pr.
(c) a verbis a *tali* usque ad *abiolvcrc,* om. Pr.

( ) *quod.* — *quia* Pr.
( ) *ct dilata.* — *dilatata* Pr.
(t) per *hypocrisim.* — *pro hypocnn* Pr.
(ij *ct alia repetere implicite.* – *alia tenetur dicere* Pr.

non potest nisi sciat cam; et ideo tonetur confiteri, ut sciat sibi imponendam, cl sic impleat loco illius : quia, sicut votum quod impleri non potest, delæl mutari in votum possibile, sic et poenitentia impossibilisdebel mutari in possibilem; quod non potest lieri juste et æqualiter, nisi peccata dicantur. Mullis tamen videtur quod non tenetur confiteri peccata; quia forte dedit omnia vel partem oblivioni, sicut et pœnitentiam. Nec tenetur ad aliquam pœnitentiam, nisi ad sibi impositam; a qua propter impossibilitatem ex ignorantia excusatur, vel liberatur. Unde, cum horno non teneatur ad confitendum nisi peccata non confessa, oblivionem et negligentiam habet confiteri de necessitate salutis, et nihil aliud. Sed ▾erum est quod, si vult in hac vita sacramentalem pœnitentiam facere pro primis peccatis, debet ea confiteri, ut eam accipiat; si vero ex se, hic vel alibi, facere vult, non tenetur. » — Hæc ille, et bene.

Ex omnibus praedictis apparet mihi quod securior modus est quod, in casu ubi inferior non potest de omnibus absolvere, nec superior vult omnia audire vel ab omnibus absolvere, tunc inferior primoaudiat omnia peccata; secundo, sine absolutione remittat eum ad superiorem, ut dicat et confiteatur ei casum retentum; el tertio, superior, audito illo casu, remittet eum ad inferiorem, absolvendum unica absolutione ab omnibus peccatis, sicut omnia eidem confessus fuit. El sic omnia inconvenientia prædicte cessarent.

Ad argumentum contra quaestionem (z) palet responsio per prædicta (β).

Et hæc de quæstione dicta sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

DISTINCTIO XIX.

QUÆSTIO I.

ÜTBÜM QUILIBET SACERDOS POSSIT UTI CLAVE QUAM HABET, IN QUEMLIBET HOMINEM

ir c a decimamnonam distinctionem quærilur : Utrum quilibet sacerdos possit uti clave quam habet, in quemlibet ; hominem.

El arguitur quod sio. Quia potestas clavium in sacerdotes descendit ex illa Domini auctoritate, qua dixit (Joan. 20, v. 22 et 23) : *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata t remittuntur eis.* Sed illud indeterminate dixit de omnibus. Ergo habenselavem potesteauti indifferenter in quemlibet.

In oppositum arguitur.Quia,in Decretis,caus.(a)16, q. 1 (diet. Grat, ad can. 19), dicitur : *Nulli sacerdotum licet parrochianum alterius absolvere aut ligare.* Ergo non quilibet potest quemlibet absolvere. Ergo, etc.

In hac quæstione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod In Ecclesia sunt el debuerunt esse claves.

Hanc probat sanctus Thomas, 4. Sentent., dist. 18, q. 1,art. 1. Nam, in solutione primæ quæsliunculæ, sic dicit : α In corporalibus dicitur clavis instrumentum quo ostium aperitur. Regni autem coelestis ostium nobis per peccatum clauditur, et quantum ad maculam, et quantum ad reatum pœnæ. Et ideo potestas, qua tale obstaculum removetur, dicitur clavis. Hæc autem potestas est quidem in Deo et Trinitate per auctoritatem ; et ideo dicitur a quibusdam, quod habet elavem auctoritatis. Sed in homine Christo fuit hæc potestas ad removendum hoc obstaculum peccati, merito passionis, quæ etiam dicitur januam aperire ;el ideo dicitur, secundum quosdam, habere elavem excellenliæ. Sed quia ex latere Christi dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricatur, ideo in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet. El, propter hoc, in ministris Ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum, est potestas aliqua ad prædictum obstaculum removendum, non propria virtute, sed virtute divina et passionis Christi. Et hæc potestas metaphorice clavis dicitur Ecclesiæ, quæ est clavis ministerii. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio : Quicumque habet potestatem removendi obstaculum claudens ostium regni cœlorum, habet elavem metaphorice dictam. Sed ministri Ecclesiæ sacerdotes habent hujusmodi potestatem. Ergo habent elavem. —Confirmatur per illud quod dicitur Petro, Matth. 16 (v. 19) : *Tibi dabo claves regni cœlorum.*

(3) *q\uKtt\onem. — concluiionem* Pr.

(β) Vide. in tecunda conduiione, responsionem quam dat huic argumento S. Thomas, 4. Sentent, dbt. 17. q. 3. art. 4, ad 4«.

(a) *eam.* — Om. Pr.

Secunda conclusio ent quod clavis Ecclesia» est potestas ligandl ot solvendi, qua jud<»x ecclesiasticus dignos recipere, Indignos excludere debet a regno.

Hanc ponit sanctus Thomas, ibidem, in solutione secundæ quæsliunculæ, dicens: e Secundum Philosophum, 2. *de Anima* (t. c. 33), potenti® per actus diffiniuntur. Unde cum clavis sil quædam potestas, oportet quod per actum sive per usum diffiniatur; et quod in actu objectum exprimatur, a quo speciem recipit actus; et modus agendi, ex quo apparet potentia ordinata. Actusautem potestatis spiritualis, est ut cœlum aperiat, non absolute, quia jam apertum est, sed ut quantum ad hunc aperiat; quod quidem ordinate fieri non potest, nisi idoneitate ejus, cui cœlum aperiendum est, pensata. Et ideo in diffinitione clavis, ponitur genus, cum dicitur, *potestas;* et subjectum potestatis, cum dicitur, *qua ecclesiasticus judex;* et actus, scilicet *excludere* et *recipere*y secundum duos actus materialis clavis, aperire et claudere; cujus objectum tangitur in hoc quod dicit, *a regno;* modus autem in hoc quod *dignitas* et *indignitas* in illis in quos actus exercentur, pensatur, d — Hæc ille.

El ibidem, in solutione primi, sic dicit : < Ad duo, quorum unum est causa alterius, una potestas ordinatur; sicut in igne, ad calefaciendum et dissolvendum. Et quia omnis gratia el remissio in corpore mystico ex capite suo provenit ei, ideo eadem potestas esse videtur per essentiam, qua sacerdos conficere potest, et qua potest ligare el solvere, si adsit jurisdictio. Nec differt nisi ratione, secundum quod ad diversos effectus comparatur; sicut etiam ignis dicitur secundum aliam calefactivus et liquefaclivus. Et quia nihil aliud character ordinis sacerdotalis est quam potestas exercendi id ad quod principaliter ordo sacerdotii ordinatur, oportet quod sit idem quod spiritualis potestas. Ideo character, et potestas conficiendi, et potestas clavium, est unum et idem per essentiam, sed differt ratione. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Cujuslibet potestati recte assignatur diffinitio per actum, et objectum actus, el modum proprium agendi. Sed diffinitio potestatis ecclesiastic®, quæ dicitur clavis, assignatur illo modo. Ergo recte assignatur.

Tertia conclusio est quod sacerdos non potest uti clave suæ potestatis In quemlibet hominem.

Hanc ponit sanctus Thomas, dist. 19, q. 1,arl.3, in solutione prini® quæsliunculæ, ubi sic dicit : « Ea quæ circa singularia oportet operari, non eodem modo omnibus competunt. Unde sicut prater generalia medicinae pnecepta oportet adhibere medicos, quibus pnecepta universalia medicina» singulis infirmis, secundum quod decet, aptentur; ita in <|uolil>et principatu, pneler illum qui universaliter pnecepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis, secundum quod decet, adaptent. El, propter hoc, etiam in cœlesti hierarchia, sub Potestatibus, quæ indistincte prosunt, proponuntur Principatus, qui singulis provinciis distribuuntur; el sub his Angeli, qui singulis hominibus ad custodiam deputantur. Unde et ita esse debel in prolatione militantis Ecclesiæ : ut apud aliquem esset prolatio indistincte in omnes; et sub hoc essent alii, qui super diversos distinctam potestatem acciperent. Et quia usus clavium requirit aliquam prolationis potestatem, per quam ille in quem usus clavium exercetur, efficitur materia propria illius actus, ideo ille qui habet indistinctam potestatem super omnes, potest uti clavibus in quemlilæt; illi autem qui subeo distinctas potestates accipiunt, vel acceperunt, non in quoslibet possunt uti clavibus, <«d in eos tantum qui eis in sortem venerunt; nisi in necessitatis articulo, ubi nemini sunt sacramenta deneganda. > — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione primi argumenti, sic dicit : a Ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas : scilicet potestas onlinis, et potestas jurisdictionis. Prima quidem potestas est æqualiter in omnibus sacerdotibus, non autem secunda. Et ideo ubi Dominus, secundo loco, Joan. 20 (v. 22 el 23), dedit omnibus Apostolis communiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ consequitur ordinem; undeet sacerdotibus, quando ordinantur, illa verba dicuntur. Sed Petro dedit singulariter potestatem remittendi peccata, Matth. 16 (v. 19); ut intelligatur quod ipse pro aliis habet potestatem jurisdictionis. Potestas autem ordinis, quantum est de se, extendit se ad omnes absolvendos. Et ideo indeterminate Dominus dixit (Joan. 20, v. 23) : *Quorum remiseritis peccata*, etc.; intelligens tamen quod usus illius potestatis esse deberet, supposita potestate Petro collata, secundum ipsius ordinationem. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Nullus habens distinctam et restrictam potestatem in militante Ecclesia, potest uti tali potestate indistincte in quemlibet illius Ecclesiæ, sed solum in aliquem, et in aliquem non. Sed mulli sacerdotes habentes elavem ecclesiasticam, sunt hujusmodi. Ergo, etc.

Quarta conclusio est quod sacerdos potest absolvere el ligare pœnitentem secundum proprium arbitrium divino instinctu regulatuin, aliter non.

Hanc jionil sanctus Thomas, dist. 18, q. 1, art 3, in solutione quart® quæsliunculæ, dicens : « Sacer-

dos operatur in usu clavium sicut instrumentum et minister Dei. Nullum autem instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum quod movetur a principali agente. Et ideo dicit Dionysius, in fine *Ecclesiastics Hierarchise* (cap. 7, III, § 7), quod sacerdotibus utendum est virtutibus hierarchicis quomodo divinitas eos moverit. In cujus signum, Matlh. 16 (v. 17), ante potestatem clavium Petro traditam, fit mentio de revelatione divinitatis ei fricta; et, Joan. 20 (v. 22), praemittitur potestati remissionis Apostolis datæ Spiritus Sancti donum, quo filii Dei aguntur. Unde, si quis prater istum motum divinum uti sua potestate prasumpserit, non consequeretur effectum, ut Dionysius dicit (ibid.); et, prater hoc, a divino ordine averteretur, et sic culpam incurreret. El quia pœnæ satisfactoriæ infligendo? ut medicina? sunt, sicut medicinæ in arte determinata?, non omnibus competunt, sed varianda» sunt secundum arbitrium medici, non propriam voluntatem sequentis, sed scientiam medicina?; ita pœnæ satisfactory in canone determinate, non competunt omnibus, sed variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis divino instinctu regulatum. Sicut autem medicus aliquando prudenter non dat medicinam ita efficacem, quæ ad morbi curationem sufficiat, ne, propter debilitatem natura, majus periculum oriatur; ita sacerdos, divino instinctu motus, non semper totam pœnam quæ uni peccato competit, injungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ desperet, et a pœnitentia totaliter decidat, d — Hæc ille.

Ex quibus potest argui pro conclusione sic : Nullum instrumentum habet efficacem actum, nisi secundum quod movetur a principali agente. Sed sacerdos, ligando et solvendo, se habet ut instrumentum respectu Dei. Ergo, etc. — Item : Medicinoe in arte determinata?, variandæ sunt secundum arbitrium medici conformantis se scientiae, Sed sacerdos est medicus. Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur

ARTICULUS 11.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra secundam conclusionem arguit Scotus (dist. 19, q. I), probando quod non sint idem character sacerdotalis ct claves ecdeeisc.

Primo (a). Quia illa? potestates sunt distincte,quarum una potest esse sine alia. Sed potestas conficiendi corpus Christi, sive character sacerdotii, potest esse sine illa quæ includitur in clavibus. Ergo, etc. Minor probatur. Quia sic fuit in Apostolis in cœna, cum dicebatur eis (Luc. 22, v. 19) : *Hoc facite in meam commemorationem;* ubi data est potestas conficiendi Eucharistiam; sed non potestas clavium, usque post resurrectionem, Joan. 20 (v. 23), dicente Christo : *Quorum remiseritis peccata,* etc.

Consimiliter videtur posse argui de quolibet sacerdote nunc ordinato. Prius enim dicit Episcopus ordinando : *Accipe potestatem conficiendi vel celebrandi missam tam pro vivis quam pro defunctis,* dans ei calicem; et, quibusdam interpositis, ponit manum super caput ejus, dicens : *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Unde videtur quod quilibet sacerdos prius tempore accipit potestatem conficiendi quam absolvendi. Ergo est alia et alia. El istud probat quod non lanium distinguitur a charactere, si character est aliquid unum, immo quod sunt distincta? potestates inter se.

Tertio. Quia character non potest esse nisi relatio. Relatio autem non potest esse eadem ad plures terminos. Sed corpus Christi verum, vel mysticum, et consecratio hujus, et absolutio illius, sunt distincti termini. Ergo illud quod est relatio ad consecrationem, non est idem cum poteslate ad absolutionem.

Quarto arguit quod sint duæ claves simpliciter secundum essentiam; et quod possunt, de potentia Dei absoluta, ab invicem separari. Sicut enim aliquis nunc presidens potest alteri committere auctoritatem cognoscendi in causa, non committendo sibi auctoritatem sententiandi in ea, utpote si diceret : *Committo tibi auctoritatem examinandi causam istam, et referas mihi, ut sententiem ;* posset etiam conferre auctoritatem sentenliandi, sine auctoritate cognoscendi, ut si sic diceret : *Committo tibi ut sine omni cognitione causa sententies, sicut placebit;* talis tamen commissio non esset ordinata alicui cujus voluntas esset obliquabilis. Ita etiam (a) posset committere Deus auctoritatem cognoscendi, sine auctoritate sententiandi ; el esset ista commissio ordinata simpliciter, si esset etiam (6) in humanis. Posset etiam Deus (γ), de potentia (δ) absoluta, alicui non habenti voluntatem non obliquabilem, committere auctoritatem sententiandi, sine omni cognitione causae. De potentia autem ordinata, sive de facto, utrumque committitur cuilibet sacerdoti. — llæc Scotus, in forma.

(·) *Primo.* — Om. Pr.

(a) *etiam.* — nunc Pr

(S) *euet (sta commissio ordinata simpliciter,* at *ruet etiam. — ista commlsrio,* si *euet ordinata timplicitcr* Pr.

(γ) *Deu».* — Om. Pr.

(Ô) *Dei.* — AÔ. Pr.

§ 2. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra tertiam conclusionem arguit Durandus (dist. 19, q. 2), volans probare quod, absolute loquendo de sacramento pœnitentiæ, circumscribendo omnem ordinationem Ecclesia·, quilibet sacerdos potent quemlibetabsol vere.

Et ejus ratio prima est : Quia, concurrentibus ad sacramentum quæ sunt de necessitate sacramenti, et debita dispositione suscipientis, verum est sacramentum, et suscipiens recipit omnem effectum sacramenti. Sed, circumscribendo a sacramento pœnitentiæ ordinationem Ecclesiæ, quilibet sacerdos est debitus minister; et confessio peccatorum est debita materia; forma autem debita, est absolutio, qua dicitur, *Absolvo te,* etc. ; confilens autem, si sit pœnitens, est sufficienter dispositus ad suscipiendum tam sacramentum quam effectum sacramenti. Ergo, his concurrentibus, non solum est verum sacramentum, sed etiam suscipiens recipit omnem effectum sacramenti. Major patet. Minor clara est quantum ad materiam et formam sacramenti ; sed dubium est quantum ad ministrum et dispositionem recipientis. Et, quantum ad hoc, probatur sic : Quia quod non quilibet sacerdos sil debitus minister, nec quilibet peccator pœnitens sit sufficienter dispositus ad recipiendum sacramentum pœnitentiæ el ejus effectum a quolibet sacerdote, non potest dici nisi quia pœnitentia est sacramentum judiciale, el ideo requirit quod ejus minislei sit sacerdos jurisdictionem habens, et quod judicandus sit ei subditus; quod non invenitur in quolibet sacerdote respectu cujuslibet peccatoris. Sed hoc non cogit. Quia, etsi pœnitentia sit sacramentum judiciale, tamen est voluntarium. Unde sacerdos, qui est judex in sacramento pœnitentiæ, magis est arbitrarius, de voluntate partium assumptus, quam habens jurisdictionem de se super partes, eis invitis, vel allero eorum invito. Cum enim judicium pœnitentiæ agatur inter Deum et hominem, constat quod ex parte Dei sacerdos est judex voluntarie assumptus, qui sibi fecit sacerdotes mediatores ct arbitros inter se et homines. El idem esi ex parte hominum : quia, quantumcumque sacerdos sciret peccatum pœnitentis, nisi ipse pœnitens voluntarie illud exprimeret, et exponeret se judicio sacerdotis, non posset sacerdos judicialiter agere cum eo quoad forum pœnitentiæ. Ergo ubi peccator voluntarie se subjicit jurisdictioni sacerdotis, assumens eum quasi arbitrum, quem Deus prius assumpsit ad hoc, videtur quod ille sit verus judex, el homo verus subditus, quantum pertinet ad tale judicium. Sed hoc potest facere quilibet peccator respectu cujuscumque sacerdotis, circumscripta omni ordinatione Ecclesiæ. Ergo tunc quilibet sacerdos est verus judex; et quilibet peccator confiions, vere pœnitens, est ei subjectus vere, vel subditus.

Confirmatur sic Quia Papa nulli est subditus, nisi quatenus voluntarie se ei subjicit. Ex jure enim divino, nulli subjicitur, sed omnibus præest. Ex jure vero humano, nulli potest subjici ; quia canonum statuta Papam non ligant, sicut nec leges Imperatorem, ut notatur, Extra, *de Constitutionibus,* cap. 1, in Glossa. Ergo cum subjiciat se alteri in foro pœnitentiæ, nece?se est quod sufficiat subjectio quæ fit ex mera voluntate.

Item, hoc idem palet ex alio, sic: Quia Papa non potest se subjicere jurisdictioni alterius quoad forum contentiosum. Unde non potest committere alicui quod excommunicet eum, nisi ejus sententiæ paruerit; quia talis jurisdictio involuntaria est quoad subditum, et ex alterius voluntate dependet. Et sic esset in jurisdictione fori pœnitentiæ, nisi esset mere voluntarium.

Quarto sic : Quia, si ex ordinatione divina ministersacramenli pœnitentiæest sacerdos habens jurisdictionem, tunc in casu extremæ necessitatis non posset quilibet sacerdos quemlibet peccatorem absolvere : quia nulla necessitas mutat ministrum a Deo institutum; unde, sicut in extrema necessitate nullus potest sacrainentaliler absolvi nisi a sacerdote, eo quod sacerdos est minister institutus sacramenti pœnitentiæ, sic nullus posset absolvi nisi a sacerdote habente jurisdictionem, si talis jurisdictio requireretur ad ministrum ex institutione Christi. Tenet autem Ecclesia quod in casu necessitatis quilibet sacerdos potest quemlibet peccatorem de quolibet pcxxato absolvere; nec etiam forte posset contrarium ordinare.

Quinto. Quia, dato quod minister sacramenti pœnitentiæ sit sacerdos habens jurisdictionem, idem sequitui : Quia consuetudo dat jurisdictionem; sed tunc fuisset consuetudo quod quilibet absolveret quemlibet a quolibet; ideo, etc. Sic eip> quilibet sacerdos poterat absolvere quemlibet ei volentem confiteri, sicut olim judices chartularii omni homini se eis subjicienti jus dare poterant, non alii. — Hæc Durandus, in forma.

Postea vero probat alias duas conclusiones. Quarum prima est, quod per ordinationem Ecclesia congrue facium est quod non quilibet possit absolvere quemlibet. Secunda est, quod Ecclesia, hoc faciendo, nihil mutat de essentialibus in hoc sacramento. Sed istæ conclusiones non militant contra beatum Thoinam, sed pro ; ideo probationes illarum non recito. ·

§ 3. — Contra quartam conclusionem

Argumenta Scoti. — Contra quartam conclusionem arguit Scotus (dist. 19, q. 1), probando quod sacerdos non habeat potestatem arbitrandi.

Primo. Quia nulli committitur potestas arbi-

irandi in aliqua (x) causa, cujus arbitrium nunquam erit rectum propter quamcumque diligentiam possibilem adhiberi ab ipso, sed tantum a casu, vel per miraculum speciale. Sed, per quamcumque diligentiam possibilem adhiberi a sacerdote, non potest ipse pertingere ad illud indivisibile pœnæ, quo Deus judicat peccatorem esse dignum. Si ergo contingat, hoc erit a casu, vel per miraculum speciale. Ergo non habet aliquam auctoritatem arbitrandi.

Secundo. Quia non est verisimile quod Deus dederit Ecclesiæ potestatem arbitrandi, sic quod ipse voluerit arbitrium Ecclesiæ ratificare,ct tamen quod impossibile sit eam recte arbitrari, sic ut ratificetur, nisi a casu, vel per miraculum speciale.

Tertio. Quia nullus constituitur arbiter inter pries, sub hac conditione quod precise arbitretur ad voluntatem unius partis; et hoc maxime quando non potest determinate nossc voluntatem illius partis. Sed, in judicio pœnitentiæ, partes sunt Deus el peccator, inter quos est sacerdos arbiter. Ergo non ligatur precise ad arbitrandum illam pœnam quam Deus sibi infligeret, maxime cum non possit sibi constare de voluntate Dei quoad hoc precise, ul est membrum Ecclesiæ.

Quarto. Quia, si sacerdos imponat poenitentiam aliquantulum majorem quam correspondent pecct lis, non est probabile quin pœnitens teneatur eam implere. Ergo, si aliquantulum pœna sil minor condigna, videtur sufficere ; nam si non suffleeret aliqua *(ζ)* citra illam punctalem quam dictat divina justitia, ergo non oporteret explere aliquam ultra illud punclale divinæ justiliæ. — Hæc Scotus, in forma.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS iil.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1.— Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supraeiictis. Et ideo ad objecta Scoti contra secundam, dicitur quod minor primi argumenti falsa est. Nec ʎ alet probatio ejus. Quia dicitur quod Apostolis non est data alia potestas in coma, et alia |>ost resurrectionem, ut in argumento dicitur. Sed eadem potestas erat, quæ primo dabatur in ordine ad primum el principiem actum, scilicet conficiendi Eucharistiam, et secundo dabatur ad actum secundarium, scilicet solvendi el ligandi : sic scilicet quod accipientes illum characterem, per illum poterant instrumentaliter cooperari, ante resurrectionem, ad primum actum super corpus Chrisli verum, non autem ad secundum actum, qui est super corpus mysticum; sed, post resurrectionem, poterant cooperari instrumentaliter ad utrumque actum; quia principale agens, scilicet Christus, sic disposuerat aliter coagere eis ante resurrectionem, et aliter post. Nec sequitur quod sit alia et alia potestas instrumenlalis : quia eodem instrumento potest faber ad diversos effectus, secundum diversa tempora, diversimode operari. Ad hunc sensum intelligo sanctum Thomam, 4. *Sentent.,* dist. 24, q. 2, art. 3, in solutione secundi, ubi sic dicit : tf Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quantum ad principalem actum, ante passionem, in coena, quando dixit (Matth. 26, v. 26) : *Accipite et manducate ;* unde subjunxit (Luc. 22, v. 19): *Hoc facite in meam commemorationem.* Sed, post resurrectionem, dedit eis sacerdotalem potestatem quantum ad actum secundarium, qui est ligare et solvere. » — Hæc ille.

Ad secundum palet responsio per idem. Dicitur enim quod lota essentia characteris et potestatis sacerdotalis imprimitur in ipsa calicis porrectione; sed non datur sibi tunc quoad omnem ejus actum, sed solum quoad primum et principalem; postea vero datur sibi quoad actum secundarium; ul dicit sanctus Thomas, ubi supra (4. *Sentent.,* dist. 2-4, q. 2, art. 3, ad 2ura).

Ad tertium dicitur quod tam major quam minor sunt falsæ. Major quidem : quia character non est purus respectus, sed absolutum cum respectu. Minor etiam falsa est : quia, ul visum fuit, 3. Sentent. (x); eadem relatio realis, est ad plures terminos, sicul eadem filiatione homo refertur ad patrem el ad matrem.

Ad quartum dicitur primo, quod argumentum bene probat quod Deus posset dare alicui potestatem quoad unum illorum actuum de quibus fit senno, non dando ei potestatem quoad alium actum ; sed non probat quod de facto ita sit. Sicut Deus produxit aliquam substantiam quæ est intellectiva et non sensitiva, et aliam quæ est sensitiva et non intellectiva; tamen, cum hoc, produxit tertiam, quæ est sensitiva el intellectiva. Sic in proposito. Conceditur tamen quod, licet illa potestas sacerdotalis sit una el eadem quoad essentiam suam absolutam, implicat tamen diversos respectus ad diversos actus, vel effectus, ad quos ordinatur. Et de hoc vide sanctum Thomam, dist. 18, q. 1, art. 1 (qi« 3), quomodo sunt duæ claves, et quomodo una.

Et hæc sufficiant ad objecta Scoti.

(1) *tliqua. — alta* Pr.
(€) iufficertt aliqua — alia Pr.

(«) Cfr. 3. *Sentent.,* «list. 7 el8, q. 1, art. 3, $ 1. I. ad Oam et ad 7°®.

§ 2. — *Ad* argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Ad objecta contra tertiam conclusionem nunc dicendum est. Sed antequam ad singula deveniamus, promittenda sunt quædam universalia proambula, ex dictis Petri de Palude. Dicit enim sic (dist. 19, q. 2) : « Ad evidentiam quaestionis hujus, sciendum est quod unusquisque de eo quod suum est potest facere quod vult; quia in sua re quilibet est moderator el arbiter. Et nihil tam naturale est, quam voluntatem domini servare, volentis rem suam in alio transferre. Unde, quia de contractibus vel quaestionibus (x) homines non compelluntur litigare coram judice, nisi velint, sed possunt eligere arbitros, vel inter se componere, sicul volunt; quo facto, protor ratum habere debebit hoc, nec habet eos ad respondendum coram se citare; propter hoc, de talibus possunt se submittere cuicumque judici volunt, habenti jurisdictionem in alios (ut Aurelianenses consentire in judicem Parisiensem, prorogando jurisdictionem (ζ) illius in seipsos) (γ), et tenebit sententia, quasi a suo judice in subditos lata, vel etiam in judices chartularios, qui nullum subditum habebant, nisi volentes se eis submittere. Si autem est aliquid de quo homo teneatur, velit nolit, ipse, vel actor, vel accusator, coram judice determinato respondere, sicut de fcudo, vel delicto de quo invitus accusatur (δ) coram alio judice, remittitur ad judicem loci delicti. Unde de talibus non potest actor et reus in extraneum judicem consentire, nisi de licentia ipsius judicis cui in hoc subditi sunt. Et, propter (c) hoc, clerici, qui speciali modo subditi sunt judicibus suis, non solum in delictis, sicut cæleri, sed etiam in contractibus, nec possunt renuntiare privilegio fori, non (ζ) possunt se alieno judici submittere, prorogando ejus jurisdictionem, nisi de licentia Episcopi cui sunt subjecti. Cum ergo, ex ordinatione Christi, omnis anima Christiana subdita sit Petro, de illis in quibus ei subdita est, sine licentia ejus, alii subdere se non potest. Ex quo autem post passionem Christi homo mortaliter peccavit, el post baptismum suum, tenetur ad arbitrium Petri satisfacere, cui dictum est (Luc. 17, v. 3) : Si *peccaverit in te frater tuus,* etc. Unde de peccato mortali, sine licentia et ordinatione Petri, non licuit alteri confiteri. Similiter, ligatus majori vel minori excommunicatione non potest seipsum solvere; est autem commissus Petro in omnibus in quibus indiget ab alio solvi; ergo in istis non potest se alteri subdere. Sed de peccato veniali potest homo per seipsum, sine Petro et quocumque alio sacerdote, seipsum solvere. Similiter de mortali de quo semel est absolutus. Unde, nisi ordinatio Ecclesiæ sil in contrarium, quilibet sacerdos potest absolvere quemlibet sibi volentem confiteri, a quolibet veniali, et mortali de quo alias est absolutus : quia de his nulli homini est obligatus; et ideo de his potest se submittere quibus vult, non solum curatis et aliis habentibus populum, sed etiam simplicibus sacerdotibus nullum subditum alias habentibus; nisi quod, si sunt religiosi, sine assensu prolati nihil tale debent agere; sed, ai agerent, nihilominus absoluti essent, quia concurrerent essentialia sacramenti. De mortali autem nondum confesso, de quo tenetur satisfacere Petro, non video quod sine ejus licentia [it se alteri subdere: sicut homo de franco allodio potest se cui vult submittere; non autem de feudo de quo jam alteri homagium fecit, nisi de ejus assensu, vel salvo jure ejus. Unde, si homo vellet alieno sacerdoti confiteri, cum intentione (a) nihilominus confitendi proprio, et satisfaciendi ejus arbitrio, videtur quod posset eum alius absolvere; sicut dicit Raymundus (6), quod alienus poterat absolvere, ponendo spem in ratihabitione proprii sacerdotis. — Et quod dicunt illi de contraria opinione, quod, si quis alieno confiteretur, esset verum sacramentum; — Contra : quia a non suo judice sententia lata non tenet Et similiter, si a suo de casibus retentis, quia in tantum est non suus; sed, postquam est absolutus a superiore, a quocumque vult de illis absolvi potest, per rationem dictam. » — Hæc Petrus, et bene.

Et addit (ibid.) quod « Dpus a principio, Ecclesiæ profecit Petrum curatum, dicens (Joann. 21, v. 17): *Pasce oves meas,* etc., el (Matth. 16, v. 19) : *Tibi dabo claves regni cœlorum,* etc. Unde, sicut modo, sine licentia curati cui commissa est cura hujus parochi® in diœcesi, non licet alteri confiteri; sic nec tunc, postquam fuit necessaria confessio, sine licentia Petri. Immo, sicut modo Cardinalibus non licet confiteri sine licentia Pap®, sic nec tunc Apostolis sine licentia Petri, de jure communi; licet libertas non habeat legem. Et licet omnes Apostoli fuerint immediate a Christo ordinali sacerdotes in die cam®, quando dixit eis (Luc. 22, v. 19), *Hoc facite in meum commemorationem,* tamen non in episcopos, nisi Petrus cui soli dictum est (Joan. 21, v. 17) : *Pasces oves meas.* El de Paulo quidem, qui tunc non erat discipulus, certum est. Beatus etiam Jacobus primus ab aliis consecratus est Hierosolymorum episcopus. Et quamvis omnes Apo-

( ) *contractibui vel qun.ilionibuj. — contratlibut vel quati* Pr.
( ) n verbis in *aliot* ueque ad *jurisdictionem,* om. Pr.
(γ) iripfoj.— *scipio* Pr.
(i) *accusatur. — accusatus Pr.*
(<) *propter, — per Pr.*
(ζ) non. — *nec* Pr.

(a) nifrrUionc. — *interjectione* Pr.
(i) S. Rayinundu.s dc Pcnnaforte, Summa *de Pœnitentia,* lib. 3, til. *de Poenitentiis et remissionibus.*

stoli essent facti episcopi a Christo, sicut aliqui dicunt, tamen ab eo Petrus vocatus est Cephas, quod est caput. Unde in Evangelio primus Apostolorum dicilur, el aliis semper praferlur : quia voluit Christus habere unum vicarium, et Ecclesiam unum caput, unius capitis vicarium, a quo ceteri tenerent quidquid haberent; sicut rex dividens regnum vult secundogenitos a primogenito tenere, ita ac si ab illo recepissent, quamvis omnes seque immediate a rege accipiant portiones. d

Tunc ad primum Durandi, respondet Petrus (ibid.) quod, α nisi peccator vellet, nullus eum absolvere posset; sed non convertitur, quod sua voluntas sufficiat in eo quod suum non est, ul supra dictum est »

Ad secundum, ‹ dicilur quod Papa ideo subjicit se cui vult, quia cura illius nulli est commissa determinate, ad cujus arbitrium habeat satisfacere, sicut cura omnis chrisliani commissa est Petro, per cujus manum oportet transire in regnum, sicut per manus Christi, qui hunc vicarium dereliquit. Unde, si Petrus mortaliter peccasset, tenebatur confiteri. El quia nulli erat specialiter obligatus, ideo de omnibus quibus sibi Christus commiserat potestatem absolvendi, libertatem habebat eligendi. Et habet successor ejus, qui nulli subest, et pari ratione potestatem habet. — Et per idem palet ad tertium. ›

Ad quartum respondet, disl. 20, q. 1, dicens : ‹ quod in mortis articulo quilibet possit absolvi a quolibet sacerdote, hoc est jure divino : quia, licet chrislianus peccans mortaliter, sit obligatus de hoc satisfacere ad arbitrium Petri, vel sui vicarii, hoc inlelligitur quando potest habere arbitrium Petri, vel sui vicarii; aliter non, quia tunc esset obligatus ad impossibile. Quia tamen vi clavium absolvi debet, ideo illius auctoritate quem invenit, qui claves habet, solvi potest. Item, hoc est auctoritate juris: quia hoc Papa committit etiam in casibus quos sibi reservat, quod (x) in mortis articulo quilibet sacerdos absolvit quemlibet a quolibet peccato. *

Ad quintum dicit (dist. 19, q. 2) quod α consuetudo non praejudicat juri divino. Unde, cum de jure divino esset quod omnis chrislianus de peccato mortali habeat satisfacere Petro, vel ejus vicario, contraria consuetudo, si fuit, non valuit. Unde et bene dicitur, *de Poenitentiis el Remissionibus,* cap. 2, in Sexto (6), quod *nulla consuetudo potest introduci, ul quis sine licentia proprii sacerdotis* sibi valeat *eligere confessorem.* Quia, si hoc esset respectu inferioris proprii sacerdotis, vel Episcopi, quod est de jure positivo; non tamen respectu Papæ, quod est de jure divino. Sed quia a principio Ecclesiæ non eligebantur nisi boni, et specialiter a Christo electi, non erat periculum; el voluntas Christi erat, et Petri, qui non quærebanl nisi salutem animarum, quod omnes boni, quales sciebat esse illos qui tunc erant, ita possent absolvere, sicut ipse (a). Noverat enim Paulum ita bene usurum sicut se; et ideo voluntas Petri erat Paulum seque uti; el similiter alios bonos. Sed cito apparuit quod *(6)* sicut unus de electis a Christo fuit diabolus, et de septem diaconibus unus fuit Satan, multo magis de sequacibus futurum erat; ideo voluerunt quod non quilibet quemlibet, sed divisim. Et diviserunt Paulo et Barnabæ Gentes, et ipsi in circumcisionem; non sic autem quod Petrus per hoc perderet (γ) potestateta, qui et |>oslea transiit ad Gentes, nulla nova potestate sibi data, prima sibi reservata. Unde, etc. d — Hæc Petrus, et bene.

Ex quibus patet quod nova Durandi adinventio non valet. Quod etiam ipsemet confitetur, dicens (diet. 19, q. 2) : « Secundus modus est, quod non quilibet absolvi potest a quolibet, non solum propter ordinationem Ecclesiæ, sed propter ordinationem Christi. Et hic modus apparet mihi pro nunc verior. Quia Christus soli Petro lanquam pastori commisit curam el regimen totius sui gregis, ul habetur, Joan. ult. Sed potestas clavium ordinis in ligando et absolvendo in foro pœnilenliæ, et potestas jurisdictionis in ligando vel absolvendo in foro conlentioso, est in Ecclesia solum propter curam el regimen ovium Christi, id est, omnium Christianorum. Ergo ad solum Petrum pertinuit, el ad solum successorem Petri pertinet, jure suo sibi a Christo collatu, uti ulraque clave in quemlibet chrislianum; el nulli alii, nisi ex commissione Petri, vel successorum, vel ex (o) dissimulatione usus quem scit nec reprobat.

a El ideo ad primum argumentum alterius opinionis, dicendum quod forus pœnilenliæ voluntarius est, non solum ex jiarte sacerdotis, quem Deus voluntarie fecit ministrum, sed etiam ex parte confilentis, qui voluntarie dicit peccatum suum. Sed non est voluntarius quantum ad hoc quod quilibet possit pro libilo eligere sibi sacerdotem qui absolvat eum ; quia nullus potest eum absolvere, nisi cui commissum esta Christi vicario, mediale vel immediate, directe vel indirecte.

α Ad secundum dicendum quod aliud est de Papa, et aliud de caderis Christianis. Quia claves ordinis, quantum est de se, extendunt se ad absolutionem ab omni peccato, respectu cujuslibel personae, ut patet ex verbis dictis omnibus Apostolis (Joan. 20, v.23), *Quorum remiseritis peccata,* etc., in quibus nulla fit exceptio de personis vel de pec-

(a) *quod. — quia* Pr.
(€) de Pœnitentiis ef *Remissionibus, rap.* 2, in *Sexto. — de Ptrrdlenlia, cap.* 2 Pr.

'i) *noverat* — Ad. Pr.
(C) quod. — quia Pr.
(γ) *perderet* — *perdat* Pr.
(Ì) ex. — ĕ;u Pr.

catis. Tota autem restrictio eat ex speciali commissione facta Petro de regimine universalis Ecclesiæ. Illa autem commissio fuit de omnibus aliis n Petro, scilicet de omnibus commissis cunc et regimini Petri, et non de Petro. El ideo extendit se ad ove» Petii, id est, ad omnes Christianos, praeterquam ad Petrum ct ad ejus successorem. El ideo Papa successor Petri non subjacet illi restrictioni, quin possit absolvi a quolibet habente elavem ordinis, prout eligere voluerit.

« Ad tertium, inquit, dicendum est quod non est simile de clavibus ordinis et de clavibus jurisdictionis. Quia effectus clavium jurisdictionis transit in invitum ; effectus autem clavium ordinis non transit niei in voluntarium. Papa autem non habet nec habere potest judicem cui submittatur invitus; nec, per consequens, potest se submittere alicui quantum ad jurisdictionem quæ de natura sua potest fern in invitum. Sed effectus clavium ordinis de se extenditur ad omnes, nisi sint exempli per privilegium Petri; quod non militat contra Petrum, quia solum est de ovibus subjectis Petro, et non de ipso. Propter quod Petrus potuit, et successor ejus potest subjicere se cui voluerit, quantum ad usum clavium ordinis in foro pœnilenliæ, etc.

α Ad quartum, inquit, dicendum est quod ex ordinatione Christi est quod oves Petri non regantur nec subsint cime vel regimini cujuscumque, nisi ex commissione Petri, mediata vel immediata, directa vel indirecta. Semper autem sedes Petri voluit quod in articulo mortis quilibet sacerdos non ρπυcisus ab Ecclesia posset quemlibet absolvere a peccatis, in absentia illius ad quem cura regulariter perlinet. Etsi nollet, in illo casu nihilominus posset, non obstante privilegio Petri, quod non luit ei datum ad destructionem, sed ad ludificationem, cum fuerit ei datum ad pascendum oves. Unde in illo casu cessaret privilegium Petri, el staretur primæ ordinationi Christi de potestate clavium ordinis, quæ se extendit ad omnem peccantem et ad omne peccatum. Nec casus necessitatis mutaret ministrum (a), sed ordinatio Christi, qui in tali casu non dedit Petro privilegium, n — Ikec Durandus, in forma, et bene, et conformiter sancto Thomæ, 4. *Sentent.,* dist 20, q. 1, art. 1, ql· 2, m solutione primi, ubi sic dicit : ct Aliquis potest uti jurisdictione alterius ex ejus (6) voluntate : quia ea quæ jurisdictionis sunt, committi possunt. Unde, quia Ecclesia acceptat ut quilibet sacerdos absolvere possit quemlibet in articulo mortis, ideo ex hoc ipso quis usum jurisdictionis habet, quamvis jurisdictione careat. » — Hæc ille.

Sed, ibidem, in principali solutione secundæ quæstiunculæ, videtur contradicere omnibus supru-¥I. dictis, el quasi declinare ad opinionem Durandi prius improbatam. Ait enim sic : « Quilibet sacerdos, quantum est de virtute clavium, habet potestatem indifferenter in omnes, et quantum ad omnia peccata. Sed quod non possit omnes ab omnibus peccatis absolvere, hoc est quia per ordinationem Ecclesiæ habet jurisdictionem limitatam, vel nullam omnino habet. Sed quia necessitas legem non habet, ideo, quando articulus necessitatis imminet, per Ecclesiæ ordinationem non impeditur quin absolvere possit, ex quo claves habet, etiam sacra· menlaliter; et tantum consequitur ex absolutione alterius, sicut si a proprio sacerdote absolveretur. Nec solum a peccatis potest tunc absolvi, sed diam ab excommunicatione, a quocumque sit lata : quia hæc absolutio etiam ad jurisdictionem pertinet, quæ |M?r legem ordinationis Ecclesiæ coarclatur (a). » — Hæc ille. — Ex quibus prima facie videretur quod ex sola ordinatione Ecclesiæ est quod non quilibet sacerdos po&sit quemlibet absolvere, et quod, illa ordinatione sublata, quilibet potest absolvere quemlibet, ex potestate ordinis a Christo coi lata. — Sed dicendum est quod sanctus Thomas non intendit quod illa restrictio solum sit per ordinem Ecclesiæ, sic quod nullo modo sit ordinatione Christi. Quod patet. Tum quia, ul recitatum est in probatione tertiæ conclusionis, ipse ponit, dist. 19, q. 1, art 3, qu 1, in solutione primi, quod Christus, licet omnibus Apostolis dederit potestatem remittendi peccata, tamen cum huc intellexit quoti usus illius potestatis deberet esse præsupposita |»otestate Petri, secundum illius ordinationem. Item, dist. 24, q. 3, art. 2, ql· 3, in solutione primi, sic dicit : ‹ Quamvis omnibus Apostolis data sil communiter potestas ligandi et solvendi, tamen, ut in hac potestate ordo aliquis significetur, primo soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo in alios debeat ista potestas descendere. Propter quod etiam ei dixit singulariter (Luae 22, v. 32), *Confirma fratres tuos,* et (Joan. 21, v. 17), *Pasce oves meas,* id est (€), *loco mei,* ut dicit Chrysostoinus(v), *præpositus et caput esto fratrum, ut ipsi te in loco meo assumentes, ubique terrarum te in throno tuo sedentem prx~dicent et confirment.* » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod illa ordinatio, qua institutum est quod non quilibet sacerdos possit quemlibet extra casum necessitatis ab omnibus peccatis absolvere, sed solum secundum arbitrium Petri, vel ejus successoris, non solum est ordinatio Ecclesiæ, sed Christi.

( ) *ordinationis coarxtatur.— ordinationi EccUt·tur contraria lur* Pr.
( ) *id* »1. — m Pr.

(γ) Ibec in ChnsosUnno non occurrunt

( ) niinurnun. — mintjfenum Pr.
( ) *ejus.* — Om. Pr.

§ 3. — AD ARGUMENTA CONTRA QUARTAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra quartam conclusionem, dicitur, negando minorem. Et ad probationem, dicitur quod peccat per fallaciam consequentis, arguendo negative ab una causa veritatis ad propositionem habentem plures causas veritatis. Nam arbitrium sacerdotis in judicando et imponendo pœnitenti pœnam salisfactoriam, dupliciter esse contingit rectum. Primo modo, quia attingit pœnam cujus est adæquate debitor pœnitens secundum judicium Dei; et sic conceditur quod arbitrium sacerdotis non potest hoc modo esse rectum, nisi casu, vel per miraculum speciale. Secundo modo, quia attingit pœnam quæ in hoc seculo expedit pœnitenti secundum judicium Ecclesiæ; el hoc modo arbitrium sacerdotis in tali materia potest esse rectum sine casu el sine miraculo, considerando regulas Patrum et dispositionem pœnilcnlis.

Ad secundum palet per idem : quia non est impossibile Ecclesiam recte arbitrari sic ul arbitrium sit dignum ratifleari apud Deum, ut argumentum false supponit, sicut procedens.

Ad tertium, negatur minor. Quia licet sacerdoti non constet de voluntate Dei, quantam pœnam vult indigere pœnitenti ; j>olest tamen sibi constare quantam pœnam est sibi in hoc seculo expediens. Et hoc sufficit a·! rectum arbitrium.

Ad quartum dicitur quod, si sacerdos imponat pœnitentiam majorem condigno, pœnitens tenetur eam implere, si possit, in hoc sæculo; sed in alio saxulo non exigitur quod totam exsolvat. El similiter, si imponat minorem condigno, non exigitur quod majorem exsolvat hic; mm! in alio saxulo exigetur. Omnes prodictas solutiones ponit sanctus Thomas sententialiter, dist. 20, q. I.art. 2, in solutione sccundæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : « Actus ministri lionus \el malus nihil divendilcal in eflicacia sacramentorum. Unde, sive sacerdos discrete se hakat in injunctione |»œnitenliæ, sive non, nihil diversilicatur quantum ad efficaciam absolutionis, confessionis et contritionis. Et ideo, sive discrete pœnitentiam injungat, sive non, semper manet reatus ad pœnam ejusdem quantitatis. Et ideo, si eam hir. non explet, ab eo in purgatorio exigetur, n — Hæc ille. — Item, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Pœnitens cui major condigno pœnitentia injuncta est, tenetur eam explere ex sacerdotis injunctione, qui non solum debitum pœna· considerat, sed peccato remedium adhibet. Unde |x>st hanc vitam non exigitur ab eo tota, sed solum quantum sufficit ad debitum solvendum. >— Hæc ille.— Item, in solutione tertii, sic : « Sacerdos minorem condigno pœnitentiam injungens, non semper peccat. Tum quia non potest determinate quantitatem ꝺebita pœnæ cognoscere ; quamvis aliquid proprie, consideratis regulis Patrum, determinate possit. Turii quia quandoque etiam ex industria minorem pœnam imponens, plus prodest pœnitenti quam noceat, qui forte, propter magnitudinem pœnæ, posset a pœnitentia peragenda impediri, propter debilitatem virtutis adhuc de novo in eo recuperatio; et ideo negligit minus damnum, ut evitet majus; el iterum jiaulatim confortatus in eo divinus amor, ad plura opera pœnitentiæ peragenda ipsum incitabit propria sponte, quam sacerdos sibi secundum quantitatem peccatorum injungere potuisset. » — Hæc ille. — Et plura alia dicit in eodem articulo, ad confirmationem dictarum solutionum facientia. Ex quibus patet quod ad rectum arbitrium confessoris non exigitur quod semper imponat pœnam condignam pœnitenti, sed sufficit quod injungat quantam expedit ei pro nunc, consideratis regulis Patrum et dispositione pœuitentis (cujus oppositum arguens putabat); et quomodo omnia argumenta fundantur in isto paralogisino fallaciæ consequentis, scilicet : *Sacerdos non potest recte arbitrari quoad hoc; ergo non potet recte arbitrari ullo modo.*

Ad argumentum pro ꝺuiane (x) responsum est in probatione (6) tertix» conclusionis (γ).

Et hæc de quaestione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO XX

QUÆSTIO I.

UTRUM PER INDULGENTIAS POSSIT ALIQUID REMITTI DE PŒNA SATISFACTORY

ircа vigesimam distinctionem 4. *Sententiarum* quæritur : Utrum per indulgentias possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

Et arguitur quod non. Quia hoc ad potestatem excellentiæ pertinet, ul sine sacramento effectus sacramentorum tradatur. Sed nullus habet potestatem cxcellenliæ, nisi Christus. Cum ergo satisfactio sit pars sacramenti, operans ad dimissionem pœnæ ꝺébita videtur quod nullus purus homo possit dimittere debitum pœnæ sine satisfactione.

In oppositum arguitur. Quia Ecclesia generalis non potest enare; quin ille qui in omnibus exau-

( ) *(piaahone.* — conclusions Pr.
( ) *ꝓrobationi* — rciponnonc Pr.
(γ) Cfr. etiam va quæ dicta wunt art. 3, § 2, circa Unem.

ditus est pro sua reverentia (ad Hcbneos, 5, v. 7), dixit Petro, super cujus confessione fundata est Ecclesia : *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua,* Luca·. 22 (v. 32). Sed Ecclesia generalis indulgentias approbat et facit. Ergo indulgentis aliquid valent.

In bac quæstione sunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

AHTICULÜS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod indulgentiæ quas concedit Ecclesia, aliquid valent, tam In foro Ecclesiæ, quam In judicio Del.

Hanc probat sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1, art. 3, qu 1, ubi sic dicit : « Ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere; quia impium esset «licere quod Ecclesia aliquid vane faceret. Sed quidam dicunt quod non salent ad solvendum a reatu pœnæ quam quis in purgatorio secundum Dei judicium meretur, sed valent ad absolvendum ab obligatione qua sacerdos obligavit pœnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quam etiam ordinatur ex statutis canonum. Sed hæc opinio non videtur vera. Primo, quia est expresse contra privilegium Petro datum, ul quod ille remitteret in terra, et in cœlo remitteretur; unde remissio quæ fit in foro Ecclesiæ, valet etiam quantum ad furum Dei. Secundo, quia Ecclesia hujusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret quam adjuvaret : quia remitteret ad graviores pœnas, scilicet purgatorii, absolvendo a poenitentiis injunctis. El ideo aliter dicendum, quod valent et quantum ad forum Ecclesiæ, et quantum ad judicium Dei, ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, confessionem et absolutionem, sive sit injuncta, sive non. » — Hæc ille.

Ex quibus patet duplex ratio pro conclusione.

Secunda conclusio est quod hujusmodi Indulgentia· valorem habent propter merita Christi et aliorum sanctorum.

Hanc punit sanctus Thomas, ubi supra (i. Sentent., dist. 20, q. **I**, art. 3, qu I), ubi, stalim poet verba prædicta, sic subdit : « Halio, inquit, quare indulgentiae valent, est unitas corporis mystici, in qua mulli in operibus justitiæ supererogaverunt ad mensuram debitorum suorum, et multas tribulationes injuste illatas sustinuerunt patienter, per quas multitudo poenarum poterat expiari, si eis deberetur; quorum meritorum tanta est copia, quod omnem pœnam debitam nunc viventibus excedunt; et præcipue propter meritum Christi, quod, el si in sacramentis operatur, non tamen efficacia ejus in sacramentis includitur, sed sua infinitate efficaciam sacramentorum excedit. Dictum est autem supra (dist. 20, q. 1, art. 2, qu 3), quod unus pro alio satisfacere polesl. Sancti autem in quibus superabundantia operum satisfactionis invenitur, non determinate pro isto qui remissione indiget, hujusmodi opera fecerunt; alias enim absque omni indulgentia remissionem consequeretur; sed communiter pro tota Ecclesia, sicul Apostolus dicit se implere ea quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro Ecclesia ad quam scribit. *Colossens.* I (v. 24). Et sic prædicta merita sunt communia totius Ecclesiæ. Ea autem quæ Mint communia multitudinis alicujus, distribuuntur singulis de multitudine secundum arbitrium ejus qui multitudini pneest. Unde, sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ, si aliquis pro eo satisfaceret; ita etiam si satisfactio alterius per eum qui polesl, sibi distribuatur. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quicumque potest alicui pœnitenti distribuere satisfactiones Christi et sanctorum, potest dare illi indulgentias. Sed primum polesl Praelatus Ecclesiæ. Ergo et secundum.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

Contra secundam conclusionem

I. Argumenta **Durandi** — Quantum ad secundum articulum, arguendum est centra conclusiones. Etquidemcontrasecundamarguil Durandus (dist. 2t), q. 3), pnesertim contra aliqua contenta in probatione ejus, dicens : De merito Christi nullum est dubium quin pertineat ad thesaurum Ecclesia·, et sufficiat. Christus enim per passionem suam satisfecit, quantum ad sufficientiam, pro peccatis mundi, sicut prodixerat Joannes Baptista. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* ut habetur, Joan. I (v. 29); et, prima canonica Joannis, cap. 2 (v. 2), dicitur quod *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, cl non solum pro peccatis nostris, sed totius mundi.* Constat autem quod non omnes de mundo salvantur, sed pauci respectu aliorum, secundum illud evangelicum (Matth. 20, v. 1G; et 22, v. 14), *Mulli sunt vocati, pauci vero electi.* Ergo de pœna Christi, quæ sufficere potest ad recompensandumpeunam omnium peccatorum mundi

debitam, semper multum restat, cum pro paucis qui salvantur, satisfaciat. El si omnes do mundo salvarentur, adhuc meritum passionis Christi superabundant : quia qua ratione Sufficiens est ad satisfaciendum pro peccatis totius mundi, eadem ratione sufficiens est ad satisfaciendum pro peccatis plurium mundorum, si essent. — De merito autem passionis sanctorum, potest verti in dubium utrum pertineant ad thesaurum Ecclesiæ. Posset enim videri quod non : quia unus non potest mereri alteri, sic quod meritum unius cedat alteri ad meritum, sed solum quia fructus seu merces meriti unius redundat in alterum; ut cum aliquis servit diviti, ut pauper ei obligatus a debito liberetur, vel ut habeat mercedem operis, in toto vel in parte, prout placet operanti transferre.

Ex hoc sic arguitur: Intentio merentis est necessaria ad hoc quod fructus seu merces meriti sui redundet in alterum : sic enirn fructus meriti passionis Christi in nos redundat, ex ejus expressa intentione; dixit enim (Lucæ 22, v. 19), *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur,* et (ibid, v. 20), *Hic eat calix,* etc. Quod autem intentio quorumcumque sanctorum (a) fuerit fructum passionum suarum in nos transferre, nulla historia docet, nec in gestis martyrum legitur. Qualiter ergo et |>er quem modum fructus passionum suarum communicabitur (C) nobis per indulgentiam factam a quocumque, non bene apparet.

Idem probatur sic: illud quod est plenarie remuneratum, vel postea remunerabitur, non videtur quod sit pro alio satisfactorium. Sed quidquid pœnæ sustinuerunt sancti martyres ultra quam peccata eorum meruerunt, est eis plenarie remuneratum, vel, resumpto corpore, remunerabitur plenarie. Ergo non videtur quod illud possit nobis cedere ad satisfactionem. Sed de thesauro Ecclesiæ datur nobis per indulgentiam pœnæ satisfactoriam, secundum hanc opinionem. Ergo pœnæ quas sancti sustinuerunt, non pertinent ad thesaurum Ecclesiæ; sed solurn passio Christi, quæ excedit pœnam omnibus peccatis mundi debitam. Minor supponitur. Major etiam videtur ex procedentibus satis clara : quia, si tota merces meriti redditur merenti, et eam in seipso et pro seipso recipit, nihil restat quod in utilitatem alterius possit cedere; quia extra totum nihil est.

Sed tamen contra hanc rationem dicunt aliqui, quod, secundum eam, sequitur quod nullus homo, nec etiam Christus homo, possit satisfacere pro alio, nec in toto, nec in parte; nec aliquis pro seipso; quae sunt falsa el erronea. Quod probant sic : Quia, ut dicunt (7) ipsi, Christo et omni homini plene remuneratum est, vel plenarie remunerabitur in resurrectione (a), quidquid meruerunt, sustinendo quascumque passiones et quoscumque labores. Si ergo illud quod plenarie remuneratum est alicui, non jxjtest cedere ad satisfaciendum pro alio, sequitur quod nec ipse Christus per passionem suam, nec aliquis sanctus, fecit vel passus est aliquid quod possit aliis cedere in expiationem alicujus pœnæ, immo nec sibiipsi, cum totum remuneretur.

Hæc autem instantia continet quædam manifeste falsa. Constat enim quod merita Christi non fuerunt ei in seipso a Deo plene et perfecte remunerata, nec remunerabuntur, sicut cæteris sanctis : nam summa merces qua remunerantur sancti pro suis meritis, est visio beata, el fruitio (cætera enim omnia, sicut dotes ȼorpori et quæcumque alia, pertinent ad premium accidentale, quod est minus, el respectu primi est quasi secundum quid); cum ergo Christus pro suis ineritis non fuerit remuneratus visione et fruitione beatis (hæc enim habuit plenissime absque ullo merito, ab instanti suae conceptionis), patet quod merita ejus non fuerunt ei in seipso remunerata æque plene et perfecte sicut caderis sanctis, nec illo summo praemio quo Deus merita sanctorum et passiones remunerat supra condignum, secundum illud *Homanor.* 8(v. 18), *Non sunt condignic passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Ergo quod est ei minus plene remuneratum, potest nobis cedere ad satisfactionem. El illud potissime fuit meritum sua? passionis. Unde omnes Doctores concorditer dicunt quod Christus per suam passionem non meruit sibi nisi gloriam corporis el exaltationem sui nominis, nobis autem meruit redemptionem seu liberationem a peccatis. Et sic clare falsum est quod isti dicunt de merito Christi et ejus remuneratione in seipso, etc.

Item, falsum est quod dicunt, quod secundum rationem nostram sequeretur quod nullus homo posset satisfacere pro alio, nec etiam pro seipso. Quia pœna per pœnam recompensalur; si ergo quis pro peccatis suis sil debitor pœnæ, el ipse contritus, propria sponte, vel ex sacerdotis impositione, faciat aliquam pœnitentiam, quare non satisfaciet in aliquo pro seipso? Similiter, si, de voluntate sacerdotis vel satisfacientis, unus facial pœnitentiam pro alio impositam, quare non satisfaciet pro eo in aliquo, non apparet, nec ex ratione nostra sequitur. Circa quod est (ft) inlelligendum quod omne opus bonum, factum pro Deo, et in charitale, est meritorium vitæ æternæ. Si autem sil pœnale, non solum est meritorium, quia bonum, immo est satisfactorium pro pœna; nec plus remunerabitur inquantum pœnale, nisi per expiationem pœnæ débita?; semper tamen acceptum erit Deo, inquantum est

(c) sanctorum. — Om. Pr.
(€) a verbo ergo u>que ad communtcabilur, om Pr.
(γ) *ul dicunt, — dicunt quod* Pr

( ) *reiurrcctinnc.* — rernusiontf Pr.
( ) eiL — Om. Pr.

bonum et virluosum, et remunerabitur præmio essentiali. Si autem operans non sil debitor aiicujus pœnæ, vel non tanta·, tunc opus suum pœnale remunerabitur non solum præmio essentiali, quia bonum fuit, sed præmio accidentali, quia fuit pœnale. El, secundum hoc, martyres non solum dicuntur habere auream, hoc est, premium essentiale, sed aureolam, hoc est, aliquod premium accidentale,. propter pœnalitatéin martyrii. Cum ergo dicitur quod omne opus bonum remuneratum est, vel remunerabitur cuilibet in resurrectione, verum est quantum ad premium essentiale. Sed, si sit non solum bonum, sed pœnale, et operans, seu sustinens pœnam, fuerit debitor pœna· pro seipso, vel sustinuit eam pro alio, tunc talis pœna non plus remunerabitur, quia jam cessit in solutionem alterius.— Hæc Durandus, in forma.

II Argumenta quorumdam. — Contra eamdem conclusionem arguunt quidam alii (apud Petrum de Palude, dist. 20. q. 4), dicentes quod dubium est de merito Christi, et quoad pœnam damni, et quoad pœnam sensus.

Primo (x). Quia, quidquid sit de pœna actualis peccati quoad pœnam sensus, non videtur quod pœnam damni Christus solverit, qui illam non sustinuit.

Secundo. Quia, cum actuali mortali debeatur pœna æterna, non fuit tantum de pœnalitate in morte Christi, nec intensive, nec extensive, quantum est in pœna sensus æterna, quæ est in inferno. Unde, cum æqualitas satisfactionis attendatur secundum comparationem pœnæ ad pœnam, Christus quidem potuit mereri dimissionem pœnæ æterna' totalem damni et sensus, quæ iit in baptismo adulti peccatoris, el commutationem pœnæ æternæ in temporalem, quæ lit in pœnitentia : quia divinitas illud operata est, quia Deus agere et coagere potest ; et sic meritum fuit infinitum. Sed non potuit, ut videtur, satisfacere pro pœna æterna : quia non potuit ex humanitate sustinere tantam pœnam, quanta est illa inferni; nec divinitas compassa est, quia pali non poluil. Immo videtur quod nec solutio pœnæ temporalis fieri possit · quia non poluil esse tantus dolor in morte Christi, quantus e>l dolor debitus omnibus peccatis confessis et confitendis m hac vita.

Tertio arguitur. Quia ad potestatem excellentia' Christi pertinet dare effectum sacramenti sine sacramento. Ergo purus homo, |ær indulgentias, quæ non sunt sacramenta, non potest dimittere pœnam, <|ii(xl (6) est effectus sacramenti.

III. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus (dist. 20, q. 1, art. 1), probando quod Papa potest dare indulgentias, non solum per modum recompensationis et satisfactionis, quod fit accipiendo de merito Christi et sanctorum; sed etiam auctoritate sibi tradita a Christo, cum dicit (Matth. 16, v 19), Quodeumgue *ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcumque salveris,* etc., absolute, nihil aliud pro recompensatione dando, potest pœnas, quas voluerit, relaxare. Probatur hoc.

Primo (a). Quia rescripta papalia oblinent vim juris el auctoritatis sanctorum. Cujus ratio est : quia sunt majoris auctoritatis in diffiniendo, cum ipse confirmet et det vim auctoritatibus sanctorum et jurisperitorum. Sed, in rescriptis papalibus, ubi continetur tenor indulgentiae quam largitur, videtur quod relaxet authentico modo, non autem per modum recomjænsationis, accipiendo de merito Christi. Non enim continetur in rescripto Papæ, *Volumus quod de merito Christi, quod tibi applicamur, relaxentur tibi centum dies;* sed dicitur sic : Nos *ergo de Omnipotentis Dei misericordia ct auctoritate Apostolorum Petri et Pauli confisi, relaxamus tibi centum dies,* etc. Ex quibus patet quod ibi non exprimitur nisi Dei misericordia, cujus ministri sumus, et auctoritas Apostolica.

Secundo. Quia dictum fuit Petro (Matth. 16, v. 19) : *Quodcumque ligaveris,* etc. Tunc qui dicit *quodcumque,* nihil excludit. Tunc arguitur sic : Omne vinculum super terram impediens ab ingressu cœli, Papa potest solvere; et in ejus potestate est authentice relaxare, apud quem est clavium plenitudo. Sed obligatio ad pœnam est vinculum impediens super terram ab ingressu cœli; nullus enim ingreditur quousque reddat ultimum quadrantem. Ergo, etc.

Tertio sic^Cui committitur majus, committitur minus. Sed majus est absolvere a culpa, quam a pœna; et commissum est capiti Ecclesiæ ab omni culpa, aine exceptione, absolvere. Ergo, etc.

Quarto. Quia claves non solum extendunt se ad culpam, sed ad pœnam. Sed in aliquo sacramento quandoque potest relaxari tota pœna, sicut in baptismo. Ergo videtur quod datum sit alicui in Ecclesia, maxime principi, quod, saltem ministrandosacramentum pœnitentiæ, possiltotam pœnam relaxare : nam relaxatio culpæ iit mediante sacramento, relaxatio pœnæ lit absoluto, licet quandoque fiat etiam mediante sderamento. — Hæc Aureolus·

El in hoc secundus articulus terminatur.

(a) *Pruno,* — Om. Pr.

(a) *Pruno.* — Om. Pr.
(β) *quod.* — *qutr* Pr.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis Et quidem

A<l primum Durandi, negatur minor. Nec valet probatio. Quia, sicut recitatum est in probatione conclusionis secunda?, Paulus, Cofossens. (v. 24), testatur se implere ea quæ desunt passioni Christi in suo corpore, etc. Quod exponens beatus Thomas in *Postilla* (a), sic dicit : « Hæc verba pravum possent habere intellectum ; scilicet quod Christi passio non esset sufficiens ad redemptionem, sed additu? sunt passiones sanctorum ad complendum. Sed hoc est hæreticum : quia sanguis Christi est sufficiens ad redemptionem etiam multorum mundorum, 1. Joann. 2 (v. 2), *Ipse est propitiatio,* etc. Sed intelligendum est quod Christus et Ecclesia est una persona mystica, cujus caput est Christus, corpus autem omnes justi, quilibet autem justus quasi membrum hujus capitis. Deus autem ordinavit in sua prædestinatione quantum meritorum debeat inferri per totam Ecclesiam, tam in capite quam in membris, sicut et prædestinavit numerum electorum. Et inter hæc merita præcipue sunt passiones sanctorum martyrum (6). Sed Christi, scilicet capitis, merita sunt infinita; sanctus vero quilibet exhibet aliqua merita secundum suam mensuram. Ideo dicit Apostolus : *Adimpleo ea* quæ *desunt pastioni Christi,* id est (γ). totius Ecclesiæ, cujus caput est Christus. *Adimpleo,* id est, addo mensuram meam; et hoc in *carne,* id est. ego ipse patiens in came, vel quæ desunt in carne mea. Hoc enim deerat : quia sicut Christus passus est in corpore suo, ita pateretur in Paulo membro suo; el hoc *pro corpore quod est Ecclesia,* quæ erat redimenda per Christum Sic etiam omnes sancti patiuntur propter Ecclesiam, quæ ex eorum exemplo roboratur. Glossa : *Passiones adhuc desunt, eo quod paritoria meritorum Ecclesiæ nondum est plena; nec adimplebitur* nisi cum *sæculum fuerit /initum.* Paritoria autem est vas, vel domus, ubi pariter mulla inferuntur. · — Hæc ille — Concordai Nicolaus de Gorram, in *Postilla* super eodem loco, dicens : « Passiones quas Christus sustinuit, el fideles ejus sustinent, sunt quasi quædam res publica Ecclesiæ, el thesaurus ejus, in quo quilibet ponit partem i suam : sicut in vase ad eleemosynam posito super mensam omnes pariter ponunt, donec impleatur; et ideo vocatur paritoria. quia omnes ibi pariter ponunt. De isto thesauro fiunt ita largæ indui- | gentiæ. Iste autem thesaurus non erit plenus nisi in fine sæculi. n — Hæc ille. — El concordat Glossa ordinaria. Ex quibus patel quod non solum passio Christi, immo passiones aliorum sanctorum reponunlurin thesauro meritorum Ecclesiæ, ad utilitatem totius Ecclesiæ. Et hoc intendelmnt sancti martyres, implicite vel explicite, scilicet quod merita eorum prodessent non solum sibi, sed etiam aliis, sicut orabant et jejunabant pro eis. Et sic patet quod argumentum illud non habet colorem ; potissime cum charilas faciat merita singulorum esse omnibus communia, ut sancti dicunt.

Ad secundum dicitur, negando minorem. Licet enim passiones martyrum sint sufficienter præmialæ, vel in futurum prærniandæ in ipsis, ex illa parte qua sunt meritoria» essentialis præmii, non tamen inquantum sunt satisfacloriæ, vel meritoria» accidentalis præmii, sed possunt in aliis habere efiectum et pnemium, puta liberationem a reatu pœnæ. Et ideo hoc argumentum multiplicem patitur calumniam, sicut ostendit Petrus de Palude (dist. 20, q. 4), sic inquiens : α Contra hanc rationem videtur. Quia Deus nec Christum nec alium remunerat citra meritum, sed ultra. Unde, cum pnemium correspondent merito, maxime si est meritum condigni, quod si est in aliquo, fuit in Christo, injustitia videretur quod Christus plus meruisset quam recepisset. Quantum enim sibi meruit, tantum in se recepit; et quantum aliis meruit, tantum in se recipient (x). Unde omne Christi meritum, vel alienus, est perfecte remuneratum, vel remunerandum in persona illius pro quo facium esi. Unde, si propter hoc nihil reslat de meritis sanctorum, per consequens nec de merito Christi, qui habet non solum quod ineruit, sed plus quam meruit, et quod non meruit, scilicet gloriam animæ. — Praeterea, non est magis remuneratum vel remunerabile quod fecerunt sancti mortui, quam illud quod faciunt vivi nunc. Sed, non obstante quod *oratio orantis in sinum orantis convertatur* (Psalm. 34, v. 13), ct sic quod omne bonum quod homo faciat pro se, vel pro alio, super caput ejus ad plenam | remunerationem revertatur; nihilominus tamen unus pro alio satisfacere potest, el satisfactio prodest alii, quando unus pro alio satisfacere intendit. Ergo quia sancti non solum pro se, sed etiam pro cor- | pore Christi, quod est Ecclesia, bona agere el mala | pati volebant (sicul Paulus dicit (2. *Timoth,* 2, | v. 10) : *Omnia facio propter electos, ut ipsi salu- , tem consequantur),* licet eis sit remuneratum, nihilominus pro nobis potest satisfaclorium esse. —

(a) Eipoiit tnrpist ad Colu ., cap. I. Icci. G.
(4) marD/n«ni. — Om. Pr.
(γ) id *nt* — *el* Pr.

(a) recipient. — *recipiet* Pr.

Undo dicendum quod opus bonum pœnale sanctorum potest considerari dupliciter. Uno modo, inquan. turn est meritorium ; et sic non transgreditur personam; nisi solum mentum Christi, quisikiet aliis plus meruit quam accepit vel recepturus sit in seipso. Secundo modo, prout est satisfaclorium; et sic multi plus satisfecerunt quam debuerunt. Licet enim pœna purgatorii sil major omni pœna mundi, non tamen sequitur : *Tale peccatum meretur talem pœnam in purgatorio, ergo gravissimam in mundo;* alias nullus posset pati pœnam ultra culpam, cum a veniali nullus sit immunis; cum tamen dicat Job. (cap. G, v. 2 et 3) : *Utinam appenderentur peccata, quibus iram merui; ct calamitas, quam patior, in statera! Quasi arena maris hæc gravior appareret.* — Item, licet homo non possit facere bonum pro alio, quin mereatur; sic tamen potest solvere pro alio, quod non liberat se, sed illum solum. Unde satisfactio quam homo pro alio facit, sibi quidem est meritoria, et non illi; sed illi est liberatoris, et non sibi. Quia ergo sancti plus sustinuerunt quam meruerunt (a), hoc autem non solum animo merendi, sed satisfaciendi, pro se quidem primo, deinde pro omnibus indigentibus, secundum ordinationem Ecclesiæ; ideo illis primo cedit in satisfactionem, secundum æqualilatcm culpæ ct pœnæ; sed residuum, quod nihil potuit liberare de obligatione totaliter soluta, vel perditum fuit (quoti non est dicendum), vel reservatur nobis indigentibus. Sicul enim si homo solvat communi debitori plus quam debeat, dicens quod (6) si totum a se non debetur, cedat in solutum residuum pro socio, sic acquitateum; sic in proposito. Et ideo, etc. In hoc ergo conveniunt sancti cum Christo, in his quæ fuerunt supererogationis, quod aliquid posuerunt in thesauro Ecclesial, sicut Christus. Sed in hoc disconveniunt, quod tota satisfactio Christi cessit in thesaurum pro cæleris, et nihil pro se (quia nullius debitor fuit, nec p̈œna originalis, nec actualis; et quia ab eo est (γ) thesaurus infinitus); alii autem sancti non sic. Beata autem Virgo medio modo se habuit : quia de suis pœnalilatihus illud solum pro ea satisfecit, quod erat pœna peccati originalis, sicul mors nature, cujus ip>a debitrix fuit; roliquæ autem ejus pœnali(ates sponte ä̈ssumpta totæ nobis cedunt, non illi, quæ nullius c̈ulpa actualis rea fuit El idem est de martyrio Innocentium, et aliorum qui nec venialiter Recaverunt. — Quod autem aliqui dicunt, quod ner diminuito nec remissio in sacramentis est, nisi per solutionem factam de passione Christi, — non videtur verum : quia in baptismo non est solutio pœnæ, nec a Christo, nec ab alio; quia dicit Ambrosius (a), quod in *baptismo gratia Christi omnia condonat gratis;* ubi autem est plena solutio, non est gratuita donatio, vel remissio. » — Hæc Petrus, et bene quoad multa, prater ultimum.

Cum autem Durandus instantias per Petrum allegatas nititur evadere, —dicitur prirno,quod illud quod dicit de Christo, non valet. Quia Petrus non dicit quod omnia merita Christi sufficienter fuerint remunerata in ipso Christo, quasi ipse in se receperit sufficiens premium omnium suorum meritorum; sed solum vult quod omne meritum Christi est sufficienter remuneratum vel remunerandum in persona illius pro quo facturn est, el cui meruit, saltem ad voluntatem ipsius Christi, cui datum vel dandum e^t squale premium, in se vel in alio, quantum et pro quanto intendebat. — Nec valet quod dicit Durandus, quod merita Christi non fuerant remunerata in seipso visione vel fruitione beatifica. Quia merita Christi hoc non merebantur; nec voluntas Christi creata, vel increata, ordinavit omnia sua merita ad tale pnemium in se recipiendum, sed ad aliud, vel in alio a se; el hoc obtinuit, vel habiturus est. Et sic quod dicit de renumeratione meritorum Christi, non valet; et instantia Petri adhuc stat contra conclusionem Durandi. Et, ultra hoc, dicta Durandi videntur contradictionem implicare : quia ex una parte dicit quod Christus per passionem suam non meruit sibiipsi beatificam visionem, aut fruitionem (et in hoc conveniunt omnes doctores); ex alia vero prie dicit quod meritum passionis non fuit sufficienter remuneratum in seipso. quia non r f visionem beatificam, aut fruitionem; in quo videtur dicere quod non est sibi redditum illud quod merebatur. scilicet visio beatifica; el sic videtur dicere quod meruit visionem beatificam, et quod eam non meruit; quod est contradictio.

Dicitur secundo, quod illud quod dicit de operibus pœnalibus sanctorum, non valet. Supponit enim quod opera pœnalia sanctorum non possunt post mortem eorum cedere in satisfactionem pro pœna debita viventibus, el quod passiones illorum nihil relinquunt in Paritoria vel thesauro Ecclesiæ; cujus oppositum dicit Paulus, el Glossa ordinaria. Item, supponit quod nullus vivens possit satisfacere pro futuris, sed solum pro presentibus, vel proteritis; et quod opera pœnalia sanctorum non prosunt post mortem diorum, nisi sibiipsis, ad aliquod premium accidentale consequendum ; el quod de suis operibus p̈ßalibus. ut pœnalia sunt, quibus in via satisfecerunt pro aliis vel prose, non habebunt aliquod(i)

( ) *sustinuerunt gunm meruerunt. —lustinuennt quam meruerint* Pr.

( ) *quod* — Om. Pr.

(γ) *est.* — Om. Pr

(i) Non sunt lia?c Ambrosio attribuenda Ropcriuntur in appendice ad opera ejus. Comment· in Eplstol. *ad /lonia· nor,* cap. xi (Migne, Patrol latin , tom. XVII). — Cfr. $ *Etl* enim *poenitentia,* diet. Grat, post can. 87. dist. t. de Pœnitentia. Item, can. 99. dist. 4. de Con«ecr.

praemium accidentale, sed solum de poenalibus non satisfactoriis. *Ex quo* sequitur quod aliquis actus meritorius privatur aliquo præmio æterno, ex hoc 5olo quia fuit actus justitiæ, el, ul sic, solum temporaliter praemiatur : id est, quod obesi homini satisfacere in via pro alio, vel pro sc, quorum oppositam tenet communis schola. Ideo illa opinio Linquam extranea et litigiosa repudianda est. Unde anctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, art. 3, qu2, in solutione quinti, sic dicit : ‹ Causa pro qua datur indulgentia, non requiritur ad hoc quod secundum eam debeat mensurari remissio pœnæ. sed ad hoc quod intentio illorum quorum merita communicantur, ad ipsum pervenire possit (a). Bonum autem unius continuatur alteri dupliciter. Uno modo, per charilatem; el sic etiam sine indulgentiis aliquis est particeps omnium bonorum quæ fiunt in Ecclesia, si sil in charitale. Alio modo, per intentionem facientis; el sic per indulgentias, si causa legitima adsit, potest intentio illius qui pro utilitate Ecclesiæ operatus est, ad istum continuari. » — Hæc ille. — Item, ibidem, in principali solutione, sic dicit : « Quantitas effectus consequitur quantitatem suæ causæ. Causa nutem remissionis pœnæ in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habent sufficienter ad lotam pœnam expiandam. Non autem causa remissionis effectiva, est vel devotio, aut labor, aut datum recipientis, aut causa pro qua fit indulgentia. Unde non oportet secundum aliquod illorum mensurare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiæ; quæ semper abundant; et ideo secundum quod applicantur ad istum, secundum hoc remissionem consequitur (6). Ad hoc autem quod applicentur isti, requiritur auctoritas dispensandi istum thesaurum; el unio ejus cui dispensatur, ad eum qui merelxitur, quod est per charitatern; el ratio dispensationis, secundum quam salvatur intentio eorum qui opera meritoria fecerunt. Fecerunt enim ea ad honorem Dei, et utilitatem Ecclesiæ in generali. Unde quæcumque causa adsit, quæ in utilitatem Ecclesiæ et honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. El ideo dicendum quod indulgentia? simpliciter tantum valent quantum prodicantur, dummodo ex parte dantis sit auctoritas, ex parte recipientis chantas, ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei et utilitatem proximi. Nec in hoc nimis (γ) fit magnum forum de misericordia Dei, ut quidam dicunt; nec divinæ justitiæ derogatur; quia nihil de poma dimittitur, sed unius puma alteri computatur. › — Hæc ille.

II Ad argumenta quorumdam — Ad primuni eorum quæ secundo loco contra eamdem conclusionem inducuntur, dicitur quod, ad hoc quod aliqua pœna sit sufficienter pro aliquo peccato satisfactoriii, non requiritur quod sit æqualis, vel Linia intensive in pœnalitale, vel lania extensive in ducatione, quanta est pœna quam talia culpa meretur in alio&eculo; sed ad hoc sufficit quod ℓali pœna, vel toleratio voluntaria illius, æque vel plus sit accepta Deo, cui fit satisfactio, quam culpa fuit displicens Deo et offensive ejus. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 48, ari. 2, sic dicit : α Ille proprie satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso illud qiicxi æque vel magis diligit quam oderit offensam. Christus autem, ex charitale et obedientia patiendo, majus aliquid Deo exhibuit quam exigeret recompensatio totius offensa» humani generis. Primo quidem, propter magnitudinem charitatis, ex qua paliebalur.Secundo, propter dignitatem vita? sua», quam pro satisfactione ponebat, quæ erat vita Dei et hominis. Tertio, propter graviLitem passionis et magnitudinem doloris assumpti. Et ideo passio Christi non solum fuit sufficiens, sed etiam superabotidans satisfactio pro peccato humani generis, secundum illud I. Joan. 2 (v. 2) : *Ipse est propitiatio pro ℘eccati nostris, non pro nostri» autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* d — Hæc ille.— Item. q. 46, art. fi, in solutione tertii, sic dicit : α Dolor animæ separata» patientis pertinet ad statum future damnationis, (pia· excedit omne malum prosentis vitæ, sicut sanctorum gloria excedit omne bonum prasentis vitæ. Unde, cum diximus Christi dolorern esse maximum, non comparavimus ipsum dolori animæ separatæ.i›— Hæc ille.— Et tamen, in eodem articulo, dicit quod dolor Christi patientis, el ejus quantitas, proporlionabatur magnitudini fructus qui inde sequebatur, el satisfactioni pro omnibus peccatis humani generis. Patel ergo quod non oportet, ad perfectam satisfactionem, quod satisfaciens patiatur tantum dolorem, vel tantam pœnalitatem, quantam merebatur in alio saxulo peccator pro quo satisfacit.

Verum est quod Petrus de Palude aliter dicit ad hoc argumentum. Dicit enim (dist. 20, q. 4) quod « Christus non solum omnibus meruit, sed pro omnibus satisfecit : quia suppositum agebat et patiebatur; unde non solum actio merens, sed etiam passio satisfaciens infinita est. Non est ergo ex insufficientia quod passio Christi in sacramentis non solvit, sed ex ordinatione Dei, qui gratis remittit. El quod dicitur, quod reatus pœnæ non dimittitur nisi quia pœna solvitur, — non est verum. Quia sicut tota obligatio ad pœnam potest tolli liberali quilatione creditoris, sine totali solutione; sic etiam pare potest remitti, sine partiali solutione. Dicere autem quod Deus, in sacramentis, in quibus maxime liberalis exsistit (unde et sacramenLi gratiæ vocantur), nihil gratis remittat, nec condonet, nisi quan-

(a) pouit. — potitnC Pr.
(4) cürurguüur. — corMeçuuntur Pr
(y) niniu. — Om Pr.

tum sibi solvitur, aut de thesauro communi Ecclesic, aut de bono thesauro cordis, vel corporis, vel oris, proprie est dicere Deum illiberalem; et, licet in hoc esset liberalitas hominis Christi, nobis communicantis divitias suœ pœnalitatis, in hoc lamen in nullo est liberalitas Dei, qui nihil de suo nobis donat. Propter quod, melius dicitur quod in sacramentis est liberatio a lota pœna, vel partiali, non ex solutione, sicul in indulgentiis, sed ex liberali Dei remissione; ex merito quidem Christi, id est, ex amore Christi; sed non ex solutione Christi, qui, etsi (a) pro peccato naluræ (C) solvit el satisfecit, non sic tamen pro peccato personæ (γ).— Sed, cum ultra infinitum nihil sit, et unum infinitum aliud consumat vel attingat, et pœna peccati originalis esset infinita, et intensive, quia privat bono infinito, el extensive, quantum est de se (ul patet de pueris in limbo, quorum pœna non finietur); ergo satisfactio, quamvis fuerit infinita, exhausta tamen fuit tollendo pœnam in baptizatis. Nihil eigo remanet ad solvendum in indulgentiis, vel pro actualibus peccatis. — Ad quod dicendum est (δ), quod in infinitis quæ sunt unius rationis, unum aliud non excedit. Sed infinitas Dei, quæ est interminabilis vitæ lota simul el perfecta possessio, omnem aliam, el infinitas alias, si essent, excedit. Quia omnis infinitatis entis et possibilis (c), est causa æquivoca principalis; ergo major; item causa voluntaria; el sic potest finire omne quod est infinitum. Unde virtus divinæ infinitatis ad infinita se potest extendere, et adhuc illa excedit; cum omnia ad eam comparata, sint finita, immo sint nihil; quia potest illorum infinitatem ad finitalem redigere, et eorum entitatein ad nihililatem. Ergo passio Christi, inquantum meritoria, el inquantum satisfacloria, est infinita ratione suppositi, quod omnes infinitates exsistentes et possibiles excedit; quia omnem pœnam damni et sensus infinitam potest facere finitam et nullam. Alioquin sic argui posset, quod passio Christi pro uno solo posset satisfacere, cujus pœna est infinita, el non pro duobus; sicut prius arguebatur, quod pro originali, el non actuali; nisi dice retur quod dictum est. *n* — Hæc Petrus; el male quoad aliqua, in quibus videtur contrarian beato Thomæ el veritati.

Primum est, quod in baptismo el aliis sacramentis non fit solutio de thesauro Ecclesiæ, nec de meriloaul satisfactione Christi, sed liberalis condonatio pœnæ debitæ. Hoc enim contrariatur dictis sancti Thomæ, 4. *Sentent.,* dist. 4, q. 2, art. 1, q|· 2, ubi arguit sic (primo loco) : < Sicut dicit Augustinae (super Psalm. «44 et 58), peccatum aut homo punit, aut Deus. Si ergo homo in seipeo non puniat peccatum quod commisit, a Deo punietur, et itn per baptismum acctualis peccati pœna non totaliter tollitur. » Item, secundo, arguit sic : « Culpa non potest ordinari nisi per pœnam. Sei Deus inordinatum nihil relinquit. Ergo non dimittit, quin pro culpa aliquam pœnam infligat; et sic baptismus non absolvit ab omni pœna. > Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod Christus per mortem suam sufficienter satisfecit pro peccatis totius humani generis, etiam ei essent multo plura. Et quia homo per baptismum in morte Christi baptizatur, el ei commoritur et consepelitur, ut dicitur, *Romanor.* 6 (v. 3 et 4), ideo baptismus, quantum in se est, totam efficaciam passionis Christi in taptizatum influit; et, propter hoc, absolvit eum a pœna satisfacloria, non solum a culpa. — Ad primum rrgo dicendum, quod per baptismum homo incorporatur Christo, et efficitur membrum ejus, El ideo pœna quam Christus sustinuit, reputatur isti in satisfactionem : quia, si *patitur unum membrum, compatiuntur extera,* ut dicitur, 1. *Corinth.* 12 (v. 26). Et ideo Deus in Christo peccata illa ponit, sicut dicitur, Isaiæ 53 (v.6) : *Posuit* in *eo iniquitatem omnium nostrum.* — Ad secundum, dicendum quod pœna ordinat culpam dupliciter. Uno modo, ul satisfaciens; et sic culpa remanet ordinata |m?i satisfactionem Christi. Alio modo, ul medicina sanans, vel resecans membrum insanabile; et sic culpa in baptizatis ordinatur, ul sanata per gratiam oppositam. · — Hæc ille. — Similia dicit, 3 p., q. 69, art. 2 : cPerbaptisinum, inquit, aliquis incorporatui morti el passioni Christi, secundum illud *Romanor.* 6(v. 8) : St *mortui sumus cum Christo, credimus quia etiam simul vivemus cum eo.* Ex quo patet quod omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipse passus et mortuus esset. Passio autem Christi est sufficiens satisfactio pro peccatis omnium hominum. Et ideo ille qui baptizatur, a reatu omnis pœnæ sibi debit® pro peccatis liberatur, ac si ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus peccatis suis. — Ad primum ergo dicendum quod, quin pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, ac si ipse pœnam illam sustinuisset, ejus peccata remanent ordinata per jxvnani passionis Christi. > — Hæc ille. — Ex quibus palet quod in baptismo, et aliis sacramentis, non fit condonatio pœnæ nisi cum perfecta satisfactioneel solutione; cujus oppositum dicit Petrus. El illo modo debet inlelligi illud Ambrosii (a) dicentis quod baptismus omnia condonat : scilicet

( ) *Chrbti, ut* eif, *ex amore Chriiti, ted* non *ex tolutione Christi*› </ui, *etsi. — id est, amore Christi, qui ct scilicet* Pr.
( ) *natur/r. — nec* Pr.
(y) *personte. — per se* Pr.
(3) *est.* — Om. Pr.
(c) *possibilis. — ;>otmnalM* Pr.

(a) Cir. pag. 407, col. 2, not. a.

quia non requirit quod baptixatus perse satisfaciat; sed Christus pro eo satisfactionem dedit.

Secundum in quo deficit Petrus, est quia dicit quod, si Deus non condonaret per sacramenta aliquid de pœna debita, sine satisfactione vel solutione, ipse esset illiberalis, etc. Hoc enim non valet; immo sua liberalitas et misericordia magis ostenditur hoc modo quam illo, quia communicat nobis unde possimus satisfacere. De hoc, in suo simili, sanctus Thomas, 3 p., q. 46, art. i, in solutione tertii argumenti, sic dicit : « Hominem liberari per pssionem Christi, conveniens fuit el misericordia et justitiæ ejus. Justitiæ quidem : quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis; et ita homo per Christi justitiam liberatus est. Misericordia vero : quia, cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius nature humanæ, Deus Filium suum misit, secundum illud *Homanor.* 3(v. 24 et 25), *Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem ipsius.* Et hoc fuit abundonlioris misericordis quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Unde dicitur, *Ephesior.* 2 (v. 4 et 5) : *Deus, qui dives est in misericordia, propter charitatcm nimiam* (a) *qua dilexit nos, eum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo Jesu.* d — Hæc ille.— Item, 3. *Sentent.,* disl. l , q. 1, art.2, in solutione quarti, sic dicil : α Quamvis Deus sit summe misericors, tamen sua misericordia in nullo justitia.· ejus obviat. Misericordia enim quæ justitiam tollit, magis stultitia quam virtus dici debet; el illa Deum non decet. Propter quod Deus misericordiam infinitam sic manifestare voluit, ut in nullo justitiæ ejus derogaret. Quod factum est, dum pro nobis homo factus est, ut pro nobis satisfaceret. In quo etiam ejus abundantior misericordia ostensa est ad nos, quam si peccatum sine satisfactione dimisisset, inquantum naturam nostram magis exaltavit, et pro nobis mortem pertulit. » — Hæc ille. — Et sicut ipse dicit de misericordia, ita dicendum est de liberalilale, quod magis ostenditur, dum satisfacit pro nobis, quam si sine satisfactione peccata dimitteret ; potissime quia a nobis parvam satisfactionem exigit, el citra condignum, sed tamen ipse satisfecit pro nobis ultra condignum. Et ad hunc sensum debet intelligi illud quod dicil, 3. *Sentent.,* disl. 20, q. 4 , art 1, qu 3, in solutione tertii, ubi sic dicit : ‹ Quantum est de potentia Dei absoluta, Deus posset peccatum absque omni (6) pœna dimittere; nec injustus esset, si hoc faceret. Sed quantum est ex parte istius qui peccavit, secundum ordinem quem nunc Deus rebus ordinavit et imposuit, non potest peccatum congrue sine pœna dimitti.

Nec sequitur, si congrue pars pœnæ dimittitur, quod etiam congrue tota pœna dimittatur, propter duo. Primo, quia effectus habet aliquid ab agente, et aliquid a recipiente. Unde sicut, in collatione divinorum donorum, donum collatum ex parte dantis elevat recipientem supra statum suum, ex parte autem recipientis est infra modum quem Deus influit; ila, in remissione peccatorum, oportet quod sit aliquid ex parte misericordia? remittentis, ut illiquid de pœna debita remittatur, et aliquid ex juirle recipientis, ul scilicet in aliquo puniatur. Secundo, quia remissio pœnæ quæ fit aliis hominibus, praecipue pœnæ satisfacloriæ, fundatur super virtutem satisfactionis Christi, quæ superabundavil ad amovendas omnes pœnas, quantum in se fuit. Unde oportet quod parliculala satisfactio fundetur super satisfactionem Christi condignam, sicut imperfectum in quolibet genere oritur ex perfecto. t› — Hæc ille.

Tertium in quo delicii Petrus, est quod Deus, communicando nobis passionem Christi, nihil de suo donat, sed solum Christus ul homo. Istud enim nihil valet. Quia (a), in tali communicatione, Christus ul Deus, immo tota Trinitas, plus communicat nobis quam Christus ul homo. Nam, licet solus Christus passus sil secundum humanitatem, el non divinitas, nec Trinitas, nec Paler, aut Spiritus Sanctus, tamen alia ratio reformat pactum : quia valor illius passionis el satisfactionis, vel meriti, fuit principaliter ex charitate elex bona voluntate Christi, quæ duo sunt a tota Trinitate; item, ex acceptione divina, quæ communis est loti Trinitati; item, ex concomitantia divinitatis, cui humanitas erat unita, et erat ejus instrumentum, ex qua principaliter habebat valorem infinitum omne Christi meritum, et quælilæt ejus satisfactio, actio vel jMissio. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. -48, art. 2, arguit sic, tertio loco : α Satisfactio importat aequalitatem quamdam ad culpam, cum sit actus justitiæ. Sed passio Christi non videtur esse æqualis omnibus peccatis generis humani : quia Christus non est passus secundum divinitatem, sed secundum carnem, secundum illud, 1. Petri 4(v. 1), *Christo in carne passo;* anima autem, in qua non est peccatum, potior est quam caro.. Non ergo Christus passiono sua satisfecit pro peccatis nostris, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod dignitas carnis Christi non est aestimanda solum secundum carnis naturam, sed secundum personam assumentem, inquantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat infinitam dignitatem, n —Hæc ille. — Simile dicil, 3. *Sentent.,* dist. 20, q. 1, ari. 3, in solutione secundi : « Vita, inquit, corporalis Christi habebat quemdam infinitum valorem ex divinitate conjuncta, inquantum non erat vita puri hominis,

(a) nimiam. — fioilram Pr
(€) amni. — omnium Pr.

(a) *Quia. — quare* Pr.

sed Dei et hominis; et ideo poterat esae sufficiens recompensatio vitio spiritualis, et præcipue ratione charitatis eximito ex qua offerebatur. ʌ — Hæc ille. — Cætcra dicta Petri possunt stare.

Ad secundum palet responsio ex dictis Petri in pnecedenti solutione.

Ad tertium respondet sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. I, ari. 3, qll I, m solutione tertii argumenti, dicens quod α effectus absolutionis sacramentalis, est diminutio reatus; et hic effectos non inducitur per indulgentias; sed pro eo faciens indulgentias, solvit pœnam quam debebat, de bonis communibus Ecclesia? ». — Hæc ille. Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : α Ille qui indulgentias suscipit, non absolvitur, simpliciter loquendo, a debito pœnæ ; sed datur sibi unde debitum solvat. » — Hæc ille.

Durandus vero ad argumentum istud sic ait (disl. 20. q, 3) : α Duplex, inquit, est effectus sicramenti : primus, qui est remissio culpa· et collatio graliæ; et secundus, qui est remissio vel diminutio pœnæ. Collatio primi effectus pertinet ad potestatem auctoritatis, et non ad potestatem ₵xcellentia nisi meritorie. Collatio autem secundi effectus, qui est remissio vel diminutio pœnæ, potest perlinere non solum ad potestatem excellenliæ, sed etiam ad potestatem ministerii. Si enim purus homo, non habens potestatem, nec excellenliæ, nec ministerii, potest satisfacere pro pœna alteri debita, multo magis hoc potuit Christus, et ille qui constitutus est ab eo summus minister Ecclesial, cui commissum est a Christo quod de thesauro passionis Christi possit communicare fidelibus ad expiationem pœnæ quam debent. Supponimus autem quod talis sil Papa; quo non supposito, non apparet via perquam indulgentia? possent aliquid valere. » — Hæc Durandus.

Petrus vero ‹le Palude sic respondet (dist. 20, q. 4) : u Potest, inquit, dici quod sine sacramento habito do facto, vel in voto, nullus effatus sacramenti necessarii proprius conferri potest nisi a Christo. Sed, sacramento habito de facto. vel in voto, contingit habere effectum sine sacramento. Si enim aliquis sit contritus, et antequam sit in mora confitendi, vel conterendo, vel aliter pernitendo, condignam pœnilentiam fecerit, a satisfaciendo non confitendo absolvitur. Sicut ergo sine sacramento actu suscepto potuit satisfacere pro se de suo, sic. et per alium, vel per se (a) de bonis spiritualibus ab aliis sibi concessis, maxime quando sacramentum suscipit voto et facto.et de his ad quæ per sacramentum obligatus est. Unde (6). sicut sine novo sacramento ipsemet satisfacit, qui non habet potestatem excellenliæ; sic el si Papa, vel alius(i) minister Ecdesîæ det sibi unde solvat, non est hoc supplere vicem sacramenti, quod etiam sine potestate ministerii (a) fieri potest. › — Hæc Petrus, et bene.

Solutio autem Durandi implicat aliqua falsa ; puta quod remissio culpæ et collatio gratiæ nullo modo pertineat effective ad potestatem excellenliæ Christi, sed solum meritorie. Hoc enim falsum est. De hoc sanctus Thomas, 3 p., q. 64, art. 3, sic dicil : ‹ Interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, et «ecundurn quod Deus, et secundum quod homo; aliter tamen el aliter. Nam, secundum quod est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem ; secundum autem quod est homo, operatur ad interiores ₵ffectu sacramentorum meritorie et efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est enim (3 p., q. 48) quod passio Christi, quæ competit ei secundum hurnanam naturam, causa est nostra justificationis et meritorie et effective : non quidem per modum principalis ₳gent» rive per auctoritatem; sed per modum instrumenti, inquantum humanitas e›t instrumentum divinitatis ejus. Sed tamen, quia est instrumentum conjunctum divinitati in persona, habet quamdam principalitatem et causalitatem respectu instrumentorum extrinseconim. quæ sunt ministri Ecclesiae ct ₰p sacramenta. Et ideo, sicut Christus, inquantum Deus, habel potestatem auctoritatis in sacramentis; ita. inquantum homo, habet potestatem ministerii prinoipalbs, sive potestatem excellent!®. Qua? consistit in quatuor. Primo quidem, in hoc quod meritum et virtus passionis ejus operatur in sacramentis. El quia virtus passionis ejus copulatur nobis per fidem, ideo secundo ad potestatem excellenti®, quam Christus habet in sacramentis, pertinet quod in ejus nomine sacramenta sanctificantur. Et quia ex institutione sacramenta virtutem obtinent, inde est quod tertio ad excellentiam potestatis Christi pertinet quod ille, qui dedit virtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius e converso, ideo quarto ad excellentiam potestatis Christi pertinet quod ille potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre. › — Hæc ille. — Similia dicit. 4. Sentent., dist. 5. q. i, art 1. Ex quibus palet quod solutio Durandi implicat falsum.

Solutio vero Petri non videtur cahimniabilis. nisi pro quanto et si vellet innuere quod indulgentia· Ecclesiæ possunt valere alicui ante actualem susceptionem sacramenti pœnitentiæ, et quod sufficeret votum suscipiendi sacramentum. Hoc enim videtur esse falsum, et contra communem formam concedendi indulgentias, qua dicitur Conccdimtw omnibus vere *pamitentibus ct confessis tot dies indui·genlix,* etc. Insuper, communiter tenetur quod

(i) *vel per se.* — irrum Pr.
(6) *Untie.* — Om. Pr.

(a) mtniitarii. — mmiitri Pr.

tales indulgentiæ valent ad expiationem pœnæ quæ restat post actualem absolutionem sacerdotis. Et iste modus dicendi est securior; quem tenet sanctus Thomas, ubi supra (dist. 20, q. 1. art. 3). Dicit enim in prasenti distinctione, ut supra recitatum fuit in probatione prima? conclusionis, quod et hujusmodi indulgentiæ valent quantum ad forum Ecclesiæ, el quantum ad judicium Dei, ad remissionem pœna' résiduæ post contritionem, confessionem et absolutionem, sive sit injuncta, sive non. a Item, art. 5 ejusdem quæstionis, in solutione prirnæ quæstiunculæ, dicit quod α in omnibus indulgentiis fit mentio de vero contritis et confessis ›. Item, secundo *Quodlibeto,* quæstione ultima, sic dicit ‹ Ad hoc quod indulgentia alicui valeat, tria requiruntur. Primo, causa perlinens ad honorem Dei, vel ad necessitatem aut ad utilitatem Ecclesiæ. Secundo, auctoritas in eo qui facit : Papa enim potest principaliter; alii vero inquantum accipiunt potestatem ab eo. vel ordinariam, vel commissam seu delegatam. Tertio, requiritur ut sil in elatu salutis ille qui indulgentiam vult percipere. El hæc tria designantur in littera papali : nam causa conveniens designatur in hoc quod pramittitur (α) de subsidio Terne Sanet®; auctoritas vero, in hoc quod fil mentio de auctoritate Apostolorum Petri et Pauli, el ipsius Papæ; charilas autem recipientis, in hoc quod dicitur, *vere pamitentibus et confessis.* Non dicit, *et satisfacientibus :* quia indulgentia non excusat a contritione el confessione, sed cedit in locum satisfactionis. › — Hæc ille. — Sed. his non obstantibus! videtur mihi, cum Durando (dist. 20, q. 4), quod Papa posset, si vellet, concedere indulgentias vere contritis, el valerent eis ante actualem confessionem ad satisfactionem pro peccatis, licet communiter oppositum sonent litteræ papales; quia etiam mulli Pralati dant indulgentias eis qui sunt in statu gratiæ, vel erunt infra octo dies, non faciendo mentionem de confessione. Et sic dicta solutio Petri bona est. Sed sanctus Thomas loquitur de indulgentiis quas Papa communiter concedit in suis rescriptis.

III. Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra eamdem conclusionem, dicitur, negando minorem, scilicet quod ex verbis rescriptorum habeatur quod Papa det indulgentias modo authentico, sine quacumque applicatione satisfactionis. Nec valet probatio de Dei misericordia : quia sicut Deus in suis operibus nunquam utitur misericordia sine justitia, ita nec minister ejus, quicumque sit, potest uti divina misericordia, secernendo omnem justitiam. Et de hoc beatus Thomas, prasenti distinctione, q. 1, art. 3, in solutione secunda quæstiunculæ. sic dicit : t Indulgentiæ simpliciter tantum valent quantum sonant vel prodicantur, ubi dummodo ex parte dantis sit auctoritas, ex parte recipientis charilas, ex parle cans® pietas, quæ comprehendit honorem Dei et proximi utilitatem. Nec in hoc nimis (a) lit magnum forum de misericordia Dei, ut quidam dicunt; nec divinæ juslitiæ derogatur; quia nihil de pœna dimittitur, sed unius pœna alteri computatur. » — Hæc ille. — Quod autem addit arguens, de auctoritate papali et Apostolorum Petri et Pauli, non valet : quia auctoritas papalis non se extendit ad relaxandum peccata sine quacumque satisfactione, sed ad hoc quod thesaurum Ecclesiæ possit in satisfactionem fidelibus dispensare, et satisfactionem unius alteri applicare, non autem pro libito relaxare. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 18, q. I, art. 3, q|" 4, arguit sic (tertio loco) : α Omnis Christi actio, nostra est instructio. Sed ipso quibusdam peccantibus nullam pœnam imposuit, sed solum emendationem vit®, ut patet de adultera, Joan, 8. Ergo videtur quod ad arbitrium suum possit sacerdos, qui est Christi vicarius, dimittere lotam pœnam, vel partem. j› Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod Christus habuit potestatem excellenti® in sacramentis; unde ipse ex auctoritate totum vel partem poterat dimittere, sicut volebat. Nec est simile de his qui operantur tantum ul ministri. » — Hæc ille. — Et ibidem, in solutione principali, multa dicit quæ faciunt ad propositum.

Ad secundum patet solutio per prædicta. Quia major intellecta ad sensum arguentis falsa est. Licet enirn Papa plenitudinem clavium habeat, tam ordinis quam jurisdictionis, non tamen habet potestatem excellentia»; sed solus Christus. Ideo non potest peccata dimittere sine satisfactione, quæ est pars sacramenti pœnitentia.l, sicut Christus poterat.

Ad tertium dicitur primo, quod modus arguendi non valet : quia, si forma illa valeret, concluderet non solum quod Papa ex auctoritate posset sine satisfactione omne peccatum remittere quoad culpam et reatum, immo quod quicumque sacerdos potest remittere omne peccatum quoad reatum, qilod potest remittere quoad culpam vel offensam ; quod est manifeste falsum. Et palet consequentia : quia, secundum dicta arguentis, majus est absolvere a culpa quam a pœna; multis autem sacerdotibus commissum est absolvere a culpa; ergo, etc. — Dicitur secundo, quod licet majus sit absolvere a culpa quam absolvere a pœna, si utraque absolutio seorsum consideretur ; tamen absolvere a culpa et a tota pœna simul, majus est quam absolvere a culpa solum et non a pœna, vel a culpa et ab aliqua parte Ipœnæ, sed nona tota pœna. Et ideo non oportet quod cuicumque committitur secundum, committatur primum. — Dicitur tertio, quod, dato quod

(*) jwwmiHitvr. — *promittit* Pr.

(a) nimü. — Om. Pr.

semper absolutio a pœna esset quid minus quam absolutio a culpa, non tamen semper (ε) decet quod cm committitur majus, committatur minus (6) : quin absolutio a culpa in nullo casu jxjtest esse nociva, nec impeditiva majoris boni; secus est de absolutione a pœna. De hoc sanctus Thomas, 2ª q. 87. art. G, in solutione tertii, sic «licit : « Remota macula, sanatum est vulnus peccati quantum ad voluntatem Requiritur autem adhuc pœna ad sanationem aliarum virium animæ, quæ per peccatum pnecedens deordinatæ fuel uni, ul scilicet per contraria curentur. Requiritur etiam ad restituendum æqualitatem juslitiæ, et ad removendum scandalum aliorum, ul ædificenlur (γ) in pœna, qui scandalizati sunt in culpa. › — Hæc ille. — Et multa alia contra argumentum adduci (lossunt.

Ad quartum, negatur minor. Nec valet probatio: quia, sicul dictum fuit prius (5), in baptismo non fit relaxatio pœnæ peccatis debite, sine satisfactione, immo cum sufficientissirna satisfactione, per meritum et satisfactionem passionis Christi, quæ plenarie transfertur in baptizatum. Hem, dato quod Papa, mediante sacramento, possit omnem pœnam remittere, hoc non est nisi per completum sacramentum. Non est autem completum ultimata completione, nisi quælibet pars integratis sacramenti sit completa, scilicet contritio, confessio et satisfactio. Non est autem completa satisfactio, nisi pœnitens per propria opera poenalia plenarie satisfaciat, \el alius pro eo, vel nisi satisfactio Christi et sanctorum sibi per indulgentiam applicetur ab eo qui potest.

De hoc mullum bene ad propositum dicit Durandus (dist. 20, q. 3): « Pœna, inquit, peccato debita, tripliciter potest dimitti. Uno modo, ex mera gratia, quando offensus lotam offensam et pœnam offensæ debitam gratis remittit offendenti. Alio modo, quando aliquis pœnam debitam solvit pro alio, ita quod pœna non condonatur gratis, sed solvitur per alium, de voluntate ejus qui fuit offensus. Tertio modo, quando partira remittitur, partira exsolvitur, quod fit quando magna poma pro modica remittitur. Primus modus el tertius videntur habere locum in indulgentiis,si attendereturcoinmunisusus nominis. Tunc enim dicitur aliquis indulgere alteri delictum contra eum commissum, quando gratis el totaliter remittit culpam seu offensam et pœnam pro culpa debitam, vel quando magnam pœnam condonat pro modica. Quando autem tota pœna exsolvitur j›er illum qui peccavit, vel per alium loco ejus (quod pertinet ad secundum modum), non dicitur esso indulta, sed soluta. Sed quia, secundum Hilarium *(dc Trinitate,* lib. 4), *non res sermoni, sed sermo* rei *debet* esse *subjectus,* ideo magis attendendum est ad veritatem rei quam ad proprietatem sermonis. Constat autem quod eoius Deus potent gratis condonare totam pœnam debitam peccato contræ præcepta ejus commisso, vel partem parafe; \el ille cui super hoc legitur dedisse potestatem. Non apparet autem quod Deus hanc potestatem dedit hominibus (quos solum fecit ministros novi testamenti, et dispensatores mysteriorum Dei), quod ipsi sine sacramentis, quorum sunt dispensatores, possint gratis condonare pœnam pro peccatis debitam, vel partem ejus. Nec etiam mediantibus sacramentis : nam quando lota poma dimittitur in baptismo, vel pars pœnæ, virtute clavium, in sacramento pœnitentiæ, non dicitur condonari; sed dicitur quûîl communicatur meritum passionis Christi, ad dimissionem totius |Kimæ in baptismo, vel ad dimissionem partis pœnæ in sacramento pœnitentiæ; ita quod de merito pœnæ Christi exsolvitur tota poma debita peccato, vel pars ejus. El ideo communiter sequitur quod modus quo valent **indulgentiæ**,per modum solutionis pœnæ peccato debite, etc. › — Hæc Durandus, et bene.

Et hæc sufficiant ad argumenta contra conclusiones.

Ad argumentum contra quæstionem (a), patet responsio per prædicta.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Amen.

QUÆSTIO 1.

UTRUM PECCATUM VENIALE IOSS1T EXPIARI QUOAD CULPAM PER PŒNAM PURGATORII

Inex vigesimamprimam distinctionem Î *4. Sententiarum,* quæritur : Utrum peccatum veniale possit expiari quoad culpam per pœnam purgatorii.

Et arguitur quod non. Quia culpa actualis non deletur nisi per contritionem. Sed post hanc vitam non erit contritio, quæ est actus meritorius : quia tunc non erit meritum, nec demeritum; cum, secundum Damascenum *(de Fide Orth.,* lib. 2, cap. 4), hoc sil hominibus mors, quod angelis casus. Ergo |›ost hanc vitam non dimittitur veniale in purgatorio quoad culpam.

( ) tamen feni/xr. — Om. Pr.
( ) *majus, committatur* minui. — mhiut., *committatur majus* Pr.
(γ) *xdiflcentur. — œdifirent* Pr.
(j) Cfr. art. present., 11, ad primum.

(a) çiubj tionem. — *conclusionem* Pr.

In oppositum arguitur. Quia» 1. *Corinth,* 3 (v. 12), per lignum, fœnum, stipulam, venialia intelliguntur. Sed lignum, fœnum, stipula per purgatorium consumuntur. Ergo ipsæ culpæ veniales post hanc vitam remittentur.

In hac quæslione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod culpa venhills, in eo qui cum gratia decedit, remittitur post hanc vitam in purgatorio.

Hanc ponit sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, ari. 3, qu 1, ubi sic dicit : « Quidam dixerunt quod post hanc vitam non dimittitur peccatum quoad culpam; et si cum mortali culpa quis decedat, damnatur, et remissionis capax non est. Non autem potent esse quod cum veniali decedat sine mortali; quia ipsa gratia finalis culpam purgat venialem. Veniale enim peccatum committitur ex hoc quod quis habens Christum in fundamento, nimis aliquid temporale diligit; qui quidem excessus ex concupiscentia» corruptione contingit; unde, si gratia omnino concupiscentia· corruptionem vincat, sicut in Beata Virgine fuit, non remanet aliquis locus veniali; el ita, cum in morte omnino diminuatur et annihiletur ista concupiscentia, potenliæ animæ totaliter gratiæ subjiciuntur, et veniale expellitur. — Sed hæc opinio frivola est, et (a) in se, ct in sua causa. In se quidem : quia dictis sanctorum et Evangelii adversatur, quæ non possunt exponi de remissione venialium quantum ad pomam, ut Magister dicit in littera; quia sic tam gravia quam levia in futuro dimittuntur; Gregorius autem (*Dialogorum* lib. 4, cap. 39) leves culpas tantum (C) post hanc vitam remitti perhibet. Nec sufficit quod dicunt, quod hoc dicitur specialiter de levibus, ne putetur nihil grave pro eis nos passuros, quia remissio pœnæ magis aufert gravitatem poenarum quam ponat. Quantum ad causam autem, apprêt frivola : quia defectus corporalis, qualis est in ultimo vitæ, non aufert concupiscentia.· corruptionem, vel diminuit, quantum ad radicem, sed quantum ad actum ; sicut patet etiam de illis qui graviter infirmantur. Nec iterum tranquillat potentias animæ in tantum ut eas subjiciat gratiæ : quia tranquillitas potentiarum, et subjectio earum ad gratiam, est quando inferiores vires obediunt superioribus, ꝙua legi Dei condelectantur; quod in statu illo esse non potest, cum actus utrarumque impediatur; nisi tranquillitasdicatur privatio pugme secundum quid, sicut etiam in dormientibus accidit; nec tamen propter hoc somnus diciturconcupiscentiam diminuere, aut vires animæ tranquillare, aut eas gratiæ subdere. Praeterea, dato quod concupiscentiam radicaliter diminueret defectus ille, et vires animæ subderet gratiæ, adhuc hoc non sufficeret ad dimissionem culpæ venialis jam commissæ, quamvis sufficeret ad vitationem futurae : quia culpa actualis, etiam venialis, non remittitur sine actuali motu contritionis, ut dictum est, dist. 16 (q. 1, art. 2, qu 3), quantumcumque babitualiter intendatur gratia; contingit autem quod aliquis dormiens moritur in gratia exsistens, qui cum veniali aliquo obdormivit; et talis non potest actum contritionis habere de veniali ante mortem. Nec potest dici, ut dicunt, quod si non pœnituit actu ve) proposito in generali vel speciali, quod sit versum in mortale, propler hoc quod veniale Iit mortale dum placet. Quia non quælibet placentia venialis facit peccatum mortale (alias omne veniale esset mortale, quia quod libet veniale placet, cum sil voluntarium); sed talis placentia quæ ad fruitionem spectat, in qua omnis *humana perversitas consistit, dum rebus utendis /ruimur,* ut dicit Augustinus *(De diversis questionibus octoginta tribus,* q. 30); et sic placentia illa qua· facit peccatum mortale, est actualis placentia, quia omne peccatum mortale in actu consistit. Potest autem contingere quod aliquis, postquam veniale peccatum commisit, nihil actualiter de peccato cogitet dimittendo vel tenendo, sed cogitet forte quod triangulus haliet 1res angulos æquales duobus rectis, et in hac cogitatione obdormiat el moriatur. Unde patet qliod hæc opinio omnino irrationabilis est. Et ideo cum aliis dicendum est, quod culpa venialis in eo qui cum gratia decedit, post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium ; quia pœna aliqualiter voluntaria, virtute gratiæ habebit vim expiandi omnem culpam quæ simul cum gratia stare potest, d — Hæc ille. — Inlelligendum tamen quod per illam pœnam, sine pluri, non remittitur culpa venialis, nisi pro (pianto est cum aliquo motu detestationis peccati venialis, explicite vel implicite. Et hoc intendit sanctus Thomas, ibidem, in solutione quarti argumenti,quod in principio qurestionis recitatum fuit: u Dicendum, inquit, quod post hanc vitam non potest esse meritum respectu pramii essentialis; sed respectu alicujus accidentalis, potest esse, quamdiu manet homo in statu vire aliquo modo. Et ideo in purgatorio potest esse actus meritorius quantum ad remissionem culpæ venialis, u — Hæc ille.

(e) et. — ehem Pr
(t) tuntuni. — Uuu Pr.

Eamdem conclusionem ponit, *dc Mulo,* q. 7, ari. 11; cujus verba recitata fuere, dist. 16 (a). Unde, in fine responsionis, sic dicil : a Oportet dicere quod venialia remittuntur poM hanc vitam, etiam quantum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita, scilicet per actum charitatis in Deum, repugnantem venialibus in hac xila commissis. Quia tamen post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus tollit quidem impedimentum venialis culpæ, non tamen meretur absolutionem vel diminutionem pœnæ, sicut in hac vita. » — Hæc. ille.

Item, ibidem, in solutione noni argumenti, sic dicit : α Remissio peccati venialis in purgatorio, quantum ad pœnam, est ex patte pœnæ purgatorii, quam homo patiendo exsolvit quod debet, et ita cessat reatus. Sed, quantum ad culpam, non remittitur per pœnam, neque secundum quod actu sublinetur, quia non est mei itoria ; neque secundum quod cogitatur; non enim esset motus charitatis quod aliquis detestaretur (C) peccatum veniale propter pœnam, sed magis esset (γ) motus timoris servilis vel naturalis. Remittitur ergo veniale in purgatorio, quoad culpam, virtute gratiæ : non secundum quod est solum in habitu, quia sic compatitur peccatum veniale; sed prout exit in actum charitatis delectantis veniale peccatum. » — Hæc ille.

Ex quibus potest sic argui pro conclusione : Ad remissionem venialis sufficit actus charitatis deleslanlis veniale peccatum propter Deum. Sed talis aclus potest esse in purgatorio. Ergo, etc.

Sed videtur in dictis sancti Thomæ esse conIndictio : quia in *Scripto* dicit quod in purgatorio potest esse actus meritorius praemii accidentalis; in *de Malo* vero negat omne meritum respectu cujuscumque praemii esse in purgatorio. — Dicitur quod in his non est magna contradictio: quia, in *Scriptis,* accipit meritum large, pro quacumque disqjosilione ad donum gratiæ vel gloria', vel dignitate ad remotionem impedimenti gratiæ vel gloriæ; in quæslionibus *de Malo,* sumit meritum strictius, scilicet pro profectu \el augmento spiritualis boni æterni, praesertim gloriæ. Quoti palet : nam, ibidem (q. 7, art. II), arguit sic. sexto loco : « Ejusdem rationis esse videtur quod aliquis mercatur praemium essentiale vel accidentale, et quod ei remittatur peccatum; quin eadem ratione qua aliquis accedit ad unum opjKisilorum, recedit ab altero. Sed homo post mortem non potest mereri, neque premium essentiale, neque accidentale. Ergo, pari ratione, non potest percipere remissionem peccatorum venialium aut mortalium. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod meritum gloriæessentialis, vel accidentalis, perlinet per «e ad profectum spiritualem, qui est per augmentum spiritualis boni. › — Hæc ille. — Potest etiam dici quod solum intendit hoc dicere, scilicet quod post hanc vitam non est ❀tatu merendi eodem modo, nec tot, nec tanta, nec talia, qualia in hac vita, nec univoce dicitur meritum hic et ibi.

(a) Cfr. dist. 16, q. I, art. 3, I, ad t««.
(C) *detentaretur»— detentetur* Pr.
(γ) *ennet.* — *ent* Pr.

Secunda conclusio est quod peccatum veniale In Inferno nullo modo potest expiari quoad pœnam.

Hanc ponit sanctus Thomas, *de Malo. q.* 7. ari. 10, ubi sic dicit: ‹ Ea ratione culpæ debetur pœna, quia culpa ordinatur per pœnarn. Homo enim peccando, propria voluntate divinæ justitiae ordinem praetermisit. Qui quidem hoc modo reparatur, per hoc quod fit de homine justitia, dum contra suam voluntatem punitur secundum Dei voluntatem. Respondet autem perpetua poena peccato mortali secundum ordinem divinæ justitia?, et ex ipsa specie peccati, et ex inhaerentia illius ad subjectum. Ex specie quidem peccati : quia peccatum mortale est directe contra charitatem Dei et proximi, per quam peccati pœna dimittitur. Qui autem contra aliquid peccat, ex lux ipx› meretur ejus beneficio privari : sicul, in rebus humanis, qui contra rempubiicam peccat, hoc ipso in perpetuum societate reipublica? privatur, vel perpetuo exilio, xcl morte; in qua, ut dicit Augustinus. 21.de *Civitate* Dei, non pensatur |«?na temporis qua quisque occiditur, sed potius quod per mortem in æternum civitatis beneficio priratur, quamvis culpa commissa forte fuerit momentanea, aut brexi tempore perpetrata. Unde et ille qui mortaliter peccat, inquantum contra charitatem peccat, hoc meretur ut remissione privetur, quæ est effectus charitatis; et si Deus aliquando remittit, non est ex mento hominis, sed ex misericordia sua. Ex parte vero inhærentiæ ad subjectum, peccatum mortale peq»-tuam pœnam meretur. Quia privat hominem gratia, |M·ı· quam iit remissio peccatorum. Peccato autem manente, non solvitur pœna, quia in operibus Dei nihil potest esse inordinatum. Et ideo, sicut homo qui se in puteum projiceret, unde per se non posset exire, quantum est in ipso. faceret ut in perpetuum esset ibi; ita etiam qui mortaliter peccat, quantum in ipso esi. se in pœnam æternam inducit. Veniale autem percatum, cum non sit contra charitatem, non meretur |›o?nam perpetuam ex specie peccati; nec ex parte inhærentiæ ad subjectum, per se loquendo, quia non pnval gratia; sed per accidens fit irremissibile, peccato mortali conjunctum, inquanlum esi in subjecto privato gratia; et sic per accidens punitur pœna ælerna. › — Hæc ille.

Eamdem ponit, praesenti distinctione, q. I. art. 2, in solutione tertiæ quæsliunculæ, ubi sic dicit :

‹ Culpa non potest ordinari nisi per pœnam : quia Deus nihil inordinatum relinquit; ideo nunquam culpam sine pœna Deus dimittit. In illis autem qui damnantur, non potest aliqua culpa dimitti, nec aliqui- reatus tolli; cum careant charitate, perquam bt culpa purgatur, et reatus tollitur (a). Et ideo culpa venialis in eis semper manebit; vel reatus ejus, etiam si ante peccatum mortale veniale dimissum fuisset quoad culpam, manente reatu. Et, propter hoc, damnati de venialibus æternaliler punientur. » — Hæc ille.

Similia dicit in multis locis.

Ex quibus pote>t formari talis ratio : Omne peccatum irremissibile quoad culpam, per $e, vel per accidens, æternaliler punietur. Sed venialia damnatorum sunt irremissibilia. Ergo, etc.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

L Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra probationem primæ conclusionis arguit Durandus indirecto. Ait enim aie (dist. 21, q. 1) : Sciendum quod in peccato mortali sunt tria : scilicet deordi natio actus, in qua consistit macula, sicut in deordinntione membri corporalis consistit turpitudo corporis, privatio gratiæ, quæ dicitur offensa; el reatus pœnæ. Hæc autem tria sunt in peccato veniali, prêter privationem gratiæ. Dicitur ergo peccatum remitti quoad culpam, quando reordinatur aclus voluntatis per debitam displicentiam; quoad offensam, quando gratia restituitur; sed quoad reatum pœnæ, quando pœna condonatur vel solvitur. Dicendum ergo quod culpa mortalis nullo modo potest dimitti post hanc vitam; nec venialis, si sit cum mortali. Venialis tamen, si sit sine mortali, potest post hanc vitam dimitti.

Primum sic patet. Voluntas in malo obstinata non potest in actu suo reordinari, ila ut velit bonum, et liene. Sed voluntas decedentium cum peccato mortali,est in malo obstinata, tam in hominibus quam in angelis, ut communiter ponunt doctores. Ergo non potest reordinari, ut velit bonum, et bene. Sed aliter non dimittitur peccatum quoad culpam, nisi quia voluntas reordinatur. Ergo, etc. — Et quia aliqui dicunt quod voluntas damnatorum hominum el angelorum potest velle bonum moris ex genere et circumstantiis, licet tale velle non pOBsitesse meritorium, propter statum in quo sunt; ideo additur secunda ratio talis : Ille qui est in suo fine et termino, non potest facere aliquid quod ordinetur ad consecutionem finis vel termini contrarii. Sed decedentes in mortali stalim sunt in suo fine et termino, scilicet in inferno, qui est extremus terminus damnatorum, sicut paradisus est exiremus terminus beatorum. Ergo non possunt facere aliquid quod ordinetur ad consecutionem finis. Sed dimissio culpa ad hoc ordinatur. Ergo, etc.

Secundum sic probatur. Quia ad dimissionem culpa· venialis sufficit reordinatio voluntatis j>er debitam displicentiam; et hanc possunt habere exsistentes in purgatorio, cum non sint obstinati in malo, sed sint in charitate, nec sint totaliter in termino, sed citra. Ergo in eis potest remitti peccatum veniale quoad culpam. — Hæc Durandus. — In quibus videtur velle quod ad dimissionem venialis quoad culpam sufficit displicentia, dato quod non informaretur charitate, sicut supra dixerat, dist. 16(a), quod veniale potest remitti in via, mortali non remisso. El ad hoc amplius discutiendum mola est quæstio.

II. Argumentum aliquorum. — Contra eamdem conclusionem arguunt aliqui (apud Petrum de Palude, dist. 21, q. I), scilicet quod nulla culpa venialis remittatur in purgatorio, sed in via solum. Quia decedens in gratia, cum moritur : aut recolit de veniali; aut non. Si recolit actu, et pœnitet, culpa dimittitur; si non pœnilet, peccat mortaliter, quia eligit a gloria retardari. Si vero non recolit : aut sic est dispositus, quod, si recoleret, pœniteret, et tunc dimittitur; aut non pœniterel, el sic mortaliter peccat.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta cujusdam. — Contra secundam conclusionem arguitur a quodam (apud Petrum de Palude, dist. 21, q. 1).

Primo (6). Quia volens malum simpliciter, potest velle bonum secundum quid. Et si homo (γ) adhærens bono fini per charitatem linniter, potest nihilominus peccare venialiter; sic e converso, adhærens firmiter malo tini, potest secundum quid velle bonum, et sic pœnitere de veniali.

Confirmatur ratio. Quia magis est dare summum bonum quam summum malum. Si ergo udhærere summo bono compatitur malum imperfectum, mullo magis econtra adhærere summo malo compatitur bonum imperfectum.

Secundo. Videtur quod necessaria adhærenlia

(a) Col/Uur. — Om. Pr.

(α) Cfr. dist. 10, art. U, I.
(β) Primo. — Orn. Pr.
(γ) *Et* ii *homo.* lieul Pr.

non plus racial quam voluntaria, quamdiu est voluntaria. Sicut enim illud quod est necessario alburn, non latest esse nigrum; sic illud quod cM voluntarie album, quamdiu vult esse album, non potest esse nigrum. Quod si per voluntatem potest simul esse album el nigrum, pari ratione, si per necessitatem est album, nihilominus cum hoc potent esso nigrum : quia contrarietas non causatur ex necessario et voluntario, sed ex natura rei intrinseca; quia contrariétés est differentia secundum formam. Cum ergo voluntarie adhaerens bono fini possit velle malum secundum quid, sicut justus in via potest peccare venialiter, et econtra adhærens voluntarie malo lini facere bonum secundum quid, id est, ex circumstantiis, sicut infidelis; ergo, quando sunt in termino cui necessario adhærent, et beati possunt peccare venialiter, et damnati pœnitere de veniali.

Tertio. Arguitur contra quoddam contentum in probatione conclusionis, scilicet quod peccatum veniale non potest dimitti quoad pœnam, nisi dimittatur quoad culpam. Contra hoc potest dubitari. Quia, si nihil aliud impediat nisi defectus gratiæ, qui impedit pœnam mortalis solvi, culpa durante, exsistens autem (x) in solo veniali habet gratiam, et bona ejus poenalia sunt Deo accepta et grata. Aliter non videretur quod aliqui adulti possent evolare: quia omnes habent multitudinem venialium (quia septies in die cadit justus), quæ quidem in momento mortis possunt deleri quoad culpam; si autem restet solutio pœnæ, diu stabunt in purgatorio, el sic non evolabunt; nisi dicatur quod prius satisfecerunt; et tunc remissio pœnæ præcessisset remissionem culpæ; quod est propositum, et contra conclusionem.

II. Argumenta Scoti. — Contra eamdem conclusionem arguit Scotus (dist. 21, q. 1), probando quod peccato veniali nullo modo debeatur pœna ælerna, nec per se, nec per accidens. Et quidem quod non perse, probal tripliciter.

Primo sic. Quia non stat cum charitate debitum pœnæ æternæ. Sed cum charitate stat veniale, non tantum non deletum post actum, sed eliarn actualiter commissum, secundum omnes. Ergo, etc. Probatur major. Quia per charitatem est aliquis dignus vita ælerna. Si ergo cum hoc stat debitum pœnæ æternæ, vel ad pœnam æternam, ergo aliquis est dignus simul vila ælerna cl pœna ælerna. Sed hoc est impossibile : quia nullus potest esse debitor pœnæ pro instanti pro quo est ordinatus ad gloriam, quia tunc simul possent stare gloria el aliqua pœna. Probatur secundo eadem major. Quia, post actum peccati mortalis, nihil manet de peccalo, nisi debitum pœnæ. Ergo, si debitum pœnæ æternæ posset stare cum gratia, peccatum mortale non remissum posset itare cum gratia, eo modo quo manet; et tunc idem esset amicus et inimicus.

Secundo. Quia essentialis pœna damnatorum non est perna sensus, sal damni. Illa autem necessario concom itatur quamcumque pœnam ; quia nulla pœna idlest stare cum beatitudine. Ergo debitum ad quamcurnque pœnam æternam includit debitum ad pœnarn æternam damni; et, per consequens, ad [Kvnarn essentialis damnationis. Sed ista non correspondel veniali.

Tertio. Quia peccatum veniale el mortale sunt improporlionabilia in ratione maliliæ, vel offensæ : quia infinita venialia, si essent, non æquarentur uni mortali in ratione offensæ; quia nec omnia ista averterent n fine ultimo, sicut unum mortale. Ergo pœna >ecundum justitiam correspondons mortali, improportionabiliter ct in infinitum excedit pœnam debitam veniali. Sed non improportionabiliter et infinitum intensive excedit; quia quælibet puma secundum intensionem finite solum excedit vel exceditur ab alia. Ergo hoc erit secundum extensionem. Ergo non debetur veniali de per se pœna ælerna.

Secundo arguit quod nec per accident debeatur sibi pœna ælerna, quando conjungitur mortali. Quia Deus semper punit citra condignum. — Et esto quod simpliciter secundum rigorem puniret usque ad condignum, omnino injustum esset pœnam æternam infligere pro illo cui secundum se debetur pœna temporalis. Quanlumcumque enim conjungatur alteri, hoc non facit illud in infinitum exire illud genus culpæ. Ergo non juste corresponds sibi pœna in infinitum excedens. — Hæc Scotus, in forma.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

L Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium, respondendum est objectionibussupradiclis. Et quidem, ad dicta Durandi, dicitur quod suum præambulum aliqua falsa continet. Primum est, quod culpa el macula sunt idem. Hoc enim non videtur verum. Quia privatio omnis pulchritudinis dicitur el esi formaliter macula. Unde, cum gratia sit nitor animæ, privatio gratiæ potest dici macula, et non solum ipsa deordinatio aclus. — Item, ubi nullus e>l aclus, ibi nec ordinatio nec deordinatio actus. Sed in peccato omissionis nullus est actus, sed privatio actus debili; el tamen est ibi culpa et macula, quia non habet debitam pulchritudinem.

(x) *cxtulcnt autem,— quia* Pr, l

Ergo oportet quod per deordioationem actus intelligat etiam privationem actus.

‹ Secundum falsum, est quod offensa non est nisi privatio gratiæ. Hoc enim non videtur verum. Quia sic in veniali, per quod non privatur gratia, nulla esset offensi, sicut ipsi dicunt. Sed hoc videtur falsum, quia est ibi levis offensa. — Item, per secundum peccatum mortale non privatur gratia actu, sed solum aptiludine. Ergo, si offensa Dei non est nisi privatio gratiæ, in solo primo jæccato mortali est offensa actu, ubi solum est privatio gratiæ actu; in aliis autem non esset offensa, nisi solurn aplitudine. — Item, secundum Durandum, in Deo non cadit offensa secundum affectum, sed solum secundum effectum, qui est punitio. Quod utique verum est, nisi secundum pnesdentiam et praedestinationem, qua odit præscitos, et diligit praedestinatos; item secundum présentera justitiam, eo modo quo dicitur Deus pœnitentia placari, et culpa offendi; sicul dicitur aliquem scribere in libro vitæ de novo per poenitentiam, et delere de novo per culpam. — Item, si, secundum arguentem, offensa Dei non est nisi punitio Dei; ergo non solum privatio gratiæ, sed etiam obligatio ad pœnam, el execulio in purgitorio ve) inferno, dicetur offensa. Et tunc remittetur peccatum quoad offensam, quando poena in purgatorio solvitur, quia tunc punitio Dei amovetur; vel quando a flagello Deus cessavit in hac vita, el quando (a) pœna debita secundum judicium Dei tollitur vel diminuitur; quia tamdiu Deus videtur iratus, quamdiu punit vel punire intendit, tenens hominem in realu pœnæ : ita quod sicul in restitutione graliæ est remissio offensé, quia per hoc Deus se habet ad modum reconciliati, quia reddit bonum quod ad modum irati abstulerat ; sic quando removit malum quod ad modum irati intulerat. — Si dicatur quod privatio gratiæ pro tanto magis dicitur offensa quam alia pœna, quia est major pœna quam qtiæcumque alia; — licet hoc sit verum de pœna hujus vitæ, saltem pœna inferni damni, quæ est privatio gloriæ, et pœna sensus æterna, cum includat etiam islam, est major pœna; ergo magis debet dici offensa. Non ergo bene dicitur quod sola privatio gratiæ sit offensa peccati. — Item, idem sunt offensa et ira, sicut offensus et iratus. Sed simul stant ira Dei et gratia : quia sicut homo aliter irascitur hosti quem vult exterminare, et aliter filio quem vult castigare, est etiam ira per zelum ad hominem quem diligimus; sic Deus non solum irascitur malis quos vult exterminare, sed bonis quos vult castigare, juxta illud (3. jRegum 8, v. 46 el 50), *Irasceris..., el propitius eris* (6). Et ira Dei est ad illos qui sunt in purgatorio, qui tamen sunt in gratia et in peccato veniali, ubi est aliqua offensa, licet levis. Unde posset dici quod illud idem quod est in peccato reatus respectu peccantis, est offensa respectu Dei. Unde offensa Dei non est aliud quam voluntas et propositum puniendi. Sed offensa gravis, est propositum inferendi pœnam ælernam, vel sensus, vel etiam damni, juxta illud *(Ephesior.* 2, v. 3) : *Eramus natura filii iræ.* Et sic diceretur offensa in Deo, non solum per effectum, sed etiam secundum affectum. Qui affectus mutatur non secundum quod in se est, sed secundum quod relatione rationis comparatur ad nos : Quamdiu enim homo est obligatus ad pœnam, Deus vult eum punire; quamcilo est liberatus a reatu pœnæ, Deus non vult plus eum punire (a); el est una et eadem voluntas non mutata, qua vult modo punire, et vult modo punisse et non punire. » — Hæc omnia sunt dicta Petri de Palude (dist. 21, q. 1). Et concordant cum his quæ super eadem materia dicta fuerunt, dist. 16, q. 1.

Tertio principaliter, dicitur quod secunda ratio (piam Durandus adducit ad probandum primum dictum, vel primam conclusionem suam, pali potest calumniam, α Quia, ut dicit Petrus (ibid.), licet exsistens in termino non j>ossit moveri ad illum terminum quem habet, tamen exsistens in termino violento potest moveri ad terminum oppositum naturalem : sicul leve exsistens in centro, movetur sursum; et grave exsistens sursum, movetur deorsum. Unde, cum homo naturaliter fugiat miseriam, et appetat bealiludinem, licet exsistens beatus non possit agere aliquid ex quo liat miser (sicut ignis exsistens sursum, non movetur deorsum, nec terra econtra); tamen qui est damnatus vellet salvari, et potest ad hoc agere (sicul ignis in centro exsistens, nisi prohiberetur, tenderet sursum, et terra econtra). Liberum autem arbitrium non potest cogi ad hoc quod naturaliter appetit, nec ad illud quod naturaliter fugit. — Item, linis et bonum sunt idem. El quamvis finis habeat rationem ultimi, non tamen omne ultimum est finis, sicul mors, quia non est quid bonum. Ita et hi qui sunt in inferno, etsi in ultimo termino sunt, non tamen sunt in fine suo, quia non sunt m bono; ct quia adhuc distant a fine, semper moventur ad finem, el desiderant finem. Nisi dicatur quod sicut grave exsistens ultra cœlurn, non moveretur ad centrum, cessante influentia cœli super ipsum; sic in proposito : quia de orbe transferet eum Deus; unde, subtracta influentia primi agentis, quam subtractionem meruit damnatus, non movetur ad bonum, d — Hæc Petrus.

Mihi videtur quod nec ratio Durandi, nisi addatur, sufficienter concludit. Et similiter, quod Petrus aliqua falsa dicit in sua impugnatione. Quod enim

( ) quando. — *quandoque* Pr.
( ) In VulgaU legitur : /ralui *tradiderit eo·...,* ef *propitiaberu.*

(a) a verbo *qaamcito* usque ad *punire,* om. Pr.

ratio Durandi non bene concludat, satis bene ostendit Petrus : quia damnatus, per hoc quod est in inferno ot extrema miseria pœnæ, non adhærel immobiliter tali miseriæ quasi ultimo fini; irnmo summe odit eam ; nec impeditur per hoc a desiderio Lentitudinis opposite, vel mediorum ad ejus consecutionem. Sed oportet addere prædiclæ rationi, quod damnatus tanquam lini ultimo adhærel alicui perverso fini, contrario fini omnium rectarum voluntatum, puta quia fruitur seipso; et omnia quæ vult deliberate et elective, refert ad illum finem, vel saltem non refert actu vel habitu ad rectum finem ; et sic in omnibus quæ elective et deliberate vult, peccat, prout ostendit sanctus Thomas, dist. 50 hujus *Quarti,* q. 2, art. 1, qu I, ubi sic dicit : « In damnatis |K)test duplex voluntas considerari : scilicet voluntas deliberativa, et voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex seipsis, sed ex auctore (x) naturæ, qui in natura posuit hanc inclinationem, quæ naturalis voluntas dicitur. I nde, cum natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberativa, est eis ex seipsis, secundum quod in |»oleslate eorum est inclinari per affectum ad hoc vel illud. Et talis voluntas in eis est solum mala. Et hoc ideo, quia sunt perfecte aversi a fine ultimo (C) recta» voluntatis; nec aliqua voluntas potest esse bona, nisi per ordinem ad finem prædictum; unde, etiam etsi aliquod (γ) bonum velint, non tamen liene volunt illud, ut ex hoc voluntas eorum bona dici possit. i» — Hæc ille. — El, in secunda quaestiuncula (o) ostendit quod α damnati non pœnitent de peccatis perse, quia voluntas maliliæ peccati in eis remanet; sed per accidens, inquantum affliguntur de pœna quam pro peccato sustinent. » Item, 4. *Contra Gentiles,* cap. 95, sic dicit : « Anima est in statu mutabili quamdiu corpori unitur, non autem postquam fuerit a corpore separata. Dispositio enim animæ movetur per accidens, secundum aliquem motum corporis deservientis animæ ad proprias operationes : ad hoc enim naturaliter datum est ei, ut, in ipso exsistens, perficiatur quasi ad perfectionem mota. Quando ergo erit a corporo separata, non erit in statu ut moveatur ad |x»rfeclionem, sed ut in fine adepto quiescat. Immobilis ergo erit voluntas ejus quantum a<l desiderium ultimi finis. Ex ultimo autem line dependet lota bonitas vel malitia voluntatis : quia bona quamcumque aliquis vult in ordine ad bonum finem, bene vult; male autem quæcumque in online ad mahim finem. Non est ergo voluntas animæ sejiaratæ mutabilis de bono in malum, vel econtra; licet sit mutabilis de uno volito in aliud, servato tamen ordine ad eumdem ultimum finem. › — Hæc ille. — Ex quibus apparet causa irnpœnitentiæ damnatorum, et insufficientia ralionis Durandi ; et quod Petrus falsum dicit, si mtendat asserere quod in damnatis nulla est naturalis inclinatio voluntatis ad bonum, nec aliqua bona volitio qualicumque bonitate. Hoc enim falsum est, ut prius patuit.

Quarto, dicitur contra Durandum, quod ad peccati venialis dimissionem, non sufficit qualiscumque reordinatio voluntatis, nec in hoc saxulo, nec in purgatorio; sed solum illa quæ est contritio formata per gratiam, aut alius actus charitalis contritionem virtualiter includens. De hoc sanctus Thomas, *de Malo,* q. 7, art. 10, ubi arguit sic, sexto loco : a Contingit quandoque quod aliquis, in peccato mortali rnoriens, pœnitet de aliquo veniali commisso, mutans in hac vita voluntatem suam quam habuerat de peccando venialiter. Sed in eadem voluntate remanet anima, in qua de hoc corpore exit. Ergo non erit in eo qui sic decedit, peccatum veniale post mortem. Non ergo pro eo æternaliter punietur. › Ecce argumentum. Sequitur responsio. « Dicendum, inquit, quod peccatum, postquam transit actu, potest manere reatu; quem non tollit quælibet mutatio voluntatis, sed solum illa quam charitas operatur. » — Hæc ille. — Ex quo patet quod probatio Durandi est insufficiens; quia ad remissionem peccati venialis non sufficeret displicentia illius peccati, nisi adesset gratia.

II. Ad argumentum aliquorum. —Ad objecta aliorum contra eamdem conclusionem, dicitur quod illud argumentum patitur multiplicem calumniam, sicut ostendit Petrus (dist. 21, q. 1), dicens quod c duo ultima membra divisionis ibidem posita, sunt falsa. Dispositio enim habitualis bona nunquam delet culpam, nisi adjuncta actuali displicentia aliqua. El similiter, dispositio habitualis mala nunquam facit peccatum, cum illud in actu el non in habitu consistat; nisi quando conjungitur actui; sicut si quis cognoscens uxorem propter voluptatem, paratus esset habitu idem facere cum non sua. Similiter non omnis pœnitentia de veniali delet peccatum ipsum, quia potest esse nimis imperfecta. — Item, si non vult poenitere pro nunc, non propler hoc peccat mortaliter : non enim tenetur homo plus peccatum expiare quam vitare; unde, si sine mortali potest homo noti vitare veniale, ita sine mortali potest non pœnitere de veniali. Et hæc ratio \alet ad probandum quod non est necesse venialia confiteri, cum nec sit necesse ipsa non committere, nec per consequens expiare, et mullo minus isto vel illo modo expiare. — Videretur autem posse tolerari (a) dictum aliquorum, quod scilicet non plus

(a) *auctore. — actore* Pr.
(6i in ru *est solum mala. Et hoc ideo, quia sunt perfecte aversi a fine ultimo. — est* m *eis vohtio* Pr.
(γ) *aliquod. — aliud* Pr.
(i) *quaestiuncula.* — roncluiuinr Pr.

(a) *tolerari. — coloran* Pr.

retardetur quis a gloria per culpam cum pœna, quam persolam poenam. Quia non plus est in tempore cum instanti, quam in tempore sine instanti : sicut non est major linea cum quatuor punctis quando est divisa, quam primum esset cum duobus tantum quando erat indivisa; quia indivisibile additum divisibili non reddit ipsum majus. In illo autem instanti quo anima de corpore egreditur, toto conatu de omnibus peccatis dolet; et per consequens omnis culpa sibi remittitur, et illo loto tempore residuo pro sola pœna torquetur. Et sive (a) in illo instanti est in purgatorio, sive non, nihil refert, cum instans non addat ad durationem. Undetamdiu est ibi sine culpa, cum pœna sola, quamdiu si asset cum utroque, et pro utroque; cum propter cuipani non sit ibi nisi per solum instans. — Sed ad hoc dicendum est quod, licet non sit ibi plus de tempore cum instanti primo vel ultimo, quam sine eo; tamen, si culpa es^et dimissa ante instans mortis, esset diminutum aliquid de pœna, quod non est quando est dimissa in instanti mortis. Diceret etiam aliquis, quod non oporteret in illo instanti quod omnis culpa dimittatur, cum possit habere tantum multitudinem venialium quod nullo uno actu est sufficiens displicentia quoad omnia, el sic secundo vel tertio aclu displicenliæ delebuntur. — Item, alicui posset videri quod pœnitentia de veniali tolleret omnem reatum. Quia plus distal pœna æterna a temporali, quam pœna temporalis a non pœna, positive loquendo; quia plures gradus pœnalitalis ponit pœna æterna supra temporalem, quam includat temporalis, cum infinities quælibet pœna temporalis includatur in æterna. Si ergo pœnitentia de mortali consumit illam æternitatis, el sic quasi infinitas poenas temporales, mullo magis pœnitentia de veniali consumit totam pœnam temporalem. — Sed hoc non valet. Quia pœnitentia de mortali non absolvit per se a pœna æterna, sed per accidens, inquantum scilicet restituit amicitiam, cum qua non stat pœna exterminans, quia nullus amicus vult semper separari ab amico; sed de temporali pœna diminuit secundum quantitatem contritionis, sive in mortali, sive in veniali. Sed pœnitentia in purgatorio, vel nihil diminuit de pœna, vel minus quam pœnitentia m hac vita : cum in hac vita sit pœnitentia magis fructuosa quam in alia; immo, respectu mortalis, in alia vita non est fructuosa. Ergo plus retardatur a gloria qui non pœnitet hic de veniali, quam qui pœnitet. — Ad argumentum ergo dicendum quod velle retardationem gloriæ, non est de se mortale : quia velle ad tempus separari ab amico, non est centra amicitiam. Unde velle longam vitam, etiamsi homo advertat quod per hoc retardatur a vita beata, non est propter hoc mortale. Non enim omnis charitas cupit dissolvi el esse cum Christo; sed perfecta charitas; alia autem non. Nec hoc est solum propter majus meritum, sed etiam quia non vult expoliari, naturaliter refugii mortem. Sed velle perpetuari in hac vita, non esi sine mortali. Velle autem prolongari propter delicias, non esi sine veniali. Non ergo verum dicunt, quod tantum retardat sola pœna quantum culpa et pœna, si accipiatur respectu ejusdem culpæ. j› — Hæc Petrus, et bene, et conformiter quoad aliqua sancto Thomæ, *de Malo,* q. 7, art. 11, ubi arguit sic, decimosexto loco: « Quando est aliquod magnum bonum quod differtur, el imminet magnum malum, excitatur intensive desiderium ad consequendum bonum et evitandum malum. Sed animæ separata», quæ est purgatorio obnoxia, imminet magnum malum, scilicet acerba pœna purgatorii; el differtur a maximo bono separato, scilicet a vita æterna. Ergo statim excitatur in ea fervens desiderium. Sed fervor charitatis non compatitur secum veniale. Ergo in purgatorio anima separata veniale habere non potest. Non ergo potest veniale peccatum in purgatorio remitti. 0 Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod illa ratio non concludit quod peccatum veniale in purgatorio non remittitur, sed quod statim ibi remittitur. Et hoc satis videtur probabile, d — Hæc ille.

Videtur tamen falsum esse ultimum quod dicit Petrus, scilicet quod non omnis charitas cupit dissolvi et esse cum Christo. Nani sanctus Thomas, in *de Virtutibus,* quæst. *de Cliarilate,* art. 11, arguit sic, octavo loco : ‹| Quicumque habet eharitatem, plus amat vitam æternani quam vitam temporalem. Sed quilibet homo tenetur ad actus charitatis. Ergo quilibet homo tenetur ad hocquod vitam æternani præeligat vitæ temporali. Sed, sicut Augustinus dicit (in 1·® Episl. Joan., tract. 5), charitas, cum ad perfectionem venerit, dicit : *Cupio dissolvi et esse cum Christo (Philipp.* 1, v. 23). Ergo quiliiæt tenetur habere perfectam charitalem. d Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹| Dicendum, inquit, quod in homine sunt duo affectus : unus charitatis, quo anima desiderat esse cum Christo; alius autem naturalis, quo anima refugit separari a corpore; qui *adeo est homini naturalis, quod cum Petro nec senectus abstulit,* ut Augustinus dicit, super Joannem (tract. 123). Ex conjunctione ergo horum duorum effectuum vult anima sic conjungi Deo, quod non separetur a corpore, secundum illud Apostoli, 2. *Corinth, o* (v. 4) : *Nolumus expoliari, sed supervestiri; ut absorbeatur quod mortale est, a vita.* Sed quia hoc est impossibile *(quamdiu enim sumus incorpore, peregrinamur a Domino,* ut ibidem (v. G) subditur), insurgit quidem contrarietas inter pnedictos affectus. Et quanto charitas est perfectior, tanto sensibilius affectus charitatis vincit affectum naturæ. Et hoc ad perfectionem charitatis perrinet. Unde et Apostolus, ibidem (v. 8),

(a) iw. — fl Pr.

subdit : *Audemus autem et bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, et præfienles esse ad Dominum.* Sed in his in quibus charitas est imperfecta, etsi affectus charitatis vincat, tamen, ex repugnantia naturalis affectus, redditur insensibilis victoria charitatis. Quod ergo aperte el indubitanter, sive audacter, ut Apostolus dicit, dicat, Cupio *dissolvi et esse, cum Christo,* hoc perfects charitatis est. Sed quod qualitercumque, licet insensibilité!', proferat anima fruitionem Dei unioni corporis, est de necessitate charitatis. › — Hæc ille. — Et similia dicit, 21 2", q. 24, art.9, in solutione tertii. — Potest tamen dictum Petri concordari cum dictis sancti Thomæ : ut dicatur quod quælibet charitas, sive incipiens, sive proficiens, sive perfecta, cupit dissolvi el esse cum Christo, voluntate antecedente, non autem voluntate consequente; vel voluntate conditionata, non autem voluntate absoluta; vel voluntate ul esi natura, non autem voluntate ut est ratio vel ratiocinationem sequens; et mullis aliis modis; si tamen dictum Petri tenere debeat in hac parte.

Unde Durandus facilius se expedit de hoc argumento, et satis concorditer sancto Thomæ. Dicit enim (dist. 21, q. 1)quod α nec positio illa, nec ratio sua valet. Quia contingit aliquem in charitate exsistentem cum multis venialibus, obdormire, ct dormiendo mori. In tali autem, non pœnitere de peccato veniali nullum novum peccatum est, cum pro tunc non (a) sil in potestate ejus pomitere. Ergo aut talis damnabitur, aut salvabitur. Non damnabitur, cum sit in charitate. Nec salvabitur, nisi dimissa culpa veniali, quam secum portavit. Ergo necesse est quod culpa venialis post hanc vitam dimittatur. — Nec ratio aliorum cogit. Quia qui in fine non pœnitet de peccato veniali, aut (6) quia de illo non recolit, aut, si de illo recolit, non tamen pœnitet, non oportet quod peccet mortaliter. Et cum probatur quod talis videtur velle dilationem suæ gloriæ; — non e^t verum. Quia, si dilatio gloriæ sequatur ad commissionem culpa' venialis, non tamen oportet quod sil volita, vel cognita. Item, nec propter hoc differtur gloria : quia m purgatorio simul cum solutione pœnæ potest culpa dimitti; et ita tantum retardat sola pœna, quantum simul culpa et pœna » — Ha Durandus, et bene, pnetor ultimum , quod sufficienter improbavit Petrus supra.

Ex quibus patet ad argumentum. Quia assumit sex falsa. Primum est quia supponit quod moriens cum charitate ct venialibus semper vigilet, aut sit in statu utendi ratione. Secundum falsum est quod quicumque, in articulo mortis, recolens dc veniali, el non actualiler de ipso pœnitens, peccet morta-

liter. Tertium est quod sola habitualis dispositio constituat ac diluat peccatum. Quartum est quod quicumque non pœnitet de veniali in mortis articulo, eo ipso velit retardari a gloria. Quintum est quod, in omni casu, volens retardari a gloria, peccet mortaliter, qualicumque modo velit illam retardationem, scilicet vel in se, vel in sua causa, vel in suo antecedente, explicite vel implicite, vere vel interpretative, etc. Sextum est quod quæcumque pœnitentia deleat veniale, quantumcumque debilis vel remissa sit. Et multa alia falsa continet.

§ 2. — An ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta cujusdam. — Ad primum contra secundam conclusionem, respondet Petrus (dist. 21, q. 1), dicens quod ‹ adhaerens malo fini potest velle aliquod bonum, nisi sit tali adhaesioni oppositum. Sic autem est in damnatis, qui perfecte adhaerent odio Dei, quia odiunt quidquid ille diligit. Unde eligunt de nullo pœnitere, quia sciunt pœnitere Deo esse placitum. — Quod autem veniale sine mortali non possit remitti,dictum est, dist. 16. › — Hæc Petrus, et bene. — Et potest confirmari per dicta beati Thomæ. Ipse namque dicit, *de Malo,* q. 7, art. 11, in solutione septimi, quod ‹ anima post mortem transit in alium statum angelis conformem. Unde eadem ratione non potest peccare venialiter, sicut nec angelus. › — Haec ille. — Cur autem angelus non potest peccare venialiter, ostendit, eadem quæstione, art. 9, dicens : ‹ In angelo bono vel malo peccatum esse non potest veniale. Cujus ratio est, quia angelus non habet intellectum discursivum, sicut nos habemus. Hoc autem perlinet ad rationem intellectus discursivi, ut principia seorsum interdum consideret, et conclusiones seorsum; et sic contingit quod ab uno intellectu in alium discurrat, nunc hoc, nunc illud considerans. Hæc autem discursio in intellectu deiformi esse non potest; sed semper conclusiones considerat in ipsis principiis, absque omni discursu. Dictum est autem *(de Malo,* q. 2, ari. 6, arg. 13) quod sic se habet finis ad ea quæ sunt ad finem in appetibilibus et operativis, sicut se habet principium ad conclusiones in demonstrativis. Unde in nobis contingit quod cogitamus vel afficimur circa ea quæ sunt ad finem tantum, et quandoque solum circa finem. Quod in angelis esse non potest, sed semper motus mentis angelica' simul fertur in finem et ea quæ sunt ad finem. Unde nunquam in eis potest esse deordtnatio circa ea quæ sunt ad finem, nisi simul exsistente deordinationc circa finem ipsum. In nobis autem contingit esso drordinationein circa ea quæ sunt ad finem, per peccatum veniale, mente hominis habitualitei exsistente firma in fine. Et ideo in hominibus contingit esse peccatum veniale sine mortali;

( ) non. — Om Dr.
( ) aut. — Om. Pr.

non autem in angelis; sed omne (a) peccatum in eis est per aversionem a fine ultimo, quod facit peccatum mortale; ex hoc enim angelus peccat, quod inhæret alicui bono creato, avertendo se a bono increato. › — Hæc ille. — Sic, in proposito, dico quod anima separata, omnia quæ vult, vult actualiter propter ultimum finem cui adhæret, sive volitem sit finis, sive ad finem. Et quia anima damnata adhæret ultimate perverso fini, omnia alia refert actu et habitu ad malum finem; ideoque omnis ejus volitio electiva, id est, non mere naturalis, est peccatum mortale; ac per hoc non potest esse dispositio, sed indispositio ad pœnitentiam et peccati remissionem et justificationem. De hoc etiam dictum est in responsione ad objecta Durandi.

Ad confirmationem, patet per idem; quia sola adhæsio ad malum finem non est sufficiens causa impœnitentiæ damnatorum, nec incompatibilitatis bonorum actuum secundum quid ; sed perfecta aversio ab ultimo fine rcctæ voluntatis, et perfecta adhæsio mali finis, et relatio omnium volitorum ad perversum finem actualis et habitualis, ut dictum est.

Ad secundum patet per idem. Quia sola finis necessaria adhæsio non est sufficiens causa illius incompatibilitatis,sed inseparabilitas affectionis finis et eorum quæ sunt ad finem : quia eodem motu voluntas animæ separate fertur in utrumque, ut dictum est ; ideo nec anima beata potest velle malum secundum quid, sic quod illud velit male; nec anima damnata potest elective velle bonum secundum quid, sic quod illud velit bene.

Ad tertium respondet Petrus (dist. 21, q. 1), dicens : ‹ Nunquam pœna ante quam culpa dimittitur, quia lamdiu durat obligatio ad pœnam, quamdiu culpa; et est contradictio quod aliquis sit in culpa, el non sit dignus pœna. Hoc ergo non est quia ejus opus non sit Deo acceptum, sed quia non est acceptum ad hoc, vel quia ipse non ordinat ad hoc, vel, ordinando, intentionem deordinat. Sicut si dicat : *Volo pro verbo otioso quod dixi, dare eleemosynam, ut non sustineam aliam pœnam; non tamen pœnitet me dixisse, et propono iterum dicere,* contra rationem est hæc voluntas, et est novum peccatum, pro quo meretur novam pœnam. — Ad quod dicendum quod, sicut in die septies cadit justus, sic septies resurgit. Non enim requiritur in speciali contritio de venialibus; sed qualitet die perfectus pœnitet de omni veniali, et in speciali de illis quæ memorise occurrunt; et sic contritio præcedit satisfactionem; et polesl evolare, quia in hac vita satisfecit. Ergo, quia culpa est in hoc quoi! facit homo quod non debet, vel omittit quod debet, per oppositum, culpa remittitur quando illud debitum quod faciebat culpam, remittitur. Hoc autem est (piando voluntas prius deordinata, vel non ordinata (x), reordinatur per contritionem. Non enim potest homo facere quin culpa fuerit; sed quando facit quod potest contra illud quod peccavit liberum arbitrium quo peccavit, dicitur culpa remissa; quia non plus dicitur facere contra debitum, ex quo, quantum potest, ad id quod est debitum revertitur. Sed quantum ad maculam, peccatum dimittitur, quando gratia ablata (C) restituitur, vel dispositio ad perditionem gratiæ tollitur (γ). Sed quoad offensam, quando voluntas nocendi vel puniendi mutatur, non subjective ex parte Dei, sed objective ex parte creatura). Hæc tamen omnia sint dicta sine assertione, n — Hæc Petrus, el bene quoad hoc quod dicit, quod impossibile est peccatum veniale prius remitti quoad pœnam, quam remittatur quoad culpam; et similiter quod perfectorum venialia, et aliorum cum usu rationis exeuntium de hac vita cum charitate, remittantur communiter in hac vita.

Unde beatus Thomas, *de Malo,* q. 7, art. II, sic dicit: α Ad hujus quaestionis evidentiam, oportet præintelligere quid sit peccatum remitti. Quia nihil aliud est quam peccatum non imputari; unde, in Psalmo 31, cum praemisisset (v. 1), *Beati quorum remissx sunt,* etc., quasi exponens, subdit (v. 2), *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Imputatur autem peccatum alicui, inquantum per ipsum impeditur homo a consecutione ultimi finis, qui est beatitudo ælerna; a qua impeditur homo per peccatum, et ratione culpæ, et ratione pœnæ. Ratione culpæ quidem : quia, cum béatitude ælerna sit perfectum hominis bonum, non compatitur secum aliquam bonitatis minorationem; ex hoc autem ipso quod aliquis actum peccati commisit, incurrit quamdam boni minorationem, inquanlum effectus est vituperabilis, el indecentiam quamdam habens ad tantum bonum. Ex hoc vero quod reus est pœnæ, etiam impeditura beatitudine perfecta, quæ omnem dolorem et pœnam excludit : *fugiet* enim *ibi dolor et gemitus,* ut dicitur, Isaiæ 35 (v. 10). Utrumque tamen horum aliter impedit in peccato veniali, et aliter in peccato mortali. Nam, in peccato mortali, patitur homo bonitatis minorationem per privationem principii ducentis ad finem, scilicet per privationem charitatis; sed, in peccato veniali, patitur homo minorationem el impedimentum per quamdam indecentiam actus (o), quasi impedimento exsistente in ipso actu (c) quo pergendum erat in finein, salvo tamen principio inclinante : sicut etiam grave potest impediri ne perveniat deorsum, vel propter corruptionem gravitatis in ipso,

(st emine — *eue* Pr.

(a) *ordinata.* — *reardinata* Pr.
(C) *gratia ablata.* — fi *gratia ablata est* Pr.
(γ) *tollitur.* — *Om.* Pr
(4) *in qua.* — Ad. Pr.
(c) *vel quo impeditur artus.* — Ad. Pr.

vel propter aliquod impedimentum obstaculi occurrentis, quo impeditur motus ejus ne ad finem naturalem perveniat. Ex parte etiam reatus pœnæ est differentia. Nam, per peccatum mortale, meretur, quasi inimicus effectus, pœnam exterminantem; per peccatum vero veniale, pœnam corrigentem. Aliter ergo remittitur peccatum mortale, et aliter veniale. Nam, quoad culpam, ad hoc quod peccatum mortale non imputetur, oportet quod tollatur impedimentum, quod erat ex corruptione principii, per novam charitatis et gratiæ infusionem ; hoc autem non requiritur in peccato veniali, quia chantas manebat, sed oportet quod tollatur impedimentum per aliquem fortem impulsum repugnantem impedimento quod erat appositum ex obice venialis : sicut impedimentum quod contingit ex gravitatis corruptione, non potest tolli nisi per iteratam generationem ejusdem; impedimentum veru quod erat ex aliquo obice opposito, tollitur per aliquem violentum motum removentem ipsum obicem. Sic ergo et veniale, quantum ad culpam, remittitur per fervorem charitatis; mortale vero, per gratiæ infusionem. Quantum ad pœnam autem, peccatum mortale non remittitur, quia babet pœnam interminabilem et æternam; peccatum vero veniale dimittitur per exsolutionem pœnæ temporalis finite. Et hoc quidem quomodo utrumque possit remitti in hac vita, satis manifeste apparet. Sed, in futura vita, mortale peccatum non potest remitti quoad culpam : non enim post hanc vitam anima mutatur essentiali mutatione per gratiæ et charitatis infusionem de novo; culpa autem non dimissa, nec pœna remittitur. Sed de peccato veniali quidam dixerunt quod in habentibus charitatem semper dimittitur in hac vita, quantum ad culpam; sed, quantum ad pœnam, dimittitur post hanc vitam per pœnæ solutionem. Sed hoc quidem satis probabile videtur in his qui cum usu rationis ex hac vita decedunt : non enim est probabile quod aliquis in charitate exsistens, et cognoscens mortem sibi imminere, non moveatur motu charitatis et in Deum et contra omnia peccata quæ fecit, etiam venialia; et hoc sufficit ad remissionem venialium quoad culpam, el fortassis etiam quantum ad pœnam, si sit intensa dilectio. Sed quandoque contingit quod aliqui in ipsis actibus peccatorum venialium, vel in projiosito venialiter peccandi, praeoccupantur somno vel aliqua passione auferente usum rationis, et (i) praeveniuntur morte antequam possint habere usum rationis. Quibus manifestum est quod venialia non remittuntur in hac vita; et tamen proptcrea non impediuntur perpetuo a vita æterna, ad quam nullo modo perveniunt, nisi omnino immunes effecti ab omni culpa. Et ideo oportet dicere quod venialia remittuntur eis post hanc vitam, etiam quantum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita, scilicet per actum charitatis, etc., › ut recitatum est in probatione primae conclusionis.

(a) *et. — id est* Pr.

II. Ad argumenta Scoti. — Ad objecto Scoti contra eamdem conclusionem, dicitur primo, quod sanctus Thomas non ponit quod peccato veniali debeatur de per se pœna æterna; sed illam opinionem tenet Hervæus. Ideo conceduntur argumenta Scoti contra illam opinionem adducta; nisi quod in *prima ralione* assumit falsum, scilicet quod peccatum mortale |>osl cessationem actus non relinquit nisi tantummodo reatum, vel debitum pœnæ. Hoc enim falsum est : quia, pneter reatum, relinquit maculam, et corruptionem boni naturae, et offensam, seu culpam, ut alias (dist. 14, q. 1, etdisL 16, q. i) dictum fuit.

Ad argumentum vero quo vult probare quod peccato veniali non debetur pœna æterna per accidens, quando conjungitur mortali, — dicitur quod ad illa duo quæ implicantur in argumento, respondet sanctus Thomas, *de Malo,* q. 7, art. 10. Nam ibi arguit sic, septimo loco : ‹ Deus semper punit citra condignum; unde et in Psalmo (76, v. 10) dicitur quod non continet in ira *sua misericordias* (a) suus. Sed pœnam peccati venialis Deus non mitigat in futuro quoad acerbitatem : quia pœna purgatorii est major qualiliet pœna praesente, ul Augustinus (in Psalm. 37) dicit; et multo magis pœna inferni. Ergo mitigat eam quantum ad durationem. Non igitur peccatum veniale mortali conjunctum aeternaliter punitur. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod pœna peccati venialis, etiam cum in inferno punitur, mitigatur quantum ad acerbitatem; quamvis gravius puniatur quam ab homine puniretur; quia majorem gravitatem habet secundum quod comparatur ad Deum, prout punitur a Deo, quam secundum quod comparatur ad hominem, prout punitur ab homine. » — Hæc ille. — Ex quibus patet responsio ad primam partem argumenti.

Ad secundam similiter patet responsio ex dictis ejus ibidem. Arguit enim sic, secundo loco : ‹ Sicut dicitur, *Deuteron,* cap. 25 (v. 2), *pro mensura delicti erit plagarum modus.* Sed peccatum veniale non fit majus ex eo quod conjungitur mortali. Ergo non punitur majori pœna. Sed quando est sine peccato mortali in habente charitatem, non punitur pœna ælerna. Ergo nec mortali adjunctum pœna æterna punietur.' a Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod acerbitas pœnæ directe respondet quantitati peccati. Sed adernitas pœnæ respondet indelebilitati illius; quæ quidem aliquando convenit vernali peccato per accidens. » — Haec ille. — Hem, in solutione quinti,

(a) *misericordias.* — mina Pr.

sic didt : « Non propter majoritatem culpæ ipsius venialis, peccatum veniale conjunctum mortali diutius punitur; sed propter indelebilitatem, qua· provenit ex adjuncto. » — Hæc ille. — Similia dicit, 1· 2 q. 87, art. 5, in solutione secundi et tertii. Dicit enim sic : « Peccato originali non debetur pœna æterna ratione suæ gravitatis, sed ratione conditionis subjecti, scilicet hominis qui sine gratia invenitur, per quam solam fit remissio pœnæ. — Et similiter dicendum est ad tertium, de veniali peccato. Æternilasenim pœnæ non respondet quantitati culpæ, sed irremissibilitali illius, ut dictum est (1· 2·, q. 87, art. 3). » — Hæc ille. — Ex quibus patet ad secundam partem argumenti.

Ad argumentum contra qusstionem (a), patet responsio per dicta in probatione primai conclusionis. Potest etiam dici quod post hanc vitam est actus contritionis; qui tamen non est meritorius, sed tantum remotivus impedimenti beatitudinis. Unde sanctus Thomas, *de Malo,* ubi supra (q. 7). art. 11, in solutione secundi, sic dicit : « In futura vita non erit aliqua essentialis mutatio voluntatis, scilicet quantum ad finem, vel quantum ad charitatem vel gratiam. Potest tamen esse aliqua accidentalis mutatio voluntatis, per remotionem impedimenti : nam removens prohibens, est movens per accidens, ut dicitur in 8. *Physicorum* (I. c. 32). » — Hæc ille. — Et ad idem potest referri illud quod dicit, 4. Sentent., dist. 17, q. 2, art. 4, in solutione tertiæ quæstiunculæ, ubi sic dicit : < In contritione tria consideranda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundum est contritionis forma, quia est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quia est meritorius, et sacramentalis, et quodam modo satisfactorius. Animæ ergo post hanc vitam, quæ in)>atria sunt, contritionem habere non possunt; quia carent dolore, propter gaudii plenitudinem, like vero quæ sunt in inferno, carent contritione; quia, etsi dolorem habeant, deficit tamen eis gratia dolorem informans. Sed illæ quæ sunt in purgatorio, habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium, quia non sunt in statu merendi. In hac autem vita, omnia tria prædicta inveniri possunt. t» — Hæc ille. — Ibidem etiam dicit, in solutione secundi, quod < animæ in purgatorio dolent <le peccatis; sed ille dolor non est contritio, quia deest ei contritionis efficacia. > Hem, in solutione tertii, dicit quod «pœna illa quam animæ sustinent in purgatorio, non potest proprie dici satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit ; sed largo modo dicitur satisfactio pœnæ (?) debits solutio, i» —Hæc ille. — Ex quibus apparet quod ipso videtur sensisse quod in purgatorio non est contritio univoce dicta cum ca quæ est in hoc sæculo, nec satisfactio, nec meritum univoce ut hic. Potest ergo dici breviter, quod ad deletionem venialis in purgatorio sufficit actus charitatis in Deum, detestati vus peccatorum venialium in hac vita commissorum, sive talis actus dicatur proprie et univoce contritio, sive non, sive sit meritorius, sive non.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

(3) gu<iitoner?1. — *conchuionetn* Pr.
>€) *jxrnt.* — pernitentur Pr.

QUÆSTIO II.

UTRUM IN QUOLIBET CASU TENEATUR SACERDOS CELARE PECCATA QUÆ SUB SIGILLO CONFESSIONIS NOVIT

SUXTA eamdem distinctionem iterum quæritur : Utrum in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata quæ sub sigillo confessionis novit.

SEl arguitur quod non. Quia magis debet homo servare conscientiam suam quam famam alterius; quia charitas ordinata est. Sed aliquando aliquis peccatum celans, incurrit propriæ conscientia? detrimentum; sicut cum in testimonium adducitur pro peccato illo, et cogitur jurare de veritate dicenda. Ergo videtur quod in aliquo casu liceat confessionem publicare. w ·

In oppositum arguitur. Quia dicit decretalis, *de Poenitentiis et remissionibus* (cap. 12) : *Caveat sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem.*

In bac quæstioûe erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod sacerdos debet celare peccata sibi confessa.

Hanc ponit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q 3, aid. **I**, q»· 1. Quam probat sic : α In sacramentis ea quæ exterius aguntur, sunt signa rarum quæ interius contingunt. Et ideo confessio, qua quis sacerdoti se subjicit, signum est interioris qua quis Deo subjicitur. Deus autem peccatum illius qui se ei subjicit per poenitentiam, tegit. Unde

et hoc oportet in sacramento pœnilentiæ significari. Et ideo de necessitate sacramenti est quod quis confessionem celet; et tanquam violator sacramenti peccat qui revelat. Et, præter hoc, sunt ălia utilitates hujus celationis : quia per hoc homines ad confessionem magis attrahuntur, et simplicius peccata confitentur. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quicumque minister sacramenti agit exterius directe contra ea quæ significantur interius in sacramento, peccat. Sed revelans peccata quæ per solam confessionem novit, est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod sacerdos debet celare non solum peccata confltentls, verum etiam alia In confessione slbi dicta, per quæ peccata confltentls possent deprehendi.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 21, q. 3, art. 1), in solutione secunde quæstiunculæ, ubi sic dicit : « Sigillum confessionis directe non se extendit nisi ad illa quæ cadunt sub sacramenlali confessione. Sed indirecte illud quod non cadit sub sacramenlali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet, sicut illa per quæ posset peccator vel peccatum deprehendi. Nihilominus illa et alia summo studio sunt celanda : tum propter scandalum; tum propter pronitatem quæ ex consuetudine accidere posset. » — Hæc ille.

Ex quibus sic potest argui : Sacerdos tenetur celare omnia dicta condientis, quæ aliquo modo, primo vel secundo, directe vel indirecte, ad sigillum confessionis pertinent; cum hujusmodi sigillum non sit aliud quam debitum celandi confessionem. Sed ad tale sigillum pertinent non solum peccata confessa, sed etiam multa alia. Ergo conclusio vera.

Tertia conclusio est quod sacerdos propter nullum præccptum Ecclesiæ vel prælntl debet revelare confessionem.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 21, q. 3, art. I), in solutione secundi primæ quæstiunculæ. Ibidem enim arguit sic : « Id ad quod quis obligatur tantum ex praecepto Ecclesiæ, non est necesse observari, mandato Ecclesiæ in contrarium facto. Sed celatio introducta est ex statuto Ecclesiæ tantum. Ergo, si per Ecclesiam præcipiatur quod quicurnquc scit aliquid de tali peccato, dicat, ille qui scit per confessionem, delæt dicere. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod sicut praeceptum de confessione sacramentel! facienda est de jure divino, et non potest aliqua dispensatione vel jussione humana homo ab eo absolvi; ita nullus potest ad revelationem confessionis ab homine cogi vel licentiari. Unde, si præcipiatur sub pœna excommunicationis jarn labe. quod dicat si scit aliquid de peccato, non debet dicere; quia debet æstirnare quod intentio præcipientis est, si scit ut homo. Si etiam exprimeretur de confessione interrogatus, non debet dicere. Nec excommunicationem incurreret : quia non est subjectus suo superiori nisi ut homo; hoc autem nescit ul homo, sed ul Deus. » — Hæc ille.

Ex quibus potest sic argui pro conclusione : Contra ea quæ sunt de jure divino, non potest cogere humana jussio, nec ad oppositum licenliare. Sed celatio confessionis est de jure divino. Ergo, etc.

Quarta conclusio est quod sacerdos dc voluntate confitentis potest revelare peccatum stbl confessum.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 21, q. 3), art. 2, ubi sic dicit : « Duo sunt propter quæ sacerdos tenetur peccatum occultare. Primo et principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti, inquanlum scit illud ul Deus, cujus vicem gerit ad confessionem. Alio modo, propter scandalum vitandum. Potest autem pœnitens facere ut illud quod sacerdos sciebat ut Deus, sciat etiam ut homo; quod facit dum licenciai eum ad dicendum; et ideo si dicat (x), non frangit sigillum confessionis. Tamen debet cavere scandalum dicendo, ne fractor praedicti sigilli reputetur. » — Hæc ille.

Ex quibus potest sic argui : Cessante causa, cessat effectus. Sed confiions dans licentiam sacerdoti revelandi suam confessionem, tollit causam celationis. Ergo el effectum.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS 11.

PONUNTUIi OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Durandi. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam conclusionem, vel ejus probationes, arguit sic Durandus (dist. 21, q. 4). dicens

Primo (6), quod ratio ad conclusionem adducta non valet. Quamvis enim illud quod agitur interius per Christum, repnesentetur exterius per ministrum factis et verbis, vel altero eorum, quantum ad principalem effectum sacramenti; non tamen oportet quod omnes circumstantis repraesententur. Verbi gratia : minister baptizans, facto suo, quo lavat exterius, el verbo suo quo dicit, *Etjote baptizo,* etc., représentât ablutionem spiritualem a peccatis, quam

( ) *dicat.* — dica/ur Pr,
( ) *Pnrno.* — Om. Pr.

Christus facit interius; et hoc est effectus principalis baptismi. Et consimiliter est in confirmatione, ordine, extrema unctione. Et eodem modo est in confessione quia principalis effectus quem Deus facit interius, est remissio peccatorum; et istud repraesentatur exterius per ministrum, cum dicit, *Absolvo tct* etc. Celare autem peccata confessa non est effectus sacramenti, sed obligatio ministri. De qua quæritur : unde veniat? Nec apparet quod veniat ex hoc ipso quod illud quod interius agitur a Christo, debet repraesentari per illud quod geritur exterius a ministris. Hoc enim intelligitur de effectu sacramenti : sic enim, et non aliter, intelligitur quod sacramenta efficiunt quod significant.

Secundo. Quia quæritur : qualiter intelligitur quod Christus celat peccata confitentium? Aut enim hoc intelligitur pro praesenti sæculo, vel pro futuro. Non pro prasenti : quia sic Christus æqualiter celat peccata non confessa, sicut confessa; non enim revelat ista, vel illa. Si autem intelligitur pro futuro, non apparet qualiter sit verum : quia licet sacramenta significent illud quod præsentialiter efficitur, nisi recipiens sit indispositus; tamen quod significent illud quod in futuro sæculo agitur, nullus unquam dixit.

Tertio. Quia in futuro sæculo non celabuntur peccata confessa, neque inconfessa; sed omnia erunt omnibus manifesta, virtute divina. Propter quod ex isto latere non apparet quod sacerdos debeat celare peccata sibi confessa.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta quorumdam. — Contra secundam conclusionem potest argui (a). Quia, si circumstantia peccatorum confessorum essent celanda», sicut et |>eccala confessa, tunc videretur quod tertia persona, cum qua confitens confitetur se peccasse, caderet sub sigillo, cum sit circumstantia peccati, et aliquid faciens ad necessitatem vel bonitatem confessionis in casu. Sed hoc consequens est falsum, propter multa.

Primo. Quia tertia persona non est peccatum, neque circumstantia peccati. Sed nihil aliud cadit sub sigillo confessionis, nisi peccatum, vel ejus circumstantia. Ergo, etc.

Secundo. Quia nihil cadit sub sigillo confessionis, nisi illud per quod confitens posset prodi. Sed quandoque confessor posset loqui de peccatis illius tertiæ personæ, absque proditione confitentis. Ergo, etc.

Tertio. Quia hora, tqmpus et locus nihil faciunt ad expressionem peccati; ideo non cadunt sub sigillo confessionis. Ergo, a simili, nec tertia persona.

(a) Argumenta ħujti paragraph! et sequentis Auctor refert prout rrpenunlur apud Petrum de Palude, dist. 21, q. 3.

Quarto. Quia ratio quare tenetur confessionem celare, est quia praesumitur quod Deus celet remittendo. Sed non sic praesumitur de peccato tertiæ personæ prodito. Ergo, etc.

Quinto. Quia nihil cadit sub sigillo confessionis, quod non spectat ad judicium illius fori. Sed tertia persona non est hujusmodi. Ergo, etc.

Sexto. Quia genus peccati est magis intimum rei quam circumstantia. Sed genus peccati non cadit sub sigillo : quia licitum est confessori dicere, *Talis persona confessa est mihi de omnibus peccatis suis.* Ergo multo minus circumstantia tertiæ personæ.

Septimo. Quia confessor potest loqui de peccatis confitentis, non referendo ad ipsum. Ergo multo magis de peccatis non confitentis.

Octavo. Quia, si sic, tunc sigillum confessionis esset in praejudicium observantia» divinæ; quia tunc non posset corrigi terlia persona accusata in confessione.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta quorumdam. — Contra tertiam conclusionem arguitur.

Prlino(a). Quia ratio pro illa conclusione potissima esse videtur ista : quod Ecclesia non potest mutare illa quæ pertinent ad veritatem articulorum et sacramentorum, cum prælati Ecclesiæ non sint domini, sed ministri, non fundatores, sed exeeutores; sed ad celationem confessionis tenetur minister ex natura sacramenti; ergo in hoc non potest per aliquem dispensari. — Sed ista ratio videtur deficere in minori. Quia, licet ex natura sacramenti confessionis et absolutionis teneatur pœnitens ad faciendum pœnitentiam sibi injunctam, tamen Papa potest cum eo dispensare, ut non teneatur eam facere; nec propter hoc dicitur veritatem sacramenti mutare.

Secundo Quia ex natura sacramenti sacerdotii tenetur sacerdos celebrare; potest tamen Papa cum eo dispensare licite, ut non celebret.

Tertio» Quia ratio per sanctum Thomam adducta, videtur non valere. Cum enim dicit quod occultatio est de natura sacramenti,— hoc non videtur valere: quia illa occultatio non pertinet ad formam nec ad materiam sacramenti. Similiter, sine tali occultatione remaneret perfectum et integrum sacramentum. Ergo videtur quod super hoc Papa posset dispensare.

§ 4. — Contra quartam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Contra quartam conclusionem arguitur per Durandum (dist. 21, q. 4).

(a) *Primo,* -r Om. Pr.

Primo. Quia, si licentia confitentis non sufficit ad dicendum id quod auditum est in confessione, nisi habeatur nova notitia, tunc non sufficiunt verba per quæ non habetur de peccato nova notitia, sed solum de precedente notitia datur licentia. Sed per hæc verba, *Licentio te ad dicendum illud quod a me in confessione audisti,* non datur aliqua nova notitia (alioquin omnis audiens hæc verba, acciperet notitiam de peccato «licto in confessione); sed solum datur licentia, quia nec plus verl>a sonant. Ergo per illam nunquam est licitum sacerdoti dicere quod audivit in confessione.

Secundo. Quia, si talis licentia sufficeret, esset via ad revelationem confessionum et suspicionem criminum. Quia judex habens aliquem suspectum de aliquo crimine, poterit ei dicere: *Da sacerdoti licentiam dicendi quod audivit de te.* Si dat licentiam, et data valeat, habebit testimonium contra se. Si non dat, et dare possit (ut ponit tua opinio), merito habebitur amplius suspectus. Et ita non erit usquequaque secretum quod dictum eral in confessione; cum oporteat vel talem licentiam dare ad revelationem confessionis, vel incurrere nolam gravis suspicionis. Melius est ergo ut dicatur quod talis licentia, nec verba quæ sonant talem licentiam, sufficiunt; sed oportet quod pœnitens dicat sacerdoti extra confessionem, in generali, vel in speciali, peccatum quod vult alteri revelari.

II. Argumenta aliorum. — Ad idem arguitur ab aliis (a).

Primo. Quia sicut judex de crimine occulto quod vidit, non potest judicare reum, per hoc quod reus dat ei licentiam ut judicet eum secundum quod scit vel vidit; ergo a simili in proposito.

Secundo. Quia in lege natura solus auctor (6) ejus potest dispensare; sicut de pluralitate uxorum. Sed de lege nature est celare crimen. Ergo, etc.

Tertio. Quia non minus debet celare quod audivit in confessione, quam si vidisset occultum. Sed tunc non posset licenliare de dicendo : quia, sicut non potest mihi dare licentiam ut occidam eum, sic nec quod diffamem eum.

Quarto. Quia tenetur obedire pralato in licitis et honestis. Si ergo, de licentia confitentis, licet sibi revelare, ergo tunc tenetur pralato pracipienti revelare obedire; quod falsum est.

Quinto. Quia sicut quod pertinet ad forum exteriorem, de nullius licentia potest perlinere ad forum conscientiae, sic scilicet quod (γ) de licentia Papae, ex his quæ dixi libi in foro exteriori, possis me absolvere in pœnitentia, nisi iterum dicam tibi ut confessori; sic nec e converso, quæ dicta sunt in hoc foro, de nullius licentia possunt dici in alio foro, nisi aliter dicatur.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem

Ad primum Durandi contra primam conclusionem, negatur minor. Quia celatio peccati a Deo, est effectus principalis, vel pars effectus principalis hujus sacramenti, et non sola circumstantia. Quod patet. Nam remissio peccati el infusio gratiæ est effectus principiis hujus sacramenti. Ipsa autem peccati remissio est ejus tectio el occultatio; similiter chantas tegit peccata, vel formaiiter, vel effective. Et sic lectio peccati est effectus hujus sacramenti. De praedictis Glossa, super primo versu Psalmi 31, sic dicil : Si *enim Deus texit peccata, noluit advertere; si noluit advertere, noluit animadvertere, id est, punire; noluit agnoscere, sed ignoscere. Non ergo dixit peccata tecta, tanquam ibi sint, et vivant; sed ita deleta, ut Deus non videat, id est, puniat xtenialiter. Videre enim Dei est peccata punire. Unde alibi* (Psalm. 50) *dicit ;* < Averte *faciem tuam a peccatis meis,* d *Et dicitur hoc a simili. Ita enim teguntur peccata in baptismo, sicut Ægyptii insequentes Israclitas tecti sunt in mari rubro,* elc. — Hæc Glossa. — Ex quibus patet quod occultatio et tectio peccatorum per Deum non aliud est quam peccatorum deletio, remissio el abolitio. Constat autem quod hoc est pars effectus principalis sacramenti pœnitentiæ, et non sola circumstantia. Ad hoc facit quod legitur, *Proverb,* cap. 10 (v. 12): *Universa delicta operit charitas.* Cujus simile habetur, Jacobi capit. 5 (v. 20) : *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Cum ergo effectus bujus sacramenti sit gratiæ et charitatis infusio, et effectus charitatis sil peccatorum opertio, vel occultatio, aut lectio, consequens est quod occultatio peccatorum sil effectus hujus sacramenti, mediatus vel immediatus.

Ad secundum patet responsio per prædicla. Quia Christus celat ct occultat peccata vere confitentium, tam in præsenti sæculo, quam in futuro. In praesenti quidem, per deletionem maculæ el offensa? ac reatus pœnæ; in futuro vero sæculo, celat ea, quia

( ) Hrc argumenta repertos apud Petrum d< Palude, dist 21. q 3

( ) *auctor.* — *actor* Pr.

(y) *quod.* — *quasi* Pr.

nullus (α) ea videbit ad confusionem peccantis confitentis. De hoc sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 43, q. 1. art. 5, ◊ 2, in solutione tertii argumenti, sic dicit : « Publicatio peccatorum ad ignominiam peccantis, est effectus negligentiæ quæ committitur in omissione confessionis. Sed quod peccata sanctorum revelentur, non poterit eis esse in erubescentiam vel verecundiam, sicut nec Maria? Magdalenæcsl in confusione quod peccata sua publice in Ecclesia recitantur : quia verecundia est timor ingloriationis, ut dicit Damascenus *(de Fid. Orth.,* lib. 2, cap. 15); qui in beatis esse non potent. Sed talis publicatio erit eis nd magnam gloriam, propter pernitendam quam fecerunt, sicut confessor laudat eum qui magna scelera fortiter confitetur. Dicuntur autem peccata esse tecta vel deleta, quia Deus non videt ea ad puniendum. » — Hæc ille.

Dicitur secundo, quod falsum dicit arguens, in hoc quod dicit nullum doctorem dixisse quod sacramenta non significent illud quod sæculo futuro agitur. Hujus enim falsilas patet multipliciter. Tum quia sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, art. 1, q,a **I**, in solutione quarti, sic dicit : α Sacramenta novæ legis tria significant : scilicet causam primam sanctificantem, sicut baptismus mortem Christi; et quantum ad hoc sunt signa reinemorativa. Item, significant effectum sanctificationis quem faciunt; et hæc significatio est cis principalis; et sic sunt signa demonstrativa. Nec obstat si quis sanctitatem non recipit : quia non est ex defectu sacramenti, quod, quantum est in se, natum est gratiam conferre. Item, significant finem sanctificationis, scilicet æternam gloriam; et quantum ad hoc sunt signa pronostica. » — Hæc ille. — Simile dicit, 3 p., q. 60, art, 3. Turn etiam quia sacramentum Eucharistiae significat fruitionem beatificam, secundum quod ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 73, ait. 4. Tum quia sacramenturn matrimonii significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ per gloriam, non solum per gratiam, ut communiter dicunt Doctores, super 4. *Sentent.,* dist. 26.

Ad tertium patet responsio per prædicla.

§ 2. — Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

Ad argumenta quorumdam. — Ad primum contra secundam conclusionem, respondet Petrus de Palude (dist 21, q. 3), dicens : « Peccata confitentis, in relatione ad ipsum, cadunt sub sigillo confessionis de necessitate et absolute, primo, directe, et explicite, et ox omnibus causis. Persona autem cum qua pœnitens confiteturse peccasse, cadit quidem (β) de necessitate et absolute, non primo, sed ex consequenti, indirecte, et implicite, el non ex omnibus causis, sed ex aliquibus. Peccata autem ipsius pœnitentis, non referendo ea ad determinatam personam (sicut cum aliquis dicit: *Ego audivi tale quid,* quod tamen non audivit nisi in confessione), cadunt sub sigillo de necessitate; non tamen absolute, sed sub conditione, scilicet si ex prolatione talium verborum posset per se vel per accidens, directe (a) vel indirecte, aliqua verecundia, vel confusio, vel suspicio mala generari (6), vel aliud nocumentum conlitenti provenire. Ea autem quæ pœnitens interserit in confessione, quæ non sunt peccata, nec circumstantiae, nec potentia deducere in manifestationem confitentis (ut quod in tali terra sunt bona blada, vel hujusmodi), non cadunt sub sigillo, nisi de congruitate, si in dicendo illa non det intelligere confessori quod velit ea celari. Unde confessor dicens se audisse ea, mendax non est; quia per comparationem ad ea non repraesentat personam Dei, sed hominis, » — Hæc Petrus. — Quod autem tertia persona cum qua confiteturse peccasse, cadat sub sigillo, probat : ш Quia, sicut ex parte confessoris tam principalis quam accessorius tenetur confessionem celare, ul sacerdos et interpres; sic ex parte confitentis debet celari et principalis, id est, pœnitens, et accessorius, id est, cum quo dicit se peccasse, sive confitens bene faciat dicendo, sive non. Cum enim sigillum sit annexum sacramentali confessioni, illa directe sunl celanda, quæ sunt directe materia sacramenti. Hujusmodi autem sunt peccata, et circumstantiae ejus quæ sunt de necessitate vel bonitate confessionis. Hujusmodi autem est tertia persona. » — Ideo ad formam primi argumenti, dicitur, negando minorem : quia, licet solum peccatum, vel peccati circumstantia, necessario cadat sub sigillo peccati primo el directe et explicite et ex omnibus causis; tamen tertia persona cadit sub sigillo ex consequenti, indirecte, implicite, etc., ut dictum est.

Ad secundum, negatur major, ut patet ex dictis.

Ad tertium, negatur similitudo, ul patet ex dictis.

Ad quartum respondet Petrus (ibid.), dicens quod α illa non est tota ratio celationis : quia, si constaret confessori quod confitens non pœniteret, el ex consequenti quod Deus non indulgeret, tamen tenetur celare ». — Hæc Petrus, el bene, concorditer sancio Thomæ, præsenti distinctione, q. 3, art. 1, ql» 1, in solutione primi, ubi sic dicit: e Quidam dicunt quod sacerdos non tenetur celare vel servare sub sigillo confessionis nisi peccata de quibus confitens emendationem promittit; alias potest ea dicere ei qui potest prodesse, et non obesse. Sed hæc opinio erronea videtur, cum sit

(?) *nullus.* — *nullius* Pr
(€) *quidem* — *quantum est* Pr

(a) *directe.* — Om. Pr.
(β) *mala generari.* — *malignari* Pr.

contra veritatem sacramenti. Sicut enitn baptismus est sacramentum, quamvis aliquis fictus accedat; nec est mutandum propter hoc aliquid de essentialibus sacramenti ; ita confessio non desinit esse sacramentalis, quamvis ille qui confitetur, emendationem non proponat. Et ideo nihilominus sub occulto tenendum est. » — Hæc ille.

Ad quintum, negatur rnajor, nisi intelligatur de his quæ cadunt sub sigillo primo et directe et explicite. Si autem major ita intelligatur, minor non bene subsumitur sub majori. Ideo conclusio non sequitur.

Ad sextum respondet Petrus (ibid.), quod ‹ confessio proprie non est nisi de peccatis. Et ideo, si confessor dicit sibi aliquem confessum de peccatis suis, nihil ponit in palam quod esset occultum; maxime quia, *si dixerimus quod peccatum non habemus,* etc. (1 Joan. 1, v. 8). Sed si diceret aliquem esse sibi confessum de magnis et mullis |æccatis, esset revelator confessionis. Ideo, etc.

Ad septimum dicit Petrus (ibid.), quod « minor est falsa, quando per locutionem de peccatis confessis potest deveniri per se vel per accidens, directe vel indirecte, per quemcumque modum, in aliquam cognitionem, vel suspicionem, vel opinionem, vel dubitationem de confesso; vel inquantum per hoc latest sibi venire detrimentum in anima, vel corpore, vel possessione, vel fama, vel amicis; vel inquantum per hoc potest in populo scandalum generari, vel confessio magis odiosa, vel minus dilecta, \el magis onerosa, vel minus pretiosa reputari. Raro autem vel nunquam potest contingere quin ex revelatione peccatorum in confessione auditorum, per viam aliam non scitorum, possit contingere aliquod de prædictis inconvenientibus; quamvis forte quandoque nullum contingat. Unde multum haberet cavere quod non dicat, vel quomodo dicat d. — Hæc Petrus, et bene.

Ad octavum, negatur consequentia. Nec valet probatio. Quia aut accusans in confessione tertiam personam, dat confessori licentiam illud revelandi; aut non. Si sic, tunc idem est ac si confessor illud sciret ul homo; et eodem modo potest procedere circa tertiam personam accusatam, sicut in correctione fraterna. Si non, tunc confessor non tenetur aliquo modo corrigere, nec aliud remedium adhibere. De hoc, in simili, sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 3, art. 1, qb I, in solutione primi, post verba superius recitata in solutione quarti, sic subdit : « Nec tamen sigillum confessionis contra charilatem militat. Quia charitas non requirit qqod apponatur remedium peccato quod homo nescit. Illud autem quod sub confessione scitur, est quasi nescitum, cum nesciat ul homo, sed ut Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in pnedictis casibus, quantum potest, sine revelatione confessionis; sicul monendo eos qui confitentur, el aliis diligentiam apponendo, ne corrumpantur per hærrsim. Potest etiam dicere pradato, quod diligentius invigilet circa gregem suum; ita tamen quod non dical aliquid per quod verbo aut nutu confilentem prodat. › — Hæc ille. — El loquitur de casu quo aliquis in confessione scit aliquem haereticum, quem non potest ad hoc inducere quod desistat a corruptione plebis. Et similiter de illo qui scit per confessionem affinitatem esse inter aliquas qui contrahere volunt. Sic dico in casu argumenti nostri.

Confirmantur omnia dicta decelatione tertie per-*sona ex dictis Petri. ‹ Quia, cum pœnitentia sil sacramentum, sacerdos tenetur celare omne illud sibi dictum in confessione, quo confitens prodi posset, el mala suspicio generari ; sic autem est in proposilo, de tertia persona, cum qua pœnitens confitetur se peccasse. Secundo, quia hoc retraheret homines a confessione : non Lanium enim homo limet læsionem farnæ propriæ, sed etiam persons vinculo amicitiæ sibi conjunct®. ›

§ 3. — Ad argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

Ad argumenta quorumdam — Ad primum contra tertiam conclusionem, respondet Petrus (dist. 21, q. 3), quod ‹ illa responsio quæ ibidem recitatur, quæ est Durandi, salis bona est. El potest sic sustineri: quia, sicul leve potest prohiberi ne actu feratur sursum, etiam manente levitate, sed non potest prohitari ne aplitudine feratur sursum, cum hæc sit natura ejus, nisi natura ejus mutetur; sic, cum hæc sil natura confessionis, quod obliget confessorem ad secretum, potest quidem de facto revelare, manente natura confessionis, sed non |›otest non teneri ad celandum, nisi natura confessionis mutetur, quam solus Deus mulare potest. Et quod dicitur de satisfactione, non valet : quia non consequitur per se naturam confessionis, sed mediante praecepto hominis qui injungit. Unde in pœna taxata in judicio Dei, Papa non potest dispensare ne solvatur, licet]›ossit dispensare unde solvitur; sed m taxata ab homine, sic, et ipse qui dedit, vel superior; sicut Papa potest dispensare cum ordinato in sacris, quod contrahat matrimonium, quia castitas non est annexa ordini sacro ex natura sacramenti, sed ex statuto humano. » — Hæc Petrus, et bene.

Ad secundum dicit (ibid.) quod ‹ natura sacerdotii non est quod teneatur celebrare, sed quod possit celebrare. El hanc potestatem Papa non potest sibi auferre, quia nihil aliud est sacerdotium quam potestas celebrandi. Quod autem teneatur celebrare, non est ex natura sacramenti, ut sacramentum est, sed e.\ generali ratione, qua non debet in vanum recipere gratiam Dei. Clarior tamen est ratio quam sanctus Thomas tangit : quia scilicet ita est de pra-

cepto divino confessionem celare, sicut facere; unde, sicut Papa non potest dispensare in secundo, ita nec in primo. » — Hæc Petrus, el bene, confomuler dictis sancti Thomæ in probatione recitatis.

Ad tertium dicitur quod celatio vel occultatio confessionis dicitur esse de natura sacramenti pœnitcntiæ, triplici ratione. Prima est : quia est pars formalis, non positiva, sed negativa, vel privativa, ipsius sacramenti ꝑœnitentia sicut absolutio confessoris dicitur pars formalis positiva ejusdem sacramenti; et sicut absolutio significat remissionem peccati interiorem et ejus deletionem in relatione ad hominem, sic celatio confessoris significat eamdem remissionem et obligationem in relatione ad Deum. Secunda est : quia, si talis celatio non esset pars sacramenti inquantum est causa remissionis peccati, est tamen pars ejus inquantum est perfectum signum abolitionis reatus ex parle hominis, et ŏffensa ex pario Dei. Tertia est: quia, etsi talis celatio nullo modo posset dici pars sacramenti, tamen obligatio ad talem celationem est propria passio consequens ipsum sacramentum in ministro sacramenti, qui, ex hoc ipso quod tale sacramentum ministrat, obligatur ad hujusmodi celationem.

Et ad hoc concordat Petrus dicens (ibid.) : ‹ Quod Thomas dicit, quod occultatio est de essentia sacramenti, non est sic intelligendum quod sit ejus materia vel forma : cum dicat in solutione secundi argumenti ad primam quæstiuncularn (x) quod *praeceptum de confessione celanda consequitur ipsum sacramentum;* essentia autem sacramenti non consequitur sacramentum. Sed intelligil quod de essentia, id est, natura sacramenti, sil obligatio ad occultationem : sicut diceretur de essentia levis sursum ferri; vel sicut de essentia matrimonii est reddere debitum, id est, obligatio ad hoc ipsum. In qua non potest Papa .dispensare. Quamvis enim in praceptis divinis Papa aliquando dispenset, sicul in volis, quorum redditio est de jure divino; non sic tamen in pneceptissacrainentalibus,quia non polest ďdispensari quin homo debeat baptizari et confiteri. Non ergo licet, etiam (C) propter superioris obedientiarn vel pneceptum : quia nemo tenetur ol>e· dire alicui in illo in quo est illi superior; sicut autem delegatus a Pajm est major ordinario in causa sibi commissa (unde in illo non tenetur sibi obedire), sic sacerdos, in hoc quod audit confessionem, est vicanus Christi, ratione characteris; ideo, etc. ď — Hæc Petrus, el bene.

Verumtamen quod dicit, pneceptum de occultatione confessionis consequi ad ipsum sacramentum, non legi in *Scripto* sancti Thomæ. El, dato quod ita dicat, intelligi polest de consequentia logicali, sicut animal sequitur ad hominem ; non autem de consequentia physica vel metaphysics, qua totum sequitur ad partem, et accidens ad subjectum.

Ad aliud autem quod in argumento infertur, scilicet quod sine tali celatione est perfectum sacramentum; — dicitur quod non est perfectum in genere signi, ut dictum est, licet posset dici perfectum in genere causæ, ve) perfectione primaria, non autem secundaria. Et multis aliis modis polest ad hoc dici.

§ 4. — Ad argumentum contra quartam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad primum contra quartam conclusionem, dicitur, negando minorem. Per hoc enim quod confiions dat confessori licentiam revelandi peccata prius sibi confessa, dat sibi novam notitiam de peccatis, et si non notiam *quid sunt,* saltem notitiam *quia sunt,* aut *si sunt,* aut *propter quid sunt.* Cognoscit enim noviler peccata illa, quantum ad aliquam eorum conditionem : puta quod scit ea ut homo, non solum ut Deus; et quod sunt in potestate ejus non solum ut materia absolutionis, sed etiam ut materia consilii et collationis cum alio, et salutifera inquisitionis apud su[Miriorem vel doctiorem se. Et sic novo modo cognoscit ea; quia novo modo sunt in potestate sua, et ipse hoc scit noviter.

Verumtamen Petrus ad hoc argumentum sic dicit (dist. 21, q. 3) : ‹ Sicut illud quod ego tradidi tibi ut depositum, sine nova receptione et traditione possum facere quod habeas illud ut donum vel mutuum, dicendo : *Quod habebas ut depositum , habeas ut mutuum vel donum* (quod etiam videtur facere, dando libi licentiam utendi ad voluntatem tuam; hoc enim faciendo, jam quasi volo (x) quod illud quod prius habebatur ut depositum, amplius non habeatur ut depositum), et qui prius alienando furtum committebas, sic utens deposito nunc licite uteris, quamvis lex depositi sit de jure divino, quia est in favorem deponentis, cui potest renuntiare, el sicut a principio poterat crederent depositum vel ut donum, sic ex post facto potest mutare propositum; ita etiam dicendum est in proposito, quod, sicut confiions potuit illud dicere per modum simplicis narrationis ut homini, quod dixit ut Deo, sic postea potest facere quod illud quod erat dictum ut Deo, habeat ut homo, sine hoc quod iterum sibi dicat, ex hoc solum quod dicit : *Jam non habeas illud ut dictum in confessione, sed ut dictum simpliciter, et* in *foro exteriori;* licet Papa hoc non possit, quia in ejus favorem non statuit Deus, sed confitentis. Et si dicat, *Do tibi licentiam dicendi ad libitum,* hoc est dicere, in effectu, quod habeas hoc ut homo. Unde, etsi non possit licenliare per modum dispen-

(3) *quxibunculam. — questionem* **Pr.**
(C) **etiam. — Om. Pr.**

I («)**jani** *qiuut* **volo. —** *videtur* **Pr**

santis et directe, potest tamen indirecte, per hoc quod ex nunc incipit illud habere commissum ut homo, et non ut Deus. Et sic mutatur titulus sciendi, sicut titulus habendi. Ideo non est fractio sigilli, sicut, in exemplo prius adducto, non est iractio depositi. Si ergo dicatur : *Papa non potest licentiare; ergo nec iste,* — non est simile : quia hoc non est in favorem Papæ, sed confitentis; vel quia Papa non polest facere quod sciat ut homo : sicut Papa non posset dicere habenti alienum depositum, *Habeas illud ut mutuum vel donum,* quia non est suum, et mutuum dicitur quasi de meo fit tuum, et dare est accipientis facere; hoc autem potest facere deponens, qui est dominus. — Et si dicatur quod celatio confessionis est de jure divino; si ergo non valet licentia Papæ nec totius militantis Ecclesiæ, multo minus licentia privatæ personæ valet; — dicendum quod immo, quando est in favorem concedentis. Potest enim vir licentiare uxorem ad vovendum castitatem, cl ex tunc non tenetur ei debitum reddere; quia, licet de jure divino conjux teneatur reddere debitum petenti, larnen quia est in favorem petentis, ille contra hoc potest licentiare; quod Papa non potest. Unde quando interdicitur illis qui contra interdictum Ecclesiæ contrahunt, ne simul cohabitent, intelligilur petendo debitum, non reddendo. — Item, cum dicitur quod confessor non potest hoc dicere, nisi alio modo sciat, etc.; — dicendum quod alio modo scire contingit dupliciter. Uno modo, quia hoc sciat per aliam scientiam secundum rem; et sic polest facere alius a conlitente quod ille aliter sciat. Alio modo, quod aliter sciat secundum modum sciendi; et quod secretum habeat non ut secretum; et hoc solum potest facere ille qui commisit, sine hoc quod illud iterum sibi replicet; et similiter quod illud quod usque nunc habuit ut Deus, amodo habeat ut homo. Et uterque modus sufficit ad hoc quod liceat dicere. Sicut enim sigillum confessionis est de jure divino, sic sigillum secreti, quia revelare arcana est contra Sacram Scripturam. Sicut d'go nullus potest facere, ad minus privatus, quod aliquis licite revelet alterius secretum, quamdiu scit illud ut secretum, sed hoc potest facere ille qui commisit tale secretum, dicens, *Ex tunc non habeas sub secreto,* et, eo ipso quod licenliat eum ad dicendum, videtur dicere quod non plus habeatur ut secretum, nec plus reputatur revelator secreti si dicit; sic, in proposito, licet sit majus sigillum confessionis quam secreti. Et si non est hic nova notitia, est tamen novus modus notitiæ, qui sufficit. » — Hæc Petrus.

Cum prædictis concordat beatus Thomas, presenl! distinctione, q. 3, art. 2. in solutione primi. Arguit enim sic : « Quod non polest superior, non potest inferior. Sed Papa non posset aliquem licentiare quod peccatum quod scit in confessione, dicat alteri. Ergo nec ille qui confitetur, potest illum licentiare. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum quod Papa non potest licentiare eum ut dicat, quia non potest facere quod sciat ut homo; quod potest facere ille qui confitetur. » — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : *t* Non ex hoc tollitur illud quod propter commune bonum institutum est; quia sigillum confessionis non frangitur, quia dicitur quod alio modo scitur. » — Hæc ille.

Ad secundam respondet Petrus (ibid.), dicens quod « ex hoc non sequitur aliquod inconveniens : quia, si talis non obtemperet judici dicenti, *Da sacerdoti licentiam revelandi,* nulla suspicio oritur; quia hoc facere non tenetur, nec testem contra se producere. Unde, in Jure, testis non debet torqueri contra dominum, sed pro domino. Si tamen quæritur a dornino an velit senum torqueri, si dicat *Nolo,* non propter hoc est suspicio contra eum de delicto : quia alia de causa potest hoc nolle quam quia sibi conscius. Et similiter est in proposito : quia non vult quod ille de confessione loquatur, propter scandalum forte. Si autem det illi licentiam. non propter hoc paratur sibi præjudicium, si imponat sibi falsum : quia poterit dicere, *Dedi sibi licentiam dicendi quod sibi dixi, sed hoc non dixi sibi;* el unus teslis non probat; nisi vellet siare dicto ejus. Nec tunc etiam sacerdos tenetur dicere, licet possit. Item, quia ex audientia confessionis confessor est obligatus ad medendum illi; ideo licentia confitentis non dat ei quod possit hoc revelaro, nisi ad bonum confitentis, et non aliter ». — Hæc Petrus, ct bene. — El hoc concedit sanctus Thomas, in simili. Arguit enim sic, ubi supra (dist. 21, q. 3, art. 2, arg. 3) : ‹ Si posset sacerdos licentiaii, videretur dari pallium malitiae malis sacerdotibus : quia possent protendere sibi datam esse licentiam, el sic impune peccarent, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus : quia imminet eis probatio, si accusantur, quod de licentia confitentis revelaverint. »— Hæc ille. — Ita dico in proposito: in casu quo confessor falsum imponeret confitenli, imminet ei probatio quod illa in confessione audierit.

II. Ad argumenta aliorum. — Ad primum aliorum respondet Petrus (dist. 21, q. 3), dicens quod ‹ non valet similitudo. Quia non licet judicaro ex his quæ vidit u.t privatus, nisi videat ut judex, sive sit obligatus ad secretum, sive non. Sed ad hoc quod homo loquatur «le aliquo, sufficit quod illud habeat ut homo; nec oportet quod illud habeat ut homo judex. Licentia autem loquendi facit quod habeat ut homo, non autem quod habeat ut judex ». — Hæc ille.

Ad secundum dicit (ibid.) quod (a) « regula Juris

(a) *quod.* — çuta Pr.

est quod unicuique licet renuntiare his quæ prose introducta sunt. Vel dicendum quod lex naturæ est quod tamdiu celet, quamdiu habet ut Deus; sicut dictum est de deposito vel de matrimonio (a). »

Ad tertium dicil (ibid.) quod « minor vero est, in casu in quo non liceret illi prodere seipsum, nec liceret per alium. Sed ubi agitur ad ejus bonum (puta quod diceret illi qui posset prodesse, vel absolvendo, vel consulendo, ubi nominata persona hoc melius faceret), tunc secus est (C) ».

AdquartumdicilPetrus(ibid.)quod< argumentum solvit seipsum. Quia non tenetur aliquis obedire pralato in omnibus licitis, puta in levando festucam, sed in illis in quibus pralatusest; quod non est in occultis. Sed si puniretur peccatum alias pertinens ad cognitionem judicis, forte per infamiam juris, utrum (γ) tunc ille teneretur, quia tunc ipsemet confiions teneretur dicere veritatem? Dico quoti non deberet dicere, sed peccaret, nec per consequens teneretur : quia fori non sunt miscendi. Non enim ex confessione facta coram judice laico damnatur quis coram ecclesiastico. Sed multo minus hic non tenetur testificari, quando ex suo testimonio nihil potest judicari, etiam cum alio testimonio ». — Hæc ille, et bene, concorditer sancto Thomæ, primo *Quodlibeto,* art. 15, ubi quærit : Utrum religiosus teneatur secretum fidei sute commissum revelare pralato pracipienti. Dicit enim quod secretum auditum in confessione nullo modo debet revelare pralato pracipienti. Simile dicit, quarto *Quodlibeto,* ari. 12, ubi quærit : Utrum subditus teneatur obedire pralato pracipienti revelationem criminis occulti. Ibi enim dicit quod peccatum, si sil simpliciter occultum, ita quod nullo modo provenit ad notitiam multorum, non est revelandum pralato pracipienti.

Ad quintum dicit Petrus (ibid.), quod α argumentum verum concludit, quod ea quæ dicta sunt in foro conscienti», de nullius licentia possunt dici in alio foro, nisi aliter dicantur, ul ex hoc feratur sententia; sed aliter sic, ut dictum est >. — Hæc Petrus, et bene.

Ad argumentum contra quæslionem (o), respondet sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 3, ari. 1, q,a 1, in solutione tertii, dicens: α Homo non adducitur in testimonium nisi ut homo; et ideo absque laesione conscienti» potest jurare se nescire quod scit tantum ut Deus, d — Hæc ille.

Durandus vero (dist. 21, q. 4) videtur velle quod ista responsio imperfecta est, nisi amplius addatur. Inquit enim sic : « Sciens aliquid solum per confessionem, si inducitur in testem, et cogitur juraro de veritate dicenda, potest sine scrupulo conscientia» dicere se nescire : quia, cum loquatur ut subditus, quia coactus, non tenetur respondere nisi de his quæ scit ut subditus; et quia sacerdos audiens confessionem nulli est subditus, nisi Christo, cujus viceni gerit; ut subditus autem cuicumque alteri, nihil scit de pertinentibus ad confessionem; ideo potest secure se nescire dicere. Si autem non cogitur, sed sponte testificatur, vel in communi locutione dicit se nihil sciro, mentitur : quia, licet nesciat ul subditus homini (propter quod excusatur, cum cogitur), scit tamen; et ideo negans absolute se scire, mentitur. Quod palet : quia si diceret *Scio,* verum diceret; ergo si dicat *Nescio,* falsum dicil; impossibile est enim quod utraque pars contradictionis sil vera, relata ad idem. »— Hæc Durandus.

Sed contra hoc replicat Petrus (dist. 21, q. 3), dicens : « De teste omnes concedunt quod potest dicere juratus se nescire id quod nescit nisi per confessionem, quia nescit ul subditus, etc.; sicut in Jure est argumentum, scilicet quod veniens inquantum alia persona contra juramentum quod præstitit ut alia persona, non est perjurus. Nec obstat exceptio rei judicatæ, nisi sit eadem res, eædem person», el eadem causa petendi. — Sed contra illud quod singulariter dicunt (scilicet, in communi locutione, non coactum, mentiri si dicat se nescire), est : quia sicut loquendo ul testis coactus, loquitur ut subditus homini tantum, et ideo dc his quæ non novit ut subditus, potest dicere *Nescio,* licet aliter sciat, sed illud non debet exprimi, quia jam innueret se aliter scire; ita quando sponte testificatur, vel in communi locutione loquitur ut homo, et non ut Christi vicarius, potest dicere se nescire; el ideo intelligendurn est de his quæ novit ut homo. — Ad id ergo quod dicunt,quod ipse negat se scire absolute, et tamen scit, ergo mentitur, — vera est major, sub hoc sensu, quod qui negat se scire aliquid omni modo, dicens, *Nullo modo sciendi scio illud,* si scit illud aliquo modo, mentitur, el peccat, si juret, si tamen illa negativa sit ita universalis secundum mentem sicut est secundum verba; alias, cum sermo sit subjeclqs intentioni, et non econtra, quantumcumque verba sint generalia, si loquens intendat se restringere, et audiens similiter debet intelligere, non est mendacium. Et sic est in proposito : quia qui confessionem audivit, non intendit de illis loqui; qui autem eum audit in communi locutione, vel in quacumque depositione, coacta vel spontanea, non debet intelligere de confessione, de qua non licet respondere nec deponere; sermones enim requirendi et recipiendi sunt secundum materiam. — Ad aliud autem quod dicunt, quod si una |>ars contradictionis est vera, reliqua est falsa; — dicendum quod verum est; sed contradictio non est nisi unius et ejusdem et secundum idem. Dicitur autem

(a) Cfr. ea quæ in pnBfenli paragraphe dicta sunt ad primum Durandi.

(β) eif. — etiH Pr.

(γ) *ulruHi.* — Om. Pr.

(i/ *qumixoneni.* — *concluaionem* Pr.

aliquid scire dupliciter : uno modo, per confessionem, et ut Deus; alio modo, in vulgari, et ut homo. Caus. 22, q. 5, can. *Hoc videtur* (x). dicitur quis scire quod audivit, vel vidit, vel alias conscius fuit. Dicere ergo, *Scio ut humo,* el *Nescio* ut *homo,* contradicunt, el alieni exsistente falsa, altera est vera. Et vera est illa qua dicil, *Nescio ut homo;* et ista est falsa, *Scio ut homo,* si sic loqui intendat. Similiter, *Scio ut Deus,* est vera; *Nescio ut Deus,* esi falsa. Unde si dicil, *Non audivi hoc m confessione,* cum aud isset, aperte mentiretur. Sed si dicat, *Nescio ut homo,* vera est; *Scio ut Drus,* vera esi; nec contradicit. Si ergo dicat simplicité!, *Scio,* si intendat dicere ut *homo,* mentitur; si autem *ut Deus,* verum dicit; sed delinquit (0), si per hoc iu notitiam persona· possit deveniri. Vel potest veraciter dicere, *Nescio ut Deus, nec aliter :* quia, proprie. loquendo, ipse nescit; quia ignorat utrum ille confitendo verum dixerit, an non. Unde Bernardus: *Nihil minus scio, quam quod per confessionem scio.* Et, pari ratione, videtur quod possit ipsum purgaro quando venit primo ad purgandum, el postea confessus est ei crimen : quia sicut ubi esi testis coactus jurat quod nescii, el verum est ul homo; ita et nunc jurat quod credit eum verum jurasse, et verum est ut homo, quia non ut Deus purgat eum. Sicut Christus dixit (Joann. 7, v. 8) : *Ego autem non ascendam ad diem festum hunc.* et tamen ascendit;nec fuit mendacium,quin verum fuit in manifesto. Similiter quando dixit (Mare. 13, v. 32), *De die autem ct hora illa nemo scit, nec Filius hominis,* verum est secundum quod homo, ct per scientiam acquisitam; sed per infusam, a — Hæc Petrus, et bene.

Verumtamen in dictis ejus et sancti Thoma· ct Durandi simul occurrit dubium : quomodo du» propositiones singulares de omnino eodem subjecto et prædicalo ct copula, solum differentes secundum affirmationem et negationem, negantur esse contradictorio; propter aliam et aliam intentionem proferentis eas, potissime ubi non intervenit æquivocatio, nec amphibologia, nec alius modus multiplicitatis habens ortum ex incomplexo vel complexo? Cujusmodi sunt istæ duæ, *Ego scio hoc. Ego non scio hoc.* Ista enim videntur habere omnia requisita ad contradictionem : quia sunt ad idem, scilicet prædicalum; el secundum idem, scilicet de eodem sulh jecto; el similiter quia amixi· sunt de inesse sine termino moduli, et respectu ejusdem temporis; utraque enim est dc prasonli; noc aliqua additio fit ad subjectum vel prædicalum vel copulam unius, prater negationem, quæ non tint ad subjectum vel prædicalum vel copulam alterius; licet proferens eae formet duas categorical in mente de dissimilibus subjectis aut prodicatis aut copulis. Et ideo Ixme videretur quod illæ mentales non essent enntradictoriæ, quia non habent omnia requisita ad contradictionem ; secus autem de illis duabus vocalibus. Nisi dicatur quod in illis duabus vocalibus est multiplicitas, propter hoc verbum *scio,* quod in se continet variam ærpjivocationem vel multiplicitatem : turn quia potest importare quandoque notitiam veritatis necessariae, el quandoque notitiam ventatis contingentis; vel quandoque notitiam certam, el quandoque notitiam opinati vam, vel dubitationem, vel suspicionem; similiter quandoque notitiam hominis ul homo, quandoque notitiam hominis ut Dei vicarius est; el multas alias æquivocationes. Talis autem æquivocatio impedit contradictionem pro|>ositionurn vocalium, dato quod sini de eodem subjecto, predicated copula; potissime quia in talibus non totum quod affinnatur in una, negatur lotum et totaliter in alia, sicut est in proposito. Ideo utraque talium quæ videntur contradictori®, [K)tesl esse vera simul cum alia. Nec obstat si additiones et restrictiones quæ fiunt in mente, non exprimantur in voce : quia voces sunt ad placitum, et proferens vocem potest significare aliquid sibiipsi, quod non significat nec significare intendit alteri; unde voces illæ non contradicunt apud dicentem, etsi apud audientem contradicant, quia aliud significant audienti, et aliud dicenti.

Secundum dubium est in dictis Petri, cum dicil quod confessor potest confitentem purgare, asserendo quod credit eum verum jurasse, quia credit hoc ut homo, etc. Hoc enim non videtur verum. Quia licet confessor nesciat ul homo peccata confessi, nec quod confessus juret verum vel falsum; verumtamen ex hoc non sequitur quod confessor ut homo credit cum verum jurare, nec quod debeat hoc credere, nec jurare aut asserere quod alius dicat verum, nec præbere testimonium sua? falsitali. Non enim ista sunt contradictoria, nec contraria immediata. tpioruin alterum oporteat esse\enim, scilicet, Nescio *ut homo quod iste falsum dicat, vel juret,* el. *Credo ul humo,* \el, Scio *ut homo quod iste rerum juret :* quia potest contingere casus quod neutrum scit, et neutrum credit, neutrum opinatur, do neutre cogitat ul homo. — Quod autem additur de dictis Christi, verum est; sed non mullum est ad prepositum. Quia Deus est auctor (a) rerum el signorum mentalium, vocalium et scriptorum, et aliorum quorumcuinque, ideo in j>olestate sua est adhibere res, et non solum signa, ad significandum, juxta suum beneplacitum; non taliter vere nec tante est in potestate hominum. Et si aliqualiter voces el signa humanitus inventa, sint m hominum potestate, m>n tamen in potestate juridica

(a) *Caus. ^I,q.* 5, can. Hoc vldolur. — 32, 7. t. Hoc vere Pr.

(C) *delinquit.* — relüiçuU Pr.

(3) *auctor.* — *ador* Pr.

nd utendum signis hujusmodi in deceptionem proximi, contra communem usum signorum apud homines.

Utrum autem juramentum obliget secundum intentionem recipientis, non est multum nd propositum necessarium. Sed super hoc dicit sanctus Thomas, 3. *Sentent.,* dist. 31), q. 1,nrl. 3, in solutione tertio» quæsliunculæ, ubi : ‹ Juramentum, inquit, promissormm obligat hac necessitate ul culpa evitetur. I nde obligat ad omne illud faciendum, quo non facto, Culpa incurritur. Distinguendum cM ergo in eo qui jurat. Aut enim simpliciter, aut dolose jurat. Si jurat dolose, ex duabus partibus potest culpa sequi : scilicet ex fractione sacramenti, ct ex dol‹i. Quamvis ergo ex ip›a ratione juramenti, inquantum juramentum, non obligetur ad servandum ipsum nisi secundum suam intentionem ; tamen ex necessitate juramenti, inquantum fuit dolosum, obligatur ad servandum taliter quod ex ejus dolo alius non lædatur; et hoc est quando secundum intentionem recipientis implet juramentum. Si autem simpliciter juret, absque omni dolo, tunc in foro conscientiæ non obligatur nisi secundum suam intentionem; sed in furo contentioso, ubi intentio ignoratur, obligatur secundum quod verlia communiter accipi solent. i› — Hæc ille. — Simile dicit, 2 2', q. 89, art. 7, in solutione quarti : α Dicendum, inquit, quod quando non est eadem intentio jurantis ct ejus cui jurat, si hoc provenit ex dolo jurantis, debet juramentum servari secundum sanum intellectum ejus cui juratur. Si autem jurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem jurantis. » — Hior. ille.

Et hæc de quæslione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO XXII.

QUÆSTIO 1.

UTRUM PŒNITENTIA INTERIOR SIT RES SACRAMENTI

pœnhentiæ

IRCA vigesimamsccundam distinctionem v 4. Scnfentmrnm quæritur pi imo: Utrum qLyw · Pallentia interior sit ℞e sacramenti \mSSbS ℘œnitentiæ.

Et arguitur quod non. Quia res sacramenti nunquam esi causa sacramentalis signi, sed e converso quandoque. Sed pœnitentia interior est causa exterioris. Ergo non est res ejus.

In oppositum arguitur. Quia illud quod immediate causât effectum sacramenti, e›l res exterioris sacramenti, sicut patet de charactere. Sed pœnitentia interior est qua? immediate causal remissio· nem peccatorum, quæ est ultima π·› sacramenti hujus. Ergo, etc.

In hac qmestione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones, in secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conolusio : Quod in sacramento pœnl· tcnllæ, saeraiiieiitale signum est exterior pœnitentia, lia quod est sacramentum et non res sacramenti.

Hanc ponit sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 2, art. I, in solutione primæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : α In quolibet sacramento fil quædam promotio vel motus suscipientis ad aliquam sanctitatem. In molibus autem corporalibus, quandoque illud quod movetur, non cooperatur ad motum, nisi recipiendo impressionem agentis tantum : sicut contingit in generatione, qua aliquid accipit primam jærfcctionem sui esse, quæ est etiam primum principium activum in ipso; similiter etiam quando acquirit aliquam perfectionem superadditam, quæ limites sua· forma? excedit, sicut cum paries depingitur, vel cum aer illuminatur. Quandoque autem perfectio prius suscepta, est sufficiens principium illius motus; et tunc operatur motum illum; sicut patet in motu locali naturali, et in sanatione qu© Iit virtute nature tantum. Quandoque autem perfectio habita non sufficit ad operandum elicitum, sed cooperatur agenti exteriori; sicut patri t nui ars naturam adjuvat. Et secundum hos tres modos etiam est motus ad sanctitatem. Unde in liaptismo, qui est spiritualis vilæ regeneratio, lota sanctificatio est ex exteriori; nec suscipiens -aeramentum se habet active ad illam sanctificationem, sed tantum ut recipiens; unde signum sacrauieuLileibi est materia exterius apposita, non autem aliquis aclus ex parle baptizali. El similiter est in ionfirmalione. Eucharistia, extrema unctione, et ordine, quæ onlinanlur ad aliquam sanctitatem superadditam primæ sanctitati in baptismo suscepte; unde, etiam conservata gratia baptismati, illa locum haberent. Sed in promotione ad sanctitatem perviam merendi, sufficit principium quod intus habetur, scilicet gratia. Et ideo, sine aliquo exteriori

adjuncto, ad banc promotionem, habens gratiam, peractus suos pertingit; quia in eo spiritualis vita est integra. Sed in eo qui post baptismum mortaliter peccat, spiritualis vilæ integritas vel sanctitas tollitur, quia gratia el charitas tolluntur ; sed tamen adhuc vita spiritualis manet in sui radice, scilicet in fidei sacramento; sicut in eo qui perniciose infirmatur, adhuc manet radix vita» in corde. El ideo ad reparationem integritatis pristina» (a), in baptismo suscepta?, homo cooperari potest per id quod adhuc remanet. Non tamen sufficit, nisi exterius adjuvetur, propter hoc quod vita spiritualis non est int··gra. Et ideo in sacramento pœnitentiæ, «puni ad prædictam reparationem ordinatur, sacramentale signum non est aliqua materia exterius apposita, sed exteriores aclus, quibus homo ad salutem suam operatur; el complementum operationis ab exlrinseco significatur per absolutionem sacerdotis, sicut materia in aliis sacramentis per ministri sanctificationem efficaciam sacramentalem recipit. El ideo exterior pœnitentia esi sacramentale signum in sacramento pœnitentiæ. » — ll.ee ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : In sacramentali sanctificatione, «pia homo per actum proprium cooperatur exteriori sanctificanti, sacramentale signum non est aliqua materia exterius homini apposita, sed aclus humani, lain recipientis «piam conferentis sacramentum. Sed pœnitentiæ sacramentum est hujusmodi. Ergo, etc.

Secunda conclusio ‹(quod in sacramento poenitentiae, res proxima, qui·· se habet sicut res el sacramentum, esi ipsa poenitentia interior.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 22, q. 2, art. 1), in solulione secundo? quæsliuncula·, «licens : a Kes sacramenti cujuslibct, suo sacramento, cujus dicitur res, propoi lionalur. Exterior autem pœnitentia, quæ est su ramentum tantum in pœnitentia, est sacramentum ul signum tantum ex parle aclus pœnitentis; sed ut signum et causa simul, si conjungatur aclus pœnitentis cum actu ministri. Et ideo interior pœnitentia est res exterioris pœnitentiæ, sed ut significata tantum per aclus pœnitentis, ut significata autem et causata per actus eosdem adjuncta absolutione ministri, |H?r «piam aliquo modo ad gratiam disponitur ; sicut etiam in sacramento Eucharistias, corpus Christi verum est res significata lanium per species |>anis el vini, sed causata per verba ministri; el illa duo conjuncta simul sunt signum ct causa. › Hæc ſll

Et, ibidem, in solutione primi, sic dicit : « Poenitentia interior potest considerari dupliciter. Uno modo, prout est aclus quidam virtutis; et sic iulo nor pœnitentia esi omnino causa exterioris, sicut et in aliis virtutibus actus interiores sunt causa exteriorum. Alio modo, prout est aclus operans ad sanationem peccati; et sic pertinet ad pœnitentiæ sacramentum. Et ila interior pœnitentia non est causa exterioris, sed effectus, vel significatum illius : non enim baliel efficaciam operandi contra morbum peccati, nisi ex supjiosilione propositi exterioris (Mpnilentia.· ct absolutionis desiderio; quamvis pirnitentia interior contra morbum peccati operans, procédât tempore exteriorem poenitentiam, sicut jubliflcalio a peccato interdum pnrcedil sacramentum baptismi, propter illius propositum. ›

Item, in solulione secundi, sic dicit : ‹ Quamvis pœnitentia interior, ut est actus quidam virtutis, naturaliter significetur per exteriorem; tamen, inquantum est sanalivus morbi, sic ex institutione divina debet per banc significari el causari. › — Hæc iite.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione: Illud esi res proxima sacramenti pœnitentiæ, quod significatur et efficitur per sacramentum exterius proxime, el non ultimate. Sed pœnitentia interior est hujusmodi. Ergo, etc.

Tertia conclusio est quod in sacramento pœnitentiæ, ultimata res» quæ sic est res quod non sacramentum, est remissio peccatorum per gratiam.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 22, q. 2, ari 1), in solulione lerliæ «piæsliuncul.e, dicens : «t Res ultima alicujus sacramenti est non tantum quam efficit aclualiler «lis|wnsalum, sed etiam «piam efficit in proposito exsistens; sicut palet «le baptismo in adultis. Et ideo, cum pœnitentia in proposito exsistens sacramentum efficiat remissionem peccatorum non solum quoad pœnam, sed eliam quoad culpam, remissio peccatorum utroque modo est res ipsius pœnitanliæ su ramenti. Quid aliquando tempore pr.ivedit sacramentum exterius; aliquando autem in ipso sacramento efficitur; quia «piando aliquib accedit ad confessionem attritus, non plenarie contritus, si obicem non ponat, in ip>a confessione et absolutione datur sibi et gratia el remissio |>eccalorum. Unde «licii Glossa, sii|M‘r illud Psalmi (95, v. 6), Confessio rt *pulchritu‹lo* iu *cun»pcctu ejus;* Si *aunts pulchritudincuit confitere* (e), *ut* sis *pulcher,* id est, justus. » — Hæc Ille.

El ibidem (arg. Sed contra), arguit sic : ‹ Pœnilenlia dicitur secunda labida posl naufragium, sicut baptismus pruna. Sed baptismi res ultima est remissio |ærcralorum. Ergu el pirnileulia··. — Item, cui alio illius morbi est res in sacramento, ad quod

(a) prw/inæ. — pra·· ipur Pr.

(λ) *confitere.* — *con/'·1eri* Pr.

curandum est institutum. Sed pœnitentia est instituta ad curandum morbum actualis peccati. Ergo remissio ejus est res hujus sacramenti, d — Hæc ille.

Ex quibus patet multiplex ratio pro conclusione.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

Contra secundam et tertiam conclusiones

I. Argumenta Petri de Palude. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. El quidem contra duas ultimas arguit Petrus de Palude (dist. 14, q. 1), probando quod prater poenitentiam interiorem el peccati remissionem, sil ponenda tertia res hujus sacramenti, ꝙua dicatur ornatus. El sic, cum sanctus Thomas de hoc non faciat mentionem in praesenti distinctione, videtur minus complete assignare res hujus sacramenti. Probat autem Petrus quod talis ornatus sit ponendus.

Primo sic. Quia homo quandoque perfecte conteritur de peccato, cum proposito confitendi et satisfaciendi; et tunc est sufficienter dispositus ad graliam; unde statim suscipit eam sine ornatu medio, sicut per baptismum flaminis sine aliquo charactere. Aliquando vero est attritus, sed non contritus; sed superveniens confessio el absolutio, vi clavium, attritionem facit contritionem, ut recipiat gratiam. Cum ergo, secundum legem communem, nulli detur gratia nisi intus sufficienter disposito, ex quo ipse non est sufficienter dispositus peractum suum intrinsecum, ut supponitur, ergo est dispositus per aliquid aliud; et illud vocamus ornatum. Unde res et sacramentum in pœnitentia est aliquando pœnitentia interior, ut quando sufficienter de se conteritur, quia est dispositio necessitous ad gratiam, ul character; aliquando est ornatusa sacramento impressus, ut quando non est actus contritionis de se perfectus, et ipse submittit se clavibus. Et, secundum hoc, non simul concurrunt istæ duæ res, el variatur res sacramenti, et non semper imprimitur ornatus. — Si autem dicamus quod gratia sacramenlalisest alia a gratia gratum faciente, diceretur quod semper imprimitur ornatus, etiam cum contritione; nec superfluit, quia contritio est dispositio et res et sacramentum respectu gratiæ gratum facientis, ornatus vero respectu gratiæ sacramentalis. Ergo potest dici quod licet sacramenta imprimentia characterem, ipsum imprimant semper, sive recipiens dispositus sit sufficienter ad gratiam ⟩er contritionem, sive non, quia de alio servit charac-
cter, scilicet quia deputat ad aliquid sacrum, et consignat et distinguit; tamen sacramenta imprimentia ornatum, tunc solum imprimunt quando in suscipiente deficit sufficiens dispositio. Vel potest dici quod sicut illa semper imprimunt characterem, ita et ista ornatum, propter dispositionem ad gra·liam sacramentalem, etsi non propter aliam, quia ad utramque disponunt. Verius tamen videtur quod non solum attritus, sed contritus etiam, licet non ita egeat, recipit ornatum : quia ex quo non ponit obicem, non est causa quod privetur effectu sacramenti; et tunc major gralia infundetur, propter duplicem dispositionem, scilicet sacramenti et liberi arbitrii. Quando autem sic est fidus, quod non concurrit essentia sacramenti (puta in matrimonio, quia intendit decipere, non contrahere; vel in pernitentia, quia nullo modo pœnitel, vel celat aliquid; aul in aliis, quando habet contrariam dispositionem, sicut in receptione Eucharistiæ, exirem® unctionis, si habet conscientiam mortalis de quo non pœnitel), nullum ornatum recipit. In quo differt ornatus a charactere : quia characterem recipit contr itus, attritus, et fictus, dum tamen velit verum sacramentum recipere; ornatum vero non recipit nisi contritus, vel attritus.

Secundo probat quod in omni sacramento novæ legis imprimitur aliquid prater actum suscipientis, quod est sufficiens dispositio ad gratiam etiam gratum facientem, sive illud sit character, ut in Iribus, sive simplex ornatus, ut in aliis : ita quod, in Eucharistia, pneler illud quod est res et sacramentum extra suscipientem, et antequam suscipiatur, id est, corpus Christi verum, in suscipiente fit etiam ornatus, qui est res el sacramentum. Et sic, sicut quædam sacramenta habent unum sacramentum tantum, puta sola verba, sicul pœnitentia et matrimonium, si ita est, el alia, res simul et verba, ul omnia alia; sic quædam sacramenta sunt, quæ habent pro re el sacramento unum tantum, sicut illa quæ non per se requirunt actum suscipientis, alia autem pro re et sacramento habent duo diversa (a). Et hoc adhuc differenter : quia vel utraque est in suscipiente, sicut actus interior est una res el sacramentum in matrimonio el pœnitenlia, alia est ornatus, ct sic utrumque est in suscipiente; in Eucharistia autem una res est in suscipiente, el alia in materia.

Tertio probat quod non solum in illis, sed in omni sacramento imprimatur ornatus, sic : Ubicumque secundum legem communem est remissio peccati actualis mortalis, et per consequens gratiæ infusio, ibi est aliqua dispositio sufficiens, alia prater motum liberi arbitrii : quia ubicumque est motus liberi arbitrii sufficienter disponens ad gratiam, ibi statim est gralia, nec per consequens est peccatum mortale; gratia autem non infunditur

(3) *lanium.* — Ad. Pr.

secundum legem communem nisi sufficienter disposito, quia Deus dat unicuique secundum suam virtutem. Sed omne sacramentum novæ legis, si digne accipiatur, remittit peccatum mortale, si inveniat, et, si nunquam inveniret, nunquam tolleret. Si ergo quodlibet sacramentum aliquando potest tollere peccatum mortale, ergo aliquando invenire potest. Tunc autem non est dispositio sufficiens ex parte liberi arbitrii, cum qua non stat peccatum mortale, quia illa est contritio. Ergo ex opere operato infunditur alia dispositio. Propter quod videtur quod ad hoc quod sacramentum conferat gratiam, non requiritur aliquis actus respectu effectus sacramenti in suscipiente, vel qui gerit perso: am ejus, sed tantum respectu sacramenti : quod scilicet ipse velit recipere sacramentum, si sit adultus et habeat usum liberi arbitrii, vel alius pro eo. vel quod ipse voluerit; sed, respectu effectus sacramenti, solum requiritur quod non ponat obicem, ct quod faciat quod sacramenti susceptio requirit; puta, in matrimonio, quod intendat contrahere, licet non recolat de peccatis, etc.

II. Argumenta Durandi (a). — Contra easdem conclusiones arguit Durandus, potissime contra secundam

Primo (6), probando quod poenitentia interior non sit res hujus sacramenti. Quia illud quod est simul res el sacramentum, supponit illud quod est sacramentum tantum, tanquam causam instrumentalem, vel causam *sine qua non.* Sed pœnitentia interior non supponit illud quod agitur exterius in sacramento pœnitentiæ; immo, ut communiter, pracedit. Ergo non est res el sacramentum.

Secundo arguit quod nec ornatus de quo loquitur Petrus, sit res hujus sacramenti proxima, nec remota. Quia ista dispositio, vel ornatus, est potentia, vel habitus. Non potest esse potentia : quia per talem ornatum non producitur novus actus; potentia autem respicit actum, et nova novum. Nec habitus : quia per habitum habemus nos ad actum bene vel male; sed per talem ornatum non habemus nos ad aliquem actum bene, nec male (γ); ergo non est habitus.

Tertio ad idem. Quia illa dispositio, vel ornatus, aut remanet, amissa gratia: et sic esset indelebilis, el multiplicaretur solo numero in eodem, cum contingat eumdem pluries recipere sacramentum pœnitentiæ· Aut non remanet, amissa gratia, sed cum ea daretur, et cum illa amitteretur. Hoc nutem esset frustra : quia, si non ponitur nisi propter ornatum animæ, et non propter operationem vel modum operandi, ut dictum est, gratia autem satis ornat animam sine ullo alio, videtur quod frustra ponitur. — Hæc Durandus.

III. Aliud argumentum (x).— Ultimo (β) potest argui contra eamdem secundam conclusionem. Quia res sacramentorum non sunt de jure naturali, >ed mere de jure divino. Sed pœnitentia interior, cum sit actus virtutis, est de jure naturali. Ergo non e»t res sacramenti pœnitentiæ.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

An ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM ET TERTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Petri de Palude. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. El quidem, utrum de mente sancti Thomæ fuerit quod ornatus, de quo loquitur Petrus, el Bernardus de Gannato, sit prima el proxima res sacramenti pœnitentiæ, non recolo me legisse alicubi in didis ejus expresse, nec sub vocabulo ornatus. Immo videretur, cx dictis ejus, quod dispositio vel præparatio hominis adulti, ratione utentis, ad gratiam, non sit aliqua forma per modum actus primi se habens, sed solum aliquis motus liberi arbitrii, se habens per modum actus secundi. Quod patet: nam, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. 1, ari. 3, in solutione secundæ quæstiunculæ, sic dicit : « Gralia quæ dalur ad recle vivendum et ad remissionem peccatorum, per prius respicit voluntatem quam alias potentias; per eam enim peccatur et recte vivitur. Et ideo oportet quod infusio gratiæ justificantis sit secundum talem modum qui voluntati competat. El propter hoc oportet quod a tali infusione omnis ratio violentis excludatur, quia violentia? voluntas capax non est. Ad hoc autem quod violentia ab actione tollatur, oportet quod patiens coeperetur agenti secundum modum suum. Unde in illis quæ nata sunt agere, requiritur quod active cooperantur; in illis autem quæ nata sunt recipere tantum et non agere, sicut materia prima, sufficit ad .violentiam tollendam naturalis inclinatio ad formam; et ex hoc dicitur generatio naturalis. Sed quantum est ibi de contrarielale, tantum est ibi de violentia. Unde quando voluntas non habet actum contrarium, sicut est in pueris, sine violentia voluntatis potest infundi gratia per

(«) Hire argumenta deducuntur ex eis quæ dicit Durandus, dist. 17. q. 13. Auctor ea referi juxta formam quam ipsis dedit Petrus de Palude, dist. 14, q. I.

(i) Z'/ «mo. — Om. Pt

(γ) a verbis fed *per talem* usque .id *male,* om. Pr.

(a) Hoc argumentum Auctor affert prout invenit apud Petrum dc Palude, dist. 11, q. 1.

(Λ) *Vlltmu. — Quarto* IV.

sacramentum, sicul pueris baptizatis; el sine sacramento, sicut palet in sanctificatis in utero. Sed quando voluntas habet actum suum, sicut est in adultis, requiriluraclus voluntatis ad gratiam suscipiendam, animam ad datorem ordinans; el ideo ad justificationem, quæ fit per infusionem gratiæ, requiritur motus liberi arbitrii in Deum. » — Hæc ille. — Et similia dicit, 1· 2 q. 113, ari. 3; et similiter, *de Veritate,* q. 28, art. 3, 4 el 5. Item, in mullis locis, dicit quod dispositio voluntatis ad gratiam quam confert sacramentum, non est aliud quam motus contritionis, el non aliquis ornatus, vel actus primus, distinctus a contritione; sicul palet, quarto *Quodlibcto,* art. 10, ubi dicit quod accedentes ad sacramentum pœnitentiæ α non perfecte contriti, virtute clavium gratiam contritionis consequuntur, dummodo non ponant obicem Spiritui Sancio; et idem est in aliis sacramentis novæ legis, in quibus gralia confertur ». Similia dicit, 4. *Sentent.,* dist. 18, q. 1, ari. 3, in solutione primæ quæstiunculæ; el multis aliis locis. Unde de illo ornatu quem ponunt Petrus el Bernardus de Gannalo el quidam alii, non multum expresse loquitur sanctus Thomas, quoad sacramentum pœnitentiæ, quantum potui perpendere in dictis suis.

Potest tamen dici quod in virtute, et sententialiter, el implicite, concedit talem ornatum, vel aliquam dispositionem ad gratiam, quæ se habeat per modum actus primi, et non sit motus liberi arbitrii tantum. Quod patet: quia, secundum ipsum, primus el immediatus effectus sacramentorum novæ legis est gratia sacramentalis, quæ est reparatio alicujus defectus ex peccato relicti, per aliquod speciale auxilium Dei; et talis gralia sacramentalis est dispositio ad gratiam gratum facientem. Unde, *de Veritate,* q. 27, art. 7, in line principalis solutionis, sic dicit: « Sacramenta non perveniunt directe et immediate ad ipsam gratiam de qua nunc loquimur, sed ad proprios effectus, qui dicuntur gratia? sacramentales, ad quos sequitur infusio gratiæ gratum facientis, vel augmentum ejus. » — Hæc ille. — Item, ari. 5, in solutione duodecimi argumenti, sic dicit : < Sicut ðiversa virtutes el diversa dona Spiritus Sancti ad diversos actus ordinantur, ita etiam diversi sunt effectus sacramentorum, ut diversas inedicinæ peccati, et participationes virtutis dominica; passionis; quæ tamen a gratia gratum faciente dependent, sicut virtutes et dona. Sed virtutes et dona nomen speciale habent propter hoc quod actus ad quos ordinantur, sunt manifesti; unde etiam secundum nomen a gralia distinguuntur. Defectus autem peccati, contra quos sacramenta instituuntur, latentes sunt. Unde sacramentorum effectus nomen proprium non habent, sed nomine gratiæ nominantur; dicuntur enim gratiæ sacramentales; el penes has sacramenta distinguuntur, sicut penes proprios effectus. Perlinent etiam isti effectus ad gratiam gratum facientem, quæ istis effectibus conjungitur. El sic cum istis propriis effectibus halient effectum communem, qui est gratia gratum faciens; quæ etiam per sacramentum non habenti datur, et habenti augetur· » — Hæc illo, — liem, ari. 4, in solutione tertii, sic dicit : u Ultimus finis respondet primo agenti tanquam principalis principali. Sed non principaliter agentibus non attribuitur ultimus finis, sed dispositio ad finem ultimum. Et sic sacramenta dicuntur esse causa graliæ per modum instrumentorum disponentium. » — Hæc ille. — lie'll, 4. *Sentent.,* dist. 1, q. 1, ari. 4, in solutione prima quæstiunculæ, sic dicit : *n* Sacramenta, inquantum sunt instrumenta divinæ gratiæ justificantis, pertingunt instrumentaliter nd aliquem effectum in anima, qui primo corresponde! sacramentis sicut est character, vel aliquid hujusmodi. Ad ultimum autem effectum, qui est gratia, non pertingunt etiain instrumentaliter, nisi dispositive, inquantum hoc ad quod pertingunt effective instrumentaliter, est dispositio, quæ est necessitas, quantum in se est, ad gralia· susceptionem. » — Hæc ille. — Ibidem etiam, ante prædicta verba, sic dicit : α Alii dicunt quod ex sacramentis consequitur in anima unum quod est sacramentum et ros, sicut character, vel aliquis ornatus animæ, in sacramentis non imprimentibus characterem, etc. », ut recitatum fuit, prima distinctione hujus *Quarti,* q. 1, art. 1, conci. 3. El licet illud dicat recitando (licta aliorum, tamen per sequentia videtur illud approbare el exponere, nec ullatenus improbare. — Ex quibus, ct mullis aliis similibus, patet quod dispositio ad gratiam gratum facientem, quam instrumentaliter effective primo et directe sacramenta inducunt in animam, secundum mentem ejus est ipsa gratia sacramentalis; quæ quidem non est solus motus liberi arbitrii, immo aliquid se habens per modum actus primi, sive sit positivum, sive privativum. Et si tale quid vocetur ornatus, concedenda sunt dicta Petri, et neganda sunt dicta Durandi. Si autem per talem ornatum intelligat aliquid quartum, quod nec sit gralia gratum faciens, nec gralia sacramentalis, nec motus liberi arbitrii, neganda sunt dicta Petri ; quia poneret pluralitatem rarum sine necessitate, et sine sufficienti ratione, el sine auctoritate.

Pro pnediclis facit quod dicit sanctus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. 1, art. 3, qu2, in solutione tertii, ubi sic dicit : « Per baptismum etiam adulti gratiam su8ci|>ere possunt in dormiendo. Quia, quamvis non adsit actualis dispositio ex actuali motu voluntatis, adest tamen habitualis dispositio ex motu liberi arbitrii præcedente. Qui quidem quandoque ad gratiam suscipiendam sufficienter (lisjM)nit; el tunc gralia infunditur stnlim. Quandoque autem insufiicientrr ; et tunc talis insufficientia non potest suppleri nisi per alium actum liberi

arbitrii, vel per sacramentum, quod ad gratiam dispositive operatur. Ett propter hoc, sino wkramento nullus adultus justifico! i potest, nisi actualil«T motu liberi arbitrii exsistente; sed ρ<τ sacramentum potest, si tamen praecessit motus liberi arbitrii prohiliend fictionem. » — Hæc ille. — Ex quibus salis patet quod, secundum mentem ejus, sacramentum causai m suscipiente adultu aliquam dispositionem, quæ non est actus ȿecundo inc motus liberi arbitrii. Item, 3 p., q. (J2, art 2, sic dicit : α Sacramenta ordinantur ad quosdam speciales enectus necessarios in vita Christiana : sicut baptismus ordinatur ad quamdam specialem regenerationem, qua homo moritur vitiis, el iit membrum Christi ; qui quidem effectus est aliquid speciale printer actus potentiarum animæ. Et eadem ratio est in aliis sacramentis. Sicul ergo virtute^ ct dona addunt super gratiam communiter dictam, quamdam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum; ita gratia suiamentalis addit super gratiam communiter dictam, et super virtutes et dona, quoddam divinum auxilium ad consequendum sacramenti finem. Et |H?r hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam donorum et virtutum, d — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod prima res, et primus vl directus effectus sacramenti pœnitentiæ·, est aliquod divinum auxilium, disponens ad gratiam gratum facientem, qua} est finis sacramenti; quod nec est actus liberi arbitrii, nec actus alieujus virtutis aut doni. et consequenter quod non est ipsa contritio interior, cum illa sit quidain actus virtutis pœnitentiæ.

Quis autem sil primus et ďirectu effectus sacramenti pœnitentiæ et aliorum, ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 415, art. I, ubi sic dicit : α Sacramenta ordinantur ad duo : scilicet ad ǂKiciendum hominem in his qme pertinent ad cultum Dei secundum religionem vitæ ťhanæ. el etiam in remedium contra defectum peccati. Utroque autem modo convenienter ponuntur septem sacramenta. Evita enim spiritualis conformitateni habet ad vitam coi poralom, sicut et rictem roiponiha similitudinem quamdam habent spiritualium. In vita enim corporali dupliciter quis perficitur : uno modo. quantum nd propriam personam ; alio inudo, |ier ťvus< ad lotam communitatem societatis m qua vivit, quia homo naturaliter est animal sociale, liespectu autem sui, perficitur homo in vita corporali dupliciter: uno nioilo, perse, acquirendo scilicet aliquam perfectionem vitæ; alio modo, per ǎcciden scilicet removendo impedimenta vitæ, puta ægritudines, vel aliquid hujusmodi. Per se nutem perficitur corporalis vita tripliciter. Primo quidem |>er generationem, per quam homo incipit esso el vivere; cl loco hujus, in spirituali vita, est baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud nd *Titum* 3 (v.5); Per *lavacrum regenerationis,* etc. Secundo, t per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem el virtutem; et loco hujus, m spirituali vita, est confirmatio, in qua datur Spiritus Sanctus ad robur; unde dicitur discipulis jam baptizatis, Luca· ull. (v. 49): *Sedete* in *civitate ffuousfiHc induamini virtute* ex *alto.* Tertio, |«r nutritionern. qua conservatur vita in homine et virtus; loco hujus, in xpirituali vita, est Eucharistia; unde dicitur. Joan. 6(v. 54): *Nifi manducaveritis carnem Filii hominis,* etc. Et hæc quidem sufficerent homini, si haberet et corporaliter et spiritnaliter ťhi|o= vitam. Sed quia homo interdum incurrit infirmitatem corporalem, et spiritualem, arilicet peccatum, idro mves-aria est homini curalio ab infirmitate(x). Qmequidem duplex est. Una quidem est -nnatiu, quæ unitatem restituit; et loco hujus, in spirituali vita, est poenitentia, secundum illud (Psalm. 4t>, v. 5) : *Sana animam meam, guia peccavi tibi.* Alia autem est restitutio valetuďini· pristinæ per convenientem diætam et exercitium; et loco hujus, in spirituali vita, est extrema unctio, quæ removet |»eccatonitn reliquias, el hominem pratum reddit ad finalem gloriam obtinendam ; unde dicitur. Jacob, cap. 5(v. 15) : *Et* ·· in *peccatio sit, dimittentur ci.* Perficitur autem homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. Uno modo, |K»r hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem, et exercendi actus publicos; et loco hujus, in spirituali \ila. e>t >acramentum ordinis, secundum illud *Hebrxor.* cap. 7 (v. 27), quod sacerdotes hostias offerunt non ǒlum pro se, sed eliaiq pro populo. Secundo, quantum ad naturalem piO|agationein; quod fit jwr matrimonium, tam in vita corporali quam in vita spirituali, eo quod est non solum sacramentum, sed naturæ officium.— Ex his etiam patet numerus sacramentorum, secundum quod ordinantur in remedium rontra defectum percati : quia baptismus ordinatur contra carenliam vitæ spiritualis; confirmatio contra infirmitatem animi, quæ in nu|>cr natis invenitur; Eucharistia contra labilitatem animi ad |»cccnnduni; pœnitentia contra |MVcatmn actuale]x>st baptismum commissum; extrenin unctio contra ŕeliquia peccatorum, quæ scilicet non sunt sufficienter per pœnitentiam sublatæ. aut ex ignorantia, aut ex iivgligeutia; ordo contra dissolutionem multitudinis; matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, et contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit, ii Hæc ille. — Similia dicit, i *Sentent.,* dist. 2. q. I. ari. 2. Ex quibus |iatel quod primus el directus ellectus sacramenti pœnitentiæ, cl ejus prima res. ŵ sanatio p<vcali actualis. Quæ quidem potius dicitur reparatio quam ornatus. Potest tamen dici ǒrnatu eo modo Io»piendi quo justificatio impii vocatur renovatio el sanatio, ul ostendit san-

(a) *ni/icinimtc. — ait ǐnfirnntat* Pr

dus Thomas, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. **I**, art. *1,* in solutione tertiæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : a Justitiæ rectitudo, metaphorice sanitas animæ dicitur, et novitas ipsius : eo quod sanitas commensurationem debitam in partibus corporis importat, novitas nutem integritatem et virtutem et decorem habet; ct patet quod hæc omnia rectitudo potentiarum animæ, quæ justitia dicilur, continet per similitudinem. Sed quia res aliqua non est ita uni similis quin etiam aliis possit assimilari, inde est quod ea quæ metaphorice dicuntur, non ita conveniunt uni quin etiam aliis convenire possint, sicut leo metaphorice et Deus et diabolus dicilur. Unde sanitas et novitas per similitudinem integritatem gratiæ significare possunt, quæ per culpam tollitur. Unde culpa etiam simililudinarie dicitur vetustas ct languor animæ. El etiam possunt significare integritatem naturæ, quam tollit pœna, quæ etiam vetustas et languor dicilur. Sed quia culpa esi causa pœnæ, ideo vetustas in vetustate, el languor in languore includitur, sicut effectus in causa. Patet ergo quod ipsa justificatio, per quam gratia acquiritur el culpa tollitur, renovatio et sanatio dici potest; quamvis etiam ablatio pœnæ renovatio et sanatio dici |>ossil. » — Hæc ille.

Sed oritur dubium ex prædictis. Si enim proximus effectus et primus sacramenti pœnitenliæ est sanatio, vel justificatio, tunc videtur secunda conclusio falsa, quæ dicit contritionem, vel pœnitentiam interiorem, esæ primam rem sacramenti jxenitcnliæ; el similiter tertia, quæ dicit quod remissio peccatorum est ultima res el ultimus effectus sacramenti. — Sed dicendum est quod remissio peccatorum, et sanatio, et renovatio, potest sumi tripliciter. Uno modo, pro ipsa actuali mutatione de statu peccati ad statum justitiæ, quæ dicilur actualis justificatio et sanatio; et sic est ultima, vel saltem secunda res sacramenti pœnitenliæ. Secundo modo, pro termino ad quem illius mutationis, qui est justitia, sanitas et gratin; el sic est tertia et ultima reS sacramenti hujusmodi. Terlio modo, pro principio activo vel passivo interiori disponunto ad illam mutationem; cl sic pœnitentia interior, cum aliquo al^oluto virtute sacramenti causato, est prima res hujus sacramenti; et potest dici sanatio peccati, et si non formaliter, tamen causaliter. Illud autem additum pœnitenliæ interiori, et per sacramentum causatum, seorsum acceptum, vel simul sumptum cum interiori pœnitentia, potest dici ornatus et prima res sacramenti pœnitenliæ. Ubi sciendum est quod, cum pœnitentia interior sit prima pars hujus sacramenti, ipsa, secundum essentiam suam, pl quoad productionem suam et inceptionem, non potest esse prima res hujus sacramenti, aut ejus effectus : quia idem non est effectus sui ipsius, nec aliquod totum intégrale efficit suam primam jartem, nec posterior pars priorem. Sed verum est quod posterior pars totius potest dare aliquod complementum priori parti, sicut anima corpori, et forma suæ materiæ. Et per hunc modum pœnitentia exterior, quæ est sacramentum el non res, potest perficcro pœnitentiam interiorem tripliciter : primo modo, augendo et intendendo eam, et faciendo de attritione contritionem ; secundo, formando eam per gratiam et charitatem; terlio, dando ei virtutem sanandi peccatum. Et sic interior pœnitentia dicilur prima res exterioris pœnitenliæ. Sed ornatus de quo fit sermo, est prima res exterioris pœnitenliæ, tanquam significatum et causatum ab ea, non solum quoad secundani perfectionem aut virtutem, sed etiam secundum essentiam suam. Ideo iste ornatus est essentialior effectus sacramenti pœnitenliæ quam pœnitentia interior, quæ non est effectus nisi secundum quid el quoad ejus accidentalia. Similiter prius natura efficitur el causatur ornatus a sacramento pœnitenliæ, quam pœnitentia interior formetur aut sil effectus sacramenti ; immo forte ornatus fele habet aliquam causalitatem super pœnitentiam interiorem quoad ejus complementum et formationem, sicut primus el essentialis effectus aliqualiter est causa sequentium effectuum. Et bene stat quod utrumque istorum potest dici prima res hujus sacrameriti, vocando primam rem illud quod est res et sacramentum, licet una istorum sit prior alia aliqunli ordine. Et similiter verum est quod peccati remissio, vel sanatio, est ultima res hujus sacramenti, non simpliciter, sed inter effectus quos sacramentum attingit instrumentaliter effective; gratia vero est ultima res ad quam non attingit, effective, sed solum dispositive. Vel forte, sicut ornatus el interior pœnitentia dicuntur prima res sacramenti, sic remissio peccati et gratia gratum faciens possunt dici secunda el ultima, licet inter eas sit ordo, ct aliter se habeat sacramentum ad causandum unam quam aliam. Potest enim dici ultima res quidquid est res et non sacramentum. Puto autem quod sicul prima res sacramenti baptismi, quæ est character, non imprimitur nisi per actualem susceptionem baptismi aquæ, sed res ultima baptismi percipi potest per solum propositum et desiderium baptismi, sicut ostendit sanctus Thomas, quarta distinctione *Quarti,* quæst. ull., art. 3, q,h 2, 3 et 4; sic prima res sacramenti pœnilentiæ, quæ dicilur ornatus, non suscipitur nisi per actualem susceptionem sacramenti pœnilentiæ, sed ultima vel inedia res sacramenti pœnitenlia» percipi potest per solam contritionem, cum proposito et desiderio sacramenti. Et ideo pœnitentia interior, sive sil attritio, sive contritio, efficacius disponit ad gratiam cum actuali susceptione sacramenti, quam sine illa : quia ibi est duplex dispositio, scilicet contritio, el ornatus; el utrnque est dispositio non solum passiva, immo quælibet est aliqualiter activa instrumentaliter respectu termini

a quo remissionis peccati et sanationis et justificationis. Et ad hunc sensum intelligo dicta sancti Thoinie, 4. *Sentent.,* dist. 17, q. 2, art. 5, in solutione primæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : < Contritio potest dupliciter considerari : vel inquantum est pars sacramenti, vel inquantum est actus virtutis. Et utroque modo est causa remissionis (>eccati, sed diversimode : quia inquantum est pars sacramenti, primo operatur ad remissionem peccati instrumentaliter, sicul de aliis sacramentis in prima distinctione patuit; inquantum autem est actus virtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quod est dispositio quæ est necessitas ad justificationem; dispositio autem reducitur ad causam materialem, si accipiatur dispositio qu® disponit materiam ad recipiendum; secus autem de dispositione agentis ad agendum, quia illa reducitur ad genus causæ efficientis. » — Hæc ille. —Similia dicit, 3 p., q. 86, ari. 6, ubi sic dicit : « Pœnitentia est virtus secundum quod est principium quorumdam actuum humanorum. Actus autem humani qui sunt ex parte peccatorum, materialiter se habent in sacramento pœnitentia?. Omne autem sacramentum producit effectum suum non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ : ex utroque enim est unum sacramentum. Unde sicut remissio culpæ fit in baptismo non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, scilicet aquæ, principalius tamen virtute formæ (a), ex qua el ipsa aqua virtutem recipit; ita etiam remissio culpæ est effectus pœnilentiæ, principalius quidem ex virtute clavium, quam habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc sacramento; secundario autem ex vi actuum pœnitentia, tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claves Ecclesiæ. Et sic patet quod remissio culpæ est effectus pœnilentiæ secundum quod est virtus, principalius tamen prout est sacramentum, · — Hœc ille. — Et si dicitur contra hoc, quod ipse, in præsenli distinctione, q. 2, art. **I**, qu 1, in solutione secundi el tertii, expresse dicit quod pœnitentia exterior, quæ est sacramentale signum, vel ipsa (6) confessio, nullo modo gratiam causal, sed solum verba quæ a sacerdote absolvente proferuntur; — dicitur quod inlelligendum est quod ipsa confessio seorsum accepta, sine absolutione, non causal aliquo modo gratiam, nec remissionem peccati, causalitale sacramenlali ; sed confessio, adjuncta absolutione, causal dispositive remissionem peccati, et gratiæ infusionem. Hoc enim ipse ponit expresse, dist. 17, q. 3, art. 5, in solutione primæ quæsliunculæ; et similiter, q. 2, art. 5, q|· 1, in solutione primi, dicens : « Solus Deus est causa efficiens principalis remissionis peccati. Sed causa dispositiva potest esso ex nobis. Et similiter causa sacramentalia: quia formæ sacramentorum sunt verba a nobis prolata, quæ habent vim inslrumentalem gratiam inducendi, qua peccata remittuntur. & — Hæc ille.

Ex prædiclis omnibus patet quod sacramentum pœnilentiæ aclu susceptum producit instrumentaliter in suscipiente aliquam dispositionem ad remissionem peccati el infusionem gratiæ; quæ non est moins liberi arbitrii. Et si illa vocetur ornatus, concedenda sunt veri» Petri; quæ non directe procedunt contra conclusionem, sed indirecte, quia scilicet sanctus Thomas assimilans primam rem sacramenti pœnitenliæ, quæ est res et sacramentum, non facit in præsenli distinctione expretam mentionem de tali dispositione. Sed hoc non obstat, propter duo : primo, quia, ut dictum est, gratiæ sacramentales, quæ disponunt ad gratiam gratum facientem, non habent propria nomina; secundo, quia ex aliis dictis ejus potest concludi talis dispositio, potissime cum dicit quod adultus per sacramentum potest sufficienter disponi ad gratiam sine actuali motu liberi arbitrii. Item, quia, cum sacramentum pœnilentiæ aliquam novam dispositionem efficiat quando non ponitur obstaculum, non autem efficit illam quæ est actus liberi arbitrii proprie loquendo, ut ostensum est, oportet quod efficiat aliam; el illa est ornatus. Rursus, quia, ut alias (dist. 17, q. 2, conci. 2) visum fuit, sacramentum pœnitenliæ in ficte accedente habet effectum recedehte fictione, secundum eum; quod esse non posset, nisi aliquem effectum post se reliquisset, alium ab actu liberi arbitrii. El ex multis aliis palet quod illa fuit mens ejus.

Discurrendo ergo per argumenta Petri, dicitur quod primum argumentum implicat aliqua falsa, vel dubia. Quorum primum est . quod alicui adulto sufficienter disposito per actum proprium, datur gratia per sacramentum; et tamen per sacramentum effectus est de attrito contritus; ideo indiget aha dispositione pneter contritionem. Hoc enim videtur implicare : quia, si habet contritionem, est sufficienter dispositus peractum proprium; si vero indiget alia dispositione, non est sufficienter dispositus; quod est contradictio. Item, quia Durandus el alii opposita? partis dicerent quod in tali casu sacramentum non inducit novam dispositionem, sed perficit praecedentem, quæ imperfecta erat; et hoc non aliter, nisi intendendo («) eam, et faciendo de attritione contritionem, sine additione alicujus ornatus distincti ab actu secundo liberi arbitrii. El sic illa ratio parum cogeret, cum implicaret <6) contradictoria. — Secundum est : quod contritio perfecta et ornatus non simul concurrant ad primam rem sacramenti pœnitenliæ, sed, præsente uno illorum,

( ) a verbi· *ted etiam* usque ad *former,* om. Pr.
( ) *ipia.* — Om. Pr.

(a) *intendendo. — intelligmdo* Pr.
(C) *implicaret. — implicet* Pr.

aliud deest. Hnc enim non oportet. Quia quanto perfectius est sacramentum quoad omnem sui jk it - tem. tam ex parte materiæ et suscipientis quam ex parte forma· ministri, tanto perfectiorem causât effectum sacra men talem. Constat autem quod sacramentum pœnitentiæ cujus pars est perfecta contritio, perfectius est. Ergo primus effectus sacramentalis erit perfectior, scilicet ornatus; attento quod nulla incompossibilitas est inter contritionem et ornatum, et mulio simul juncta |>vrfectius disponunt ad gratiam quam alterum tantum. — Tertium est, quod ornatus est dispositio ad gratiam sacramentalcm. el non ad gratiam gratum facientem. Hoc enim non videtur valere. Tum quin, sicut in sacramentis imprimentibus characterem idem esi character quod gratia sacramenlalis, nec differunt nisi forte sicut actus primus et actus secundus; sic ita videtur esse ex sacramentis imprimentibus ornatum. Tum quia sacramenta pertingunt efficaciter directe ad gratiam sacrarnentalem, sine dispositione modia. Tum quia gratia sacramentalis est di-positio ad gratiam gratum facientem; et ideo quod disponit ad primam, disponit ad secundam. Dicendum ergo quod ornatum recipit tam contritus quam attritus, quam etiam fictus, dum tamen fictio non evacuet essentiam sacramenti, ul iinaliler dicit Petrus, el alias dictum est, dist. 17, q. 2. Cætera dicta Petri in primo argumento stare possunt.

Ad secundum dicilur quod omnia ibidem dicta stare possunt, printer hoc quod videtur innuere, quod consimilis ornatus imprimatur in omnibus sacramentis non imprimentibus characterem. Hoc autem falsum est. Nam ornatus impressus in sacramento pœnitentiæ sortitur quandoque effectum in ipsa susceptione sacramenti, quandoque vero non tunc, sed recedente fictione, ut alias (dist. 17, q. 2) dictum est. Secus est de ornatu vel dispositione impressa in sacramento Eucharistia», sicut ostendit sam tus Thomas, quarta distinctione hujus, q. 3, art. 2, qb 3, in solutione tertii argumenti. Si vero non ita inlelligat Petrus, conceditur quod dicit.

Ad tertium dicitur quod, si arguens large ct communiter vocet ornatum omnem dispositionem ad gratiam, aliam a motu liberi arbitrii, conceditur totum argumentum et omnia contenta in eo. Si vero intendat distinguere inter characterem et ornatum, et velit astruere quod sacramenta imprimentia characterem simul cum hoc imprimant alium ornatum, negatur : quia ipse character est sufficiens dispositio ad gratiam, si omnis fictio aut contraria indiSjMjeitio amoveatur, ut alias (i) dictum luit. Nec oportet alium ornatum ·iu sacramentis characlerizantibus ponere : quia etiam ornatus non ita disponit ad gratiam, quod, eo posito, statim adsit gratia, nec remota fictione, ut palet ex dictis, dist. 17.

(a) Cfr dist i, qj' art. 3, S 3, lit. nd 2-- (in piwnti volutu.,puj. 32),

II. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi contra easdem conclusiones, dicitur quod, si major intelligatur de illo quod est res et sacramentum aclu, et non solum in potentia vel aplitudine, concedenda est. Sed tunc minor ad illuni sensum negatur : quia pœnitentia interior, pro illa mensura durationis qua præcedit absolutionem, non est res el sacramentum pœnitentiæ in aclu, sed solum in potentia vel aptitudine; el ideo non oportet (pmd pnesupponat pœnilonliam exteriorem in actu positam tanquam causam. Dicitur tamen quod nunquam est vera pœnitentia interior, nisi cum pnesuppositione exterioris pœnitentiæ el absolutionis, quoad intentionem el desiderium, etsi non quoad execulionem. Unde sanctus Thomas, 3 p., q. 84, ari. 5, in solutione secundi, sicdicit : α Ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides et misericordia non liberant hominem a peccato sine poenitentia. Requirit enim charitas quod homo doleal de offensa in amicum commissa, et quod amico reconciliari studeat. Requirit etiam ipsa fides ul per virtutem passionis Christi, quæ in sacramentis Ecclesiæ operatur, quærat justificari a peccatis, etc. » Simile dicit, pnesenti distinctione (q. 2, art. I, q,a 2, ad 1u '), ut recitatum est in probatione .secunda· conclusionis.

Concordat huic solutioni Petrus, dicens (dist. 14, q. I) quod *a* sicut, licet in omni sacramento sint ista tria, non tamen uniformiter (quia, in quibusdam sacramentis, illud quod est sacramentum lanium, sunt sola verba, aliquando res alia; el similiter id quod est res tantum, non est unum in omnibus sacramentis); ita res et sacramentum non est idem nec eodem modo se habens in omnibus sacramentis (a). Quia, in sacramentis imprimentibus characterem, res et sacramentum sequitur sacramentum non solum in proposito, sed in facto; et similiter in sacramento Eucharisliæ; in aliis vero sequitur vel causatur ab eo, vel aclu, vel proposito, sicut hic. Vel potest diei quod pernitentia interior non est sacramentum nisi quando conjungitur confessioni et absolutioni, a quibus habet complementum; maxime (piando est attritio et fit contritio, quia sic sequitur exteriorem ut effectus causam. » — Hæc Petrus; et concordat cum dictis sancti Thomæ in probatione secundæ conclusionis. — Ibidem etiam dicit Petrus, quod « ipsa interior poenitentia est res el sacramentum. Quod proluatur. Quia illud quod causatur et significatur ab actu exteriori qui est sacramentum, el ulterius causal el significat alium effectum ultimum (6) et princi|>alein, dicilur esse res et sacramentum. Sed hujusmodi e-t pumitentia interior : (pria confitens significat ⁂ pœiritere; el, cum hoc, ipsa confessio et absolutio, habita in re et in voto, est causa actus

(&) n vcrbii Ua rei usque ad ferramentif, om. Pr.
(6) ulhniuni — Om. Pr.

interioris, non secundum essentiam, sed magi> e converso, sed secundum efficientiam, quia ab illa habet virtutem sacramontalem, sine qua non valeret. j› — Hæc ille.

De prodictis sanctus Thomas, quarto *Quodlibeto,* art. 10, sic dicit ; α Sacramenta dupliciter operantur : uno modo, secundum quod exhibentur actu ; alio modo, secundum quod habentur in voto. El hoc quia sacramenta operantur ut instrumenta divinæ misericordiæ justificantis; Dei autem est respicereadcorhominis,secundum illud 1./fcf/um. 16 (v. 7): *#omine viddnt ea qwr putent, Deus autem intuetur cor.* Et ideo, quamvis res naturales non agant nisi præsentialiter adhibitœ, sacramenta tamen agunt etiam secundum quod sunt in voto; sed plenius sacramentalem effectum inducunt quando actu exhibentur; sicut patet in baptismo. Nam catechumenus, si sit adultus, et habeat baptismum in voto, jam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem a peccato, et consecutionem gratiæ, quæ est proprius effectus baptismi; sed quando actu baptismum suscipit, consequitur plenius quosdam sacramentales effectus, quia suscipit characterem et remissionem totius pœnæ. Si quis tamen esset qui non prius haberet baptismum in voto quam aclu baptizaretur, sicut pnccipue patet in parvulo, simul recipit per baptismum gratiam remittentem culpam, et omnem alium effectum sacramenti. Et hoc etiam contingeret in adulto, si simul· cum baptizatur votum baptismi habere inciperet. Et idem est etiam in sacramento pœnitentiæ, quod consummatur in absolutione ministri absolventis. Cum enim aliquis aclu absolvitur, consequitur plenarie sacramenti effectum; sed si, antequam absolvatur, habeat sacramentum involo, quando scilicet proponit se subjicere clavibus Ecclesiæ, jam virtus clavium operatur in ipso, et Consequitur remissionem culpæ. Si quis tamen in ipsa absolutione sacerdotis inciperet haberi» votum sacramenti, culpa ei dimitteretur per gratiam, quæ infunditur in hoc sacramento, sicut in aliis sacramentis #ova legis. Unde contingit quod aliqui non perfecte contriti, virtute clavium gratiam contritionis consequuntur, dummodo non ponant obicem Spiritui Sancio. Et idem est in aliis sacrarUentis novæ legis, in quibus gratia confertur, Videtur tamen esse differentia inter baptismum et pœnitentiam : propter hoc quod sacramentum pœnitentiæ semper exhibetur adultis, in quibus ut plurimum contritio pnecedit tempore confessionem et absolutionem ; baptismus autem multolies confertur pueris, in quibus votum sacramenti non pnecedit. Apparet autem omnino simile, si etiam baptismus adhiberetur adultis. »— Hæc illo.

Ex quibus omnibus patet quod illud quod est res ct sacramentum in pœnitentia, potest tempore procedere id quod est sacramentum lanium : non quod pro tunc sit octualiter significatum, cum pro tunc non sit nec fuerit signum; est tamen significatum apliludine, licet autem non sit pro tunc significatum sensibiliter. Potest tamen esse signum actu alicujus posterioris effectus. Et similiter potest esse actu res et effectus sacramenti : quia sacramentum non solum causai ut est actu appositum, immo ut est actu desideratum, ul palet ex dictis. Unde argumentum non probat nisi quod dtisint aliqui respectus signi vel significati, non autem quod desit ejus respectus causa vel effectus.

Potest tamen circa hoc dubitari. Quia, cum causa et effectus in aclu simul sint. 2. P/tyncorum (t. c. 37), minim videtur quod sacramentum exterius, quod nondum est actu realiter, sil causa efficiens effectus realis in actu; præsertim cum sacramentum agat per virtutem sibi influxam, cujus non est capax non ȩn nec ens rationis, nec actus intellectus aut voluntatis, «altem ens quod non habet aliud esse nisi esse intellectum aut desideratum. — Sed dicendum quod Deus, qui est effectuum sacramentalium agens principio, potest agere pr instrumentum sacramenti, sive illud sit aclu in esse reali natura» debito, sive sit in esse intellecto vel desiderato, el earndem vel similem virtutem imprimere, et eumdein effectum producere.— Quod si objicitur quod, si Deus influit virtutem instnimentalem enti quod solum habet esse intellectum vel desideratum, cum ens intellectum vel desideratum, ut sic, non sil aliud ab aclu intellectus aut voluntatis, vel, si aliud addat, hoc non sit nisi solus respectus rationis, videtur quod dicere quod sacramentum in esse intellecto vel desiderato agat, non est aliud dicere nisi quod illa intellectio vel desiderium agat, et non illud quod inlelligitur aut desideratur, quamdiu non habet aliud esse nisi desideratum vel intellectum (x); — dicilur quod ipsa intellectio vel desiderium sacramenti potest tripliciter considerari : primo modo, in se; secundo modo, ex parte sui subjecti; tertio modo, ex parte objecti. El quia talis efficacia non competit sibi ex prima nec ex secunda, sed ex tertia consideratione, ideo dicitur quod sacramentum quod est objectum talis desiderii vel intellectionis, agit prout habet esse intellectum vel desideratum, sicut finis, antequam habeat esse nude, movet efficientem, prout habet esse desideratum. Credo tamen quod talis efficacia non univoce attribuitur sacramento, cum dicitur agere et aclu susceptum, et in proposito vel volo habitum; sed analogice.

Ad secundum contra easdem conclusiones, dicit Petrus (ibid), quod *a* talis ornatus non est potentia, nec habitus, sed ilispositio, non ad agendum, sed ad patiendum vel recipiendum. Sicut enim |>er actum contritionis est homo dispositus naturaliter ad hoben-

(a) *ted.* — Ad. Pr.

dum gratiam gratum facientem, ita per istum ornatum disponitur ad recipiendum gratiam gratum facientem et sacramentalem. Et per istum ornatum habemus nos bene, non ad agendum, sed ad recipiendum gratiam. Et est dispositio necessaria el nécessitons, non simpliciter, sed sub conditione. Supposito enim (a) quod in suscipiente sacramentum non sit contritio, tunc est necessaria hæc dispositio ad gratiam gratum facientem; alias non est necessaria, nisi ad gratiam sacramenlalem, si differat. Similiter, supposito quod suscipiens sacramentum non sit fictus, est dispositio nécessitons : non quod ipsum Deum necessitet; sed quia ex Dei voluntate necesse est gratiam infundi, d — Hæc Petrus.

Ad fortium dicit (ibid.) quod « non solum iste ornatus non manet amissa gratia, sed nec manet quamdiu manet gratia : quia, cum non imprimatur nisi ut sit dispositio ad receptionem gratiæ, et non ad retentionem, vel receptionem intensionis gratiæ, recepta gratia, vel intensa, evanescit. Undo non est habitus de difficili mobilis; sed est dispositio transitoria, sicut est etiam ipse actus contritionis, in cujus supplementum maxime est hic ornatus. Quo supposito, non est necessarius ad salutem, quamvis esset necessarius ad gratiam sacramentalem; quia sola gratia gratum faciens sufficit ad salutem.— Quod autem subjungit arguens, quod gratia ornat animam, ergo frustra ponitur; — dicendum quod, pnnter gratiam, mulla alia ponuntur ad ornatum animæ. Tamen iste ornatus dicitur ornare animam dispositive, quia disponit ad gratiam, quæ est nilor animæ, et pnecedit eam in fieri et in esse naturaliter, sive duret in instanti, sive in tempore iinpercepti bili; quia sicut virtus sacramentorum transitoria est, sic iste ornatus; in quo differt a charactere. Sed tamen non superfluit quamdiu est, sicut non superfluit medicina disponendo ad salutem. — Posset tamen dici quod ornatus est manens (6), sicut character. Nec propter hoc sequitur quod pœnitentia non possit iterari sine injuria sacramenti, sicut lapUsmus· Quia quando sacramentum imprimit talem dispositionem, quod per illam statim natus est sequi totalis et plenus effectus sacramenti, tunc sine injuria non potest tale sacramentum iterari : sicut in baptrimo, cujus character disponit ad remissionem omnis culpæ et pœnæ, quantum est de se. Et similiter est de aliis imprimentibus characterem suo modo. Non sic autem de aliis, puta pœnitentia : quia per unam confessionem non sequitur perfecte remissio quoad jMimam et sequelam; unde quia de propitiatu actualium non debet homo esse sine metu, sine injuria pœnitentia repetitur. Sed de originali non debemus esse in metu j>osl baptismum, etc. Undo quando de eodem aliquis bis confitetur, non alius ornatus numero imprimitur, sed primus intenditur. Et forte est unus specie in uno sacramento, et intenditur per ipsius iterationem. Et, pari ratione, remittitur per illius retardationem, el forte corrumpitur per nimiam retardationem : sicut habitus, qui acquiritur ex actibus principaliter, ipsis ex toto cessantibus, corrumpitur (a); ita et ornatus, qui acquiritur ex susceptione sacramenti instrumentaliter. Unde character, qui non potest amitti et deleri, per consequens, sicut non potest corrumpi, ita nec remitti; quia remissio est via ad corruptionem; nec per consequens intendi. Sed ornatus potest intendi et remitti; ergo corrumpi, et iterando acquiri. » — Hæc Petrus.

In quibus sunt aliqua dubia. Primum est quod ornatus impressus in sacramento pœnitentiæ solum sit dispositio ad recipiendum, et non ad agendum; si intelligal quod nullo modo ad agendum, nec effective, nec formaiiter. Hoc enim non videtur : quia, ul supra (in respons. ad object. Petri) dictum est, cum gratia sacramentalis in sacramento pœnitentiæ sit quædam spiritualis sanatio, distincta a quolibet actu virtutis el doni, non est inconveniens ponere quod per sacramentum pœnitentiæ instrumentaliter conferatur aliquid se habens per modum actus primi, quod sit effectivum illius spiritualis sanationis, saltem quoad remissionem termini a quo, puta reatus, vel habitus peccati, aut reliquiarum, et vulnerum, et hujusmodi. Et hæc videtur mens Beati Thomæ : nam, ut superius (ibid.) fuit recitatum, ipse dicit quod prima res sacramenti pœnitentiæ operatur ad sanationem peccati non solum dispositive, sed effective. Quod si dicatur quod ipse loquitur de contritione, — non valet. Quia, si ornatus est ponendus prater contritionem, quasi prima res sacramenti, vel tanquam res et sacramentum, mullo fortius talis activitas potest competere ornatui, qui est actus primus, quam contritioni, qui est actus secundus : ut dicamus quod gratia sacramentalis pœnitentiæ includit ornatum, quasi actum secundum; et hæc duo sunt sufficiens dispositio ad gratiam gratum facientem. — Secundum dubium e>t de hoc quod dicit, quod iste ornatus non est necessaria dispositio, nisi ad gratiam sacramentalem, etc. Ut enim dictum est, gratia sacramentalis non requirit aliam dispositionem praecedentem : quia non includit intrinsece in sacramento pœnitentiæ nisi ornatum per modum actus primi, el spiritualem sanationem per modum actus secundi ; quorum neutrum prærequirit aliquam dispositionem praviam ad recipiendum, licet ornatus sit dispositio pravia sanationi, non quidem passiva, scdactiva.—Tertiumdubium est cum dicit quod talis ornatus non est necessarius in habente contritionem.

(a) rntn·. — Om. Pr
(δ) manrni. — *ordmnnt* Pr.

(») a verbo ip«i» unque ad corrumpitur, om. Pr.

Hoc enim non est universaliter verum : quia, licet sine tali ornatu possit induci gratia gratum faciens, si adsit contritio, non tamen gratia sacramentalis integra, nec ita intensa gratia gratum faciens, sicut cum isto ornatu, nec ita perfecta remissio peccati quoad culpam et reatum et peccati reliquias. — Quartum dubium est de isto ornatu : utrum sit manens, vel transiens? Constat enim quod, si ponendus sit in sacramento pœnitentia', ille non sempet transit, nec desinit, transeunto sacramento exteriori; alias nunquam cessante fictione haberet eflectum transeunte sacramento, ut dictum est, dist. 17; quia ideo, secundum sanctum Thomam, ficte communicans, recedente fictione, non recipit eflectumsacramenti Eucharistiæ, quia sacramentum illud in accedente ficto nihil relinquit, quod postea possit operari, recedente fictione. Ideo ornatus qui imprimitur in sacramento pœnitentiæ, non slatim transit, sicut ornatus Eucharistiæ; sed quandoque durat per magnum tempus, donec recesserit fictio, et gratia sacramentalis completa sil, et gratia gratum faciens sit infusa. Et tunc verisimile est quod cessat : quia, si adhuc duraret, tunc semper regulariter in secunda absolutione major gratia infunderetur, vel per plures gradus et intensiores augeretur quam in prima, supposito quod gratia prima non fuerit interrupta per peccatum. Tenet consequentia: quia ibi concurrerent duae dispositiones ad gratiam, scilicet primus ornatus adhuc durans, et alius novus ornatus, vel novi gradus superadditi primo; et sic, si in prima absolutione accepit quatuor gradus gratiæ, in secunda accipiet ad minus quinque, et in tertia sex,et sic de aliis; quod est falsum.— Quintum dubium est : utrum ornatus unius sacramenti, puta pœnitentiæ, sit ejusdem speciei cum ornatu alterius, puta extremæ unctionis, vel Eucharistiæ? Et dicendum quod non : quia gratiæ sacramentales sunt specifice distinctæ; tales autem ornatus sunt essentiales paries gratiarum sacramentalium, ul dictum fuit.— Cælera dicta Petri possunt stare in veritate.

III Ad aliud argumentum. — Ad ultimum (a) respondet Petrus (dist. 14, q. 1), dicens quod « poenitere de peccato ad expiationem, ul vitetur gehenna el halieatur gloria, et cum proposito confitendi, non est de jure naturali, quo hæc sunt ignota, sed divino, quo hæc sunt revelata. » — ℔a ille.

Ad argumentum contra quæstionem, patet responsio per pradicta in probationo secundæ conclusionis; quia ibi continetur ejus solutio.

Et hæc de quiestionc sufficiant. De qua benedicius Deus. Arnen.

(a) w/limwm. — *quartum* Pr.

QUÆSTIO II.

UTRUM PECCATA PER PŒNITENTIAM DIMISSA Di ALIQUO CASU REDEANT IS EO QUI RECIDIVAT

circa eamdem distinctionem, quæritur : Utrum peccata per pœnitentiam dimissa in aliquo casu redeant in eo qui récidivât.

Et arguitur quod sic. Quia ponatur quod aliquis, post veram contritionem de peccatis præteritis, cadat in peccatum, et moriatur statim; constat quod ad infernum descendit. Ergo de peccatis quæ erant sibi dimissa, ibi punietur; cum non sil sibi lota pœna remissa. Ibi enim punietur ætemaliter, quia in inferno nulla est redemptio. Ergo similem reatum incurrit ei quem antea habebat. El ita videtur quod in isto casu peccata dimissa redeant. El similis est ratio de illo qui confessus est, et non satisfecit plenarie.

In oppositum arguitur. Quia nullus incurrit peccati maculam, vel reatum, nisi ex commissione ipsius peccati. Sed pœnitens, antequam (a) faceret simplicem fornicationem, non hal>ebat maculam vel reatum homicidii, quod sibi jam dimissum erat; nec postea fornicando homicidium committit. Ergo non redit in homicidium sibi dimissum, quantum ad culpam, neque quantum ad mtum.

In hac quaestione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod nullum peccatum per pœnitentiam semel dimissum, nunquam redit in se idem numero quoad identitatem actus.

Secunda conclusio est quod nullum peccatum per pœnitentiam dimissum, redit Idem numero quoad Identitatem ℭulpa vel ℜacula

Tertia conclusio est quod nullum precatum semel per pœnitentiam dimissum, redit Idem numero quoad identitatem reatus.

Quarta conclusio est quod peccatum per pœni-

(i) *antequam.* — *quamquam* Pr.

tentlam dimissum, potest redire, non in se, sed in euo effectu.

Has quatuor conclusiones ponit sanctus Thomas, præscnti distinctione, q. I, art. 1, ubi sic dicit : ‹ Aliquo modo peccata redire oportet dicere»; quia hoc auctoritates expresse dicunt. Quidam ergo simpliciter hoc concesserunt in omni qui jiatilur recidivum. Nec fuit intentio eorum «licere quod actus illo peccati idem numero revocaretur, vel eadem numero macula, qua? priu- ablata fuerat per poenitentiam: quia quod omnino in nihilum decidit, idem numero resumi non potest. Sed ita est quod, sicut pei |M?ccata commissa aliqüis impediebatur, ante peractam pnuiitentiam <!e eis, ne gratiam a Deo reciperet; ita eisdem impeditur, postquam a statu pœnitentiæ decidit per peccatum mortale quo récidivât. Sic enim dicitur peccatum manere quantum ad culpam, inquanlum ex actu qui jam pneleriil, impcilitur quis a ğratia receptione sicut a quodam obstaculo posito inter Deum el animam; remitti nutem quoad culpam, «piando ratione actuum praetentorum aliquis a gratia non privatur. — Sed hæc opinio non potest stare : quin ad causandum tenebras utrumque duorum per m? sufficit, scilicet indis|»ositio recipientis, el positio obstaculi; unde, si tenebro debeant amoveri, oportet et indis|Msitionem tolli, el obstaculum amoveri; el ita pœnitentia, quæ tenebras peccati tollelial, non solum tollelmt indispositionem quæ erat in anima ad gratiam suscipiendam, sed etiam removebat obstaculum procedentis peccati, non quidem quod actus ille non processerit, sed quod non halieret vim impediendi gratiam actus procedens; quæ quidem vis actui prodicto restitui non posset, nisi iteretur; quod est impossibili?. Et ideo non |>otesl dici quod prodicto modo peccata quoad maculam redeunt. — El ideo alii dixerunt quod non redit]>eccatum dimissum per quodlibel |>eccatum sequens, >ed per quatuor tantum : scilicet |K?r odium fraternum, per apostasiam a fide, et per contemptum confessionis. el per hoc quod aliquis dolet se pœnituisse. Unde fecerunt versus *Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri, Poeniluitso piget; pristina culpa redit.* — Sed hæcopinio minus habet de ralione quam prima : quia non potest assignaro causam quare per hæc quatuor peccata redeant peccata ita dimissa magis quam per alia, cum etiam alia contingat quandoque esse graxiora; nisi quod ex auctoritatibus et quibusdam rationibus frivolis ducebantur ad dicendum quod per hæc peccata redirent jieccala dimissa, et videbatur absurdum quod per omne peccatum sequens peccata procedentia redirent. Nec sufficit quod dicunt, quod Deus dimittit peccata sub conditione ɤitandi ista quatuor : quia causa sufficiens educit effectum suum absolute, nihil expectans a futuro; gratia autem et passio Christi, ex cujus virtute sacramenta habent efficaciam, sufficientissime se habent ad omnem culpam delendam. El proteren nulla ratio est quare magis sub conditione vitandi hæc peccata, priora remittantur, quam sub conditione vitandi alia; cum omne peccatum contrarietur gratiæ, per quam iit remissio peccatorum. — Et ideo dicendum cum aliis, quod aliquid jvotebt redire dupliciter. Vel in se; et sic peccata dimissa nullo modo redeunt quoad .naculam, et per consequens nec quantum ad reatum. Vel in suo effectu; et hoc modo peccata dimissa redeunt, inquantum ex peccatis dimissis aliquid in sequentibus relinquitur. Ex hoc enim quod homo Deum per peccatum offendit ρo-'t remissionem procedentium peccatorum, quamdam deformitatem magnitudinis vel ingratitudinis actus peccati sequentis acquirit. El ideo dicitur communiter quod redeunt quoad ingratitudinem. » — Hæc ille.

Hem, 3 p., q. 88. art. 1, sic dicit : « In jieccalo mortali sunt duo, scilicet aversio a Deo, et conversio ad bonum creatum. Quidquid autem est aversionis in peccato mortali, secundum se consideratum, est commune omnibus peccatis mortalibus : quia per quodliliet peccatum mortale homo avertitur a Deo. Unde, per consequens, macula, quæ est per privationem gratia?, el reatus pœnæ ǽterna communia sunt omnibus peccatis mortalibus. Et secundum hoc intelligilur illud quod dicitur, Jacob. 2(v. 10): *Qui offenderit in uno, factus est omnium reus.* Sed ex parte conversionis peccata mortalia sunt diversa, el inteidum contraria. Ergo inde manifestum est quod ex parte conversionis peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita; alioquin sequeretur quod homo per peccatum prodigal itatis reduceretur in habitum vel dispositionem avaritia.· prius aliolitæ; el sic contrarium esset causa sui contrarii; quod est impossibile. Sed considerando in peccatis mortalibus id quod est ex parte aversionis absolute, per peccatum mortale sequens redit illud qtiod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem, inquantum per jæccatum mortale sequens homo privatur gratia, cl fil reus pœnæ æterna?, sicut el prius erat. Verum quia aversio in peccato mortali ex conversione quodammodo causatur, ideo diversitas conversionum quodammodo diversitatem aversionum inducit per comparationem ad diversas conversiones sicut ad diversas causas : ita quod, sicul est alia conversio, ita et alia macula, et alius reatus, prout consurgit ex alio actu peccati mortalis. Hoc ergo in quaestione vertitur : Utrum macula et reatus pœnæ æternæ, secundum quod causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeant |ier peccatum mortale sequens? Quibusdam ergo visum est quod simpliciter hoc modo redeant. Sed hoc non polesl esse : quia opus Dei peropus hominis irritari non polesl; remissio autem priorum peccatorum I est opus divinæ misericordæ; unde non potest irri-

lari per peccatum sequens, quod est opus hominis, secundum illud *Homanor.* cap. 3 (v.3; : *Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit* (x)? Et ideo alii ponentes jieccata redire, dixerunt quod Deus non remittit peccata pœnitenti postmodum peccaturo, secundum praescientiam,sed solum secundum pnesentem justitiam : præscit enim eum pro his peccatis icternalitor puniendum, et tarnen per gratiam facit eum pnrscntialiler justum. Sed nec hoc stare potest : quia, si causa absolute ponatur, et effectus ponitur absolute; si ergo absolute non fleret remissio peccatorum, sed cum quadam conditione in futurum dependente, per gratiam et gratia· sacramenta, sequeretur quod gratia et gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum; quod est erroneum, utpote derogans gratiæ Dei. Et ideo nullo modo potest esse quod macula et reatus peccatorum pnccedentium redeant, secundum quod ex talibus actibus causabantur. Contingit autem quod sequens actus peccati virtualiter continet reatum prioris peccati, inquanlum scilicet aliquis secundo peccans ex hoc ipso videtur gravius peccare quam prius peccaverat, secundum illud *Homanor.2* (v. 5), *Secundum duritiam tuam cl cor impomitens, thésaurisas tibi iram in die irse,* ex hoc solo scilicet quod contemnitur Dei bonitas, quæad pœnitentiam exspectat. Multo autem magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati secundo peccatum iteretur (6), quanto majus est beneficium peccata dimittere quam sustinere pacatorem. Sic ergo per peccatum sequens pœnitentiam redit quodammodo reatus peccatorum dimissorum prius, non inquanlum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquanlum causatur ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed secundum quid, inquanlum m.ilicei in peccato sequenti continentur. » — Hæc ille.

Ex quibus possunt formari rationes pro qualibet conclusione. Et ideo, pro prima, arguitur sic : Actus liberi arbitrii, post sui definitionem el cessionem in nihilum, non polesl redire virtute errata idem numero. Sed, si peccatum dimissum rediret idem numero quoad actum, hoc non posset fieri nisi per illum modum impossibilem. Ergo, etc. — Pro secunda conclusione, arguitur sic : Si peccatum semel dimissum rediret in se quoad maculam vel culpam, rediret quoad suam vim. Sed secundum est impossibile. Ergo et primum. — Hem, opus Dei non potest irritari per opus hominis. Sed, si peccatum dimissum rediret quoad maculam, opus Dei irritaretur per opus hominis. Ergo, etc. — Pro tertia conclusione, arguitur sicut pro secunda. — Pro quarta, arguitur sic : Illud peccatum dicitur redire in suo effectu, per cujus remissionem aliquid relinquitur in peccatis sequentibus. Sed peccatum |»er pœnitentiam dimi»um, aliquid relinquit in peccatis post remissionem sequentibus. Ergo, etc.

El in huc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1.— CONTIIA PÎUMAM CONCLUSIONEM

Argumentum Petri de Palude — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra cundusiones. El quidern contra primam arguit Petrus de Palude (dist. 22. q. I), dicens : Clarum est quod per solum hominem, vel natui.im, corruptum idem numero non redit, 2. *de Generatione* (t. c. 70), Sal, supposito quoi substantia actus peccati sila Deo, et supposito quoi Deus idem numero corruptum possit reparare, sive sit manens, sive transiens, tunc, si solus Deus illud repararet, esset idem numero quod prius materialiter. Sed illud quod prius erat peccatum, nunc non esset peccatum : quia prius erat]>eccatum inquantum producebatur contra debitum, ab homine, non inquantum a Deo, qui ad nihil tenetur; nunc autem non producitur ab homine, sed a solo Deo, ut supponitur. Et sic potest a Deo idem peccatum numero redire, non ut jieccahim, sed ul actus. Si autem Deus illum eumdem actum numero re|>araret, homine coagenle, totum esset idem numero secundum materiam; sed essent (x) duo peccata secundum formam; sicul, si. homine secundo generante, Deus redderet «undem animam numero quam prius in eadem materia, esset idem numero illius, sed essent duæ generationes, el duæ nativitates. Sed quia, peccatore récidivante, non est credendum Deum miracula facere, ut simul sint o]»cra l'uci et opera tenebrarum, ideo simplici 1er dicendum est quod non redeunt quoad essentiam. Si autem a solo Deo idem bonum opus numero repararetur, non esset hominis meritum, jKiliondo in reprato, sicut fuit in primo. Si autem repararetur, homine coopérante, lune essent duo merita, el unus actus; quamvis sit dubium utrum creatura, quæ non potest cooperari in creatione, possit cooperari in reparatione. Et quidem de reparatione substantia· certum est; quia ibi actio hominis terminatur ad novam qualitatem. Sed de reparatione qualitatis, quod sit nova actio hominis, et non uovuin actum, est difficile, nisi ul in intensione et remissione. — Ikec Petrus.

( ) *evacuabit.* — *rvacuavit* IT.
( ) *iteretur.* — *iCeraretur* Pr.

(a) *estent.* — *erunt* Pr.

§ 2. — Contra secundam et tertiam CONCLUSIONES

I Argumenta Scoti. — Contra secundam el tertiam conclusiones arguit Scolus (dist. 22, q. 1), probando quod peccatum dimissum potest redire idem numero quoad reatum eumdem, qui est obligatio ad pœnam. Quia Deus potest obligare istum pro B instanti ad eamdem pœnam quam pro Λ instanti; et iste potest obligari ad eamdem, et per consequens habere eumdem reatum. Et vuco A et B instantia inter quæ cadit tempus medium, in quo non est sic obligatus. Antecedens probatur : quia voluntas mea jxitesl hoc velle non ordinare ad poenam sub conditione, si iterum non offendat, el, si iterum offendat, velle eum ex tunc ordinari ad eamdem pœnam.

Si dicas quod in hoc voluntas mea non est justa, el, per consequens, simile non potest competere divinæ voluntati; — Contra : Caus. 12, q. 2, can. *Episcopus qui mancipium* (a), servus manumissus, propter ingratitudinem, pœnæ iterum servitutis (6) juste subjiciatur. Ergo sic in proposito.

Dicetur quod ista ratio non probat quod eadem numero redeat obligatio, licet redeat obligatio ad eamdem pœnam. Ilie enim sunl diverse obligationes ad eamdem pœnam. — Confirmatur. Quia volitio Dei ad infligendum ei pœnam pro A ei pro B, non est eadem, sed alia et alia volitio divina secundum rationem, licet sil eadem secundum rem : est enim aha et alia volitio divina secundum rationem (γ), secundum diversitatem objectorum. — Contra. Si non pœniteret tempore intermedio, maneret obligatio non tantum ad eamdem pœnam, sed eadem obligatio. Sed quidquid Deus potest circa creaturam, manente aliqua continuatione, quænihil est illius volili, potest, illo circumscripto; quia illud non est de essentia illius volili. Ergo, etc. — Item, actus divinus non dependet a peccato extrinseco illius recidivantis. Ergo potest Deus, de potentia absoluta, reducere obligationem istius ad eaindom pœnam quam prius, et etiam eamdem obligationem. Et ita eodem modo (pio (o) peccatum remanet |>ost actum, quia non est nisi obligatio ad pœnam, potest, de potentia Dei absoluta, peccatum idem redire, non solum in récidivante, sed etiam in non récidivante. — Hæc Scolus, in forma.

II. Argumentum Durandi.— Contra easdem potest aigui, quoad hoc quod non plene distinguunt de reatu. Quia, sicut dicit Durandus (dist. 22. q. 1), distinguendum est de pœna peccato debita , quæ est duplex : una, quæ dicitur pœna damni, quæ consistit in sola carentia gratiæ et gloriæ; alia est pœna sensus, quæ includit dolorem mentalem de amissione visionis divinæ, el remorsum vel vermem conscientiae, et pœnam ignis ǧehenna Loquendo de prima pœna, dicendum est quod per sequentem culpam redeunt omnia peccata prius dimissa, quoad pœnam damni eis debjtam : quia per eam æqiie privatur homo gratia et gloria, sicut per omnia praecedentia peccata. Omnia enim peccata mortalia in hoc habent connexionem quod avertunt a Deo, et per consequens privant gratia et gloria; propter quod æqualis est effectus unius sicut omnium, quantum ad hoc; et sic loquitur Jacobus in canonica sua, dicens (cap. 2, v. 10) quod *qui offenderit in uno, factus est omnium reus.* Loquendi autem de pœna sensus, quantum ad eam non redeunt peccata prius dimissa, nisi secundum quid : quia homo non est debitor tanta» pœnæ ut prius; est tamen debitor aliquantulum majoris pœna' quam si peccata praecedentia non fuissent dimissa, propter ingratitudinem, quæ est in peccato sequenti. — Hæc ille.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad argumenta contra primam CONCLUSIONEM

Ad argumentum Petri de Palude. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. Et quidem, ad ea quæ Petrus objicit contra primam conclusionem, dicitur quod illud quod Pelrussecundo loco supponit, est dubium, scilicet utrum Deus quodlibet corruptum vel annihilatum possit idem numero reparare; praesertim loquendo de molibus el actionibus quæ temjiore continuo mensurantur, et ad quorum unitatem et identitatem numeralem continuitas sine interruptione requiritur. De hoc sanctus Thomas, quarto *Quodlibeto,* art. 5, sic dicit : α In his quæ in nihilum redigi possunt, est quædam differentia attendenda. Quædam enim sunt, quorum unitas in sui ratione habet durationis continuitatem, sicut patet in motu et tempore. Et ideo interruptio talium indirecte contrariatur unitati eorum secundum naturam. Ea vero quæ contradictionem implicant, non continentur sub numero Deo possibilium; quia deficiunt a ratione entis. Et ideo, si hujusmodi in nihilum redigantur, Deus illa non potest eadem numero reparare : hoc enim esset facere contradictoria simul esse vera; puta si motus interruptus esset unus.

(·) Caui. 12. *q.* 2. can. Episcopus qui mancipium. — 12. *q* 2, Episcopus Pr.
(4) irrvUuM. — *territio* Pr.
(γ) a verbo *licet* usque ad *rationem,* om. Pr.
(£) quo. — cum Pr.

Aha vero sunt, quorum unitas non habet in sui ratione coidinuitatem'dundionis, sicut unitas rerum permanentium, nisi per accidens, inquanlum eorum esse subjectum est motui : sic enim el mensurantur hujusmodi tempore, el eorum esse est unum et continuum, secundum unitatem et continuitatem temporis. Et quia naturale agens non potest ista producere sine motu, inde est quod naturale agens non potest hujusmodi reparare eadem numero, m in nihilum redacta fuerint vel si fuerint (a) secundum substantiam corrupta (δ). Sed Deus potest hujusmodi reparare sine motu : quia in ejus potestate est quod producat effectus sine causis mediis; el ideo potest ea eadem numero reparare, etiamsi in nihilum elapsa fuerint, a — Hæc. ille.— Ex quibus patet quod, secundum mentem ejus, nullus motus, vel actus successivus, potest idem numero reparari. Secus est de actibus non successivis, sed permanentibus. Et de illis forte vera sunl dicta Petri, quod, si Deus talem actum, qui prius fuit peccatum, dum fiebat ab homine, repararet, non coagente homine, nec illum conservante, jam non rediret in esse peccati, sed quoad suam essentiam. De hac materia, utrum corruptum vel annihilatum possit idem numero reparari, forie dicetur latius, dist. 43 hujus *Quarti.*

§ 3. — Ad argumenta contra secundam ET TERTIAM CONCLUSIONES

I. Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra secundam el tertiam conclusiones, dicitur primo, quod post peccati dimissionem quoad maculam ct offensam, vel culpam et reatum, posset Deus iterum obligare illum cui peccatum sic dimissum erat, sive recidivet, sive non, ad eamdem pœnam ad quam prius obligatus erat ante peccati dimissionem.

Dicilur secundo, quod, etiam in illo casu, potest reparare eamdem numero obligationem. quæ prius end respectu ejusdem pœnæ. Et hoc bene probant argumenta sua.

Dicitur tertio, quod illa obligatio sic reparata, non esset proprie reatus, nec haberet rationem reatus, ut nunc de ipso loquimur : quia non quæcumque obligatio ad pœnam habet rationem reatus, sed illa solum quæ est effectus alicujus peccati; talis autem obligatio, in casu illo, non esset effectus alicujus peccati, sed solius Dei; ideo non esset proprie reatus; sicut nec privatio ❡ratia habet rationem maculæ, nisi causetur ex peccato. De hac materia, sicut alias (γ) recitatum est diffuse, tractat sanctus Thomas, 1· ❡2 q. 8(1, art. 1, in solutione tertii, dicens : « Macula non est aliquid positive in anima, sed significat privationem quamdam nitoris animæ in ordine ad suam rausam, quæ est peccatum. Et ideo diversa peccata diversas maculas inducunt. Et est simile de umbra, quæ est privatio luminis ex objectu alicujus corporis; et secundum diversitatem corporum objectorum diversificantur umbra. › — H.rc ille. — Item, q. 87, art. 1, arguit sic, secundo loco : « Malum non est causa boni. Sed pœna est bona, cum sit justa, et a Deo. Ergo non est effectus peccati, quod est malum. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod pœna quidem justa es?» potest, et a Deo, et ab homine inflicta. Unde ipsa pœna non est effectus peccati directe, sed solum dispositive. Sed peccatum facit hominem reum esse pœnæ; quod est malum. Dicit enim Dionysius, 4 cap. *de Divinis Nominibus,* quod *puniri non ❡ malum, sed fieri pœna dignum.* Unde reatus pœnæ directe ponitur effectus peccati. › — Hæc ille. — Item, art. 6, dicit quod, cessante macula peccati, non remanet reatus secundum eamdem rationem quam prius, quia non pœnæ simpliciter, sed satisfactoria?, Item, 2. *Sentent.,* dist. 42,q. I, ari. 2, in solutione quarti argumenti,' sic dicit : ‹t Privatio gratiæ non habet rationem macula' nisi secundum quod ex actu precedente inducitur. Et ideo secundum diversitatem actuum sunl etiam diverra maculæ. Quamvis enim quolibet actu peccati mortalis quælibet virtus privetur, non tamen eodem modo; sed actu luxuria? castitas per se privatur, et aliæ virtutes ex consequenti, secundum quod sunl castitati ❡nnexa per furtum autem actus juslitiæ per se, et aliarum virtutum ex consequenti ; et sic de aliis. El ideo non oportet quod omnium peccatorum sil una macula, vel unus (a) reatus. » — Hæc ille.— Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : ‹ Causa proxima rvalus est ipse defectus per actum peccati inductus; actus vero est sicut causa remota; unde non oportet quod, transcunte actu, reatus ❡ranseat. — Hæc ille. — Quis autem sil ille defectus in quo fundatur reatus, ostendit, ibidem, in solutione quinti, dicens : « In peccante sunt duo defectus : unus, qui est in ipso actu peccati, secundum quod aliquis limites legis divinæ el rationis reclæ transgreditur; alius est in ipso peccante, privatio virtutis ex priori defectu actus inducta. Quamvis autem cum aliquis gratiam recuperat, secundus defectus tollatur, non tamen ex toto primus sublatus est : quia oportet ut quantum voluntati suæ obedivit prater legem Dei, etiam in contrarium recompenset, ut sic juslitiæ servetur æqualitas; el ideo, post gratiam recuperatam, injungitur satisfactio, el est homo adhuc reus temporalis jxænæ. n— Hæc illo. — Consimilia dicit, ❡·2 ubi supra ultimo allegatum est (q.87, art. G):

(a) *vrl ii fuerint. — Om.* Pr.
(C) *corrupta. — corruptam* Pr.
(γ) Cfr. 4. *Sentent.,* diet. II, q. I, art. 3, § 3, I.
(i) urn/ı. — Om. Pr.

< Actus, inquit, peccati facit hominem reum pœnæ, inquantum transgreditur ordinem divinæ justitiæ, ad quem non redit nisi per quamdam recompensationem pœnæ, quæ ad aequalitatem justitiæ reducit, etc. > Item, art. 1, dicil quod ex hoc fit homo reus pœnæ, quia pervertit per peccatum aliquem ordinem, < dum agit contra rationem, et contra legem humanam, el contra legem divinam. Unde tnplicem pœnam peccans incurrit : unam quidem aseipso, quæ est conscientia! remorsus; aliam vero ab homine; tertiam a Deo. > — Ex quibus omnibus apparet quod persolius Dei actionem peccatum prius dimissum non potest in se redire quoad eumdem reatum numero qui prius fuit : quia, si obligatio eadem numero, el ad eamdem pœnam quam prius, per solius Dei actionem redeat, nullo modo eoagente nec concausante aliquo peccante, alia obligatio a solo Deo causata non habet rationem reatus, proprie loquendo.

Dicitur quarto, quod ratio in oppositum prædiclorum adducta non valet, qua dicit : Si non pœniteret tempore intermedio, maneret eadem obligatio, etc. Hoc siquidem non valet. Tum quia interruptio peccati per poenitentiam, facit quod ipsum a cætcro non possit causare reatum, sicut ante poenitentiam causal>at; nec Deus sine peccato concausanto polest causare reatum. Tum quia, dato quod Deus eamdem obligationem numero repararet, non tamen sequitur quod reparet reatum, ut dictum est : quia reatus aliquid aliud connotât et importat. Tum quia continuatio actus, vel motus, vel peccati, vel reatus, non nihil est actus, aut motus, vel hujusmodi : quia, sicut dictum est, continuatio motus est de ratione unitatis vel identitatis numeralis ipsius; ct sic aliquo modo pertinet ad ipsum, in primo, vel secundo, aut alio modo perseitatis, etsi non ad ejus essentiam, tamen ad ejus identitatem numeralem, ut patel 5. *Physicorum* (t. c. 41). Tum quia, si arguens intendat sic arguere : *Quidquid potest Deus producere cum causa secunda, potest producere sine illa; sed reatum potest producere cum causa secunda; ergo,* etc.; — dicitur quod est fallacia figure dictionis, quia mutatur *quid* in *ad aliquid,* cum reatus implicet respectum nd peccatum ut ad suam causam.

Ad secundam rationem ibidem adductam, patet responsio per prædicta. Dato enim quod actus divinæ voluntatis non dependeat a peccato extrinseco, nec in essendo, nec in causando ; tamen reatus sic dependet a peccato, quod non potest fieri, nec esse, nisi causetur partialiter a peccato. Peccatum autem quod cessit in nihilum, nec potest per quamcumque potentiam quoad culpam reparari, non potest causare totaliter nec partialiter novum reatum, et multo minus reparare prius deletum. Et ideo actus divinæ voluntatis non potest reparare reatum prius deletum : dato quod posset reparare l omnem obligationem a se solo causatam in peccante; secus est de indignitate et deordinatione quæ se tenet mere ex parte peccantis, quæ proprie dicitur demeritum pœnæ.

Et hæc sufficiant ad objecta Scoti.

II. Ad argumentum Durandi.— Ad objecta Durandi, dicitur quod per peccata sequentia nunquam redit ille idem nurnero reatus pœnæ sensus, nec pœnæ damni, qui causabatur ex peccatis prius dimissis; licet possit redire æqualis reatus pœnæ damni, causatus ex sequentibus peccatis; ut ostensum est, in probatione conclusionum, ex dictis beati Thomæ, 3 p. ; et in 1· 2æ, el 2. *Sentent.,* in responsione ad objecta Scoti. — Super hoc Petrus de Palude sic dicit (dist. 22, q. 1) : < Peccata dimissa aliquo modo (a) redeunt quoad pœnam damni : quia illam aequaliter patitur moriens in uno mortali,sicut moriens in omnibus quæ unquam fecit. Nisi diceretur sic: quod, sicut pœna damni non habet dolorem in pueris, quia non habent remorsum quod hoc sit propter suum peccatum, licet in purgatorio sic, quia sciunt propter peccatum suum se carere illo bono; sic damnati tanto amplius affliguntur carentia bealitudinis, quanto sciunt se propter plura |>eccata et graviora illam incurrisse.)› — Hæc Petrus, et bene.

Ad argumentum pro quæstione (β), respondet sanctus Thomas, in præsenti distinctione, q. 1, art. 1, in solutione quinti, ubi sic dicit : α Dicendum quod pro illa parte pœnæ quæ sibi dimissa fuerat in confessione, vel contritione, nunquam punietur, sed pro residua, in aeternum tamen, ut quidam dicunt : quia, ratione fori in quo punitur, æterna pœna sibi debetur; sicul est de venialibus, quæ in purgatorio puniuntur pœna temporali, ct in inferno æterna. Sed hoc non videtur simile : quia veniale ideo in inferno æternaliter punitur, quia semper manet, cum non sit ibi aliquid quod culpam possit delere; sed pœna ex hoc ipso quod solvitur, expiatur. Et ideo dicunt alii, quod pœna cujus est aliquis debitor post culpam remissam, in inferno punietur temporaliter. Nec propter hoc sequitur quod sil in inferno redemptio : quia pœna quæ solvitur, non redimitur. Nec est inconveniens quod, quantum ad aliquid accidentale, pœna inferni minuatur usque ad diem judicii, sicut etiam augetur. d — Hæc ille. — Et consimiliter respondet Durandus(dist.22, q. I,ad3um) ad illatn rationem.

Sed contra hanc solutionem arguit Petrus de Palude (dist. 21, q. 1), ex intentione, probans hanc conclusionem : quod pœna debita peccato mortali, seu veniali, etiam hic dimisso quoad culpam, non polest expiari in inferno. Quam probat:

(s) *aliquo modo — aliquando* Pr.
(6) *quxitione. — concluiione* Pr.

Primo. Quia pœna quæ nunquam est Deo accepta, nunquam est Deo satisfactoria.

Secundo. Quia sicut gaudium Sanctorum, sive essentiale, sive accidentale, ut aureola, non habet finem; sic nec pœna malorum, sive ȩssentiali quæ est pro mortali, sive accidentalis, quæ est pro veniali.

Tertio. Quia, si homo esset obligatus ad pecuniam certi valoris, solvendo pecuniam nulliu» valons, vel non tanti, nunquam liberaretur. Et sic est hic : quia valor satisfactionis esi ex charitate. Ideo, etc. Et si pœna est finita perse, potest tamen esse infinita ex supervenienti. Unde, sicut pœna peccati mortalis, propter poenitentiam, de æterna Iit temporalis; sic, e converso, pœna venialis, propter impoenitentiam et mortalis concomitant iarn, fit æterna. Et ideo, sicut in coelo æternum erit gaudium de bonis naturae, etiam factis in mortali, quibus non debetur cœlum per se; sic et in inferno æternus erit dolor de venialibus peccatis, quamvis eis per se non debeatur infernus.

Quarto arguit, decima quinta distinctione hujus, ut ibidem (q. 1, art. 3) in parte recitatum fuit. Quia non est satisfactio, nisi grata et accepta. Non est autem grata, qüœ non est gratia informata. Si dicatur quod Deus non retractat illud quod semel acceptavit, etc. Quære ubi supra (a).

Quinto arguit. Quia non minoris valoris debet esse pecunia de qua solvitur debitum, quam illa de qua emitur alienum. Sed per nullum opus jiotest homo mereri cœlum, nisi sit factum in gratia. Ergo nec solvere pœnam, etc., ut supra (6).

Sexto potest argui. Quia sanctus Thomas, decima quinta distinctione hujus, q. 1, ait. 3, q,B2» sic dicit : « Quidam dixerunt quod postquam omnia peccata per poenitentiam in contritione dimissa sunt, si aliquis ante satisfactionem peractam in peccatum decidat, el in peccato exsistens satisfaciat, quod talis satisfactio ei valeat : ita quod, si in peccato illo moreretur, in inferno de illis (æccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse, etc. p. ut decimaquinta distinctione (q. **I**, art. **I**, conci. 3), recitatum est. Item, ibidem, arguit sic, quarto loco: α Satisfactio in quadam adæquatione pœnæ ad culpam consistit. Sed talis adæquatio pœnæ ad culpam potest fieri etiam in eo qui charitatem non habet. Ergo, etc. a Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, **inquit**, quod non potest fieri adæquatio sufficiens, neque secundum divinam acceptationem, neque secundum æquivalentiam. Et ideo ratio non sequitur, n — Hæc ille. — Ex quibus patet quod nulla pœna extra charitatem tolerata, est satisfactoria pro peccato mortali remisso quoad culpam, non sublato reatu. Nec talis reatus pœnæ temporalis restans post remissionem culpæ, potest expiari in hoc sæculo per quantamcumque, qualcmcumque, quamcurnque pœnam voluntarie assumptam in peccato mortali. Ergo multo minus quæcumque, vel quantacumque, vel qualiscumque pœna in inferno, extra charitatem, contra voluntatem tolerata, potest expiare reatum pœnæ temporalis debitæ peccato mortali dimisso quoad culpam.

Septimo, et evidentius, potest argui ex dictis ejusdem, vigesimaprima distinctione hujus, q. 1, art. 2, in solutione tertiæ quæstiunculæ. Nam minus videretur quod reatus pœnæ peccati \enialis dimissi in hoc suculo quoad culpam, esset inexpiabilis in inferno, propter superveniens peccatum mortale, quarn reatus peccati mortalis in hoc sæculo dimissi quoad culpam. Sed primus, secundum eum, non est expiabilis in inferno. Ergo nec secundus. Minor probatur: quia, ibidem, sic dicit : ‹ Culpa non potest ordinari nisi per pœnam; et (x) quia Deus nihil inordinatum relinquit, ideo nunquam culpam sine pœna dimittit. In illis autem qui damnantur, non potest aliqua culpa dimitti, nec aliquis reatus tolli, cum charitate careant, per quam et culpa purgatur, et reatus tollitur. Et ideo culpa venialis in eis semper manebit, vel ejus reatus, si etiam, ante peccatum mortale, veniale dimissum fuisset quantum ad culpam, remanente reatu. Et ideo damnati de venialibus ætemaliter punientur. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit: « Damnati carent charitate et gratia, cujus virtute culpa purgatur, et reatus. Et ideo eorum culpa, vel reatus, per pœnam expiari non potest. Et sic patet quod venialia |>er accidens habent, mortalibus adjuncta in damnatis, quod non sunt lignum, fœnum, stipula. › — Hæc ille. — Ex quibus manifeste **apprêt** quod responsio quam dat in praesenti distinctione ad argumentum pro quæstione (ζ) factum, repugnat dictis ejus in aliis locis prima facie. Ideo videtur dicendum quod in inferno nullus reatus po?næ debitæ peccanti post dimissionem culpæ jxitest expiari, sive peccatum nunissum fuit mortale, aut veniale, ut bene probant praedicta.

Sed tunc restant duo dubia. Primum est : quomodo glossabilur aut sustinebitur praedicta responsio sancti Thomæ prius recitata? Secundum est : quomodo sustinebitur quod peccata dimissa non redeant, si |æccatum in hoc sæculo semel remissum quoad culpam et pœnam ælernain, postea in récidivante æternaliler in inferno puniatur?

Ad primum dubium, dicitur quo‹l illud dictum ultimum sanctus Thomas in praesenti distinctione et responsione dixit forte inadveitenter, non recolens de prioribus dictis suis in oppositum. Hoc enim

( ) Cfr. dist. 15, q 1, art. 3, § 2, П, ad 1«~.
( ) Cfr. ibid.

(a) rL — Om. Pr.
ÇU) çurj/iorti. — *conclusione* Pr.

facile contingit in tam longo opere, sicut est Scriptum 4. *Sentent.,* juxta illud Horatii, in Poetica : *Quandoque bonus dormitat Homerus, Verum opere* in *longo fas est obrepere somnum.* — Hæc ille. — Potest etiam dici quod sanctus Thomas illam ultimam responsionem non ponit tanquam propriam opinionem, sed tanquam recitans dicta priorum doctorum, prasertim magistrorum suorum, vel concurrentium. — Potest tertio dici quod, cum ipse loqueretur in illo articulo de reditu peccatorum dimissorum per poenitentiam quoad culpam et reatum pœnæ æternæ, ideo per illam responsionem, vel similia dicta, si qua reperiantur in libris ejus, non aliud intendit nisi quod pœnitens recidivans, de quo iit sermo in illo quinto aigumento, non punietur aeternaliter ex reditu primi reatus, qui abolitus est, vel commutatus in reatum pœnæ temporalis, nec ex secundo reatu, in quem primus commutatus est, vel successit primo, sed solum virtute tertii reatus causati per sequens peccatum mortale, quo reddivavit, et a statu pœnitentiæ decidit, et in quo mortuus est. Nec obstat quod dicit, quod pœna inferni ante judicium potest minui, etc. Hoc enim potest sane intelligi : non quidem quod ibi tollatur culpa, vel reatus pœnæ; sed quia damnati non semper recolunt de multis, quæ, dum actualiter cogitantur ab eis, inferunt eis dolorem quemdam accidentalem, et dum non actualiter cogitantur, non actu causant dolorem, sicut dicit Petrus de Palude, dist. 22. Et multis aliis modis potest ad illud dubium responderi, cum reverentia sancti Docturis; hoc adjecto, quod etiam Augustinus mulla quæ juvenis dixerat, retractavit; et similiter beatus Thomas, in Summa, mulla correxit, quæ juvenis dixerat in *Scriptis Sententiarum.* Ideo circa hoc non oportet multum ănxiari

Ad secundum dubium patet responsio per prodicta Petri, dist. 45 (q. 1, art. 3) recitata. Dicendum est enim ad illud argumentum, quod, in casu argumenti, recidivanti remissa erat jiœna æterna secundum prosentem justitiam, non autem secundum ætemarn Dei praescientiam.— Secundo, dici potest, secundum Petrum, quod ille praescitus non fuit absolutus a pœna æterna nisi sub conditione, scilicet si satisfaceret (α) in charitale in hoc sæculo, vel si in charitate et amicitia remittentis perseveraret. Et ita non sequitur quod reatus dimissus redeat. — Tertio, potest dici quod ille de quo fit sermo, punietur æternaliter, non tamen tam acerbe ac si peccata procedentia non fuissent dimissa; nec punietur pro primo reatu, nec pro secundo, directe et per se æternaliter; sed per accidens punietur aeternaliter, ex adjunctione tertii reatus, qui causatur ex ultimo peccato mortali. Et ita non sequitur quod peccatum semel per poenitentiam dimissum redeat, nec quoad culpam, nec quood reatum priorem ab illo procedentem immediate; sed solum in suo effectu occasional!, inquantum reatus sequentis peccati est gravior occasione procedentium dimisso rum, et procedens peccatum est occasio et causa per accidens vel remota, sicut materia vel objectum sequentis ingratitudinis in récidivante.

Et hæc de quæstione dicta sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

(e) *tatwfaetrel. — satisfactionem* Pr.

DISTINCTIO XXIII.

QUÆSTIO L

UTRUM EXTREMA UNCTIO SIT SACRAMENTUM

Ad vigesimamtertiam distinctionem iIuær'tur : Utrum extrema unctio sit sacramentum.

Et arguitur quod non. Quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita et ad catechumenos. Sed unctio quæ fit oleo ad catechumenos, non est sacramentum. Ergo nec extrema unctio, quæ fit oleo ad infirmos.

In oppositum arguitur. Quia sacramenta nihil aliud sunt quam quædam spirituales medicinae. Sed extrema unctio est quædam spiritualis medicina, quia valet ad remissionem peccatorum, ut dicitur, Jacobi 5(v. 14 el 15). Ergo est sacramentum.

In hac quæstione erunt 1res articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod extrema unciIo non est meram el purum sacrainentnle, sed sacramentum.

Hanc ponit sanctus Thomas, prodenti distinctione, q. 1, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens : α In his quæ Ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, ut baptismus; quædam sacramcntalia, ut exorcismus. Quorum hæc est differentia : quia sacramentum dicitur illa actio Ecclesiæ, quæ attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum; sed sacramentale dicitur illa actio, quæ, quamvis

non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam principalem actionem. Effectus autem principaliter intentus in administratione sacramentorum, est curalio morbi peccati, Isaia» 27 (v. 9) : *Hic est omnis fructus, ut tollatur peccatum.* Et ideo, cum ad hunc effectum pertingat extrema unctio, ut ex verbis Jacobi patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum, quasi ei annexum, constat quod extrema unctio non est sacramentale, sed sacramentum. » — Hæc ille.

Ex quibus patet in forma ratio pro conclusione.

Secunda conclusio est quod effectus principalis hujus sacramenti est remissio peccatorum quoad reliquias peccati, et ex consequenti ellam quantum ad culpam, si eam Inveniat.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 23, q. 1), art. 2, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens : « Quodlibet sacramentum est institutum principaliter ad unum effectum, quamvis etiam alios ex consequenti inducere possit. Et quia sacramentum efficit quod figurat, ideo ex ipsa significatione sacramenti debet accipi ejus principalis effectus. Adhibetur autem hoc sacramentum secundum modum cujusdam (a) medicationis, sicul kiptisinus per modum ablutionis. Medicina autem est ad expellendum infirmitatem. Unde principaliter hoc sacramentum est institutum ad sanandum infirmitatem peccati. Unde, sicul baptismus est quædam spiritualis regeneratio, et pœnitentia quædam spiritualis suscitatio; ita etiam extrema unctio est quædam spiritualis sanatio vel medicatio. Sicut autem corporalis sanatio vel medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritualis spiritualem. Et ideo hoc sacramentum non datur contra defectus quibus spiritualis vita tollitur, scilicet contra originale vel mortale peccatum, sed contra illos defectus quibus homo spirilualiler infirmatur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ gratiæ vel gloriæ. El hic defectus nihil aliud est quam quædam debilitas et ineplitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali. El contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo, ex consequenti, si inveniat aliquod peccatum mortale vel veniale quoad culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis; sicut etiam de Eucharistia et confirmatione dictum est. Et ideo etiam Jacobus de remissione peccati conditional! 1er loquitur, dicens (cap. 5, v. 15) : Si *in peccatis fuerit, dimittentur ei* quoad culpam. Tamen non semper delet peccatum, quia non semper invenit; sed semper remittit quoad debilitatem prædictam, quam quidam dicunt reiiquiaa peccati. Quidam vero dicunt quod est institutum principaliter contra veniale; quod quidem non potest, dum hæc vita agitur, perfecte curari (a); et ideo sacramentum exeuntium specialiter contra veniale ordinatur. Sed hoc non videtur verum : quia pœnitentia sufficienter in hac vita etiam delet peccata venialia quoad culpam. Quod autem non possunt evitari post peractam poenitentiam, non aufert precedent! pœnitentiæ suum effectum; et iterum hoc perlinet ad debilitatem praedictam. Unde dicendum est quod principalis effectus hujus sacramenti est remissio peccatorum quoad reliquias peccati; et ex consequenti, etiam qucul culpam, si earn inveñia b — Hæc ille.

Ex quibus potest formari duplex ratio, pro duplici parte conclusionis. — Pro prima namque arguitur sic: Ille est principalis effectus sacramenti, qui directe el principaliter significatur per sacramentum. Sed hoc sacramentum principaliter et directe significat medicationem infirmitatis ex peccato relictu». Ergo, etc. — Pro secunda arguitur sic : Omne sacramentum conferens gratiam non ponenti obicem, tollit culpam, si eam inveniat. Sed extrema unctio est hujusmodi. Ergo, etc.

Tertia conclusio est quod materia proxima hujus sacramenti est oleum per Episcopum consecratum.

Hanc ponit, ibidem, art. 3, in solutione secunde quæstiunculæ, dicens : « Quidam dixerunt quod oleum simplex est materia hujus sacramenti; et in ipsa sanctificatione olei, quæ iit per Episcopum, læriicitur sacramentum. Sed hoc patet esse falsum ex his quæ de Eucharistia dicta sunt, ubi ostensum est quod solum illud sacramentum consistit in consecratione materiæ. Et ideo dicendum quod hoc sacramentum in ipsa unctione consistit, sicut baptismus in ablutione; ct materia hujus sacramenti est oleum sanclilicatum. Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur sanctificatio materiæ in hoc sacramento, et in quibusdam aliis. Prima est, quia omnis efficacia sacramentorum a Christo descendit; el ideo sacramenta illa quibus ille est usus, habent efficaciam ex suo usu, sicut tactu suæ carnis vim rcgeneralivam contulit aquis. Sed hoc sacramento non est usus, nec aliqua corporali unctione. El ideo in omnibus unctionibus(6) requiritur sanctificatio materiæ. Secunda causa est propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur non solum ul tollat culpam, sed etiam reliquias peccati et infirmitatem corporis. Tertia est ex hoc quod effectus ejus, scilicet sanatio coqioralis, non causatur ex materiæ naturali proprietate; et ideo oportet

(σ) *cujutdam. — rju»dem* **Pr.**

(a) **curari. — causari Fr.**
(β) **unctionitao. — Om Pr.**

quod hæc efficacia sibi per sanctificationem detur, n — Hæc ille.

Ex quibus palet ratio multiplex pro conclusione.

Quarta conclusio est quod forma hujus sacramenti est oratio deprecativa el non Indlcativa.

Hanc ponit, ibidem, art. 4, in solutione secunda· quæsliunculæ, dicens : α Forma hujus sacramenti est deprecativa oratio, ut patet per verba Jacobi, et ex usu Romanæ Ecclesiæ, quæ solum verbis deprecative utitur in collatione hujus sacramenti. Cujus ratio multiplex assignatur. Primo, quia suscipiens hoc sacramentum est propriis viribus destitutus; unde indiget aliorum orationibus sublevari. Secundo, quia datur exeuntibus, qui jam desinunt esse de foro Ecclesiæ, et in solius Dei manu requiescunt; unde el ei per orationem committuntur (a). Tertio, quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum qui semper ex operatione ministri consequatur, omnibus quæ sunt de essentia sacramenti rite peractis, sicut character in baptismo et confirmatione, el transsubstantialio in Eucharistia, remissio peccati in pœnitentia, exsistente contritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitentiæ, non autem de essentia hujus sacramenti; et ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicativi modi sicut in prædictis sacramentis. » — Hæc ille.

Ex quibus patet multiplex ratio pro conclusione in forma.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumentum Petri de Palude. — Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Petrus (dist. 23, q. 1), dicens quod ejus probatio est dubia. Quia effectus principaliter intentus in administratione sacramentorum non est character, vel ornatus, ad quæ solum attingit actio sacramenti; quia hæc consequitur fictus, qui tamen sacramentum suscipit, non rem sacramenti. Sed effectus principaliter intentus, est curatio morbi spiritualis, quæ est per gratiam, ad quam non attingit sacramentum, sed disponit. Nisi forte dicatur quod ista curatio est quidem formaliter el immediate per gratiam sacraroentalem, et non per gfatiam gratum facientem, et quod sacramentum attingat ad gratiam sacrarnentalem, non autem ad illam quæ est in virtutibus et donis; quod non est probabile : quin tunc fidus recipiet gratiam curantem sicut characterem, si ipsa esset effectus sacramentf proprius sicut illud; et sic sine gratia gratum faciente et charitate sanaretur homo a peccato; quod est impossibile. Unde etiam gratia sacramentalis, prout differt a gratia quæ est in virtutibus et donis, forte non est aliud quam dispositio ad illam, quæ dicitur character, vel ornatus, vel effectus : ita quod diversa? gratiæ quæ sunt in diversis sacramentis, sunt diversa? dispositiones ad gratiam, vel diversi effectus gratiæ; quia aliud est liberari ab originali, aliud ab actuali, et sic de aliis. — Hæc Petrus de Palude, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 23, q. 1), probando quod primus effectus hujus sacramenti non sit corroboratio natura·, contra debilitatem ex peccato relictam.

Primo (a). Quia talis debilitas nature, per quam patimur difficultatem ad opera gratiæ, est tam in sanis quam in infirmis. Si ergo proprius effectus exlremæ unctionis est exhilaratio mentis, ad tollendum prædictam debilitatem seu difficultatem, videtur quoi) hoc sacramentum deberet ita exhiberi sanis sicut infirmis; quod nullus tenet.

Secundo. Quia, si talis exhilaratio mentis est proprius effectus exlremæ unctionis, tunc non deberet dari illis infirmis qui jam præ infirmitate amiserunt usum rationis, quantumcumque prius petivissent hoc sacramentum; quia in eis non potest esse talis exhilaratio. Hoc autem falsum est.

Tertio. Quia pnedicta debilitas natura·, seu difficultas ad opera gratiæ, inesl omnibus a natura sicut a causa per se, licet proveniat ex peccato originali sicut a causa removente prohibens; sicut de aliis defectibus fuit dictum in secundo libro (dist. 30). Et ideo habet rationem defectus naturalis, vel spiritualis. Cum autern |>er hoc sacramentum aliquid indulgeatur, ul in ipsa forma hujus sacramenti expresse dicitur, qualiter autem potest dici quod praedictus defectus indulgelur? Hoc enim non solum est improprie dictum, sed clare falsum. Subditur enim informa verborum : *Indulgeat tibi Dominii» quidquid deliquisti per visum,* vel *per auditum,* et sic de cæteris. Ergo per hoc sacramentum indulgelur delictum quoad culpam, vel pœnam culpæ debitam, in toto vel in parte, vel aliquam sequelam; quorum neutrum est ipse pnedictus defectus, qui nobiscum jierseveral pro toto lempore vit® præsentis, et præcedit omne nostrum actuale peccatum.

(a) *rommiltuntur* — *dimittuntur* Pr.

(a) *Primo.* — Om. Pr

Quarto. Quin, si talis exhilaratio mentis est proprius effectus hujus sacramenti, mirum est quod in forma ejus non iit aliqua mentio do illa, ct (it expressa mentio de remissione jieccatorurn. quam tu dicis non esse effectum proprium, sed casualiter contingentem. Hoc enim est contra naturam forrmn sacramentorum, quæ efficiunt quod significant. Melius est ergo quod dicatur quod effectus hujus sacramenti est remissio peccatorum.

Quinto. Quia sacramenta illud efficiunt quod significant. Sed per formam hujus sacramenti directe significatur dimissio peccati. Est enim talis forma : *Per istam unctionem, ct suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum;* et sic de ceteris. Ergo per hoc sacramentum fit dimissio peccatorum quoad culpam, vel quoad pernam, vel aliam sequelam. — Sed quia peccatum potest dimitti quoad culpam, vel quoad pœnam ei debitam, seu quamlibet aliam Sequelam, ideo adhuc est dubium : secundum quod istorum dicatur dimitti peccatum. Si enim dicatur dimitti quoad culpam, cum duplex sit culpa, scilicet mortalis et venialis, impossibile est quod per hoc sacramentum dimittatur culpa mortalis. Quia sicut baptismus est spiritualis regeneratio, et poenitentia spiritualis resuscitatio, sic extrema unctio sanatio vel medicatio; unde exhibetur per modum medicationis; in pluribus enim infirmitatibus utuntur medici unctione. Sed sanatio non est nisi habentis vitam. Ergo extrema unctio, cum sit spiritualis sanatio, presupponit vitam spiritualem. Sed ineo in quo est peccatum mortale, non est vita spiritualis. Ergo extrema unctio non ordinatur ad dimissionem peccati mortalis quoad culpam. Si ergo ordinatur ad dimissionem alicujus peccati quoad culpam, oportet quod istud sit veniale, quod est quasi quædam infirmitas in vita spirituali. — Sed nec istud videtur quibusdam : quia contra unum defectum sufficit unum remedium; sed sacramentum pœnitentiæ sufficienter delet omne peccatum veniale quoad culpam; ergo quoad hoc non ordinatur aliquod aliud sacramentum. Ad hoc tamen posset dici quod unum remedium solum est per se institutum contra unum defectum interimentem vitam spiritualem, sicut baptismus contra peccatum originale, et pœnitentia contra peccatum actuale mortale; sed contra defectum qui non interimit vitam spiritualem, sicut est peccatum veniale, nullum sacramentum est necessarium; multa tamen remedia utilia sunt, sicut pœnitentia el confessio generalis, non sacramentalis, et Iwnedicto episcopalis; et idem posset esse de extrema unctione, non obstante ratione $u prodicta. — Sed quia nullum peccatum dimittitur quoad culjuim, nisi voluntas quæ fuit deordinata |H?r eam, reordinelur per debitam displicentiam, etiam adhuc dubium est, quomodo per extremam unctionem dimittatur veniale peccatum, cum non appareat (a) quid ipsa operetur ad talem displicentiam. Potest tamen dici quod hoc rnodo operatur extrema unctio ad dimissionem peccati venialis, quia per eam datur digne suscipienti quædam spiritualis hilaritas mentis, non quidem contra illam debilitatem vel difficultatem ad l>onum nobis innatam, ul alii dicunt, sed contra oppressionem quam infirmus tunc patitur, tum debilitate cor|JOris, tum ex memoria procedentium peccatorum, propter quæ posset facilius in desperationem cadere; quam hilaritatem mentis forte vocat Jacobus *alleviationrm,* cum dicit : *Et alternabit eum Dominus.* Ad hanc ergo sequitur conversio mentis in Deum, et generalis displicentia omnium delictorum (C), quæ sufficiat ad deletionem omnium peccatorum venialium. Et ideo, postquam beatus Jacobus dixit, *Et alternabit eum Dominus,* subjunxit : *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Et sic primus effectus hujus sacramenti est exhilaratio mentis; sed non principalis, nec principaliter intentus; quia ille est remissio peccatorum venialium quoad culpam, modo (pio dictum est, vel quoad pœnam, in loto vel in parte, quod significat unctio olei, quod est mitigativum dolorum. — H®c Durandus, in forma.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Durandi — Contra tertiam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 23, q. 2), probando quod prima ratio assignata quare materiam hujus sacramenti oportet esse oleum consecratum, non valet, scilicet quia Christus non est usus unctionibus corporalibus, etc. Quod enim hoc non valeat, dicit se probasse, dist. 7 (q. 2). Ibidem autem arguit sic, dicens : Quod chrisma, quod est materia confirmationis, oporteat esse consecratum, quidam probant sic : Quornmcumque sacramentorum materia fuit Christo applicata corporaliter, illa materia non indiget nova consecratione, quia tactu Christi consecrata fuit. Unde Chrysostomus (γ) dicit quod *nunquam aqua baptismi peccata credentium purgaret,* nisi *tactu dominici corporis sanctificato fuisset.* Et ideo aquæ baptismi, quantum est de necessitate, non oportet quod prius benedicantur (piam sacramento applicentur. Idem de materia Eucbaristiæ; quia Christo fuit applicata, et ab ipso benedicta. Dicitur enim, Matth. 26 (v. 26 el 27), cl Lucæ. 22 (v. 19 et 20) : *Accepit autem Jesus panem ct benedixit ; similiter ct calicem.* Et ideo non ojmrlet quod materia prius benedicatur quam forma verbonim sacramentalium super ipsam

(a) appareat. — Om. Pr.
(C) (/riicfonmi. — *debitorum* Pr.
(γ) Non ChqsiKtoinus imino Chromailu in cap. 3. Mallii. — Repentur in Decreto, can. 10, D IV *de Conster.*

proferatur. Secus autem est de chrismato, et oleo -anclo, et oleo infirmorum. Oportet enim quod prius benedicantur quam exhibeantur ad usum sacramenti; quia Christus non est uncius visibilibus unctionibus, ne (a) fieret injuria invisibili unctioni qua *unctus est prx consortibus suis* (Psalm. 44, v. 8). — Sed istud non videtur.

Primo. Quia, si applicatio maleriæ ad Christum reddit eam saneti ficatam, videtur quod non solum non oporteat eam sanctificari ad hoc quod sit materia kaptismi, sed etiam, si sanctificatur, quod fiat injuria priori sanctificationi, si sil ejusdem rationis; vel quod prima fuerit insufficiens, si secunda sit alterius rationis, sicut ipsi dicunt de unctione.

Secundo. Quia falsum est quod Christus non fuerit usus unctionibus visibilibus. Dicitur enim, Joan. 1'2 (v. 3), quod *Maria accepit libram unguenti nardi pistici, ct unxit pedes Jcsu;* el. Luce 7 (v. 38), dicitur quod *osculabatur pedes ejus, ct unguento ungebat;* el, Christo mortuo, unctum est coquis ejus per Nicodemum, ut habetur, Joan. 19 (v.39). Ergo falsum est quod Christus non fuerit unctus visibilibus unctionibus. El si dicatur quod Christus non fuit unctus visibilibus unctionibus per modum sacramenti, vel sacramentelle, sicut fuit usus pane el vino consecratis et aqua baptismi Joannie tanquam quodam sacramenteli; — non obstat : quia Christus a sacramentis vel sacramentalibus nihil virtutis accepit ; et, si aliquam virtutem dedit ex suo tactu, dedit omnibus quæ tetigit, quæ in usum sacramentorum debebant venire. — Hæc ille.

§ 4. — Contra quartam conclusionem

Argumenta Petri de Palude. —Contra quartam conclusionem arguit Petrus (dist. 23, q. 1), dicens : Quod autem dicit Thomas, quoti nullus effectus sequitur ex hoc sacramento, concurrentibus omnibus quæ sunt de essentia sacramenti, videtur dubium· Quia gratia non est minoris virtutis quam natura. Sed, concurrentibus causis naturalibus per se, el essentialibus, impossibile est non sequi effectum; nec aliqua causa per accidens, et *sine gua non,* potest impedire effectum, nisi per hoc quod impedit concursum alicujus causa? per se; sicut obstaculum corporis opaci impedit illuminationem, inquantum impedit præsentiam illuminantis immediatam, quod est causa per se; et sic de aliis. Unde, cum omne sacramentum novæ legis sit per se causa gratiæ, non sic quod attingat gratiam, sed quia disponit ad eam, necesse est quod, concurrentibus omnibusquæ sunt de e&cntia sacramenti, causetur dispositio ad gratiam, in omni sacramento nove legis, el per consequens in isto. Et ideo tenendus est Thomas magis in contrariis dictis. Unde el in matrimonio, de cujus essentia est consensus, illo posito, nihilominus causatur ornatus, licet contrahentes sint in peccato mortali, qui poStca, recedente illa fictione, habet efficaciam, dum tamen consensus adfuerit; sed, si consensus contrahendi non fuerit, nihil est actum; sed, illo consensu posito, licet dissentiat ir. bono fine, sic. In pœnitentia non solum voluntas confitendi est de essentia, sed etiam voluntas dolendi, et abstinendi, et hujusmodi, quæ dicitur attritio; quia etsi non contritio, quæ quandoque est effectus sacramenti, et per consequens non de essentia, tamen attritio est de essentia. Sed in hoc est differentia inter pœnitentiam et matrimonium : quia omnes pries essentiales matrimonii oportet simul concurrere, aliter nihil agitur. Et dico quantum possibile est, ul scilicet simul consentiant, et quod consensus simul sit cum verbis; licet verba, cum sint quantitas successiva, non possint esse simul. In pœnitentia autem non oportet quod partes essentiales sint simul; immo satisfactio sequitur, el contritio præcedit, el confessio præcedit absolutionem. El si contritus postea confiteatur, quia forte non est obligatus ad pluries conterendum, sicul nec ad pluries confitendum aut satisfaciendum, nisi negative, id est. ad non complacendum quando confitetur, sic, si nec contereretur nec attereretur actu (a), dum tamen non haberet oppositum, ipse reciperet effectum. Si etiam nulla attritio præcedal, nec concomitetur, quamvis non sint omnes paries sacramenti, sed solum duæ, scilicet confessio et absolutio, imprimilurornatus, qui,recedente fictione, postea operatur : quia non est necesse quod sirnul hæ partes concurrant, sicul nec de duabus formis Eucharistiæ; sed ad hoc quod plenius et perfectius effectus sacramenti (6) sequatur, bene oportet quod omnes paries concurrant. Et ideo, cum contritio non sit de essentia hujus sacramenti, sicul nec baptismi, quia habet materiam exteriorem, illa cessante, imprimilurornatus hic, sicut ibi character.

Secundo. Quia, in solutione tertii (dist. 23, q. 1, ari. 4, q|· 2), arguit sic Thomas, quod verba indicative non sunt forma, sed dispositio. — Verum est, quando utraque verba dicuntur : quia tunc iteraretur sacramentum, cum de verbis deprecati vis non sit dubium quin sint forma, alias non esset sacramentum ex sola materia et dispositione formæ, sine (γ) essentiali forma. Tamen Ambrosius usus est forma indicativa, dicens : *Ungo hos oculos tuos, in nomine Patris,* etc. Quæ quidem videtur eadem secundum substantiam, el per consequens valere : quia, cum quæreretur de officio amkrosiano, a Patribus decretum fuit quod ambrosianum in sua diœ-

(a) ne. — nec Pr.

(α) *actu.* — Om. Pr.

6) *Euchariilur.* — Ad. Pr.

(γ) fine. — five Pr

cesi teneretur, gregorianurn vero per orbem; nec aliquid de his quæ Ambrosius docuit in cultu religionis christianæ, fuit reprobatum, sed tacite approludum. Sed Thomas dicit contrarium, quod forma hæc non potest esse indicativi modi. Quod verum est, de potentia ordinata. Sed, de potentia absoluta, si aliquæ Ecclesiæ habeant solum formam indicativi modi, sicul ambrosiana, saltem tempore Ambrosii, ut dicitur, non est dicendum quod nihil sil aclurn. Et licet conveniens forma sit indicative, tamen, si sit deprecativa, non propter hoc sacramentum est irritum (sicut in baptismo Græci utuntur deprecativa, *Baptizetur servus Christi,* etc.); ita hic e converso. — Si dicatur quod non est simile : quia utendo verbis deprecativis ubi est effectus, non est periculum de mendacio (sicut si deprecaretur quod solem faceret cras oriri); tamen, e converso, uti verbis indicativis ubi effectus est incertus, esset periculum mendacii; et, propter hoc, magis potest dici, *Baptizetur servus Christi* (nec est falsum, etiamsi non intendat, quia sola indicativa est vera vel falsa), quam (a) possit dici, *Ungo oculos istos, etc.,* quia nescitur utrum anima ungatur oleo læliliæ;— Contra (6) : Etiam quando sacerdos dicit, *Ego (e baptizo,* nescit utrum ille intendat ludere, sicut multi Judæi faciunt, et sic non est baptismus; el similiter quando dicit, *A bsolvo te,* nescit si est lictus; et in confirmatione. Sed quia supponitur ex his quæ exterius apparent, excusatur; vel refertur ad exteriorem actum, de quo est certus, non ad interiorem. Similiter in proposito : magis est verisimile quod iste confessus, et communicatus, el timens mortem, sit non fictus, quam de alio; et sic potest supponere unctionem invisibilem, sicut ibi ablutionem interiorem; vel refert se ad unctionem exteriorem, de qua certus est. Nec est dicendum quod beatus Ambrosius erraverit : quia sancti non sibi pepercissent in contradicendo; sicut nec Cypriano, qui rebaptizabat baplizatos ab hæreticis, non pepercit Augustinus, quin hoc damnaret; et Paulus in faciem restitit Petro, qui judaizare cogebat. — Hæc Petrus.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

P0NUNTUR SOLUTIO NES

§ t. — Al) ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumentum Petri de Palude. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et ideo ad objecta contra primam conclusionem, dicitur quod sanctus Thomas non intendit per illa verba quod istud sacramentum, nec aliud, attingat principaliter ad effectum principaliter intentum in administratione vel susceptione sacramentorum, effective, tanquam perficiens, sed solum tanquam disponens dispositione immediata ad (w-rfeclionem ultimate intentam, quam dispositionem efficit instrumentaliter, et non Unquam agens principale. — Dicitur secundo, quod gratia quæ est in virtutibus et donis, dicitur communi nomine gratia gratum faciens. Et, cum sit subjective in essentia animæ, el non in aliqua ejus potentia, sanat defectus potentiarum per peccatum relictos, effective, et non formaliler; quia ab illa effluunt potentialiter aliquæ perfectiones in potentias animæ, quæ tollunt formnlitera potentiis animæ illos defectus, ut in prima distinctione (x) hujus dictum fuit. — Dicitur tertio, quod gratiæ ?acramentales distincta a gratia gratum faciente, sunt uno modo dispositiones ad gratiam gratum facientem, et alio modo sunt ejus effectus. Dispositiones quidem, inquantum, eis positis, sublato gratiæ obice, ponitur gratia; sicut ultima dispositio materiæ infert formam principaliter intentam. Effectus vero gratiæ sunt, non quidem quoad substantiam dispositionis, vel gratiæ, prout est accidens talis speciei, sed quantum ad esse formatum et gratuitum, aut quantum ad aliquam perfectionem secundam. — Dicitur quarto, quod ipsemel Petrus respondet ad illud argumentum, |æsl verba argumenti praemissa, subdens in hunc modum : < Dicendum est, inquit, quod major Thomæ debet glossari vel inlelligi sic, quod illa actio quæ principaliter attingit, id est, quæ principaliter ordinatur ad attingendum inter actiones sacramentalesquæ sunt sensibiles, ita quod non mediante alia actione sacrnmentali ad quam ordinatur, illa est sacramentum : quia licet unum sacramentum ordinetur ad aliud, sicul etiam unius effectus ordinatur ad aliud, tamen quodlibel sacramentum immediate ordinatur ad unum effectum spiritualem distinctum; ad quem effectum illud quod immediate ordinatur, est essentialiter sacramentum ; quod vero non immediate, sed mediante (6) illo, vel antecedenter, vel consequenter, e>t sacramentale illius, non sacramentum; et istud est ab Ecclesia institutum, sed sacramentum a Deo: sicut clare patet in baptismo, in quo ablutio sub illa forma, *Ego te baptizo,* est solum essentialiter sacramentum, quæcumque autem pnecedunt vel sequuntur, sunt sacramentalia; et similiter in Missa, quacumque pncter formam el materiam adhibentur. Unde septem psalmi, orationes, crucis osculum, el omnia hujusmodi, in hoc sacramento, sunt cæremoniali.i

( ) *quam. — qua* Pr.
( ) *Contra — quia* Pr.

(a) Cfr. pnesertim dist. L q. 3, ait. 3, § 3, ad 5««.
(C) *mediante.* — Om. Pr.

ct sacramentalia, ex usu Ecclesiæ instituta; sed unctio cum illa forma. *Per istam unctionem,* etc., illud solum est essentia sacramenti,et sacramentum per se distinctum. » — Hæc Petrus, et bene; licet non sit necessaria tain prolixa glossa, sed brevius posset responderi, modo prædicto.

§ 2. — Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Ad primum contra secundam conclusionem, dicitur primo, quod sanctus Thomas non ponit quod exhilaratio mentis sit proprius effectus hujus sacramenti, sed robur mentis contra prædictam debilitatem, el habilitalio ad actus gratiæ et gloriæ, contra inhnbililatem et ineptiludinem ad tales actus, relictam ex peccato, ut declaratum est in prolatione conclusionis. — Dicitur secundo, quod licet prædicta ineptitudo et inhabilitas, seu debilitas, æqualiter insit sanis et infirmis, non sequitur quod hoc sacramentum æqualiter sit utrisque exhibendum. Tum quia Sacra Scriptura pnecipit hoc sacramentum solum dari infirmis, et non sanis, ut palet ex verbis beati Jacobi, 5 cap. (v. Ii), *Infirmatur quis in vobis,etc.* Tum quia in hoc sacramento infirmitas spiritualis debet significari per infirmitatem corporalem, et spiritualis curatio per corporalem. Unde sanctus Thomas, pnesenti distinctione, q. 2, ari. 2, in solutione primæ quæsliunculæ, sic dicit : « Hoc sacramentum est quædam spiritualis curalio; quæ quidem per corporalis curationis modum significatur; el ideo illis quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, non debet hoc sacramentum conferri. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : ɑ Quamvis spiritualis sanitas sit principalis effectus hujus sacramenti, oportet tamen quod per curationem corporalem significetur spiritualis curatio, etiam si corporalis sanatio non sequatur. Et ideo solis illis hoc sacramento spiritualis sanitas dari potest, quibus corporalis curalio competit, scilicet infirmis; sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui potest corporalis ablutionis particeps esse, non autem puer in ventre matris exsistens. i›— Hæc ille. — Et multa alia similia ibidem dicit. Tum quia sanis non imminet de propinquo status exercendi actus gloriæ, sicut infirmis exeuntibus. De hocsanctusThoinas, ibidem, in solutione secundæ quæsliunculæ, sic dicit : ‹ Hoc sacramentum est ultimum remedium quod Ecclesia potest conferre, quasi immediate disponens ad gloriam. Et ideo illis tantum infirmantibus delæl adhiberi, qui sunt in statu exeuntium, propter hoc quod ægritudo nata est mortem inducere, el de periculo timetur, n — Hæc ille.— Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitalem, quæ exeuntibus el iter ad gloriam agentibus est necessaria, n — Hæc ille, — Ex quibus, el multis aliis, palet quod consequentia illius argumenti non valet. — Dicilur tertio, quod illud argumentum militat contra Durandum : quia ipse dicit quod principalis effectus hujus sacramenti est remissio peccati venialis quoad culpam, vel pennam; sed constat quod peccata venialia plus vel *æque insunt sanis quam infirmis; ergo, si consequentia sua valeat, hoc sacramentum deberet conferri sanis sicut infirmis; quod ipse negat.

Ad secundum palet per prædicta : quia non est contra nos. Non enim ponimus exhilarationem mentis esse proprium effeclum hujus sacramenti, si talis exhilaratio dicat actum secundum. Sed ponimus sublationem inhabililatis el ineptitudinis ad actus gratiæ et gloriæ, per aliquid tamen positivum impressum, se habens per modum actus primi; quod potest dici ornatus, vel sospitas, vel habilitalio ad actus ğratia et gloriæ. El ideo polest habere effeclum in carentibus usu rationis, qui tali habilitatione indigent. — Item, hoc argumentum, sicut præcedens, militat contra factorem suum : quia ipso ponit primum effeclum hujus sacramenti esse exhilarationem mentis, ad quam sequitur conversio mentis in Deum ; constat autem quod infirmi qui pne infirmitate privati sunt usu rationis, non sunt capaces talis conversionis in Deum , nec talis hilaritatis, quam ipse ponit.

Ad tertium dicitur primo, quod illa ineptitudo, vel inhabilitas, contra quam datur hoc sacramentum, non esi naturalis; sed esi effectus peccati per se. Licet enim natura sit inhabilis negative ad actus gloriæ, quasi insufficiens, nisi aliud superaddatur; non tamen est inhabilis contrarie, quasi habens aliquid contrarium exercitio illorum actuum. Sed illa secunda inhabilitas causatur ex peccato; quam oportel tolli ante introitum gloriæ, per hoc sacramentum, vel per aliquid æquivalens. Et de tali inhabilitate, in suo simili, loquitur sanctus Thomas, dist. 47 hujus *Quarti,* q. 2, art. 1, in solutione primæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : « Quia mundus aliquo modo propter hominem factus est, oportet quod quando homo secundum corpus glorificabitur, etiam alia corpora mundi ad statum meliorem mutentur, ut sit et locus convenientior, et aspectus delectabilior. Ad hoc autem quod gloriam corporis homo consequatur, oportet prius removeri ea quæ gloriæ opponuntur; quæ sunt duo, scilicet corruptio, et infectio culpæ; quia, ut dicitur, 1. *Corinthior.* 15 (v. 50), *corruptio incorruptelam non possidebit,* et a civitate gloriæ omnes immundi foris erunt, *Apocab/ps,* ult. (v. 15). Et similiter oportel elementa mundi purgari a contrariis dispositionibus, antequam in novitatem gloriæ adducantur, proportionnbiliter ei quod de homine dictum est. Quamvis autem res corporalis subjectum infectionis culpæ proprie esse non possit, tamen ex culpa quæ-

dam incongruity in rebus relinquitur, ad hoc quod spiritualibus dedicentur; et inde videmus quod loca in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra in eis exercenda, nisi quadarn purgatione pramissa. Et, secundum hoc, ex peccatis quamdam inidoneitatemad gloriæ susceptionem pars mundi recipit, quæ in usum nostrum cedit; unde quantum ad hoc mundatione indiget, etc. d — Hæc illo. — Ex quibus apprêt quomodo peccatum inhabilitat ad gloriæ susceptionem non solum naturam rationalem, quæ potest esse subjectum peccati, verum etiam creaturas inanimatas; et quomodo ibi relinquit inhabilitatem.

Dicitur secundo, quod peccatum non solum inhabilitat ad actus gloriæ, immo ad actus gratiæ et virtutum; sicut ostendit sanctus Thomas, 1· ❡ q. 85. Nam, primo articulo, ostendit quomodo per peccatum actuale diminuitur bonum natura, quæ est inclinatio ad virtutem. El, art. 3, ostendit quomodo tam per peccatum originale, quam per actuale, inhabilitalur anima et suæ potentiæ ad bonum. Ait enim sic : « Per justitiam originalem ratio perfecte continebat inferiores animæ vires; el ipsa ratio a Deo perficiebatur, ei subjecta. Hæc autem originalis justitia subtracta est per peccatum primi parentis. Et ideo omnes vires animæ remanent quodammodo destituta proprio online, quo naturaliter inclinantur ad virtutem; et ipsa destitutio, vulneratio natune dicitur. Sunt autem quatuor potentiæ animæ, quæ possunt esse subjecta virtutum : scilicet ratio, in qua est prudentia; voluntas, in qua est justitia; irascibilis, in qua est fortitudo; concupiscibilis, in qua est temperantia. Inquantum ergo ratio destituitur suo online ad verum , est vulnus ignorantis; inquantum vero voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus maliliæ; inquantum vero irascibilis destituitur suo ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis; inquanlum vero concupiscibilis destituitur ordine ad delectabile ratione moderatum, est vulnus concupiscenti®. Sic ergo ista quatuor sunt vulnera inflicta toti naturæ humanæ ex peccato primi parentis. Sed quia inclinatio ad bonum virtutis in unoquoque diminuitur per peccatum actuale, ideo etiam ista quatuor sunt vulnera ex aliis peccatis consequentia : inquantum scilicet per peccatum ratio hebetatur praecipue in agendis, voluntas induratur ad bonum, el major difficultas beno agendi accrescit, el concupiscentia magis exardescit. › — Hæc ille. — Hem, ibidem, arguit sic, quinto loco : ‹i Augustinus, in libro *de Natura ct Gratia* (cap. 67), [>onil duo poenalia ǎnima peccanti, scilicet ignorantiam et difficultatem; ex quibus orilur error el cruciatus. Quæ quidem quatuor non concordant istis quatuor supradictis. Ergo, etc. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod difficultas quæ ponitur in libro Augustini, includit ista tria quæ pertinent ad potentias appetitivas, scilicet malitiam, Infirmitatem et concupiscentiam : ex his enim tribus contingit quod aliquis non facile tendit in bonum. Error autem et dolor sunt vulnera consequentia : ex hoc enim aliquis dolet, quod infirmatur circa ea quæ concupiscit. › — Hæc ille. — Hem, *de Malo,* q. 2, art. 11, sic dicit : ‹ Sicut lumen a sole diffunditur in aerern, ita gratia a Deo infunditur animæ. Quæ quidem est supra naturam animæ; et tamen in natura animæ, vel cujuscumque creatura rationalis, est aptiludo quædam ad gratiæ susceptionem, et per gratiam susceptam fortificatur in debitis actibus. Peccatum autem est quoddam obstaculum interpositum inter animam et Deum, secundum illud Isaiæ 59 (v. 2) : *Peccata nostra diviserunt inter nos ct Deum nostrum. Cujus* ratio est : quia, sicut interior aer domus non illuminatur a sole, nisi directe aspiciat solem, et dicitur illuminationis obstaculum, quod hujusmodi respectus (a) rectitudinem impedit; ita anima non potest illuminari a Deo per gratiæ susceptionem, nisi directe convertatur in ipsum. Hanc autem conversionem impedit peccatum, quod convertit animam in oppositum, quod scilicet est contra legem Dei. Unde manifestum est quod peccatum est obstaculum quoddam impediens gratiæ susceptionem. Omne autem obstaculum alicujus perfectionis aut formæ, simul cum hoc quod excludit formam vel perfectionem quam'cumque, facit susceptivum minus aptum vel habile ad formæ receptionem; et ulterius, per consequens, impedit effectus formæ vel perfectionis in subjecto; et maxime si obstaculum illud fuerit aliquid inhaerens actu vel habitu in subjecto. Manifestum est enim quod illud quod movetur uno motu, non movetur simul contrario, et est etiam minus aptum vel habile ut motu contrario moveatur. Similiter etiam quod est calidum, est minus aptum ut sit frigidum; difficilius enim frigidi impressionem recipit. Sic ergo peccatum, quod est obstaculum gratiæ, non solum excludit gratiam, sed etiam facit animam minus aptam vel habilem ad gratiæ susceptionem ; el sic diminuit aptiludinem vel habilitatem animæ ad gratiam. Unde cum dicta habilitas sit quoddam bonum natura, peccatum diminuit bonum natura. Et quia gratia naturam perficit, et quantum ad intellectum, et quantum ad voluntatem, et quantum ad inferiores animæ partes obedibiles rationi, scilicet concupiscibilem el irascibilem, peccatum, excludendo gratiam et hujusmodi auxilia natura, dicilur vulnerare naturam. Unde ignorantia, malitia el hujusmodi dicuntur vulnera consequentia ex peccato. › — Hæc ille. — Ex quibus patet primo, quod falsum est illud quod dicit arguens, scilicet quod debilitas, aut difficultas, aut inhabilitas ad actus gratiæ et glori®, non sil sequela peccati actua-

(a) retpicfur — «yuj Pr.

lis, sed defectus per se consequens naturam. Secundo, quod non false nec improprie dicitur : *Indulgent tibi Dominus,* etc.; quia per illam orationem petitur indulged peccatum quoad reliquias ab ipso relidas. Tertio, quod falsum est aliud dictum arguentis : quia tales reliquia·, vel talis defectus non praevenit omnem actum liberi arbitrii, sed consequitur actum peccati; nec quilibet talis defectus perseverat nobiscum per totam vitam, saltem non æque intensus uno tempore sicut alio. Ex quibus palet ad argumentum.

Ad quartum dicitur primo i quod non legi quod sanctus Thomas dicat quod proprius effectus hujus sacramenti sit exhilaratio de qua loquitur arguens, sed bene dicit, prima quaestione hujus distinctionis, ari. 2, qll 3, in solutione tertii, quod « in hoc sacramento reis et sacramentum non est character, sed quædam interior devotio, quæ est spiritualis unctio v. — Hæc ille. — Et ideo, si arguens talem devotionem vocet exhilarationem, non contendo. Puto tamen quod illa devotio, vel spiritualis unctio, non sit actualis, sed magis habitualis, et potius actus primus per modum formæ, quam actus secundus per modum operationis. Et forte potest vocari ornatus, et dispositio ad gratiam, vel delibutio quædam ad futuram gloriam, sicut dicit sanctus Thomas, distinctione secunda hujus, q. 1, ari. 2, in solutione principali. — Dicitur secundo, quod de tali exhilaratione, vel spirituali unctione, salis fit mentio in forma sacramenti, cum dicitur : *Per istam sanciam unctionem,* etc.; quia per unctionem significatur lælilia, juxta illud (Psalm. 44, v. 8), *Unxit te Deus oleo lælitiæ,* etc. — Dicitur tertio, quod remissio peccatorum, de qua fit mentio in forma sacramenti, intelligitur primario quoad reliquias peccati, sed secundario quoad culpam vel pœnam, si peccata quoad hoc non sint prius remissa, ut dictum est : ita ut dicamus quod prima res hujus sacramenti, quæ est res et sacramentum et gratia sacramentalis, est illa spiritualis unctio, de qua dictum est; sed ultimus effectus est remissio peccatorum per gratiam gratum facientem, quoad tria, vel duo, vel unum tantum, scilicet culpam, pœnam, reliquias peccati; directe tamen ordinatur ad tollendum tertium prodictorum, indirecte autem et per accidens ad alia duo. Et sic patet quod argumentum parum valet.

Ad quintum el omnia procedentia, sententialiter ꝑondet Petrus de Palude (dist. 23, q. 4), dicens: « Iste modus per quem ponunt dimitti venialia per hilaritatem quam infundit, ad quam sequitur conversio mentis in Deum, et genendis displicentia, non videtur verus. Quia, sicut liaptismus debet dari illi qui in sanitate illum petiit, etiam si fiat furiosus, nec speretur lucidum intervallum, quia non requirit actum suscipientis per ee, quia ordinatur ad peccatum contractum sine actu proprio; sic infirmo, qui cum sanæ montis esset petiit hoc sacramentum, et postea incidit in phrenesim, datur hoc sacramentum, cum etiam detur ei Eucharistia; qui tamen non est capax rationis, nec per consequens hujus hilaritatis, nec conversionis ad Deum, nec per consequens displicentia·· Unde, si principaliter datur propter venialia, nec potest ea delere nisi propter talem conversionem, frustra datur illis qui sic converti non possunt· Quando enim sacramentum per se requirit aliquid, in nulla necessitate debet dari nisi habenti illa per se exigita; sicut patet in absolutione pœnitentiali, et benedictione nuptiali (quamvis non sit sacramentum); quia non datur nisi consentientibus, quia matrimonium perse requirit consensum. Si ergo requireret per se consensum in actum inungendi (requireretur autem si principaliter daretur contra culpam actualem) (x), non daretur nisi habenti signa contritionis etiam tunc; nec iterum (?) haberet materiam (γ) exterius, sicut nec pœnitentia, nec matrimonium, nisi actum inungendi; habet autem, sicut baptismus et confirmatio; ergo, etc. — Secundo. Quia, cum extrema unctio sit sacramentum exeuntium, debet esse ultimum sacramentum, post quod non restat aliud; sicut baptismus primum, ante quod nullum. Unde etiam viaticum primo datur infirmo quam extrema unctio. Cum autem communio requirat maximam puritatem a peccatis, si, pro tempore infirmitatis, quando infirmus est communicandus, ad deletionem venialium esset convenientius remedium extrema unctio quam pœnitentia, post confessionem de mortalibus, ad deletionem venialium deberet procedere extrema unctio; quia quidquid est convenientius remedium contra culpam quamcumque,illud maxime debet esse proarnbulum ad Eucharistiam. —Tertio. Quia non est verum quod debilitas contra quam datur hoc sacramentum, sil infirmitas naturo gratia destitutæ ((piam tamen (o) supponit hoc sacramentum). Quia ista debilitas debet e propria illi lempori el statui cui appropriatur hoc sacramentum. Quia ergo morte instante eminet gravissima tentatio inimici, qui jam insidiatur calcaneo; et quia anima, quæ naturaliter diligit corpus, magis intenta corpori, non potest intendere sibi, sicut Augustinus dicit; depressio etiam ex memoria procedentium delictorum, ex quibus in desperationem labi posset, el visiones terribiles quas patitur,et hujusmodi,concurrunt; ideo tunc ex bis omnibus anima debilior efficitur, specialiter ex peccatis procedentibus, ex quibus iit timida et infirma ad actus gratiæ, non solum habitibus in contrarium inclinantibus (quia tunc prona non est inclinatio ad peccatum, et forte

( ) e/. — Ad. Pr.
( ) iterum. — Om. Pr.
(γ) *iterum.* — Ad Pr.
(δ) *quam tamen.* — *quantum* Pr.

gravi infirmitate tales habitus corrumpuntur), sed lit infirma meritorie, quia (pianto pluries et (α) gravioribus consenserit peccatis, tanto magis meruit in tenlationibus deseri; et tamen tunc gravissima imminet tentatio; unde et quasi pugil inungitur contra dæmonem, sicut confirmandus contra mundum. Hæc ergo est infirmitas ad actus gratia», differens ab habitu peccatorum. Unde per hoc sacramentum imprimitur ornatus disponens ad augmentum gratiæ et fervorem charitatis, ut sit homo fortis contra lentationem m morte, et accipiat Spiritum Sanctum ad robur in pugna hac, sicut in confirmatione in pugna corporali persecutionis temporalis. Aliquando autem infirmus jam perdidit usum rationis, lapsus in phrenesim, ita quod peccare non potest; sed stat in eo infirmitas, retardans ah actu gloriæ, et pœna debita peccato actuali; et contra hanc etiam datur. Unde ut pugnans in line vincat, et vincens sine alio purgatorio coelum intret, propter hæc duo inungitur. El hæc est duplex infirmitas. — Quarto. Quia in exhibitione essentiali sacramenti hujus, ipse infirmus se habet pure passive, nec requiritur aliquis ejus actus interior, nec exterior, plusquam in parvulo; licet ritus Ecclesiæ habeat quod faciat generalem contritionem, vel confessionem, quam si ore non potest facere, saltem tundat pectus suum, in signum doloris; sed ista fiunt ante essentiam sacramenti, quasi præambula. Ex quo apparet quod non datur principaliter propter culpam actualem : quia tunc per se requireret actum voluntatis; quia *qui creavit tc sine te, non justificabit te sine te* (August., *dc Verbis Apostoli,* serm. 15). Unde absdutio non debet dari nisi coniitenli et interrogato an proponat abstinere; et nihilominus delet culpam ex ojære operato, si non est obex. ›› — Hæc Petrus. — Prælerea subdit quod α effectus hujus sacramenti non solum est corporalis alleviatio. sed etiam spiritualis, quæ dicitur hilaritas mentis, non actualis, sed habitualis, quia imprimit ornatum disponentem ad gratiam gratum facientem, et cum hoc gratiam sacramentalem, quæ est quidam habitus habens specialem effectum ad fortificandum contra pugnam tunc imminentem, et ad remittendum pœnam quæ post omnia alia sacramenta impediret ingressum regni; propter quæ duo datur hoc sacramentum principaliter; quia non datur in supplementum contritionis, quæ tunc haberi non potest; inde est quod, sicut contritio (€) non totam sed partem pœnæ deleret, sic et istud sacramentum. Propter quod, sicut sine isto sacramento vinceretur homo a diabolo, qui cum isto vincit; sic cum isto sacramento citius intrat cadum, quam sine isto. » — Hæc Petrus, ct bene quoad hoc quod dicit quod hoc sacramentum non principaliter datur ad remissionem culpæ venialis.

Sed in dictis ejus sunt aliqua dubia. Primum est, quia sanctus Thomas, presents distinctione, q. 2, art. 2, in solutione tertia» quæstiunculæ, expresse ponit quod hoc sacramentum non debet tarions nec amentibus dari pro tempore quo sacramentum non cognoscunt, nec actualem devotionem habent ad id; cujus oppositum dicit Petrus. Sed forte posset diri quod sanctus Thomas loquitur de illis qui nec tunc nec ante habuerunt actualem devotionem et desiderium percipiendi hoc sacramentum. — Secundum dubium est, quia non apparet ex didis Petri quis sit effectus principaliter intentus in hoc sacramento. Quia, sicut dicil quod principalis effectus est fortificatio contra pugnam et tentationem diabolicam sibi imminentem, tunc, secundum eum, non deberet dari carentibus usu rationis, sino quo nulla tentatio vinci potest. Si vero dicat quod principalis effectus ejus est remissio peccati venialis quoad pœnam, — non videtur ; quia ad hoc sufficit sacramentum pœnitentiæ, quod hunc effectum efficacius el directius confert; tum etiam quia non apparet quod pœna debita peccato actuali in hoc secuto remittatur alicui sine actu liberi arbitrii, quo caret furiosus. — Tertium dubium est, quod suscipiens hoc sacramentum in statu gratia», propter procedentia peccata sibi remissa, deseratur in ultima tentatione periculosissima auxilio divino vel angelico; cum Deus in illo casu potius adjuvet electos suos quam unquam alias. — Quartum dubium est, quia videtur ponere pluralitatem rerum sine necessitate. Dicit enim quod hoc sacramentum imprimit ornatum. et, præter hoc, gratiam sacramentalem, quasi quemdam habitum permanentem. Hoc autem non videtur; sed piius dicendum videtur quod gratia sacramentalis in hoc sacramento non sit aliud quam illa spiritualis unctio, de qua loquitur sanctus Thomas, quæ potest vocari ornatus el dispositio ad gratiam gratum facientem, licet alio modo sit ejus effectus, ut supra dictum fuit (a).

Dicitur ergo quod effectus principalis hujus sacramenti est deletio reliquiarum peccati, el dispositio, et delibutio, cl præparatio ad gloriæ susceptionem, modo prius exposito (ad secundum et ad quartum). Unde sanctus Thomas, secunda distinctione hujus, q. I, art. 2, sic dicit : ‹ Duplex est perfectio. Una, formæ ad actum; et hanc quidem perfectionem facit ordo, quantum nd executionein bonorum, quia' reddit (6) hominem idoneum ad dispensationem sacramentorum; sed quantum ad perpessionem difficilium, facit dictam perfectionem confirmatio, quæ (γ) hominem fortem reddit, ul nomen Christi

(s) *ct.* — *etiam* Pr.
(C) *contritio.* — *continue* Pr.

( ) Cfr., in prj'M'nti articulo, § I, tertium dictum ad argumentum Petri de Palude.
( ) *reddit.* — *dedit* Pr.
(γ) *quæ.* — *qua* Pr.

propter pressuras mundi confiteri non refugiat. Alia perfectio est in online ad finem, ad quem per actus pervenitur; el hanc quidem perfectionem quantum ad finem intra facit extrema unctio, quæ est qusedam delibatio praeparans in gloriam remissionis; quantum vero ad finem extra facit Eucharistia, quæ membra capiti conjungit. » — Hæc ille. — Item, ibidem, sic dicit : e Quidam accipiunt numerum sacramentorum secundum adaptationem ad virtute» : ut fidei respondeat baptismus, quod sacramentum fidei dicitur; spei extrema unctio, per quam homo praeparatur quodammodo ad futuram gloriam, etc. › Item, ibidem, in solutione quinti, sic dicit : ‹ Extrema unctionis non debuit praecedere figura in veteri lege : quia extrema unctio est direclivum el praeparatorium in gloriam, quam tunc stalim post mortem consequi non poterant, sicut modo possunt. » Item, art. 1, in solulione quarta» quæstiunculæ, sic dicit : « Quidam dicunt quod aliqua sacramenta sunt instituta in remedium venialis peccati, sicut Eucharistia et extrema unctio. Sed hoc non videtur convenienter dictum : quia pœnitentia esi purgativa universaliter omnis peccati actualis, mortalis el venialis; unde ad hoc non oportebit aliud sacramentum institui. Et praeterea, quia, etiam non exsistentibus (x) venialibus, adhuc necessitas illorum sacramentorum esset ad consummandum in bonum, secundum doctrinam Dionysii (de *Eccl. Hier.,* cap. 5), etc. » — Hæc ille. — Ex quibus patet quod effectus principaliter intentus in hoc sacramento non est fortificatio contra ultimam lentaliunem, nec remissio venialium quoad culpam aut pœnam, sed praeparatio ad gloriam anirnæ et corporis, per sublationem reliquiarum peccati inhabilitantium ad gloria» susceptionem, el dedicationem animæ et corporis ad gloriam. Ex quo sequitur quod ista unctio potius assimilatin' unctioni dedicativa quam pugilativæ, quoad finem ad quem ordinatur; non dico coaequali causa» ducationis. Nullus etiam doctorum antiquorum hoc sacramentum appropriavii virtuti fortitudinis, sed solum sacramentum confirmationis, ul ostendit sanctus Thomas, secunda distinctione hujus(q. I, art. 2); quod tamen oporteret, si dicta opinio Petri vera esset.

Ulterius dicitur quod dicta Durandi implicant contradictionem : quia ex una parte dicit quod hoc sacramentum non est principaliter institutum contra peccatum veniale, el ex alia dicit quod principalis effectus hujus sacramenti est remissio |>eccati venialis; constat autem quod omne sacramentum est institutum propter suum principalem effectum ; ex quo sequitur oppositum primi, scilicet quod hoc sacramentum est institutum principaliter contra peccatum veniale.

Et hæc sufficiant ad objecta contra secundam conclusionem.

(a) *exiuUntibut.* — exeunhôui Pr.

§ 3. — Ad ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

AdargumontaDurandi.—A‹l primum Durandi contra tertiam conclusionem, dicitur quod consequentia non valet. Quia, sicut dicit Petrus (dist. 7, q. 1), ‹x tunc tantummodo fit injuria consecrationi quando idem genus consecrationis repetitur, non autem quando aliud el aliud, maxime quando unum ad aliud ordinatur : quia, sicut in naturalibus in eodem subjecto sunt plura accidentia diversarum rationum, non autem unius; sic nihil prohibet in supernaturalibus aliquid unum pluries sanctificari sanctificationibus diversi generis; sed unius generis, sic; sicut unus et idem homo plura sacramenta suscipit, sed non pluries unum ile non iterabilibus. Et similiter consecratio sacramentalis praecedit consecrationem quæ est sacramentum in eadem materia : sicut, post multas benedictiones super panem et vinum, proferuntur verba consecrationis; et sic de aliis. Unde materia confirmationis et exlremæ unctionis non his consecratur illa consecratione quæ est sacramentum; licet post illam quæ est sacrainentalis, recipiat illam quæ est sacramentum. Unde, cum sanctificatio quam Christus contulit suo tactu aliquibus materiis sacramentorum, sit alterius rationis a sanctificationibus sacramentelibus et verbalibus, nihil prohibet eas illi supervenire, n — Hæc Petrus, ct bene; et concordat sancto Thomæ, prima quæstiône hujus distinctionis, art. 3, q,a 2, ubi arguit sic, primo loco : α Hoc sacramentum habet unam sanctificationem in usu per formam verborum. Ergo superfluit alia sanctificatio, si ad materiam ipsius fiat. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod prima sanctificatio materiæ est secundum se. Sed secunda, magis pertinet ad usum ipsius, secundum quod est actu conferens effectum suum. Et ideo neutra superfluit : quia etiam instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice, et dum fiunt, et dum ad actum applicantur. * — Hæcille.— Item, dist. 7, q. 1, art. 2, qh 3, arguit sic, tertio loco : α Sanctificatio non est iteranda circa idem. Sed per formam sacramenti sanctificatur materia, ut patet in baptismo, cujus materia est aqua verbo vita» sanctificate ; quod verbum dicit Magister (dist. 3) esse formam baptismi. Ergo non debet, ante prolationem formæ sacramentalis, aliqua sanctificatio circa materiam confirmationis adhiberi, u Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod, sicut instrumentum virtutem instrumenlalem acquirit dupliciter, scilicet quando accipit formam instrumenti, et quando movetur a principali agente ad effectum, ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatione indiget ; una, qua instituitur materia propria sacramenti, et ad hoc est sanctificatio materiæ; alia est

quando applicaturadeffectum,quæ(a) fit performant sacramenti. Et ideo non Iit injuria sanctificationi, si duplex sanctificatio talibus adhibeatur. » — Hæc ille.

Ad secundum respondet Petrus (dist. 7, q. l), quod « Christus vivus, el mortuus, fuit usus unctio· nibus visibilibus; sed non per modum sacramenti, sicut usus est pane et vino consecratis el conversis; nec per modum sacramentalis, sicut usus (O est baptismo Johannis. Unde si pueris manum imposuit, non tamen unxit; et si Apostolos cum oleo misit, non tamen illo oleo unctus est, nec per se unxit infirmos ». — Hæc ille. — Sed contra hoc replicat Durandus, ul palet in arguendo. — Sed dicendum quod fundatur in falsa consequentia, scilicet hac : *Christi contactus dedit virtutem aliquibus materiis sacramentalibus; ergo dedit virtutem omnibus quæ tetigit, venientibus in usum sacramentorum.* Hæc enim consequentia nullius est exsistentia?, nec apparentis : quia non quilibet Christi contactus contulit virtutem aquæ vel pani, sed solum ille contactus quo materiam a se tactam instituebat materiam sacramenti; sic autem tetigit aquam in baptismo, et panem el vinum in crena; oleum autem aut aliam unctionem nunquam tetigit illo modo; el ideo nullam sanctificationem eis contulit suo tactu precise, sed solum materia· baptismi et Eucharistiæ. Et ideo argumentum non valet.

§ 4. — Ad argumenta contra quartam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Petri de Palude — Ad primum contra quartam conclusionem, dicitur quod non fuit mens sancti Thoma? quod hoc sacramentum in aliquo casu nullum causel effectum, concurrentibus omnibus quæ sunt de essentia sacramenti, et nullo obice exsistente in recipiente. Quia, ut liene arguit Petrus, secundum sanctum Thomam, in aliis locis, omne sacramentum novæ legis causât dispositionem ad gratiam , si non sit defectus ex parte requisitorum ad sacramentum, nec impedimentum ex parte suscipientis, per aliquam fictionem. Sed credo quod intendebat quod integratio effectus hujus sacramenti, quæ includit sanationem mentis el corporis, non semper ponitur, posito perfecto sacra mento, ct remota omni fictione ex parte suscipientis. El quod ista fuerit ejus mens, videtur: nam, præsenti distinctione, q. 1, art. 2, in elutione secundæ qûæsliunculœ, sic didi : « Sicut baptismus, per ablutionem corporalem, facit spiritualem emundationem a maculis spiritualibus; ita hoc sacramentum, per medicationem sacramenlalein exteriorem, facit sanationem interiorem. Et sicut ablutio baptismi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporalem emundationem facit; ila extrema unctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. Sed in hoc est differentia : quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationem, et ideo semper eam facit; sed extrema unctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiæ, sed ex virtute divina, quæ (a) rationabiliter operatur. Et quia rationabiliter operans nunquam inducit effectum secundarium nisi secundum quod expedit ad principalem, ideo ex hoc sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem; el tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis. › — Hæc ille. — Item, art. 4, qu 3, arguit sic, tertio loco : ‹ Duplex effectus hujus sacramenti ponitur in littera. Sed in verbis predictis non fit mentio nisi de uno, scilicet de remissione peccatorum; non autem de corporali sanatione, ad quam Jacobus ordinat orationem fidei, dicens (cap. 5, v. 15) : *Oratio fidei sanabit infirmum.* Ergo forma prædicta est incompeteos. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod in forma debet exprimi principalis effectus, et qui semper inducitur in sacramento, nisi sit defectus ex parte recipientis. Non autem ♦alis effectus est cor|»oralis sanitas, ut ex dictis patet; quamvis quandoque sequatur; ratione cujus Jacobus hunc effectum attribuit orationi, quæ est forma hujus sacramenti. » — Hæc die. — Ex quibus patet quod hoc sacramentum semper inducit suum effectum principalem, nisi sit defectus ex parte recipientis; sed effectus secundarius non semper inducitur, sed tunc tantum quando expedit ad principalem effectum, el tunc semper.

Si autem Petrus intendat probare quod hoc sacramentum. et quodlibet aliud sacramentum novæ legis, semper habet aliquem effectum in suscipiente, dummodo concurrant omnia quæ sunt de essentia sacramenti, sive suscipiens ponat obicem, sive non; et quod nulla fictio possit impedire effectum hujus sacramenti primum, aut ultimum; — neganda sunt dicta ejus. Nec valet ejus probatio : quia causa naturaliter agens, quanlumcumque |H?rfecta. et jær se, aut essentialis, nunquam producit effectum in passo indisposito ad recipiendum ejus impressionem; sicut patet de igne respectu ligni excellenter frigidi et huinidi. Nec valet quod dicit de obstaculo respectu illuminantis : quia illuminatio medii non solum impeditur propter obstaculum vel absentiam illuminantis, immo propter densitatem medii, aut defectum diaphaneitatis. Nec valet quod dicit, quod Thomas tenendus est in contrariis dictis : quia ipse non dicit contrarium alibi

( ) *quee.* — *qui* Pr.
( ) wuf. — Otn. Pr.

(i) *qur.* — Ora. Pr.

eorum quæ dicit in proposito. Immo Petrus dicit alibi contrarium eorum quæ hic dicit, scilicet quod tanta et talis posset esse fictio in recipiente sacramentum etiam baptismi, quod nullum effectum sortiretur; et similiter in sacramento pœnitentiæ, ut ălia visum est (dist. 17, q. 2); licet non omnis fictio impediat effectum baptismi, nec pœnitentiæ, nec hujus sacramenti, sed aliqua sic, et aliqua non. Si enim recipiens hoc sacramentum nunquam consensit, immo semper dissensit receptioni hujus sacramenti, nec habuit devotionem ad sacramentum, sed contemptum ejus, puto quod in eo casu nullum effectum recipit ex sacramento. De hoc sanctus Thomas, present! distinctione, q. 2, art. 2, qu3, in solutione secundi, sic dicit: α Baptismus non requirit motum liberi arbitrii, quia datur contra originale principaliter, quod non curatur in nobis ex nostro libero arbitrio; sed in hoc sacramento requiritur motus liberi arbitrii. » Item, in solutione quarta? quæstiunculæ, dicit sic : α Hoc sacramentum exigit actualem devotionem in suscipiente, sicut Eucharistia. Unde, sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum, n Item, q. I, ari. 4, qu 2, in solutione primi, sicdicit : « Hoc sacramentum, sicut et pradicta, quantum est de se, habet certitudinem ; sed potest impediri ex fictione recipientis (etiam si sacramento subjiciat se per intentionem) quod nullum effectum consequitur. » — Hæc ille. — Ex quibus apparet quod multiplex indisposilio recipientis impedit effectum hujus sacramenti : puta, si sit puer; aut sanus, fingens se infirmum; aut carens omni devotione actuali, pnusenli et preterite. El multiplex alia fictio potest impedire omnem effectum hujus sacramenti.

Ad secundum contra earndem conclusionem, dicitur quod, cum beatus Thomas fuerit italiens, præsumendum est quod ipse bene scivit formas (s) sacramentorum, quibus Ecclesiæ italics» utuntur, et sic formam (6) Ecclesiæ ambrosianæ. Et sic videtur quod Ecclesia ambrosiaca, conferendo sacramentum exlremæ unctionis, utitur non solum verbis indicativis, immo deprecativis; potissime quia Ambrosius non ignorabat verba beati Jacobi dicentis (cap. 5, v. 14 et 15) : *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo* in *nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum; ct,* si in *peccatis sit, dimittentur ei,* etc.; ubi traditur satis expresse quod unctio extrema, de qua ibidem loquitur, debet omnino fieri cum verbis deprecativis, non solum indicativis; cujus oppositum, si fiat, nil agitur. Et sic intelligo sanctum Thqmam, prima quæstione hujus distinctionis, ari. 4, qll 2, ubi arguit sic (tertio loco) : ‹ In quibusdam Ecclesiis dicuntur hujusmodi verba in collatione hujus sacramenti : *1'ngo hos oculos oleo sanctificato, in nomine Patris,* etc.; et hoc est conforme aliis formis sacramentorum. Ergo videtur quod in hoc consistat forma hujussacramenli. › Ecceargumentum.Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod verba illa indicativi modi, quæ secundum inorem quorumdam premitluntur orationi, non sunt forma hujus sacramenti; sed sunt quædam dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba. n — Hæc ille. — Ex quibus videtur quod, licet aliquae Ecclesiæ prerniltant orationi verba indicativa, et aliquæ non, quælibet tamen utitur verbis deprecativis, et nulla solis indicativis.

Ad argumentum principale contra quaestionem (x), respondet sanctus Thomas, art. 1,q. 1, hujusdistinCtionis, q,M I, in solutione primi, dicens quod « oleum quo catechumenus inungitur, sua unctione non perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad liaplismuin pertinet; sed aliquo modo ad baptismum disponit. El ideo non est sacramentum illa unctio, sicut unctio extrema. » — Hæc ille.— Qualis autem sit illa dispositio quam confert unctio illa procédons baptismum, docet, dist. 6, q. 2, ari. 3, q|’2, in solutione prirni, (licens sic : « Sacramenta novæ legis habent effectum in conferendo gratiam, qua perfecte morbo subvenitur, contra quem sacramentum ordinatur. Sed sacramenlalia habent effectum in removendo contrarias dispositiones, vel impedimenta graliæ. Et ideo multiplicantur, nec in eis gratia confertur. » — Hæc ille. — Item, in solutione primæ quæstiunculæ, sic dicit : « Olei inunctio significat expeditionem hominis in pugna quam adversus diabolum suscipit (6), a cujus potestate exemptus est. » — Hæc ille.

Et hæc de quirslione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO X'XIV.

QUÆSTIO I.

UTRUM ORDO SIT SACRAMENTUM

Circa vigesimamquartam distinctionem 5Î i. *Sententiarum* quæritur : Utrum ordo Sj sil sacramentum.

Bii Et arguitur quod non. Quia, sicut praelatio spiritualis, quæ est ordo, datur cum quo-

ta) formai. — *formam* Pr.
(6) *formam.* — *formas* Pr.

(a) *quaestionem* —*conclusionem* Pr.
(15) *suscipit.* — *suscepit* Pr.

dain consecratione; ila et praelatio secularie, quia reges inunguntur. Sed regia dignitas non est sacramentum. Ergo nec ordo, de quo loquimur.

In oppositum arguitur. Quia ordo ab omnibus numeratur inter septem Ecclesiæ sacramenta.

In hac quæstione sunt 1res articuli. In primo («nentur conclusiones. In secundo» objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sil

Prima conclusio : Quod ordo ecclcslasllcus, hi quo datur potestas, est vere sacramentum.

Hanc conclusionem, quoad 1res sui partes, ponit sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. I, art. I. Nam primam pariem, scilicet quod ordo sit el delieat esse in Ecclesia, probat, ibidem, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens : « Deus sua opera in sui similitudinem producere voluit, quantum possibile fuit, ut perfecta essent, et |>er ea cognosci posset. Et ideo, ut in suis operibus repraesentaretur non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod aliis induit, hanc legem naturalem posuit omnibus, ut ultima per media perficerentur, el media per prima, ul dicit Dionysius *(de Eccl. Hier.,* cap. 5). Et ideo, ul ista pulchritudo Ecclesiæ non deessel, posuit ordinem in ea» ul quidam aliis sacra traderent, suo modo in hoc Deo assimilai!» quasi Deo coopérantes; sicut etiam in corpore naturali quædam membra aliis influunt. » — Hæc ille.

Item, ibidem, arguit sic (arg. 2 Sed contra) : α Status Ecclesiæ est medius inter statum naturae et gloriæ. Sed in natura invenitur ordo, quoqtiædmn aliis superiora sunt; el similiter in gloria, ul patet in angelis. Ergo in Ecclesia debet esse ordo. » — Hæc ille.

Ex quibus palet ratio pro prima parte conclusionis.

Secundam partem ejusdem, scilicet quod ordo ecclesiasticus sit spiritualis potestas, vel saltem in ordine conferatur spiritualis potestas, probat, ibidem, in solutione secundæ quæstiunculæ, ubi recitat dicta Magistri in littera ponentis diffinitionem ordinis, quæ talis esi : *Ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato.* Postea sanctus Thomas. ex|K)iiendo praedictam diffinitionem, sic dicit : α Diffinitio quain ponit Magister de online, convenit ordini secundum quod esi Ecclesiæ sacramentum. El ideo duo ponit : scilicet signum exterius, ibi, *signaculum quoddam,* id est, signum quoddam; el effectum interiorem. ibi, //rr *quo·! spiritualis potestas,* etc>> — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione primi argumenti, sic dicit : < Signaculum non ponitur in hac diffinitione pro charactere interiori, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum interioris potestatis et causa ; et sic etiam sumitur character in alia diffinitione (a). Si tamen pro intenori charactere sumeretur, non esset inconveniens: quia divisio sacramenti in illa tria, scilicet quorum unum est sacramentum lanium et aliud res tantum, el «aliud res et sacramentum, non est in partes intégrales, proprie loquendo; quia illud quod est res tantum, non est de essentia sacramenti ; quod est etiam sacramentum tantum, transit; el sacramentum manere dicitur. Unde relinquitur quod ipse character intelior sil essentialiter et principaliter ipsum sacramentum ordinis. » — Hæc ille.

Ex quibus patet quod ordo est («testas spiritualis, vel confert potestatem spiritualem, ex diffinitione quam («nit Magister.

Tertiam pariem conclusionis, scilicet quod ordo sit sacramentum, probat sanctus Thomas, ibidem, in solutione tertiæ quæstiunculæ, dicens : < Sacramentum nihil aliud est quam quædam sanctificatio hominis, exhibita cum aliquo signo visibili. Unde, cum in susceptione ordinis quædam consecratio homini adhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum. a — Hæc ille.

Ex quibus patet ratio in forma pro tertia parte conclusionis.

Secunda conclusio est quod» licet sint plures ordines, omnes tamen sunt unum totale perfectum sacramentum. el non plura totalia perfecta; nec plure ordines totales el perfecti, sed unus totalis et perfectus ordo.

Primam partem hujus ponit sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 2, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens : u Ordinum multitudo inducta est in Ecclesia propter tria. Primo, propter Dei sapientiam commendandam, quæ in distinctione ordinata rerum maxime relucet, tam in naturalibus quam in spiritualibus; quod significatum est, quia regina Saba, videns ordinem ministrantium Salomoni, non halwbat ultra spiritum, deficiens in admiratione sapientiæ ipsius (3. *Regum,* cap. 10). Secundo, ad subveniendum humana infirmitati : quia per unum non poterant omnia quæ ad divina ministeria perlinebant expleri sine magno gravamine; ct ideo distinguuntur ordines diversi ad diversa officia. El hoc patet per hoc quod Dominus, *Numerorum* i **I**, dedit Moysi septuaginta senes populi in adjutorium. Terlio, ut via proficiendi

(a) *rei tequenli diihncftonr.* — Ad. Pr.

hominibus amplius darelur, dum plures in diversis | officiis distribuuntur, ut omnes sint Dei cooperatores; quo nihil est divinius, ut dicit Dionysius *(de Eccl. Hier.,* cap. 5). » — Hæc ille.

Ex quibus patet triplex ratio pro prima prie conclusionis; quam probat ulterius ibidem arguendo pro conclusione : α Quia Ecclesia est corpus Christi mysticum, simile corpori naturali, secundum Apostolum (1. *Corinth.* 42). Sed in corpore naturali sunt diversa membrorum officia. Ergo in Ecclesia debent esse diversi ordines.—Item, ministerium novi testamenti est dignius quam ministerium veteris, ut plet, 2. *Corinth.* 3. Sed in veteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam levitæ ministri eorum sanctificabantur. Ergo in novo testamento debent consecrari pr ordinis sacramentum non solum sacerdotes, sed ministri eorum; et ita oprlet quod sint plures onlines. » — Hæc ille.

Secundam partem conclusionis ponit ibidem, in solutione secundi. Arguit enim sic, secundo loco : « Si ordo dividitur, aut est divisio lotius in pries integrates, aut in paries subjectivas. Non in partes intégrales: quia sic non recipient pnudicalionem totius. Ergo est divisio in partes subjectivas. Sed pries subjectivæ recipiunt in plurali praedicationem generis remoti, sicut generis proximi; sicut homo el asinus sunt plura animalia, ct plura corpra animata. Ergo sacerdotium et diaconatus, sicut sunt plures ordines, ita sunt plura sacramenta, cum sacramentum sil quasi genus ad ordinem. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹i Dicendum, inquit, quod distinctio ordinis non est totius integratis in partes, neque totius universalis, sed totius potestativi; cujus haec est natura, quod solum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua prticipalio ipsius; el ita est hic. Tota enim plenitudo hujus sacramenti est in uno ordine, scilicet in sacerdotio; sed in aliis est quædam participatio. El hoc significatum est in hoc quod dicit Dominus Moysi, *Numerorum* 11 (v. 17): *Auferam dc spiritu tuo, ct tradam cis, ut sustentent onus pupuli.* Et ideo omnes ordines sunl unum sacramentum. › — Hæc ille.

Ex quibus plesl formari talis ratio pro conclusione : Totum potestativum non prædicatur pluraliter cum sua totalitate de partibus suis collective sumptis, sed solum singulariter. Sed hoc quod dico, *sacramentum ordinis,* vel *ordo,* est quoddam lolum potestativum respectu septem ordinum. Ergo non prædicatur cum sua totalitate de illis pluraliter, sed singulariter : ut possit dici quod illa septem sunt totale perfectum sacramentum ordinis, el non plura totalia perfecta sacramenta, vel ordines perfecti totales (a).

Et ia hoc primus articulus terminatur.

(a) *totales.* — *totalis* Pr.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta Scoti. — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Scotus (dist. 24, q. 1), probando quod sacramentum ordinis non sit potestas spiritualis ad aliquem actum in ecclesiastica hierarchia.

Primo. Quia ex ista descriptione sequitur quod episcopatus sit ordo; cum sil potestas ad aliquem actum spiritualem in Ecclesia (ulpote ad actum confirmandi, et conferendi ordines sacros), ct non tantum potestas congrue exercendi, sed simpliciter exercendi; quia non episcopus, si attentet istos actus, ut videtur, nihil facit.

Secundo. Quia sequitur quod sub ordine sacerdotali non sit aliquis ordo; quod est contra omnes. Probatur : quia istam potestatem non halæt diaconus, nec subdiaconus; quia, etsi ipse possit aliquid facere congrue, quoti non faceret laicus, tamen, si laicus attentet illud facere, simpliciter faceret.

Tertio. Quia sequitur quod sacerdotium sit duo ordines : quia sacerdoti competit duplex potestas spiritualis, scilicet conficiendi Eucharistiam ,el absolvendi jKimilentem ; quæ non sunl una potestas; quia una videtur prior altera, quia in cœna Deus contulit primam Apostolis, secundam autem nonnisi post resurrectionem, Johan. 20 (v. 23). — Hæc Scolus, in forma.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus (dist. 24, q. 2), probando quod ordo in generali acceptus non dividadalur in speciales ordines sicut in sacramenta, sed sicut in sacramentum et sacramentalia : ita quod solum sacerdotium est ordo et sacramentum ; cetera vero sunl ordines, non tamen sacramenta, sed quædam sacramentalia. El hoc probat

Primo sic. Quando plures actiones ordinantur ad unum spiritualem effectum, ita quod una attingit illum, aliæ vero solum disponunt, illa sola quæ principaliter attingit, est sacramentum, celera vero sunt sacramentalia tantum : sicut patet de catechismo el exorcismo respectu ablutionis sub determinata forma verborum; quia enim omnes islæ actiones ordinantur ad ablutionem peccati originalis, el ad hanc attingit sola ablutio exterior, ceteræ vero sunl tantum disposiliones, ideo sola ablutio est sacramentum, exorcizatio autem el calechizatio sunl sacramentalia lanium. Nunc est ita, quod omnes ordinationes ministrorum Ecclesiæ sunt

principaliter propter sacramentum Eucharistiæ conficiendum et ministrandum; ad hoc autem attingit potestas sacerdotalis, cetera vero solum disponunt, quædam ⁋ n remotis, et aliæ de propinquo. Ergo sola ordinatio sacerdotalis est sacramentum, cetera vero sunt sacramentelles tantum·

Secundo sic. Sicut potestas qua· datur in baptismo, est ad suscipiendum sacramenta, sic potestas ordinis, ul est sacramentum, est ad conficiendum vel conferendum ea; correspondent anim sibi invicem, sicut potentia activa el passiva. Sed, in ordinibus sub sacerdotio, non confertur aliqua potestas ad conficiendum vel conferendum sacramenta; unde diaconus, qui superior est inter illos, ex ordine non haliet aliquod sacramentum conficere vel conferre, quamvis sacramentum Eucharistiæ confectum a sacerdote habeat mediante vase dispensare, vel |>orlare solummodo, vel offerre. Ergo nullus ordo sub sacerdotio est proprie sacramentum.

Tertio. Quia in ordinatione sacerdotis confertur potestas, vel depulalio, per quam ordinatus potest aliquid facere, quod prius non pQterat, etiam quoad genus facti : sicut ordinatus in sacerdotem potest conficere corpus Domini, absolvere in foro pœnitentiæ; quod non poterat sine tali ordine. Sed, in ordinibus inferioribus sacerdotio, nulla potestas, vel depulalio, confertur ordinato, per quam possit aliquid quod non poterat prius, sed solum per (piam licet facere quod non licebat prius : quidquid enim potest diaconus ordinatus, puta legere Evangelium, ministrare sacerdoti, etc., totum poterat facere prius, sed non licebat ei; et similiter est in inferioribus ordinibus. Ergo, cum potestas sit ad posse, et non ad licere, potestas quæ confertur in aliis ordinibus a sacerdotio, non est jxiteslas simpliciter, sed secundum quid; nec illi ordines sunt ordines simpliciter, cum ordo sit signaculum Ecclesiæ mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato; quare nec sunt sacramenta simpliciter, sed secundum quid,sive quædam sacramentalia. Et quod plus est, in quibusdam minoribus non datur potestas jier quam ordinatus possit aliquid facere, vel ei liceat, quod prius non posset, vel ei non liceret; sicut est de ostiario, lectore et acolytho. Omnia enim officia priori ictorum ordinum licite faciunt non ordinali, sicut ordinati,secundum usum universalis Ecclesiæ. Unde depulalio ad prædicta officia facienda videtur esse ab institutione Ecclesiæ, ad solernnitatem divini cultus. Ecclesia autem non potest instituere sacramenta, sed solum sacramentalia.

Quarto. Confirmatur hoc per commune dictum doctorum. Dicunt enim communiter quod ‹ distinctio ordinum non est totius Integratis in suas partes, nec totius universalis in paries subjectivas; sed totius potestativi. Cujus hæc est natura, quod totum secundum completam rationem est in uno, in aliis autem est aliqua participatio illius. El ita est hic. Tota enim plenitudo hujus sacramenti esi in uno ordine, scilicet in sacerdotio; in aliis autem est aliqua participatio ordinis. › Ex quo ergo tota plenitudo sacramenti est in sacerdotio, m aliis autem solum quædam participatio, patet quod non sunt proprie sacramenta, sed quædam sacramentalia. Nec video quare hoc non possit teneri probabiliter· Immo non videtur quod aliter possit salvari dictum fratris Thomæ, cujussunt verba præ lenlia (4. Sent., dist. 24, q. 2, art. I, q|› 1, ad 2Uia). Quia, si quilibet ordo est per se el simpliciter sacramentum, tunc plures ordines sunt plura sacramenta, ct non unum tantum, ut ipse dicit. Et iterum, ordo erit totum universale ad speciales ordines, et sacramentum similiter, et (a) speciales ordines erunt ejus partes subjectivæ : quia illæ sunl partes subjectivæ, quæ per se et simpliciter recipiunt prædicationvm totius; el sic esset in proposito, si quilibet ordo esset per se el simpliciter sacramentum; quod iterum ipse negat. Si vero omnes ordines sunl Unum sacramentum, ut partes ejus, quemadmodum consecratio panis et consecratio vini faciunt unum sacramentum completum Eucharistiæ, sequeretur quod speciales ordines essent (6) pries intégrales unius sacramenti ordinis, quemadmodum in sacramento Eucharistiæ consecratio panis el vini sunt partes intégrales ejus; hoc autem iterum ipse negat. Non restat ergo quod possit ejus intentio salvari nisi modo supradicto, scilicet quod sacerdotium sit per se el simpliciter ordo et sacramentum, celera vero sint sacramentalia tantum.

Quinto principaliter. Quin, si aliquid moveret ad oppositum, hoc piissime videretur esse (γ) ratio quam quidam inducunt, quæ talis est : Omne illud in quo confertur gratia ex opere operato, est sacramentum; sed in ordinatione diaconi et sulidiaconi gratia confertur ex opero operato; ergo sunt sacramenta. Minor probatur sic : Quicumque deputatur divinitus ad aliquod officium cujus exeeulio non potest fieri congrue sine gratia, illi datur gratia in collatione officii, quia Deus non deficit in necessariis; sed diaconus el subdiaconus in sua ordinatione deputantur ad officia quæ congrue sine gratia exequi non possunt; deputantur enim ad sacramenta tractanda, quæ immundis tangere nefas est, secundum Dionysium, primo capite *Ecclesiasticx Hierarchic;* ergo in eorum ordinatione confertur eis gratia; ergo sunt sacramenta. — Sed hoc non valet, propter duo. Primo, quia major propositio est vera in illis operibus quæ directe et immediate ordinantur ad tollendum peccatum : quia, cum pec-

(a) *quirdam.* — *quidem* Pr.

(a) *et.* — Om. Pr.
(i) rwrnf. — *erunt* Pr.
(γ) *eue.* — Om. Pr.

catum non tollatur nisi per gratiam, actio per quam confertur gratia, est ibi principalissima, et ideo est sacramentum, sicul est ablutio in baptismo. In operibus nutem quæ non immediate ordinantur contra peccatum, sed ad conferendum potestatem seu officium propter aliquem finem, illa sola operatio est sacramentum, pei quam confertur potestas quæ directed immediate ordinatur ad finem intentum; quia illa sola estprincipalis ; cetera? vero, etsi eis conferatur gralia, sunt adminiculativæ; el ideo solum suntsacramenlales, et non sacramentum. Sic autem, est in ordinibus, ul declaratum est prius. Ideo, dc. — Secundo, quia posset dici ad minorem pro|>ositionem, quod ipsa non sumitur universaliter pro omnibus ordinibus sub sacerdotio, sed solum pro diaconatu d subdiaconalu. Nec ejus probatio se externi it ad minores ordines de quibus superius facta est mentio, videlicet ad ostiarium, lectorem, acolythum : quia officia prædictorum ordinum possunt licite (a) exerceri sine gralia (quamvis non meritorie, quia sine gralia nullum opus est meritorium); d ideo per illam rationem non probatur quod in collatione prædictorum ordinum conferatur gratia. — Dictum diam Dionysii, quod immundis symbola tangere nefas est, inlelligilur de administralionc sacramentorum ; quæ non pertinet ad diaconum vel subdiaconum, sed solum ad sacerdotem.— Rursus, si dicatur quod sacramentum d sacramentalia debent simul conferri, cum sacerdotio autem non simul conferuntur reliqui ordines; — non valet. Quia non oportet sacramentalia simul conferri cum sacramento: nam, in primitiva Ecclesia (6), mullis diebus, d quandoque pluribus annis, catechizabaotur aliqui priusquam baptizarentur, sicut legimus de beato Martino; et, eodem modo, prius tempore promovetur quis ad minores ordines gradatim, antequam fiat sacerdos, ut probato in minoribus majora committantur. — Hæc Durandus, in forma.

II. Argumenta aliorum (γ).—Abaliis arguitur sic

Primo. Si quilibet ordo |>er se non debeat dici sacramentum, sed omnes simul unum sacramentum sunt; ergo quilibet ordo aut essentialiter perlinet ad sacramenti ordinis rationem, sicul consecratio vini essentialiter pertinet ad sacramentum Eucharistiae, sicut consecratio panis, d e converso; quod nullus dicit; vel in uno Lanium consistit ratio sacramenti, scilicet in sacerdotio, in aliis autem concomitative tantum, tanquam in sacramentalibus adjunctis; d habetur propositum.

Secundo. Quia, si unio est sacramentum, quilibet ordo erit sacramentum; sed cum ordines sini septem, sequitur quod sint septem sacramenta, vel tredecini («).

Tertio. Quia, si quililwt ordo est sacramentum: aut per se, d sic sunt partes subjectiva», d ordo erit lotum universale; aut sic quod omnes sunt unum sacramentum, et tunc sunt partes intégrales. Sed utrumque est falsum. Ergo, etc.

Quarto. Illud solum est sacramentum, quod attingit ad enectum principaliter intentum; quod vero disponit, est sacramcnlale. Et hoc patet per Thomam, supra, dist. 23, q. I (6). Cum ergo solum sacerdotium attingat ad enectum principalem, illud solum est sacramentum, cetera vero sacramentalia.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTU11 SOLUTIONES

§ 1. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. —Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. El quidem

Λ<1 primum Scoti contra primani conclusionem, dicitur quod consequens illatum non est inconveniens ; (piia episcopatus est ordo, accipiendo ordinem uno modo, secundum quod videbitur in sequenti quæstione. Ideo de hoc non amplius dicitur pro præsenti.

Ad secundum, negatur consequentia : quia non solum sacerdos, verum etiam subdiaconus el diaconus el celeri ordinali habent spiritualem potestatem, et recipiunt characterem in sua ordinatione. De hoc sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 1. ari. 2, in solutione secundæ quæstiunculæ, sic dicit : « Circa hanc qnæslionem fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt quod in solo ordine sacerdotali imprimitur character. Sed hoc non videtur verum : quia actum diaconi nullus potest exercere licite nisi diaconus; et ita patet quod habet aliquam |jotestatein spiritualem in dispensatione sacramentorum, «piam alii non habent. El propter hoc alii dixerunt quod in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in minoribus. Sed hoc iterum nihil est : quia per quemlibet ordinem aliquis constiluilur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatu ad sacramentorum dispensationem; unde, cum character sil signum distinclivum ab aliis, oportet quod in omnibus character imprimatur. Cujus etiam signum est, quod perpetuo manent, el nunquam reiterantur. Et hæc est tertia opinio, quæ

(e) *licite.* — Om. Pr.
(8) prim. — Ad Pr.
(γ) Hæc argumenta reperiuntur apud Petrum de Palude, dut. 24, q. 1.

(a) rei (rcc/erini. — Om. Pr.
(8) Cfr. Dist. prxeed., art. t, conci. I.

communior est. d — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : « Quilibet ordo vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorum dispensationem : sicut ostiarii habent netum admittendi homines ad divinorum sacramentorum inspectionem; et sic de aliis. El ideo in omnibus requiritur spiritualis potestas. » — Hæc ille. — Cum autem dicit arguens, quod laicus jiotest facere quidquid potest diaconus, quamvis non licite, etc. ; — dicitur quod hoc confirmat propositum : quia actus licitus et netus illicitus, licet quandoque sint ejusdem speciei in esse natura·, differunt tamen specio vel genere in esse moris vel juris; el ideo Inicus non potest facere actum ejusdem speciei secundo modo dictæ cum illo quem potest facere ordinatus; et sic oportet quod ordinatus habeat aliquam potestatem spiritualem, absolutam vel respectivam, quam non habet laicus, vel non ordinatus. Item, quidquid sit de actibus exterioribus, tamen character ordinis aliquem actum interiorem habet, cui similem non potest habere non ordinatus : puta signare, distinguere et configurare. De <pia materia diffuse loquitur sanctus Thomas, quarta distinctione hujus, q. 1, art. 1.

Verumtainenad hocargumentum diffusius resjiondet Petrus de Palude (dist. 24, q. 2), dicens : < Quidam dicunt quod non in omni online est character proprie dictus. Ubi est sciendum quod, secundum eos, cum character sil potestas per quam homo (a) operatur divinas actiones, sicut aliquid habet dupliciter rationem potestatis, sic et characteris. Potestas enim proprie dicitur per quam possumus in actum in quem alias non possemus; sed potestas secundum quid, est per quam licite possumus quod alias poteramus sed non licite. Et sic character simpliciter, dicitur potestas per quam possumus in actum in quem prius non poteramus; sed character secundum quid, dicitur potestas per quam licite possumus in actum in quem prius |X)teramus sed non licite. Accipiendo ergo (6) characterem pro potestate simpliciter dicta, sic character non imprimitur nisi in sacerdotio; non autem in inferioribus ordinibus. Cujus rationem assignant : quia cuicumque confertur aliqua]>otestas spiritualis simpliciter talis, potest in spiritualem eflectum in quem non poterat prius, ut dictum est; sed sacerdos,]>osl suam ordinationem, potest in spiritualem effectum in quem non poterat prius, quia potest conficere sacramentum Eucharistiie, et absolvere in foro pœnitentiæ, quod prius non poterat; diaconus vero et inferiores ordines, post ordinationem suam, non possunt in aliquem effectum in (γ) quem prius non possent, quamvis liceat eis nunc quod non licebat prius; prius enim poterat Evangelium legere, et sacerdoti ministrare, Red non licebat; ergo in ordine ⁑acerdoti confertur potestas spiritualis simpliciter dicta, non autem in ordine inferiorum; si ergo character sit potestas ⁑pirituali.· , sequitur quod character proprie et simpliciter dictus imprimatur in sacerdotio, et non in inferioribus ordinibus. Nec est instantia nisi de exorcista, qui videtur in sua ordinatione accipere potestatem ad effectum spiritualem, scilicet ad inqiediendum potestatem dæmonis. Sed istud, secundum Cyprianum, non cogit : quia ipse ponit quod exorcismus nihil facit, sed tantum significat illud quod in baptismo postea efficitur. Dicit enim sic (Epift. 76 *ad Stagnum, De hxretic. baptism.) Scias diaboli nequitiam permunere usque ad aquam snlmarem,* in *aqua autem baptismi omnem nequitiam amittere (a).* Et ita, secundum ipsum, exorcista non habet potestatem super dæmonem. Sed quia contrarium tenetur communius, ideo potest concedi quod in ordine exorciste imprimatur character. Nec tamen propter hoc est dignior ceteris ordinibus : quia, quamvis in hoc excedat, tamen in alio exceditur, in hoc scilicet quod actus aliorum ordinum magis de propinquo se habent ad sacramentum Eucharistia quam actus exorciste, qui immediate ordinatur ad tollendum impedimentum baptismi, el, mediante baptismo, ad Eucharistia sacramentum. Si vero character accipiatur secundo modo, scilicet pro potestate per quam licite possumus in actum in quem prius poteramus sed non licite, sic dicendum est quod in omnibus ordinibus imprimitur character : quia per quemlibet ordinem deputatur ordinatus ad actum, qui est sacer, vel ratione materiæ, vel ex relatione quam halxU ad Eucharistiae ⁑acramentum — Sed contra : Quia in confirmatione imprimitur character proprie dictus, sicut in baptismo et sacerdotio, et tamen per illum non potest in quod prius non posset etiam licite, sed tantum ex officio; sicut miles etiam non recipit potestatem facti, sed officii, ad pugnandum. El ulterius, quia illa quæ non imprimunt characterem, reiterantur. Ergo, etc. — Sed ad hoc dicerent quod illa per quæ fiunt deputaliones ad aliquod sacrum (6) cum consecratione, illa non iterantur quamdiu res manent, licet consecratio non imprimat characterem, nec sit sacramentum, sed importat solam dcpulationem ad aliquod sacrum. » — Hæc Petrus.

Mihi videtur quod opinio quam recitat, et in parte approbat, non est vera quoad aliqua, scilicet quod potestas quæ confertur aliis ordinibus a sacerdotio, sil potestas solum j»er quam quis licite potest quod prius |K)lerat sed non licite. Hoc enim falsum

( ) Aonio. — Om. Pr.
( ) cri/o. — Oni Pr.
(v) in. — Om. Pr.

(a) Cfr. can. H7, § 4» Diti. IV, *de Cons.* — Item Migne, Patrol, lalin., t. 3, col. 1198

jarruni- — sui*ramenturn Pr.

est in omnibus minoribus ordinibus, vel saltem tribus illorum. Unde sanctus Thomas, secunda quæstione hujus distinctionis, art, 2, arguit sic, nono loco : « Iu quolibet actu ordinis spiritualis debet esse aliqua vis spiritualis, quam habent ordinati pr» nliis. Sed in apertione et clausione ostiorum non habent aliam potestatem spiritualem ostiarii quam alii homines. Ergo hoc non debet poni actus ipsorum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Quidam, inquit, dicunt quod in susceptione ordinis datur ostiario quædam vis divina, ut anere possit alios ab introitu templi, sicut et in Christo fuit quando ejecit vendentes de templo. Sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datam quam ad gratiam sacramenti. Et ideo dicendum quod suscipit jiotestatem ut ex officio hoc agere possit, quamvis etiam hoc ab ahis fieri possit, sed non ex officio. El ita est in omnibus actibus minorum ordinum, quo«i |K>-sunt peraltos licite fieri, quamvis illi non habeant ad hoc officium; sicut etiam in domo non consecrata potest dici Missa, quamvis consecratio ErdeZæad hoc ordinetur ut Missa in ipsa dicatur.» — Hiec ille.

Patet ergo, ex omnibus praedictis, quod character ordini" aliquis est potestas ad faciendum aliquid, quod sine illo non posset fieri, nec licite, nec illicite; sicut character sacerdotii, vel exorcistæ. Aliquis vero est potestasad faciendum aliquid, quod sine illo posset fieri, sed non licite; sicut character diaconatus et subdlaconatus. Aliquis vero est potestas ad faciendum aliquid, quoi sine illo posset fieri licite, sed non ex officio; sicul est character trium minorum ordinum. Et simile est de charactere confirmationi", ul ponit sanctus Thomas, septima distinctione *Quarti,* q. 2, ari. 1, qb 3 (ad Γ"“).

I li um autem potestas vel character sex ordinum extendat se ml aliquem effectum interiorem et spiritualem, in quem non posset carens tali ordine, non est manifestum, nec a docioribus determinatum. nisi de exorcismo, de quo dicit beatus Thomas, -exta distinctione hujus, q. 2, art. 3, in solutione Htmnd.e quæZiunculæ, quod < ea quæ in exorcismo dicuntur el aguntur, aliquein effectum habent in eo qui exorcizatui ; qui quidem effectus est debilitatio potestatis dæmonis, ne tantum possit in homine sicut ante, m· (i) baptismum el (i) alia bona impediat in ipso d — Hæc ille. — Tamen ex hoc non directe potest roncludi quod illa activitas >it in exorciza, scii solum quod in verbis exorcismi. Potest tamen prolmluliter concedi quod sit in utrisque. Forte actus inferiorum (γ) ordinum aliquem effectum hnlx-nt nobis ignotum in corpore Christi mjstico, positivum vel privativum, disponentem populum ad sacramentorum dignam susceptionem vel inspectionem; quem effectum non habet actus exercitus per ministrum laicurn non ordinatum. Hoc nutem puto indubitanter verum, quod nullus Iniens potest exercere licite actum exorcista?; quod si praesumeret, nihil faceret, et mortaliter peccaret. El sic jialel ad secundum Scoti.

Ad lertiiim ejusdem, negatur consequentia. Nec valet proluilio, ul alias dictum fuit, dist. 19, q. I (x). Quia jMilestas sacerdotalis unica est secundum essentian. absolutam, licet habeat diversos actus, et consequenter diversos respectus, el habitudines, et nomina. — Cum autem dicit aipjens, quod una illarum prius tempore data fuit Apostolis quam alia; — negatur. Sed conceditur quod eadem potestas primo data fuit Apostolis in cœna, quoad usum ejus primarium et principalem, el post resurrectionem fuit eis data quoad alium usum, vel actum secundarium et minus principalem, modo alias (C) exposito. El de hoc allegatum fuit, ibidem, dictum sancti Thomæ in praesenti distinctione, q. 2, art. 3, in solutione secundi, ubi sic dicit : α Dominus discipulis dedit sacerdotalem potestatem, quantum ad principalem actum, ante jussionem, in cœna, quando dixit (Malth. 26, v. 26) : *Accipite ct manducate;* unde subjunxit (Lucte 22, v. 19): *Hoc facite in meam commemorationem.* Sed pqst resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem quantum ad actum secundarium, qui est ligare et solvere. » — Hæc ille. — Ibidem etiam dicit, in principali solutione, quod « collatio potestatis sacerdotalis fit per hoc quod dat eis aliquid quod ad jiroprium actum jierlinet; et quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus et sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character sacerdotalis imprimitur. » — Hæc ille.— Item, dist. 18. q. I, art. 1, qh 2, in solutione primi, sic dicit : « Ad <luo quorum unum est causa alterius, una potestas onlinatur; sicut in igne ad calefaciendum et dissolvendum. Et quia omnis gratia et remissio in corpore mystico ex capite suo provenit ei, iilen eadem potestas videtur esse jier essentiam, qua sacerdos conficere potest, et qua potest ligare et solvere, si jurisdictio adsit. Nec differt nisi ratione, secundum quod ad diversos effectus comjiaratur; sicut etiam ignis dicitur secundum aliam rationem calefaclivus et liquefactivus. Et quia nihil aliud est character sacerdotalis quam jKitcstas exercendi illud ad quod principaliter ordo sacerdotii ordinatur, oportet quod sit idem quod spiritualis potestas. Ideo character, et potestas conficiendi, et potestas clavium, est unum el idem per essentiam, sed differt ratione. » — llæc ille.

Et hæc sufficiant ad objecta Scoti contra primam

(i) ne. — Om. Pr.
4) ne. — A<1 Pr.
(T .nprinrum — iwperiornm Pr.

(x) Cfr. dist. 19, q. t. art. 3, g 1, ad t»"».
(C) Cfr ibid.

conclusionem· Ad quorum elucidalionem valebunt dicenda ad objecta contra secundam conclusionem.

§ o. — Ad argumenta contra secundam CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Ad primum contra secundam conclusionem, respondet Petrus (dist. 24, q. i), quod ĸ major argumenti vera est tunc solum quando plures actiones ordinantur sic ad unum effectum communem, quod non habent praeter illum aliquem proprium effectum ex opere operato, qui sufficiat ad rationem sacramenti; sicut est in exorcismo, et in illis quæ dicuntur ante et post in quolibet ordine quando confertur. Secus nutem est (piando quælibel actio habet propnum effectum ex opere operato, qui sufficit ad rationem sacramenti. Tunc enim quodlibet est sacramentum. Sed quia omnes illi proprii effectus non sunt propter se intenti, sed propter aliquid unum, ideo omnes ilke actiones simul sumpta! faciunt unum sacramentum integrum et perfectum; sed quælibel illarum facit sacramentum imperfectum et diminutum. d — Hæc Petrus, et bene; hoc addito, quoti major Durandi, licet habeat aliquam apparentiam, loquendo de actionibus ordinatis ab Ecclesia ad principalem actionem institutam a Christo, et [otissime quando ilke diverse actiones fiunt super eodem supposito vel persona, tamen, loquendo de diversis actionibus ordinatis a Christo super diversa supposita, et eum diversis formis, ad conferendum specialem gratiam vel effectum gratiæ, dicta major nullam habet apparentiam. Sic autem est de actionibus quæ sunt ordinationes ministrorum Ecclesiæ sub sacerdotio.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.), dicens quod « (piando dicitur quod ordo, prout est sacramentum, est ad conferendum seu conficiendum sacramenta («), sicut baptismus est potentia passiva ad suscipiendum ea, addendum est *vel ad praeparandum et ministrandum* ad *conficere vel conferre*. Si dicatur quod ex parte potentiæ passivæ non est nisi una actio quæ sit sacramentum, aliæ autem sunt sacramentaleset præparatoriæ ; ergo nec ex parle potentiæ aelivæ;— non est simile, quia plura requiruntur ad agendum quam ad patiendum. Vel dicendum quod etiam ordinum quidam disponunt ad sacramentum conferendum el conficiendum, disponendo populum. In minori autem verum dicunt; nisi de diacono, qui ex officio habet sanguinem ministrare; tamen adhuc videtur quod non sit suus gradus, nisi fiat mentio in verbis sua· ordinationis. » — ILec Petrus, et bene. — Nec major argumenti est simpliciter falsa. Illa enim similitudo ibidem facta, de baptismo et online, non tenet per omnia.Sed sufficit quod sicut in sacramento baptismi confertur potentia passi\a ad susceptionem sacramentorum, sic in sacramento ordinis conferatur aliqua potentia activa ad exercendum aliquam actionem ordinatam rnediate vel immediate ad conficiendum vel dispensandum sacramentum Eucharistiæ, vel ad praeparandum ejus materiam vel proprium suscipientem sacramentum, \el aliquid hujusmodi. Hanc nutem potestatem habet quilibet ordinatus qualicumque ordine ecclesiastico, sicut ostendit «anctus Thomas in hac distinctione, q. 2, art. 1, in solutione secundæ quæstiunculæ, dicens : ‹ Distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad Eucharistiam; quia potestas ordinis aut est ad consecrationem ipsius Eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinandum ad hoc. Si primo modo, sic est ordo sacerdotum; et ideo, cum ordinantur, accipiunt calicem cum vino et patenam cum pane, ad designandum quod accipiunt potestatem consecrandi corpus et sanguinem Christi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentum, vel in ordine ad suscipientes. Si primo modo, tripliciter. Primo enim est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento, quantum ad dispensationem, licet non quantum ad consecrationem, quam solus sacerdos facit; et hoc perlinet ad diaconum; unde in littera dicitur quod ad diaconum pertinet ministrare sacerdoti in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi; unde etiam ipsi sanguinem dispensant. Secundo est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti; et hoc pertinet ad subdiaconum; unde in littera dicitur quod vasa corporis et sanguinis Domini portant, ct oblationes in altari ponunt; et ideo accipiunt calicem de manu Episcopi, sed vacuum, cum ordinantur. Tertio est ministerium ordinatum ad praesentandum materiam sacramenti (a); et hoc competit acolytho : ipse enim, ul in littera dicitur, urceolum cum aqua el vino préparai; unde accipiunt urceolum vacuum. Sed ministerium ordinatum ad praeparationem recipientium non potest esse nisi super immundos; quia qui mundi sunt, jam ad sacramenta percipienda sunt idonei. Triplex autem esi genus immundorum, secundum Dionysium *(de Eccl, Hierarchy* cap. 3). Quidam enim Mini omnino infideles, credere non volentes; et hi totaliter etiam a visione divinorum et a cœlu fidelium.arcendi sunt; et hoc pertinet ad ostiarios» Quidam autem sunt, volente» credere, sed nondum instructi, scilicet catechumeni; et ad eorum instructionem ordinatur lectorum ordo; et ideo prima rudimenta fidei, scilicet velus testamentum, eis legendum committitur. Quidam vero sunl fideles instructi, sed impedimentum habentes ex dæmo-

(s) *tacramrnta.* — Om. Pr

(s) *materiam sacramenti.* — *ad manum sacerdoti* Pr

nis potestati', id est. energumeni; ct ad hos habet ministerium ordo exorcistarum. Et sic patet ratio numeri et gradus ordinis. › — Hæc ille. — Ex quibus patet quod quilibet ordo habet potestatem vel ad consecrandum Eucharistiam, vel ad aliquod ministerium ordinatum ad hoc.

Ad tertium respondet Petrus de Palude (ibid.), dicens quod « quando dicitur quod non est ordo simpliciter, quia non est potestas simpliciter nisi in sacerdotio, potest addi quod immo in subdiaconatu et diaconatu est nova non potestas; (pria prius poterant contrahere matrimonium, postea non |>ossunl, el, si contrahant, non est matrimonium, nec sacramentum. Item, dicendum quod bene est aliquod verum sacramentum, non solum per quod aliquis potest agere vel pati quod prius non |>oteral nisi illicite (sicut per matrimonium accipit potestatem unus in alium, non patiendi aut faciendi quod prius non poterat, sed faciendi licite quod prius non poterat nisi illicite); et sic esi de diaconatu et suhdiaconatu; item aliquid est sacramentum, per quod datur potestas faciendi ex officio quod prius poterat facere licite, sed non ex officio (sicut in confirmatione); et sic est de minoribus ordinibus, quorum actus etiam licite sine illorum ordine etiam exercentur, non tamen ex officio a Deo instituto, sicut cuin illis. Vel, si concludat quod non quilibet ordo est sacramentum perfectum, sed iiiqæifectum, concedendum est. Quoi autem dicitur, quod licere non est |M)sse nisi secundum quid ; — dicitur quod immo potestis juris dicitur esse potestas simpliciter; sicut, in matrimonio, potestas quam dicitur imus habere in alium, non est potestas facti, quam magis habet qui opprimit alienam quam qui reddit debitum suæ, sed solum |K)testas juris, qua licite facit quod prius non poterat. Item, exorcistatus et episcopatus erunt simpliciter potestates, sicul sacerdotium; quia per illa potest quis quod prius non poterat. P — Hæc Petrus, et bene. — Cum autem concludit arguens, quod ordo ostiariorum, lectorum et acolythorum non est nisi ex institutione Ecclesiæ, etc.; — negandum est. Unde sanctus Thomas. ubi supra (dist 24, q. 2, art. I, q| 2), in solutione secundi argumenti, sic dicit : α In primitiva Ecclesia, propter paucitatem ministrorum.omnia inferiora ministeria diaconis committebantur, ut patet per Dionysium, tertio capitulo *Ecclesiastica Hierarchic,* ubi dicit : *Ministrorum alii stant* ad portae clausas *templi; alii aliud quid proprii ordinis operantur;* alii *cum sacerdotibus ponunt in altare sacrum panem ct benedictionis calicem.* Nihilominus erant prædicta· omnes jx>lestaies implicite in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est ℭultu· divinus; et Ecclesia quod implicite habelxit m uno online, explicite tradidit in diversis; et secundum hoc dicit Magister m littera, quod Ecclesia alios onlines sibi instituit. * — Hæc ille.

AU quartum respondet Petrus (ibid.), dicens quod « sicut qiiælibel anima est anima, sed non perfecta, nisi intellectiva, in qua hæ 1res uniuntur, el est una perfecta anima; sic in proposito : nisi quod ibi est totum essentiale cum toto potential!, et est ibi unitas realis, non plures animæ in homine; hic autem est unitas ordinis; unde sunt plura sacramenta imperfecta, sed unum perfectum. Nec etiam sacerdotium sine aliis est sacramentum per se et distinctum : tunc enim alia vel non essent sacramenta, vel essent distincta sacramenta a sacerdotio. Quod autem dicit Thomas, quod tota plenitudo hujus sacramenti est in sacerdotio, intelligendum est quantum ad essentiam illius quod principaliter et linaliler quaeritur in omnibus ordinibus, non autem quantum ad perfectionem et integritatem accidentalem ejusdem, nec quantum ad essentiam eorum quæ immediate ut proprius finis quaeruntur in singulo ordine : nisi enim sacerdos suscepisset ordinem diaconatus, non licite faceret officium diaconi; nisi forte inferior contineatur in superiori. » — ll.ee Petrus. — Et videtur in aliquibus discordare a sancto Thoma. Nam sanctus Thomas, in hac distinctione, q. 1, ari. 2. in solutione quinlæ quæstiunculæ, sic dicit : a Non est de necessitate superiorum ordinum quod aliquis prius habeat minores ordines : quia potestates sunt distinctio; et una, quantum est de sui ratione, non requirit aliam in eodem subjecto. El ideo, in primitiva Ecclesia, aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius ordines interiores non susceperant. Et tamen poterant omnia quæ possunt inferiores ordines : quia inferior potestas comprehenditur in superiori, virtute; sicul sensus in intellectu, et ducatus in regno. Sed postea per constitutionem Ecclesiæ determinalum est quod ad majores non se ingerat, qui prius in minoribus officiis non se humiliavit. El inde est quod qui ordinantur per salium, non reordinantnr; sed id quod omissum fuerat de procedentibus ordinibus, eis confertur. › — Hæc ille. — Item, sicut recitatum fuit in solutione precedentis, secundum ipsum (dist. 24, q.2. art. 1, qh 2, ad 2m"), potestas diaconi comprehendit omnes inferiores virtute el implicite.

Dicitur ergo quod in argumento Durandi sunt inulti defectus.Primus est, cum infert istam falsam con-eipienliarn ex dictis sancti Thomæ : *In diaconatu ct inferioribus ordinibus est aliqua participatio sacramenti ordinis; sed in sacerdotio est plenitudo hujus sacramenti ; ergo solum sacerdotium est sacramentum, et reliqui ordines non sunt sacramentum, sed sacramenlale.* Hæc enim consequentia non sequitur ex dictis sancti Thomæ. Ner est secundum mentem ejus : nam ipse concedit antecedens, el negat consequens. Quod patel : nam ipse concedit quod quililæl ordo est sacramentum. Nam, quæstione secunda hujus distinctionis, art. I, in solutione tertia quæstiunculæ, sic dicit : α Ordo

dicitur sacer dupliciter. Uno modo, secundum sc; cl sic ({uilibet ordo est sicer, cum sit sacramentum quoddain. Alio modo, ratione maleriæ circa quam habet aliquem actum; et sic ordo dicitur sacer, qui habet aliquem actum circa rem consecratam. Et sic sunt tantum 1res ordines sacri : scilicet sacerdos, el diaconus, qui habent actum circa corpus et sanguinem Christi consecratum; et subdiaconus, qui habet actum circa vasa consecrata, i» — Hæc ille. — Ex quibus palet quod, secundum mentem et dicta ejus, quilibet ordo est sacramentum. Sed arguens male exponit dicta ejus, el forte prave intellexit. Cum enim dicit sanctus Thomas, in antecedente illius consequential, quod tota plenitudo hujus sacramenti est in solo sacerdotio, et in aliis est quædam participatio, non loquitur de participatione sacramenti quoad nomen et rationem, sed quoad potestatem; quia illa perfecte esi in sacerdotio, sed participative in aliis. Et quod loquatur de hac participatione, patet. Nam, eodem articulo primo, qll I. in solutione tertii, sic dicit : « In regno, quamvis lota potestatis plenitudo resideat penes regem, non tamen excluduntur ministrorum potestates, quæ sunt participationes quædam regiæ potestatis. El similiter est in ordine, d — Hæc ille. — Et hoc consonat dictis ejus in consimili materia. Nam, l p., q. 77, art. i (ad 1um), sic dicit : « Totum potestativum medium est inter totum universale el totum intégrale. Totum enim universale adest cuilibet parti secundum lotam essentiam et virtutem, ut animal homini et equn; et ideo proprie de suis partibus prædicatur. Totum vero intégrale non est in qualibet parte, neque secundum totam essentiam, neque secundum totam vii tutem; et ideo nullo modo desuis partibus prædicatur; sed aliquo modo, licet improprie, prædicatur de omnibus simul; ut si dicamus quod paries, tectum et fundamentum sunt domus. Totum vero potentiate inest suis partibus secundum totam essentiam, sed non secundum totam virtutem ; et ideo quodammodo potest prædicari de qua libet parte, sed non ita proprie sicut totum universale. Et per hunc modum Augustinus dicit (10. *de. Trinitate,* cap. 11) quod *memoria, intelligenlia et voluntas sunt una anima· essentia.* d — Hæc ille. — Item, posito quod sanctus Thomas loqueretur de participatione sacramenti ordinis quoad nomen ct rationem, et non de participatione quoad potestatem, adime argumentum pecrat per fallaciam consequentis, arguendo a propositione halænte plures causas veritatis ad unam illarum. Nam, cum dicitur quod in aliis ordinibus a sacerdotio est quædam participatio sacramenti ordinis, hoc potest dupliciter intelligi, scilicet vel quia ratio sacramenti nullo modo salvatur in aliis, aut quia non ita perfecte et complete. Ex hac autem disjunctiva non licet inferre aliquam]»artem, sicut arguens facit.

Secundus defectus illius argumenti est, quia, concesso quod quilibet ordo sit sacramentum, et predicttionein sacramenti recipiat, non sequitur quod sacramentum ordinis se hal>eat a<l singulos ordine sicul totum universale ad parte subjectivas, propter causas statim assignatas. Tum quia non adest cuilibet parti secundum totam suam virtutem. Tum quia nomen el ratio sacramenti prius et perfectius salvatur in uno online quam in alio; cujus oppositum ‹»›l de toto universali univoco, respectu suarum partium. Turn quia non dicimus quod quilibet ordo sit per se el distinctum sacramentum penitus ab alio ordine; sed quod quiliM ordo est sacramentum, sed non perfectum sine aliis. Quæ quidem imperfectio potest dupliciter intelligi. Quia, si loquamur de aliis ordinibus, aliis a sacenlolio, nullus (a)eorum, nec omnes simul, sine sacerdotio, halient plenitudinem potestatis ordinis, ut dictum est. Si vero loquamur de ipso vaceniotio sumpto seorsum ab aliis ordinibus, deficit sibi aliqua perfectio accidentalis vel secundaria, quam haberet cum aliis, de qua fit mentio in probatione conclusionis : utputa quia non ita perfecte recommendat aut représentât divinam sapientiam; nec ita subvenit humanal infirmitati; nec dat viam proficiendi pluribus, sicul faciunt septem ordines simul sumpti; et ulterius quia non ita perfecte signifient rem et effectum et potestatem totalis sacramenti ordinis, sicut faciunt omnes septem ordines sirnul sumpti; et propter mulla alia.

Tertius defectus argumenti est, quia, posito quod septem onlines sint unum perfectum sacramentum, non seipiilur quod sacramentum ordinis se habeat ad singulos onlines sicut totum intégrale ad partes suas grale>, proprio lo<piendo, propter rationes prætactas : scilicet quia totum inlegrole non adest alicui sute |xu ti, neque secundum totam sui essentiam, nec secundum virtutem totam; secus est de sacramento ordinis respectu singulorum ordinum, ut dictum est; nec salvatur secundum totam suam virtutem in aliqua parte sua, sicut ordo in sacerdotio salvatur secundum lotum posse suuin.

Ad quintum respondet Petrus (ibid.), dicens quod α solutio quam dat arguens ad argumentum, non valet. Primo, quia videtur innuere quod in minoribus ordinibus gratia non conferatur. Quoti est falsum. Quia aut torum actus a carente gratia non possunt exerceri sine peccato; el tunc eadem raliono confertur in eis gratia sicut in diaconatu et subdiaconntu. Aut possunt sine peccato; el tunc saltem non possunt exereen cum merito. Quando autem Deus eligit aliquem ad aliquot! officium, non solum dat illud quoi! est necessarium ad hoc quoti exercens non mereatur jurnam, sed etiam illud quod est nevessarium ad hoc quod implens (6)

(a) *nullus.* — *nullum* Pr.
(β) *implent.* — in *plures* Pr

mereatur premium el mercedem; alias deficeret in necessariis; quia frustra quis laborat, si nec premium nec meritum consequatur, nec pœnam vitet. El, in minoribus ordinibus, adjungitur : *Sic agas: ut partem habeas cum illis,* etc. —' Quod autem dicitur, quod non omne illud in quo ex opere operato confertur gratia, est sacramentum, — est contra diffinitionem sacramenti novæ legis, quæ non plus continet nisi sensibile signum exterius et gratiam sanctificantem interius ex opere operato : ita tamen quod vel ipsa res quæ confert gratiam, est sacramentum, et non usus ejus (sicul communio non est sacramentum, sed usus sacramenti, et tamen ex opere operalo confert gratiam); vel usus rei quæ confert sanctitatem, est sacramentum, sicut in baptismo. — Quod autem dicitur, quod in illis solis ordinibus qui ordinantur contra peccatum, vera est major, — falsum est : quia solum baptismus et pœnitentia el extrema unctio, secundum eos, directe ordinantur contra peccatum tollendum ; et alia contra alios defectus; et nihilominus sunt vera sacramenta, ex hoc quod ex opere operato conferunt gratiam. Et istam majorem, quam modo distinguunt, ipsi solebant accipere indistincte ad probandum aliquid esse sacramentum, quia scilicet habebat aliquid sensibile exterius, per quod interius sanctitas causabatur. Sacramentum enim est sacra rei signum, ita ul causa exsistat, el similitudinem gerat ; et nihil plus requiritur.— Quod ulterius dicitur, quod, in operationibus quæ principaliter ordinantur ad conferendum potestatem vel officium, illa sola est sacramentum, per quam datur potestas immediate ad illum finem,— verum est, si loquatur de fine immediato ad quem gratia requiritur; non autem de fine remoto. Si enim per sacerdotium conferretur tantummodo potestas, el non gratia, ex opere o[>erato, non esset sacramentum novæ legis, sed solum antiquæ. Vel si per sacerdotium solum daretur gratia, et non aliqua potestas, |»osset esse sacramentum in nova lege, sicut extrema unctio, in qua non datur potestas per quam super alios constituatur. Ergo ex his duobus est sacramentum, sicul ex causa finali; quia datur potestas, et gratia, ad bene utendum ea. Ubicumque ergo illa duo concurrunt, ibi est sacramentum. Meo, etc.— Quod autem dicunt, quod sacramentum el sacramenLilia non oportet simul conferri, — verum dicunt, sicut de catechismo in primitiva Ecclesia. Sed ex hoc |>otesl argui contra eos. Quia illud non se habet ad aliud sicut sacramentale ad sacramentum, quod non |»olest cum ipso licite conferri, vel quod non potest cum iptf0 iterari, etiamsi sil cum conx»cralione datum; sicul unctio in scapulis el in vertice iteranlur, quia non fuit verus baptismus; cl non solum catechismus et exorcismus. Quando enim essentia sacramenti defuit, debent omnia sacramenUlia iterari; quia non debet dari sacramentum nisi omnibus concurrentibus, excepta necessitate. — Quod autem dicitur, quod debet cauto suppleri quod fuit omissum, et nihil est iterandum, *De sacramentis non* (a) *iterandis,* cap. 1, — verum est, quando illud quod fuit omissum, non erat essentiale et principale in sacramento, sed vel erat pure sacramentale (sicut catechismus omissus debet dici solus, et non aliud, quia est pure sacramenmentale); vel quando erat essentiale, sed non principale (sicut si manus impositio est omissa in diacono vel sacerdote, quod essentiale est, sed non principale, illud solum supplendum est). Sed si nec character impressus fuisset, omne illius characteris sacramentale repetendum esset : sicul si sacerdoti non fuisset traditus calix, omne pure sacramentalo ad ordinem sacerdotii repetendum esset cum illo, vel saltem posset repeti. Sed quando sacerdotium datur, non oportet, immo non licet aliquem aliurn ordinem cum illo conferri. Ergo nullus ordo est ad ipsum sicul pure sacramentalo. — Confirmatur major hujus rationis. Quia illud quod est tantum sacramenlale, et non sacramenturn, potest iterari sine injuria sacramenti; quia per iterationem ejus quod non est sacramentum, non fit injuria sacramento. Immo etiam quando sacramentum confertur, solent sacramenlalia iterari, si prius, quando fuit adhibita essentia sacramenti, non fuerunt collate. Unde et in primitiva Ecclesia, quando catechumeni veniebant ad baptismum, quanlumcumque essent instructi, ul Ambrosius, Augustinus et Martinus, nihilominus replicabatur cis id quod parvulis nondum catechizatis dicitur, *Credis, Credo.* Et sij factis omnibus cæremoniis, inveniatur puer non baptizatus, quia defuit forma vel materia, quando baptizabitur, replicabitur totum : sicut, dicto toto canone, si non appareat esse panem vel vinum, reincipietur totum a canone, et apponetur nova hostia. Et similiter, quando essentiale ordinis est omissum, omnia reiterantur. » — Hæc Petrus, cum inultis aliis probationibus ad hoc qüod alii ordines non sint pure sacramenlalia, sed (6) sacramenta. — Ex quibus palet solutionem Durandi ad argumentum quod recitat, non valere; et potissime quia contra doctrinam communem est, quod aliquid pure sacramentale ab Ecclesia institutum, el nullo modo a Christo, vel mediate, vel immediate, conferat gratiam ex opere operalo. Hoc enim pertinet ad potestatem auctoritatis vel excellentia» in sacramentis, quam sibi soli Christus reservavit. Ideo nihil est (lictu quod aliquis ordo conferat gratiam ex opere operato, et tamen non sil sacramentum, sed sacramentale ab Ecclesia institutum; vel quod aliqua actio instituta a Christo, conferens gratiam ex opere operalo, sit tantum quid sacramentale, et non verum el proprium sacramentum.

(a) nbn. — Orn. Pr.
(r,) ird. — et *non* Pr.

II. Ad argumenta aliorum. — Ad primum aliorum respondet Petrus (dist. 24, q.1), dicens quod α illa ratio omittit medium. Quia ratio sacramenti consistit in omnibus essentialiter, sed non æquuliler : sicul ratio vitœ non consistit æqualiter in vegetativo, sensitivo el intellectivo, sed in solo intellectivo totaliter et perfecte, in aliis imperfecte et partialiter, sed tamen essentialiter. El sic in proposito : quilibet ordo est sacramentum essentialiter, quia hnliet utraque essentialia; sed non perfecte, nisi sacerdotium. El ideo sunt unum sacramentum, propter ordinem ad unum, scilicet corpus Christi, ad quod omnes ordinantur, *n* — Hæc Petrus, et bene.

Ad secundum respondet, negando consequentiam, ibi factam, scilicet: si ordo est sacramentum, et quilibet ordo est .sacramentum, ergo sunt septem sacramenta, vel tredeciin. ‹r Quia consecratio panis ante consecrationem vini est simpliciter sacramentum, el per se, quantum ad hoc quod ei competit diffinitio sacramenti, el est ibi totus effectus et completus; el similiter est de consecratione vini. Non tamen sunt tot sacramenta simpliciter, quot sunt consecrationes : quia ambæ ordinantur ad unum finem, qui, licet sit perfecte in quolibet quantum ad rem sacramenti, non tamen quoad sacramentum, seu quoad signum, est perfecte, nisi sub utraque specie. El sic est in proposito : quia, licel in quolibet ordine sil illud quod per se sufficeret ad tolam rationem sacramenti (el ideo quodlibet potest dici sacramentum), quia tamen omnes ordines ad unum quid principaliter ordinantur, propter hoc sunt unum sacramentum unitate ordinis. m — Hæc Petrus, et bene. — Ad cujus intellectum facit illud quod dicit sanctus Thomas, octava distinctione hujus, q. 1, ari. 1, in solutione secundæ quæsliunculæ. « Perse, inquit, unum simpliciter, et quod e>l numero unum, tribus modis dicitur. Uno modo, sicul indivisibile dicitur unum, ul punctus el unitas, quod neque est mulla actu, neque potentia. Alio modo, quod est unum continuitate,quod tamen est mulla in plentia, sicul linea. Tertio modo, quod est unum perfectione, sicut dicitur calceamentum unum, quod habet omnes partes quæ requiruntur ad calceamentum. El hæc unitas dicitur in omnibus illis ad quorum integritatem aliqua exiguntur, sicul unus homo, cl una domus. Et quia ad esse (a) sacramentum multa concurrunt, sicut materia, el forma, et hujusmodi, ideo ab hac unitate dicitur sacramentum unum esse. Illa enim sunt de integritate alicujus instrumenti, quæ requiruntur ad illam operationem ad quam instrumentum est deputatum. »— Hæc ille. — El applical hoc ad Euclia-ristiæ sacramentum. Similia dicit, 3 p., q. 73. art. 2 : ‹r Sicul, inquit, dicitur, 5. *Metaphysics* (t. c. 8 et seq.), unum dicitur non solum quod est indivisibile, vel quod est continuum, sed etiam quod est perfectum, sicut cum dicitur unus homo, et una domus. Est autem unum perfectione, ad cujus integritatem concurrunt omnia quæ requiruntur ad finem ejusdem; sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis operationi animæ, et domus ex partibus quæ sunt necessariae ad inhabitandum. El sic hoc sacramentum dicitur unum : ordinatur enim ad spiritualem refectionem, elc. › — Hæc ille. — El loquitur de Eucharistia. Et in fine concludit quod Eucharistia est multa sacramenta materialiter, ideo quandoque dicitur sacramenta in plurali; sed est unum formaliler el perfective, inquantum ordinatur ad unam refectionem. El sic potest dici in proposito, quod septem onlines sunt septem sacramenta materialiter; sed sunt unum sacramentum formaliter et perfective, propter ordinem ad unum finem, qui est Eucharistiæ sacramentum.

Ad tertium respondet Petrus (ibid.), quod ‹ non sequitur, si quilibet ordo est sacramentum, quod sint juries subjectivae et sacramentum universale totum. Quia, licet inæqualilas partium non excludat lotum universale, nec illud quod est genus, quia species semper sunt inaequales, nec illud (a) quod est species, quæ aliquando est recipiens magis et minus; tamen partium subjectivarum, secundum quod hujusmodi, una non ordinatur ad aliam; non enim all>edo minus intensa ordinatur ad aliam magis intensam, nec ambæ ad tertiam, nec similiter nigredo ad albedinern. Sic autem est in ordinibus, quod unus alii subservit, el omnes ad unum quid ordinantur, inquantum sunt sacramenta. Unde non sunt partes subjectiva·. Et quod ȣicebatur ergo sunt integrates; — dicendum quoti non. Quia partes integrates sacramenti dicuntur aliquæ quadrupliciter. *Primo,* propter partialitatem signi, non rei : sicut in Eucharistia, quælibet consecratio per se sumpta continet lotam rem sacramenti, et tamen non habet nisi partem signi, nec in materia, nec in forma; unde sola |>ars ivi est ibi vi sacramenti;cum enim dico, *Hoc est corpus meum,* non significo sanguinem, nec panissignificatsanguinem.Secundo, partes integrates dicuntur in sacramento, quarum quælibet per se nata est totam rem continere et significare, sed ex online et intentione non habet nisi partem, sed omnes simul habent totum : sicut in baptismo, 1res idimersiones, quarum quælibet per se |>otorat esse baptismus totus, ex intentione volentis trina immersione baptizare, vel baptismum conferre, in sola ultima est effectus, ante nihil; et si ante tertiam moreretur baptizandus, nihil actum esset, et esset totum iterandum, si suscitare-

(3) w . — *omne* Pr.

(3) a verbis *quod eit yeniu* usque ad nrc *illud,* om. Pr.

tor; sicut est ex parte verborum, quod, ante ultimum, nihil actum esi, seda principio iterandum est totum, si aliquid de substantia verborum sit omissum. *Tertio modo* dicuntur partes intégrales, quarum quælibel effectum habet partialem statim, et est signum partiale, nec una plus quam alia, sed omnes simul halwnt effectum totalem; sicut in extrema unctione. Omnes enim unctiones causant unam perfectam curationem animæ, sed quælibet partialem : quia, si nihil ageretur per quamlibet, sed solum per ultimam, in virtute primarum, sicut est de verbis el immersionibus baptismi, tunc, si minister moreretur post primam unctionem, nihil esset actum, sed esset illa unctio iteranda; sicut de immersionibus el verbis dictum est. Et praeterea, distincta et partialis significatio habel distinctum et partialem effectum in sacramentis, quæ efficiunt quod signant vel significant; sed distincta el partialis significatio est, dicendo, *Per istam sanctam unctionem, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per* visum (a); ergo hoc solum efficitur ex vi sacramenti, scilicet remissio commissorum per visum (C), sive quoad culpam, sive quoad pœnam, sive quoad reliquias. .Sed cx naturali concomitantia, si per alium sensum commisit peccatum mortale, sine quo peccatum visus non potest remitti, remitteretur etiam; sicut sub specie panis est sanguis, quia non est separatus a corpore. Sed si sacramentum illud ordinatur contra venialem culpam, cujus remissio non halæl connexionem, tunc accidit uni unctioni quod habeat effectum alterius. Et similiter, si contra pœnam, vel reliquias peccati (quia forte sunt distinctæ), aut si infirmitas contra quam est sil aliquid indivisibile, per quamlibet unctionem fit ad eam dispositio spiritualis. *Quarto modo* dicuntur partes intégrales sacramenti, quando neutra per se haliet effectum aliquem, sed ambæ simul juncte: ila tamen quod effectus est ab una quasi formaliter, et ab alia quasi materialiter, sicut materia et forma in naturalibus (el sic sunt verl>a et elementum in quolibet sacramento); et non sicut partes verborum ad invicem, vel parles materiæ, vel actionum, quæ se halxrnt æqualiter, sicut in secundo modo. Nullo autem istorum modorum qualuor se lialxmt onlines ad invicem : quia non quilibet ordo habet effectum lotum omnium ordinum sub signo partiali, ul in primo modo; nec omnes simul habent unicum effectum ad quem æqualiter se habeant, et nullus sine alio aliquem, ul in secundo modo; nec inæqualiler, ul in quarto; nec quililæt habel suum effectum partialem æqualem, ut ex illis insultet totus unus effectus in eodem, ul in extrema unctione, quia perfecta curatio animæ non est ex aliqua una unctione, sed ex omnibus simul. Sed si non essent ordines inferiores sex, solum sacerdotium haberet illum effectum principalem ad quem omnes ordines ordinantur, scilicet conficere corpus et sanguinem. Hoc autem est contra naturam lotius integratis, quod possit salvari in aliqua sui parte, loquendo de heterogeneis et partibus essentialibus. Unde relinquitur quod sunt plures paries potentiates, d — Hæc Petrus, et bene, et subtiliter.

Verumtamen quod dicil, quod una pars subjectiva, secundum quod hujusmodi, non ordinatur ad aliam, — videtur falsum esse in partibus subjectivis specie differentibus vel genere. Constat enim quod elementa sunt propter mixta, et plantæ propter animalia, el animalia imperfecta propter perfecta, et irrationalia propter hominem; licet omnia ordinentur principaliter ad suum totum, quod est universum, et ad Üeum, qui est omnium principium el finis. De hoc sanctus Thomas, 1 p., q. 65, art. 2. Similiter, de individuis ejusdem speciei, puta liumanæ, dicit Aristoteles, I. *Politico:,* cap. 4, quod quidam sunt naturaliter servi aliorum. Dicitur ergo quod quilibet ordo per se sumptus, est sacramentum, perfectum, vel imperfectum; el, cum hoc, omnes septem ordines sunt unum sacramentum perfectum. Nec ex prima parle hujus copulativæ sequitur quod septem ordines sint septem sacramenta formaliter et perfective, sed solum materialiter, ut superius (x) dictum fuit. Similiter, ex secunda parte dicte copulativa' non sequitur quod septem ordines sint partes intégrales unius totius ex illis constituti, sed paries potentiates, propter causam superius dictam, quia scilicet lotum, cujus sunt paries, adest cuilibet parti secundum essentiam, sed non secundum totam virtutem. El est simile quoad aliqua, sicut si diceretur quod anima intellectiva et anima sensitiva et anima vegetativa sunt partes hujus totius quod est anima : quia anima salvatur in qualibet prædictarum prtium, secundum totam essentiam, el nomen, et rationem, sed non secundum totam virtutem animæ, sed lota virtus complete salvatur in intellectiva, in aliis vero est participatio virtutis. Verum est quod, secundum alium modum loquendi, ipsa anima intellectiva potest dici totum potentiate respectu sensitivæ et vegetativæ, sicut ostendit sanctus Thomas, 3. *Sentent,,* dist. 33, q. 3, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens : α Omne totum ad tria genera reducitur, scilicet universale, intégrale et potentiate. Et similiter triplex pars invenitur dictis totis correspondons. Integratis enim pars intrat in constitutionem totius, sicut pars domus paries. Universali- vero totius pars suscipit lotius praedicationem, sicut homo animalis. Potentials vero pars

ta) > verbi· *9fd dtthneta* usque a<l ti/uni, om. Pr.
(6) per u/uni *unctionem indulgeat tibi Dominut quid·quid dcliquùti per ritum.* — Ad Pr.

(») Cfr. responsionem ad argumentum procedens.

neque prædicalionem totius suscipit, neque in constitutionem illius oportet quod veniatf sed aliquid de potentia totius participat, sicut palet in anima. Rationalis enim anima tota dicitur, eo quod in ipsa omnes potentiæ animæ congregantur. Sensibilis vero in brutis, el vegetabilis in plantis, dicuntur partes animæ, quia aliquid de potentia ǎnima habent, sed non totum. Unde dicitur in libro *dc Piantia* (lib. 1, cap. 1), quod non habent animam, sed partem animæ. i» — Hæc ille. — Ex quibus plot quod de toto potential! varie loquuntur doctores : quia aliquando volunt quod prædicetur de qualibet parte, aliquando non. Secundo patet quod utraque consequentia farta in argumento non valet.

Ad quartum respondet Petrus (ibid.), dicens : « Finis est principalis respectu ejus quod est ad linem. Unde effectus principaliter intentus in adininistratione sacramenti, potest dici dupliciter : uno modo, tanquam linis proprius; alio modo, tanquam linis communis. Operatio autem sacramentalis ad linem proprium se habet dupliciter. Uno modo, sicut ipsum causons ex opere operato; et est talis finis qui est de ratione sacramenti ut sacramentum est, puta gratia, vel cum hoc deputatio ad aliquod sacrum. El tale quid est sacramentum, ct non sacramcnlale tantum : quidquid enim ex opere operato causât gratiam, est sacramentum, vel pars ejus. Aliquando linis proprius non esi gratia, sed aliquid aliud; et hoc, sive causelur ex opere operato, ul exorcismus, sive ex opere operante, ul catechismus. Et hujusmodi sunt sacramentalia. el non sacramenta. Finis vero communis esi. ex cujus unitate plura possunt dici unum sacramentum perfectum; quorum quodlibet, per se sumptum, est imperfectum quoad signum, sive quoad effectum, sive quoad utrumque, et sive unum sil perfectius alio, sive non. Et sic est in proposito. Omnes enim ordines ad hoc sunt ul Missa integre el |ieiTecle celebretur, ad quam omnes ordines per se aliquid operantur. Nec est aliquis ordo qui perfecte hoc possit sine aliis; nec etiam ipsum sacerdotium, quamvis per se possit in essentiam vel Eucharistiam. Et ideo nec sacerdotium, prout est ab aliis distinctum, est sacramentum integrum et perfectum. Sed omnes siinul sunt unum perfectum sacramentum : quia omnes siinul conferunt potestatem et gratiam faciendi omnia requisita per se ad perficiendum digne unum effectum, qui est Sacramentum Altaris. Nihilominus tamen quodlibet per se est sacramentum, sed inqierfectum : sacramentum quidem, quia ex opere operato ad aliquid sacrum deputat, ad quod bene agendum etiam gratiam confert; sed imperfectum, quia non deputat ad illud modo perfecto, sed imperfecto, el gratiam imperfectam tribuit, juxta proportionem ad actum ad quem ordinat. Sic ct traditio calicis cum forma potest dici sacramentum, quia ex opere operato dal potestatem et gratiam; et similiter impositio manuum cum forma dal Spiritum Sanctum (alitet esset mendacium), el potestatem remittendi peccata. Non tamen sunt duo sacramenta, sed unum : quia ordinantur ad unum perfectum gradum et]>otcn!alem sacerdotis, cujus est duplex actus. Et ideo per duas formas el duas exteriores res datur utroque potestas : una quidem ex vi sacramenti, alia ex concomitantia, in ulraque simul, sicut in Eucharistia; quamvis sit dissimile, quia ibi est duplex materia, hic una. >— Hæc Petrus»

In quibus, licet mulla vera et subtilia dicat, tamen aliqua faba xel dubia ponit. Primum e>t, quod sacerdotium, prout est ab aliis distinctum, non est perfectum sacramentum, nec confert jiotestatein et gratiam faciendi in Missa, vel in celebratione Missae, quam conferunt alii ordines. Si enim intelligat quod sacerdotium non confert characterem aliorum ordinum, verum dicit. Si autem inlelligat quod character et potestas aliorum ordinum non contineatur virtualiler in charactere el potestate sacerdotii, falsum est, ul superius (ad quartum Durandi) ostensum esi ex dictis sancti Thomæ (dist. 24, q. 1, ari. 2, qu 5). Conceditur tamen quod sacerdotium, prout est ab aliis distinctum, non est perfectum sacramentum, quoad rationem significandi dictas potestates.— Secundum dubium, vel falsum, est, quia innuit quod sacerdotium habeat, secundum duos actus suos, duos characteres, vel distinctas potestates quoad suum absolutum. Hoc enim falsum est, et contra sanctum Thomam, ut ostensum est supra (a). Ejqsdern enim potestatis est Eucharistiam conticere, et ligare vel solvere. Cujus ratio haberi potest ex dictis sancti Thomæ, in praesenti distinctione, q. 2, art. 2, in solutione primi argumenti. Ait enim sic : ‹ Duplex est præparalio suscipientium sacramentum Eucharistia·. Quædam remota; et hæc per ministros perficitur. Quædam proxima, qua statim efficiuntur idonei ad sacramenti perceptionem; et hæc perlinet ad sacerdotes; quia, etiam in naturalibus, ab eodem agente fit materia in ultima dispositione ad formam, et recipit formam. Et quia in proxima dispositione ad Eucharistiam fit aliquis per hoc quod a peccatis purgatur, ideo omnium sacramentorum quæ sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum, est minister proprius sacerdos, scilicet pœnitentiæ, baptismi, et exlremæ unctionis, n— Hæc ille.— Ex quibus potest elici quod dictum est : quia eadem potestate vel virtute sacculos disponit ad Eucharistiam purgando, el conficit et confert Eucharistiam, informando,vel illuminando, vel perficiendo (5); et ita eadem potestate conficit et absolvit.

(a) Cfr. in pr.asenti articulo, § 1, ad 3·; ct dist. 19, q. 1, art. 3,§ I, ad I° M.

(C) *perficiendo.* — *proficiendo* Pr.

Ad argumentum contra quaestionem (α) respondet sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 1, art. 1, qh 3, in solutione tertii, dicens : ‹t Non omnis benedictio quæ homini adhibetur, vel consecratio, est sacramentum : quia monachi et abbates benedicuntur, tamen illæ benedictiones non sunt sacramenta; el similiter nec regalis unctio; quia per hujusmodi benedictiones non ordinatur aliquis ad dispensationem divinorum sacramentorum, sicut per benedictionem ordinis; et ideo non est simile, p — Hæc ille.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua lienedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIO XXV.

QUÆSTIO 1.

UTRUM EPISCOPATUS SIT ORDO

iRCa vigesimamquintam distinctionem 4. Sentenitarum, el finem pnccedenlis, quærilur : Utrum episcopatus sil ordo.

Et arguitur quod non. Quia unus ordo non dependet a praecedenti, quantum ad necessitatem sacramenti. Sed episcopalis potestas dependet a sacerdotali; quia nullus potest recipere episcopalem, nisi prius habeat sacerdotalem. Ergo episcopatus non est ordo.

In opposîtùm arguitur. Quia ordo nihil aliud est quam quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis. Sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt dispensare sacerdotes, sicut confirmationem et ordinem. Ergo episcopatus est ordo.

In hac quæstione sunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod episcopalis potestas quoad aliqua est superior potestate sacerdotis non episcopi.

Hanc ponit sanctus Thomas, vigesimaquarta distinctione hujus, q. 3, art. 2, in solutione primæ quæsliunculæ, ubi sic dicit : α Sacerdos habet duos actus: unum principalem, scilicet consecrare verum corpus Christi; alium secundarium, scilicet pnnparare populum ad susceptionem hujus sacramenti, ut prius (dist. 24, q. 2, art. 2) dictum est. Quantum autem ad primum actum, actus sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate, nisi divina. Sed quantum ad secundum (a) dependet ab aliqua superiori potestate, etiam humana. Omnis enim potestas quæ non potest exire in actum nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate qua· illas ordinationes facit. Sacerdos autem non potest solvere nec ligare, nisi præstip-|>osita praelationis jurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absolvit; potest autem consecrare quamlibet materiam a Christo determinatam ; nec aliud requiritur, quantum est de necessitate sacramenti, quamvis ex quadam congruitote pnesupponatur actus episcopalis in consecratione altaris et vestium et hujusmodi. Et ita patet quod oportet esse supra sacerdotalem potestatem, episcopalem, quantum ad actum secundarium sacerdotis, non autem quantum ad primum. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari duplex ratio, pro duplici parte conclusionis. Et quidem pro prima, scilicet (juod episcopalis potestas non sit superior potestate simplicis sacerdotis quoad primum et principalem actum sacerdotis, probatur sic : Potestas sacerdotalis potest exire in suum principalem actum, non supposito aliquo actu potestatis episcopalis. Ergo, quoad hoc, potestas sacerdotalis non est inferior potestate episcopali, nec potestas episcopalis est ea superior. — Quoad secundam partem conclusionis, scilicet quod potestas episcopalis sil superior potestate simplicis sacerdotis quoad actum secundarium ejus, arguitur sic : Potestas quæ non potest exire in actum suum secundarium, nisi præsupposita ordinatione vel actione alterius potestatis, est tali potestate inferior quoad hoc. Sed potestas sacerdotalis illo modo se habet ad potestatem episcopalem. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod episcopatus est ordo, accipiendo ordinem large, prout ordo dicilur tam de sacramento quam de officio non sacramento; non nutem proprie el stricte, prout ordo est sacramentum.

Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 24, q. 3, art. 2), in solutione secundae quæsliunculæ, dicens : ‹ Ordo potest accipi dupliciter. Uno modo, secundum quod est sacramentum; el sic ordinatur omnis ordo ad Eucharisliæ sacramentum; unde, cum Episcopus non habeat superiorem |>otestatem sacerdote quantum ad hoc, episcopatus non erit

(>) gweitienem. — conduiioneni Pr.

(a) etiam. — Ad. Pr.

onio. Alio modo potest considerari onio secundum quod est officium quoddam respectu quarumcuinque actionum sacrarum; et sic, cum episcopus habeat potestatem in actionibus bierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus est ordo. » — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Ordo, prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad Eucharisliæ sacramentum, in quo ipse Christus continetur; quia per characterem ipsi Christo configuramur. Et ideo, licet detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respeclu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris; et propter hoc episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est quoddam sacramentum. » — Hæc illo.

Ex quibus potest formari ratio, pro utraquo parte conclusionis. Pro prima, arguitur sic : Omne officium habens potestatem exercendi sacras actiones, ct conferendi aliqua sacramenta, quam non habent carentes tali officio, est ordo communiter dictus. Sed episcopatus est hujusmodi. Ergo, etc. — Pro secunda, arguitur sic : Ordo, prout est sacramentum, importat potestatem ordinatam ad Eucha-ristia sacramentum. Sed talem potestatem non importat episcopatus superiorem sacerdotio. Ergo non est ordo, qui sit vere et proprie, vel stricte loquendo, sacramentum.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam sunt multæ auctoritates Hieronymi *(Epi$t. ad Evangclum* (a), el *Comm. in Epist. ad Titum)* qui videtur sensisse quod summa potestas consecrationis, sive ordinis, erat potestas sacerdotalis (ita quod omnis sacerdos, quantum est de |>otestate sacerdotali, potest omnia sacramenta ministrare, confirmationem, omnes ordines, omnes lænedictiones et omnes consecrationes facere; sed, propter periculum schismatis, fuit ordinatum ut sacerdotes unum ex ipsis eligerent, qui diceretur Episcopus, id est, super alios intendens, cui obedirent, et cui reservatum est ordines facere, el hujusmodi, quæ non faciunt nisi soli Episcopi); et quod Episcopus est major sacerdote, quantum ad potestatem jurisdictionis, sed non quoad potestatem ordinis vel consecrationis, sed sunt pares, quamvis ex ordinatione Ecclesiæ aliqua sint reservata Episcopis et prohibita presbyteris. Quæ quidem dicta Hieronymi habentur in Decretis, dist. 93,can. Legimus in *Iviia,* etc.(«). — Sed quia dicta opinio non plus esi contra sanctum Thomam quam contra omnes alios doctores, et rationes ejus sufficienter solvit Durandus (dist. 24, q. 5), el Petrus (dist. 24, q. 6), el dicta Hieronymi convenienter exponunt, ideo eas non recito de prattnti (C).

(a) **In editione Migno, epist. 140.**

§ 1. — Contra secundam conclusionem

I. Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem, et ejus probationem, arguit Durandus (dist. 24, q. 6), dicens quod, quidquid sil de conclusione, ratio tamen istorum non concludit bene secundum mentem eorum. Cum enim dicunt quod sacramentum importat habitudinem ad sacramentum Eucharisliæ, si intelligatur in consecrando tantum, contra eos est : quia minores ordines nullam talem habitudinem habent; et tamen, secundum eos, sunt sacramenta. Si autem intelligatur hæc habitudo in consecrando vel disponendo ad consecrationem seu consecrati susceptionem, iterum est contra eos : quia, sicut potestas minorum ordinum est ad disponendum populum ad sacramenti Eucharisliæ susceptionem, sic potestas episcopalis est ad ordinandum ministrum ad ejusdem consecrationem vel confectionem; sicut eqp> propinquiorem ct nobiliorem habitudinem ad sacramentum Eucharisliæ habet consecrans quam recipiens, sic nobiliorem el propinquiorem habitudinem habet ad illud sacramentum potestas episcopalis quam potestas minorum ordinum ; ergo si minores onlines sunt sacramenta, secundum istos, sequitur quod ordinatio episcopalis fortiori ratione erit sacramentum.

Secundo. Quia, sicul consecratio panis et vini constituunt unum sacramentum, tanquarn partes ejus inlegrales; sic ordinatio sacerdotia simplicis et ordinatio summi sacerdotis, id est, Episcopi, constituunt unum completum sacramentum sacerdotii. Cum enim perfectum sil quod potest facere simile sibi, illud sacerdotium non est completum, per quod sacerdos non recipit potestatem ordinandi alium in sacerdotem; el tale est sacerdotium simplex. Sacerdotium autem summum, id est, episcopatus, est perfectum sacerdotium : quia per ipsum recipitur potestas ordinandi alium in sacerdotem summum, vel simplicem. El sic ordinatio simplicis sacerdotisel ordinatio episcopalis constituunt unum sacramentum perfectum.

Tertio. Quia ordo non est aliud nisi gradus pole-

(3) Iste canon conficitur ex epistola Hieronymi ad Evangelutn presbyterum. Ea vero quæ dicit in commentario supra Epistolam ad Titum, rvpcnuniur in Decretis, can. 5, Disk 93.

(6) Cfr. etiam Divum Thomam, 2 2«, q. 181, art. 6, ad 1«»«, ubi respondet dictis Hieronymi.

statis vel ministerii in spiritualibus dispensandis. Sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt dispensari per simplices sacerdotes, sicut confirmationem et ordinem sacrum. Ergo episcopatus est ordo et sacramentum.

II. Argumenta aliorum. — Ad idem arguitur ab aliis (apud Petrum de Palude, dist. 24, q. 7).

Primo. Quia satis videretur mirabile quod ordinatio acolythi, qui debet portare candelabrum, urceolum, aquam et vinum, esset sacramentum, el ordinatio episcopalis, ad quam vel a qua dependet totus ordo ecclesiasticus, non esset sacramentum.

Secundo. Quia episcopatus est a Deo institutus; et cum signo sensibili consecrationis datur; et ex opere operato confert gratiam, ul videtur, mullo magis quam alii ordines, quia Deus non delicii in necessariis, el ipse Episcopus plus indiget quam quicumque alius. Ergo videtur quod episcopatus sit verum sacramentum, habens omnia quæ requiruntur ad essentiam sacramenti.

§ 2. — Contra secundam et primam CONCLUSIONES

Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem, el contra primam insimul, arguit Aureolus (dist. 24, q. 1, art. 2), probando quod episcopatus non sil alius ordo distinctus a sacerdotio.

Primo. Quia aut esset ordo superior sacerdote, aut inferior. Sed nec sic, nec sic. Ergo nullo modo. ProLalur minor. Quia quod non sil inferior, palet : quia inferius prius sumitur et pnesupponitur ordini superiori; sed consecratio in Episcopum non pra»-supponitur ordinationi in sacerdotium, sed magis econlra; orgo. Quod etiam non sil superior, palet : quia nullum actum superiorem habet, ut distinguitur contra sacerdotium. Palet : quia actus Episcopi, ul differt a sacerdotio, est ordinare; actus vero sacerdotis, ul differt ab Episcopo, est conficere corpus Christi; constat autem quod conficere corpus Christi est actus melior el dignior quam ordinare; ergo, etc. — Dicetur forte, quod gradus episcopalis e4 dignior, eo quod includit ordinem sacerdotalem, el ultra hoc addit aliquid aliud quod est sibi proprium, et ambo sunt digniora simul quam alterum perse. — Contra. Quia hic non comparatur episcopatus ad sacerdotium quantum ad illud quod ambo includunt, sed precise quantum ad illud quo unum differt ab alio. Licet ergo episcopatus posset dici unio; non tamen distinctus a sacerdotio; quia non ordinatur ad actum superiorem actu sacerdotis, nec ad inferiorem, nec æqualem. Quod enim non ad superiorem, nec inferiorem, probatum est. Quod autem non ad æqualem, jxalet : tum quia conficere et ordinare non sunt actus æquales; turn quia in ordine hierarchico non possunt esse duo aequalia.

Secundo sic. Gradus episcopalis et sacerdotium non sunt distincto» potestates. Ergo nec distincti ordines. Antecedens patet. Quia quandocuinqucaliqua forma sic se habet, quod ei debontur mulli actus, si altor eorum impeditur, et postea contingat removeri impediens, non causatur nova forma, nec in prima forma aliud variatur, nisi quod removetur impediens prioris formæ. Exemplum est : quia, in habente animam rationalem, ubi quandoque impeditur actus rationis, et postea removetur impedimentum, non datur nova anima, vel forma, sed tantum removetur illud quod prius impediebat animam rationalem ne exiret in actum rationis. Sed ordinare in sacerdotem est actus conveniens (a) sacerdoti inquantum sacerdos est, el tamen est actus impeditus in eo. Probatur : Quia nemo dat quod non habet, sicut in naturalibus ubi forma transfundit seipsam; ergo non sacerdotis non (6) est ordinare in sacerdotem, sed hoc pertinet ad sacerdotem, qui habet illam formam potentem transfundere seipsam. Unde Papa non posset ordines committere non sacerdoti, posset autem committere cuicumque sacerdoti. Ergo videtur quod conferre ordines sil pertinens ad sacerdotem.

Confirmatur. Quia |>one quod aliquis sit sacerdos; omni alio circumscripto, Papa potest ei committere ordines. Pone autem omnia alia, el circumscribe sacerdotium, non poterit ei Papa committere potestatem ordinandi. Hoc videtur satis probabile : quia omnis forma, ex quo est in actu, videtur quod possit se communicare in eadem specie; ergo quicumque sacerdos poterii ordines celebrare. Ergo, si potestas illa τηο<Ιο(γ) sit impedita, sicul est de facto, el impedimentum removeatur per hoc quod fit Episcopus, non datur ei nova potestas, sed tantummodo pristina potestas prius impedita expeditur, impedimento remoto; et hæc reductio illius potestatis ad usum dicitur ampliatio potestatis. — Hæc Aureolus, in forma.

El in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Durandi. — Quantum ad

( ) convenient. — coniniunit Pr.
( ) non *lacerdotia non.* — *tacerdoht* Pr.
(γ) *modo.* — ηΛη Pr.

tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem,

Ad primum Durandi contra secundam conclusionem, dicitur quod divisio ibi posita, est insufficiens : quia sacramentum ordinis importat habitudinem ad Eucharistiæ sacramentum, non in consecrando tantum, sed sub disjunctione, vel in consecrando Eucharistiam, vel in ministrando consecranti vel celebranti actualiter. Cum autem dicil arguens, quod hoc est contra nos, — falsum est. Nec valet sua probatio. Quia potestas minorum ordinum est ad ministrandum actualiter consecranti, non autem potestas episcopalis; quia illa non ordinatur proxime ad actualem consecrationem, sed ad corpus mysticum confirmandum, vel ordinandum, vel benedicendum, vel aliquo modo regendum. Et licet consecrans Eucharistiam propinquiorem et nobiliorem habitudinem habeat ad Eucharistiam quam populus recipiens eam, non sequitur quod potestas episcopalis propinquius ordinetur ad Eucharistiam, quia est ad ordinandum ministrum ad consecrandum Eucharistiam, quam potestas minorum ordinum, quæ est ad disponendum populum ad Eucharistiæ susceptionem. Cujus ratio est : quia potestas episcopalis non est ad ordinandum sacerdotem ut est actu consecrans, vel absolvens, vel inungens infirmum; potestas autem minorum ordinum est ad disponendum populum ut est actu communicans, vel suscipiens Eucharistiam; nec proprie ordinatur ad populum ut populus est, sed ut communicans. Et ideo minores ordines sunt sacramenta , non autem episcopatus, proprie loquendo. Et sic patet quod divisio quam proponit argumentum in principio, insufficiens est.

Verumtamenad istud argumentum aliter respondet Petrus de Palude (dist. 24, q. 7), dicens quod α illa perlinent ad sacramentum per se et directe, per quæ efficitur, et per quæ virtus efficiens in operando juvatur; non autem illa per quæ \irtus illa acquiritur. Sicut non potest dare extremam unctionem nisi sacerdos, nec potest es>e sacerdos nisi sil ab Episcopo ordinatus; sed, supposito quod sit ordinatus, ad inungendum non plus requiritur Episcopus, sed requiritur oleum sanctificatum, et verba, et quod in multis locis fiat, el hujusmodi. Unde ad unitatem sacramenti concurrunt illa quæ ad execulionem ministri requiruntur, non autem ea quæ constituunt ministrum. Et sic est (a) in proposito. Undo non est simile : quia (6) Episcopus nullum actum exercet, ut Episcopus est, ad hoc quod sacerdos celebret, licet prius exercuerit et in ipso et in instrumentis et ministris ejus; sed sex ordines presbytero subministrant in actu illo. Unde prout ordo est sacramentum in comparatione ad Eucharistiam, sex ordines sunt sacramentum; non autem episcopatus; alias esset dignior quam sacerdos respectu (a) hujus, cum sit causa æquivoca; non est autem respectu ejus dignior, quia nullus actus hienirrhicus est isto dignior, qui debetur sacerdoti in ratione sacerdotii. û — Hæc Petrus. — Et subdit : < Ad sacramentum dicitur pertinere non illud quod dat virtutem activam faciendi : alias episcopatus esMït de sacramento confirmationis sicut de sacramento ordinis, quia ita confert unum sicut reliquum ; et de sacramento pœnitentiæ, et extremæ unctionis, quia ita ordinat ministrum illorum sicut Eucharistiæ. Unde episcopatus non est ordo quia confert ordinem, nec sacerdotium est Eucharistia quia eam conficit; sed ea quæ subserviendo concurrunt. Sed prout ordo dicit gradum superioritatis el spiritualem potestatem, episcopatus est ordo. > — Ilæc Petrus, et l>ene.

Ad secundum dicitur quod similitudo ibidem adducta, non valet : quia consecratio panis et consecratio vini sunt sacramentum unitate perfectionis, propter unitatem finis ad quem ordinantur, ut dictum fuit in precedent! quæstione; sed sacerdotium et episcopatus non ordinantur ad unum et euindem finem, sed ad diversos, scilicet sacerdotium ad corpus Christi verum, episcopatus autem ad corpus Christi mysticum; ideo non est simile. Cum autem dicitur quod perfectum est quod potest sibi simile facere, etc., — non est ad propositum : quia propositio illa locum babet duntaxat in formis eductis de potentia materiæ. Quod patet : nam nec anima rationalis, nec angelus, nec gratia, nec charitas possunt sibi similia facere, quantumcumque sint perfecta. Tum quia, si sacerdotium simplex ct episcopatus constituunt unum perfectum sacramentum sacerdotii, quod dicitur summum sacerdotium, per quod aliquis potest sibi simile facere, quæritur de illo aggregato sacerdotio ex talibus partibus heterogeneis : ex qua parte, vel cujus partis virtute excedit imperfectum, vel est perfectius sacramentum quam simplex sacerdotium? Non jiotesl dici quod ratione characteris sacerdotii simplicis; quia idem non excedit seipsum. Nec ratione potestatis quam episcopatus superaddit simplici sacerdotio; quia potestas illa imperfectior est charactere sacerdotali, cum sit ordinata ad actum imperfectiorum. Si dicatur quod ratione totius aggregati, hoc non valet, propter duo. Primo, quia imperfectum additum perfectiori |>er modum aggregationis non constituit]>erfectius intensive quam prius, sed solum extensive. Secundo, quia, posito quod illud aggregatum sit quodammodo perfectius quam prius esset character simplicis sacerdotii, non sequitur quod illud sit sacramentum, nec quod I quælibet ejus pars jx rlmeat ad sacramentum ordi-

( ) est. — *illud* Pr.
( ) *quia.* — *quod* Pr.

(a) *respectu.* — *ratio* Pr.

nis, nec quod sit perfectius sacramentum, sed perfectior potestas : non enim omnis potestas conferendi sacramentum est sacramentum, aut pertinens ad sacramentum intrinsece tanquam pars sacramenti; sicut jdtet de potestate baptizandi, vel contrahendi matrimonium. El de hoc dictum est in probatione secunda· conclusionis, quomodo potestas episcopiis non habet rationem characteris, quia non ordinatur specialiter ad Eucharistiæ sacramentum.

De hoc Petrus (dist. 24, q. 7) : α Quidam dicunt quod episcopatus characterem imprimit, quia potestatem faciendi aliquid absolute. Sed verius dici potest quod per episcopatum ampliatur character sacerdotalis, ut sil unus et idem; et ideo non imprimit characterem, sed impressum intendit ad aliud. Et hæc est necessitas quare supponit sacerdotalem, quia non est aliquid aliud, sed ejus intensio et perfectio; alias, sicut unus ordo non de necessitate præsupponil alium, sic nec episcopalis dignitas sacerdotalem supponeret. Potest ergo dici quod episcopatus est ordo, sed non est distinctus a sacerdotio; el est sacramentum, sed non distinctum a sacramento ordinis; el imprimit characterem, sed non alium. Sicut enim acolythus, accipiendo candelabrum, accipit potestatem ad unum actum, el per consequens characterem, qui est potestas agendi, el, recipiendo urceum cum aquamanili (a), accipit potestatem ad alium actum, el per consequens characterem; sed quia unius et ejusdem est uterque actus, una est potestas, el per consequens character, habens hos duos actus suliordinatos. El similiter in subdiacono idem est character, el idem ordo, el idem (6) sacramentum, cum accipit potestatem legendi epistolam , et calicem ministrandum altari. El similiter sacerdotium, cum accipit potestatem celebrandi, el absolvendi, ut dictum est. Omnia hæc sunt inter se unus ordo, unus character, et una para sacramenti ordinis. Dicitur autem character imprimi in illo quod est principalius : sive quia illud est prius, et per sequentia non imprimitur notus, sed ampliatur prius impressus; sive quia illud est principalius. Et licet per primum, quo dicitur, *Accipite potestatem,* etc., imprimatur character in quolibet ordine, ct per consequentia non imprimatur, sed intendatur; tamen a principaliori denominatur. Sunt ergo septem ordines; sed septimus, scilicet sacerdotium, continet duplicem potestatem in generali, scilicet sacerdotalem proprie dictam, et episcopalem ; ct propter hoc aliquando vocantur Episcopi presbyteri, et e converso; sicut differrent diaconi et levitæ, si diaconus importaret potestatem legendi Evangelium tantum, levila potestatem dispensandi sanguinem vel ministrandi, et nihil aliud. Et propter (a) hoc dicitur episcopatus non esse ordo in relatione ad corpus Christi verum, quia scilicet non est distinçlus a sacerdotio, d — Hæc Petrus. — Et addit ulterius quod α probabiliter potest dici quod si episcopatus esset distinctus a sacerdotio, esset quid minus; et posset fieri Episcopus, qui non esset sacerdos, sicut sacerdos, qui non esset diaconus; quia unus character est ab alio distinctus. Nunc autem non sic est. Sed sicut habitus scientiae aliquando augetur non intensive respectu ejusdem conclusionis, sed extensive respectu alterius (puta quia de eodem objecto sub eadem ratione formali per novum exercitium acquirit homo notitiam novæ conclusionis, tunc intenditur habitus scientiæ : non sic quod possit limpidius speculari illud quod prius obscurius, el promptius, quia ponitur quod non plus frequentaverit conclusionem prius notam; sed quia (6) per illum habitum j>er quem prius non poterat considerare prompte nisi unam conclusionem, quam solum frequentaverat, nunc potest aequaliter considerare secundam, quam sic prius non poterat); ita character sacerdotalis, qui prius non poterat ordinare vel confirmare, sed tantummodo inungere, conficere el absolvere, non potest plus conficere quam prius posset, sed ordinare et coniirinare, quod prius non poterat; ita quod est alia ordinatio episcopalis, el alia sacerdotalis, et talis character imprimitur per primam, et perficitur per secundam. — Sed ocurrit dubium : cum intensio potentiae non faciat eam (▸osse quod prius non poterat, sed tantum intensius posse quod prius poterat, quomodo episcopus jiolest id quod sacerdos non poterat? et quare non plus potest conficere quam ille, si habet characterem intensiorem? El dicendum quod quando effectus non est de se intensibilis, virtus intensa non plus potest in illum quam remissa; sed (γ) aliquando virtus visiva potest videre aliquid quando est fortis, quod non poterat quando eral debilis, quia quanto est fortior, tanto ad plura se extendit. Sic ergo character sacerdotalis primo el principaliter est ad consecrandum corpus Christi, ita quod consecrare est ejus actus; sed quando extenditur, tunc potest plura consecrare, quia non solum corpus Christi, sed hominem, et alia; sed non potest plus conficere quam ante, quia eflectus ille non est intensibilis. Quod autem consecratio episcopalia (o) possit intendere characterem sacerdotalem, nec (c) possit eum de novo generare (cum alias forma per illud intendatur per quod generatur), est ex divina ordina-

(■) *aquanuriili·* — *aquamanu* Pr. — Aquamanilc idem est ac pelvi·, nempe vai inferius in quo inanibus infusa aqua delabilur. Cfr. Ducange.
(6) idem. — didiur Pr.
ta) *propter.* — *per* Pr.
(£) *quia.* — Om. Pr.
(γ) *ted.* — *ticul* Pr.
(i) non. — Ad Pr.
(·) *nec.* — *cum* Pr.

tione, quæ sic contulit virtutem istis consecrationibus, et non aliter (a) : sicut si traditio urcei (C) acolytho procederet traditionem candelabri, nihil ageret; sed, illa præsupposila, ejus effectum auget. › — Hæc Petrus; et male quoad multa. *Primo,* quia ponit potestatem episcopalem non distingui a charactere sacerdotali nisi sicut formam intensam a seipsa remissa. Hoc enim est contra sanctum Thomam, ut palet ex «lictis ejus allegatis pro secunda conclusione. Et ulterius est in se falsum ct improbabile : quia ubi est sola intensio formæ vel potentia» activa», sine additione cujuscumque novi absoluti intrinseci vel extrinseci ad priorem formam quæ dicitur intendi, forma taliter intensa non potest in actum vel effectum alterius speciei quam prius posset; cujus oppositum est in proposito, de potestate episcopali respectu characteris sacerdotalis prius habiti. *Secundo,* quia nec valet similitudo de augmento habitus scientific! respectu novarum conclusionum: quia falsum supponit, scilicet quod tale augmentum extensivum possit fieri illo modo sine acquisitione alicujus novi absoluti, puta vel novarum specierum intelligibilium, aut novorum conceptuum, aut novorum syllogismorum, aut superadditione novi luminis supernaturalis, aut novorum phantasmatum, vel nova cornbinatione procedentium, aut nova sensatione exteriori. Ideo illud quod dicitur de augmento habitus scientific! per solos novos respectus, cum sit in se falsum, nullo modo juvat ad salvandum intensionem characteris sacerdotalis per consecrationem episcopalem sine additione cujuscumque novi absoluti; sed videtur mera fictio. *Tertio,* quia ponit episcopatum esse sacramentum, non tamen distinctum a sacerdotio. Hoc enim discordat a sancto Thoma et veritate. Quia vel intelligit ista duo esse unuip sacramentum, quia secundum est idem quod primum; vel quia primum et secundum sunt partes unius sacramenti completi. Si primo modo, manifeste dicit falsum : quia materia el forma unius differunt numero vel specie a materia et forma alterius; et, posito uno, non ponitur aliud. Si secundo modo, hoc non valet : quia illa duo non ordinantur directe ad unum finem, sed ad diversos. Similiter, quia illud tertium ex ambobus resultans, nullum actum habet perfectiorem actu consecrationis, qui competii simplici sacerdotio; et sic non videtur perfectius sacerdotio intensive, sed solum extensive. Similiter, quia character sacerdotalis nullo modo concurrit ad effectum superaddita potestatis episcopalis, nec virtute sacramenti, nec ex naturali concomitantia; nec econlra potestas secunda concurrit ad effectum prims aliquo modo. El ulterius, quia Petrus intelligit primo m«xlo, non secundo modo dicta sua. Nec obstat quod Episcopus dicitur summus sacerdos : quia hoc non dicitur ex hoc quod habeat superius aut perfectius aeramentum quam simplex .sacerdos, sed ideo quia habet superiorem potestatem, non solum jurisdictionis, sed ordinis el consecrationis.

Ad tertium dicitur quod argumentum non aliud concludit nisi quod episcopatus sit ordo; el hoc conceditur; non tamen quod talis ordo sil sacramentum, quin nec potest ewe sacramentum superius sacerdotio, nec inferius, nec æquale, ut arguit Aureolus (a). Ad quod facit solutio sequentis : quia Papatus non est sacramentum, et tamen Papa potestatem singularem habet tam in sacramenlalibus quam in sacramentis dispensandis præ cæleris Episcopis. Ideo non valet argumentum.

II. Ad argumenta aliorum. — A‹l primum respondet Petrus (dist. 24, q. 7), quod ‹ consequentia non valet : quia totus ordo ecclesiasticus plus dependet a Papatu quam ab episcopatu; de quo tamen bene constat quod non est sacramentum distinctum ab episcopatu, quia Christus elegit Petrum in Papam præ cæleris, nec propter hoc novam sanctificationem sibi tribuit; unde etiam Episcopus in Papam electus non aliter consecratur. » — Hæc Petrus, el bene.

Ad secundum dicit Petrus (ibid.), quod ‹ posset djci quod episcopatus esset sacramentum, non tamen distinctum a sacramento ordinis, el specialiter sacerdotii : quia, cum unum sacramentum non supponat aliud nisi solum baptismum, licet una pars sacramenti supponat aliam (sicut confessio contritionem, et satisfactio confessionem), episcopatus Supponit presbyteratum; ideo non est aliud sacramentum. » — Hæc ille; conformiter ad praecedentia «licta sua.

Sed hoc videtur esse contra sanctum Thomam. Ideo dicitur aliter, quod, licet in episcopali consecratione conferatur gratia ex opere operato, non tamen habet rationem sacramenti vere et proprie dicti, quia scilicet non habet completam rationem alicujus speciei sacramenti. El quidem de sacramento baptismi, confirmationis, pœnitentiæ, Eucharistiæ, extremæ unctionis el matrimonii, constat. De sacramento vero ordinis, patet quod non habet perfectam rationem illius sacramenti, quia non ordinatur ad Eucharistiæ sacramentum, sed ad corpus Christi mysticum. Non est ergo vero el proprie sacramentum, sed officium vel potestas superveniens sacramento ordinis el ejus characteri, et complementum ejus quoad actum secundarium sacerdotii, el perfectio accidentalis, el per accidens, non per se, consequens characterem sacerdotii : sicut species intelligibilis vel habitus scientificus superadditur potenti© intellective, vel habitus moralis

( ) *el non aliter. — cum non aliter agendo* Pr.
( ) *urcei.* — vini Pr.

(a) Cfr. art. præccd., § 2, arg. 1.

potentiæ appetitivæ; licet similitudo non currat per omnia, quia ibi est potestas, hic habitus solum. Si autem quis contendat episcopatum esse vere sacramentum, hoc erit æquivoce, vel analogice, el non univoce cum ceteris ordinibus. El forte hoc intellexit sanctus Thomas. — Quod autem non oporteat omnem consecrationem in qua gratia confertur ex opere operato, esse \ere et proprie sacramentum, testatur sanctus Thomas, secunda distinctione hujus, q. 1, art. 2, in solulione noni argumenti, dicens : < Ad quamlibet eminentiam status datur aliqua sanctificatio, cum sil ibi necessarium speciale auxilium gratiæ; sicut in consecratione regum, monachorum et monialium. Et ideo sunt actiones hierarchical. Et propter hoc Dionysius *(de Eccles. Hierarch.,* cap. 6) determinat de eis. Non tamen habent rationem sacramenti, sed solum illa eminentia status per quam homo efficitur sacramentorum dispensator.)› — Ha» ille. — Et intellige de dispensatione sacramenti Eucharistiae. Quia potestas dispensandi alia sacramenta, ut præscindit a potestate dispensandi Eucharistiam, conficiendo vel ministrando conficienti, non sufficit ad rationem sacramenti. Nihil enim est sacramentum, nisi habeat ordinem ad Eucharistiam, ut ostendit sanctus Thomas, 3 p., q. 65, ari. 3, ubi sic dicit : < Omnia alia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam sicut ad finem. Manifestum est enim quod sacramentum ordinis ordinatur ad Eucharistia? consecrationem. Sacramentum vero baptismi ordinatur ad Eucharistiae receptionem; in quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, ul non vereatur se («) subtrahere a tali sacramento. Per poenitentiam etiam el extremam unctionem pneparatur homo ad digne suscipiendum corpus Christi (6). Matrimonium vero significative attingit hoc sacramentum, inquantum significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ, cujus unitas per sacramentum Eucharistia figuratur; unde Apostolus dicit, *Ephes.* 5 (v, 32) : *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo ct Ecclesia, t* — Ha» ille. — Item, mullum ad propositum, 4. *Sentent,* (γ), dist. 38, q. 1, art 5, in solulione secundi, sic dicit: < In consecratione virginum, sicut el in unctione regum, et in aliis hujusmodi benedictionibus, gratia datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis. Sed tamen hujusmodi non dicuntur sacramenta; quia non sunt instituta ad curationem morbi jteccati, sicut alia sacramenta, d — Hæc ille.— El similiter potesl dici de consecratione episcopali, quod, licet in ea gratia conferatur, non tamen est sacramentum, quia norf ordinatur ad curationem morbi peccati.

Sed tunc insurgit dubium : Quomodo in consecratione virginum et aliis benedictionibus confertur gratia ex opere operato, cum non sint a Christo instituta, sed ab Ecclesia, quæ non potuit talibus consecrationibus conferre virtutem causandi gratiam, quia hoc perlinet ad potestatem excellentia?, quæ soli Christo competit? Dicitur quod hujusmodi consecrationes, quæ non sunt sacramenta, etsi non sint institute immediate a Christo, tamen Ecclesia illas instituit consilio et instinctu Spiritus Sancti. Et hoc sufficit ad hoc quod in eis conferatur gratia, non quidem ab illis sicut a causa instrumentaliter agente per aliquam virtutem eis exsistentem, sicut faciunt sacramenta; sed sunt causa sine *qua non* collationis gratiæ et dispositionis ad eam, sicut dictum fuit superius (a) de circumcisione. Verumlamen consecratio episcopalis ab ipso Christo instituta creditur·

§ 2. — Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM ET PRIMAM CONCLUSIONES

Ad argumenta Aureoli. — Ad primum Aureoli contra ambas conclusiones, dicitur quod ordo episcopalis, ut præscindit a sacerdotio et non includit illud, el quantum ad illud quod superaddit sacerdotio simplici, est inferior online sacerdotali quoad pteslatem ordinis, licet sit superior quoad potestatem jurisdictionis : quia ad digniorem actum ordinatur sacerdotium quarn episcopatus (C), inquantum episcopatus. El similiter, est inferior per respectum ad corpus Christi verum, licet sil superior per respectum ad corpus Christi mysticum, ut palet in probatione primæ conclusionis. Et inde est quod potestas episcopalis non habet rationem characteris, sicut |>otestas sacerdotalis, ut dictum est in prolmtiono secundae conclusionis. — Tunc ad probationem quod non sit inferior, dicitur quod ordo inferior, si sil sacramentum, prius sumitur quam superior; et præsupponilur superiori de necessitate pnecopti, licet non de necessitate sacramenti. Sed Ôrdo inferior qui non est sacramentum, sed officium quoddam respectu quarumcumque actionum hierarchiearum, potest sumi post superiorem ordinem qui est sacramentum. Et sic est in proposito : quia episcopatus non est ordo qui sit sacramentum, sed ordo qui est officium. Exemplum hujus est : quia communiter prius efficitur quis sacerdos quam magister in theologia, et tamen constat quod magisterium est indignius quam sacerdotium. Causa autem quare episcopatus præsupponit sacerdotium, est eadem cum causa «piare potestas solvendi el

(a) non *verratur te.* — *vereatur* Pr.
(C) *carptu Chritti.* — Om. Pr.
(γ) *Sententiarum.* — Om. Pr.

(i) Cfr.disl 1, q. I, art. 3, § I, I, ad I(N«; ct q. 2, art. 3, § i, ad ‡1° el, m eadem quæatione, responsionem ad argumentum pro questione.
(6) *quam epiteopatut.* — Om. Pr.

ligandi præsupponit potestatem consecrandi et conficiendi corpus Christi verum : quia scilicet omnis gratia et remissio in corpore Christi mystico, ex capite suo provenit ei, sicut dicit beatus Thomas, decimaoctava distinctione hujus, q. I, art. 1, q|· 2, in solutione primi argumenti, ut alias recitatum est, in praecedenti distinctione (a). Et ideo, sicut potestas solvendi pnesupponit potestatem conficiendi, ila potestas episcopi supra corpus Christi muticum pnesupponit potestatem supra corpus Christi verum, quantum ad ea quæ sunt ordinis, licet non quoad illa quæ sunt jurisdictionis. Alia causa potest esse : quia Episcopus Christum perfecte représentai, qui fuit sacerdos et episcopus. De hoc sanctus Thomas, 4. Sentent. (6), dist.24,q.3, art. 2, qu 1, in solulione tertii, sic dicit : « Sicut omnium rerum naturalium perfectiones praeexsistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum. Unde unusquisque minister Ecclesiæ quantum ad aliquid gerit typum Christi; et tamen ille est superior, qui secundum majorem perfectionem Christum repraesentat. Sacerdos autem repraesentat Christum quantum ad hoc quod per seipsum aliquod ministerium implevit; sed Episcopus in eo quod alios ministras instituit, et Ecclesiam fundavit. Unde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid divinis obsequiis, quasi cultum divinum ad similitudinem Christi instituens. Et propter hoc Episcopus specialiter sponsus Ecclesiæ dicilur, sicut Christus. * — Ilæc ille.

Ad secundum, negatur primum antecedens. Et ad ejus probationem, negatur minor. Quia ordinare aliquem in sacerdotem non est actus conveniens sacerdoti (γ), inquantum sacerdos est, ila quod potestas (£) sacerdotalis sit potentia, vel virtus, aut forma productiva formæ ejusdem speciei, si non sil impedita, ut arguens lingit. Nec valet sua prima probatio. Quia falsum est quod quælibet forma activa, non impedita, possit transfundere seipsam : sicut palet de intellectu agente, et de voluntate, el eorum habitibus; omnes enim tales formæ sunt principia agendi, non tamen producendi formam ejusdem speciei. Idem palet de anima rationali, el de angelo. Praesertim illa propositio falsa est de virtutibus instrumentalibus sacramentalibus : nam confirmatus, per suum characterem non potest alium confirmare; nec subdiaconus, nec diaconus, virtute suorum characterum, sino pluri, possunt alium sibi assimilare; nec sacerdos potest virtute sui characteris dare sacerdotium mulieri, quæ tamen est passum ejusdem rationis et speciei cum ipso. Et ratio est : quia agens instrumentale non sortitur effectum nisi motum a principali ; nunc autem Deus non movet ordinatos ad communicandum suum characterem, sed ad alios effectus. Movet autem Episcopum ad communicandum ordinis potestatem. Cujus rationem ponit sanctus Thomas, dist. 25, q. 1, art. 1 : < Potestas, inquit, episcopalis se habet ad jxjteslatem ordinum inferiorum sicut politica, quæ conjectat bonum commune, ad artes inferiores et virtutes, quæ conjectant bonum aliquod speciale. Politica autem, ut dicitur, 1. *Ethicorum* (cap. 2), ponit legem inferioribus artibus, scilicet quis quam (e) debeat exercere, et quantum, et qualiter. Et ideo ad Episcopum pertinet in omnibus divinis ministeriis aliquos collocare. Unde ipse solus confirmat, quia confirmai! in quodam officio confitendi fidem constituuntur. Ideo etiam solus Episcopus virgines benedicit, quæ figuram genint Ecclesiæ Christo desponsate, cujus cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministeriis ordinum ordinandos consecrat, et vasa quibus uti debent, eis determinat sua consecratione; sicut etiam officia saecularia in civitatibus distribuuntur ab eo qui habet excellentiorem potestatem, sicut a Rege. > — Hæc ille. — Ex quibus patet quod imaginatio arguentis de communicatione characteris non valet.

Ulterius, illud quod dicit, quod character sacerdotii in sacerdote simplici est impeditus ne possit exire in actum et (i) se communicare, — non valet. Quia non apparet quale sil illud impedimentum : utruin sit positivum vel privativum, utrum absolutum vel respectivum; nec ubi sit subjective, utrum in subjecto ipsius characteris sacerdotalis aut in alio, et utrum sit in ipso sacerdote vel extra illum; nec a quo causetur tale impedimentum, a Deo vel ab homine. Si dicatur quod tale impedimentum est prohibitio Dei vel Ecclesiæ, hoc non valet : quia hieretici, schismatici et degradali, dum tamen sint rite ordinati, ct acceperint potestatem episcopalem, possunt ordinare, non obstante prohibitione Dei et Ecclesiæ; et ila esset in proposito, si potestas episcopalis nullum absolutum adderet supra characterem simplicis sacerdotii. De hoc sanctus Thomas, dist. 25 hujus, q. 1, art. 2, sic dicit : « Quidam dixerunt quod hæretici, quamdiu ab Ecclesia tolerantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquam fuerint ab Ecclesia pnecisi; et similiter nec degradnti, et alii hujusmodi. Et haec est prima opinio. Sed hoc non potest stare : quia omnis jiotestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingenti tolli potest, sicut nec ipsa consecratio annullari, quia etiam altare vel chrisma semel consecrata, perpetuo consecrata manent; unde, cum potestas episcopalis cum quadam consecratione

(a) Cfr. distinct, pasced., nrt 3, § t, ad 3an‘.
(45) *Sentent. — hujus* Pr.
(γ) *conveniens sacerdoti, — communis sacerdotis* Pr.
(i) *potestas.* — Om. Pr.
( ) *quam. — quid* Pr.
( ) *ct.* — Om. Pr.

detur, oportet quod perpetuo maneat, quantumcumque aliquis peccet, vel ab Ecclesia praescindatur. Et ideo alii dixerunt quod pracisi ab Ecclesia, qui in Ecdesia potestatem episcopalem habuerunt, retinent potestatem ordinandi et promovendi; sed promoti ab eis hoc non habent. El hæc est quarta opinio. Sed hoc etiam non potest esse : quia, si illi qui fuerunt in Ecdesia promoti, retinent potestatem quam acceperunt, patet quod, exequendo potestatem suam, veram consecrationem (x) faciunt; el ideo vere tribuunt omnem potestatem quxcurn consecratione datur; et sic ordinati ab eis, vel promoti, habent eamdem potestatem quam el ipsi. Et ideo alii dixerunt quod procisi ab Ecclesia possunt ordines conferre et alia sacramenta, dummodo formam debitam et intentionem servent, et quantum ad primum effatum, qui est collatio sacramenti, el quantum ad ultimum, qui est collatiogratiæ. Et hæc est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare : quia ex hoc ipso quod aliquis (fi) hæretico pneciso ab Ecclesia in sacramentis communicat, peccat; et ita fictus accedit, el gratiam consequi non potest, nisi forte in Imptismo in articulo necessitatis. Et ideo alii dicunt quod vera sacramenta conferunt; sed cum eis gratiam non dant, non propter ineffi-caciam sacramentorum, sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesiæ. Et hæc est tertia opinio, quæ vera est. a — Hæc ille. — Ex quibus patet quod ubi est sufficiens potestas conferendi ordines, nulla prohibitio Ecclesiæ, nec aliquod peccatum potest illam impedire ne exeat in actum.

Item, fictio est dicere quod Episcopus in sua consecratione nullam novam potestatem accipiat, nec intensionem vel augmentationem procedentis, sed solam remotionem impedimenti prioris potestatis. Hoc enim est contra formam verborum suæ consecrationis, in quibus nulla fit mentio de tali remotione impedimenti, el fit mentio de collatione potestatis. De hoc sanctus Thomas, dist. 25, q. 1, ari. 2, in solutione secundi, sic dicit : « In promotione Episcopi datur sibi potestas, quæ perpetuo manet; quamvis dici non possit character, quia per eam non ordinatur homo directe ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum; et tamen indelebililer manet, sicut character, quia per consecrationem datur. » — Hæc ille.

Ad confirmationem, et quædam quæ ibi sæpe repetit, scilicet quod Papa [xrtest committere omni sacerdoti collationem ordinum, — dicitur quod, si intendat loqui de collatione majorum ordinum, falsum est, et erroneum, el contra determinationem Ecclesiæ. Undo sanctus Thomas, dist. 25 hujus, q 1, art. 1, in solutione tertii, sic dicit : α Papa, qui habet plenitudinem pontificalis potestatis, potest committere non Episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dum tamen illa non habeant immediatam relationem ad corpus Christi verum. Et ideo, ex ejus commissione, aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines, et confirmare; non autem aliquis non sacerdos; nec iterum sacerdos majores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi verum, supra quod consecrandum Papa non habet majorem potestatem quam simplex sacerdos. ỉ — Hæc ille.— Hem, Petrus do Palude: < Cum decretalis dicat quod, si sacerdos simplex confirmet, non subest veritas in sacramento, *de Consuetudine,* cap. *Quanto,* periculosum est dicere quod non sit potestas spiritualis consecrationis in Episcopo alia quam in sacerdote. Pnelerea, dicunt Jura, quod ea quæ sunl ordinis et consecrationis, non potest committere Papa nisi Episcopis, *de Consecratione ecclesiæ vel altaris,* cap. *Aqua;* quæ, si essent solum ordinis presbyteralis, posset committere presbyteris, sicut solvere et ligare. Epgo aliqua sunt propria consecrationis et ordinis episcopalis supra sacerdotem. » — Hæc ille, cum multis aliis facientibus ad propositum, dist. 24, q. 6. — Item, dist. 25, q. 1, sic dicit : « Solus Episcopus jure suo potest ordines conferre, procipue majores : quia non minus est in exercitu ducem proponere, quam milites adscribere; sed ad solum Episcopum in exercitu Ecclesiæ militantis perlinet milites adscribere per sacramentum confirmationis; ergo multo fortius ad ipsum solum pertinet in Ecclesia proponere duces, quod fit per sacramentum ordinis, procipue per majores ordines. Sed Papa potest committere simplici sacerdoti confirmationem et minores onlines : quia ministrum conferendi ordines summos Christus determinavit summum sacerdotem, scilicet Episcopum, quem ministrum Papa non potest mutaro; ministrum vero confirmationis et minorum ordinum Christus posuit sacerdotem quem Ecclesia determinaret, quia nec erat aliquis confirmandus ab homine quousque primi confirmatores essent confirmati a Spiritu Sancio, nec minoribus ordinibus in primitiva Ecclesia utebantur. Et, licet hoc sit petere principium. tamen, ex consuetudine Ecclesiæ Komanæ, quæ ista committit, el non illa, potest convinci quod ita fuit. Sed («), nisi Papa sit consecratus in Episcopum (fi), certum est quod non potest hoc committere : quia omne per accidens reducitur ad per se; unde oportet quod omne agens agat vel in virtute sua, vel alterius; el quia per se Episcopi est ordinare vel confirmare, inde est quod si ordinans vel confirmans non est Episcopus, oportet quod sit in virtute veri Episcopi; unde, si electus in Papam

3 teraw' *eotueerationem. — unam confeuioncm* Pr.
(C *ah.* — Ad. Pr.

(>) *Sed.* — *Et* Pr.
a verbo niii usque ad *Epücopum,* om. Pr.

non sit vents Episcopus, non potest hoc committere, etc. » — Hæc ille, curn mullis aliis ad propositum facientibus.

Denique illud fundamentum quod ultimo recitat arguens, licet ex prodictis pateat esse insolidum, tamen, ex abundanti, ad ostendendum ejûfc ruinam, recito dictum sancti Thoma ubi supra, scilicet dist. 25, q. 1, art. i, in solutione quinti. Arguit enim sic, quinio loco : « Plus distat sacerdos a diacono, quam Episcopus ab Episcopo. Sed Episcopus potest consecrare Episcopum. Ergo sacerdos potest promovere diaconum. » Ecce argumentum. Sequitur respnsio : α Dicendum, inquit, quod ad communicandum alteri quod quis babel, non exigitur solum propinquitas, sed completio potestatis. Et quia saceidos non habet completam potestatem in hierarch icis officiis, sicut Episcopus, ideo non sequitur quod possit diaconos facere, quamvis ille ordo sit sibi propinquus, t› — Hæc ille. — Ex quibus habetur causa quare character sacerdotii non potest communicare seipsum, nec sacerdos simplex potest ordinare sacerdotem nec diaconum.

Ad argumentum contra quæstionem (a), et ad illud quod est pro quæstione (6), patet responsio per prædicta.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

DISTINCTIONES XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX.

QUÆSTIO I.

UTRUM MATRIMONIUM SIT SACRAMENTUM

iHCA vigesimamsextam distinctionem, et 1res (γ) sequentes, quaeritur : Utrum matrimonium sit sacramentum.

Et arguitur quod non. Quia omne sacramentum nov.e legis habet aliquam formam, qûæ est de essentia sacramenti. Sed benedictio quæ fit per sacerdotem in nuptiis, non est de essentia matrimonii. Ergo non est sacramentum.

In oppositum arguitur. Quia dicitur, *Ephes.* 5. (v. 32) : *Sacramentum hoc magnum est,* etc.

In hac quæstione sunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

(a) *qutrtlioneni. — conflationem* Pr.
(S) *quitttione. — conchuionc* Pr.
(γ) **Iw.** — *quatuor* Pr.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : **Quod matrimonium est vere et realIter sacramentum.**

Hanc ponit sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 2, art. 1, ubi sic dicit : « Sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum, exhibitum per signa sensibilia. Unde, cum hoc inveniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur. — Item, sacramentum est sacre rei signum. Sed matrimoniumest hujusmodi. Ergo, etc. › — Hæc ille.

Ex quibus patet ratio pro conclusione.

Secunda conclusio **est quod matrimonium confert gratiam.**

Hanc ponit sanctus Thomas, eadem quæstione, art. 3, ubi sic dicit : ‹ Circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt quod matrimonium nullo modo est causa gratiæ, sed est tantum signum. Sed hoc non potest stare : quia, secundum hoc, in nullo abundaret a sacramentis veteris legis; unde non esset ratio aliqua quare sacramentis noxie legis annumeraretur Quod enim remedium præbeat satisfaciendo concupiscenti®, ne in præceps (?) ruat, dum nimis (C) arctatur, habuit etiam in veteri lege, ex ipsa natura actus. — El ideo alii dixerunt quod ibi confertur gratia ix ordine ad recessum a malo : quia excusatur actus a peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed lux: esset nimis parum, quia hoc etiam in veteri lege habuit. Et ideo dicunt quod facit recctlere a malo, inquanlum mitigat concupiscentiam, ne extra bona matrimonii feratur; non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc non potest stare : quia eadem gratia est quæ impedit peccatum, et quæ ad bonum inclinat; sicut idem calor est qui aufert frigus, et qui calefacit.— Unde alii dicunt quod matrimonium, inquanlum in fide Christi contrahitur, habe! ut conferat gratiam adjuvantem ad illa operanda quæ in matrimonio requiruntur. El hoc probabilius esi, Quia ubicumque datur divinitus aliqua facultas, dantur eUam auxilia quibus homo convenienter uti possit facultate illa; sicut patet quoti omnibus potentiis animæ respondent aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint. Undo, cum in matrimonio detur homini, ex divina institutione, facultas utendi uxore sua ad procreationem

( ) *pnrcepi. — praceptum* Pr.
( ) nimif. — ṁen Pr.

prolis, datur etiam gratia, sine qua id convenienter facere non posset; sicut etiam de potestate ordinis supra (dist. 24, q. 1, ari. 2, qu t) dictum est. El sic ista gratia data, est ultima res contenta in hoc sacramento. › — Hæc ille.

Ex quibus patet ratio in forma pro conclusione.

Tertia conclusio est quod matrimonium, quantum ad Illud quod est res et sacramentum, essentialiter est quædam relatio de genere conjunctionis.

Hanc ponit sanctus Thomas, dist. 27, q. t, art. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, dicens: α Conjunctio adunalionem quamdam importat. Unde ubicumque estadunalio aliquorum, ibi est aliqua conjunctio. Ea autem quæ ordinantur ad aliquod unum, dicuntur in ordine ad illud adunari; sicut mulli homines adunantur ad unam militiam vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones ad invicem, vel socii negotiationis. Et ideo, cum per matrimonium ordinentur aliqui ad unam generationem et educationem prolis, et iterum ad unam vitam domesticam, constat quod in matrimonio e›t aliqua conjunctio, secundum quam dicilur maritus et uxor. Et talis conjunctio ex hocquod ordinatur (a) ad aliquid unum, est matrimonium. Conjunctio autem corporum vel animorum ad matrimonium consequitur. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Relatio fundatur in aliquo sicut in causa, ul similitudo in qualitate; el in aliquo sicut in subjecto, ul in ipsis similibus. Et ex utraque parte potest attendi unitas et diversitas ipsius. Quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero, sed specie, in utroque similium; et iterum subjecta similitudinis sunt duo numero; el similiter est de aequalitate; ideo æqualitas et similitudo omnibus modis est alia numero in utroque similium ct squalium· Sed relatio quæ est matrimonii, ex una parte habet unitatem in utroque extremorum, scilicet ex parte causæ, quia ad eamdem numero generationem ordinatur; sed ex parte subjecti habet diversitatem secundum numerum. Et ideo hæc relatio est una et multiplex. Et secundum quod est multiplex ex parte subjecti, nominatur his nominibus *uxor* et *maritus;* secundum autem quod est una, significatur hoc nomine *matrimonium,* d —Hæc ille.

Item, in solutione secundi, sic dicit : ‹ Quamvis ipsa relatio non sit sensibile accidens, tamen causæ ejus possunt esse sensibiles. Nec in sacramento requiritur quod sit sensibile illud quod est res ct «aeramentum. Hoc enim modo se habet in hoc sacramento praedicta conjunctio; sed verba exprimenlia consensum, quæ sunt sacramentum tantum et causa praedicta? conjunctionis, sunt sensibilia. › — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro conclusione : Quod est ‹le genere conjunctionis, est do genere relationis. Sed matrimonium, quoad illud quod est res el sacramentum simul, est de genere conjunctionis. Ergo, etc.

El in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS IL

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

Argumenta **Durandi.** — Quantum ad secundum articulum, arguitur contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Durandus (dist. 26, q. 3), dicens : Tenendum est absolute quod matrimonium est sacramentum, cum hoc determinet Ecclesia, Extra, *De hxreticis,* cap. (α) *Ad abolendam*◊ ubi numeratur matrimonium inter alia sacramenta, ubi dicilur sic : *Universos qui de sacramento corporis et sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum confessione, matrimonio, seu exteris sacramentis ecclesiasticis, aliter sentire aut docere non metuunt, quam Sacrosancta Romana Ecclesia prxdicat ct observat, vinculo anathematis innodamus.* Matrimonio etiam competit generalis ratio sacramenti, quæ est quod sacramentum est sacræ rei signum : matrimonium enim significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ; unde Apostolus, loquens de matrimonio, *Ephes.* 5 (v. 32), dicit : *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo ct Ecclesia.* Duo ergo sunt tenenda de matrimonio; nec opposita eorum possunt teneri vel asperi sine periculo hæresis. Primum est, quod matrimonium est licitum; et ideo Taliani el Martinni et cæleri qui nuptiis detrahunt, censentur hæretici. Secundum est, quod matrimonium est sacramentum, eo modo quo sacræ rei signum dicitur sacramentum; et dicere oppositum similiter est hæreticum , cum sit contrarium dicto Apostoli jam allegato. Matrimonium enim initiatum inter conjuges per consensum animorum, significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ per fidem et charitatem; matrimonium vero consummatum significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ per conformitatem nature assumpta·. Praeter autem duo prædicta, sunt alia duo circa matrimonium, circa quæ sine periculo hæresis licitum est contrarie opinari. Quo-

(e) *ordtnaiur. — ordinantur* Pr.

ta) cap. — Om. Pr.

ruin unum theologicum est, videlicet: Utrum in matrimonio conferatur gratia ex opere operato, sicut in aliis sacramentis novæ legis. Secundum vero est logicum : Utrum matrimonium habeat plenam univocalionein cum aliis sacramentis. — Hæc Durandus

Et, post multa dicta circa primum, loquens de secundo, sic dicit : Sciendum, inquit, quod cum Univoca sint quorum nomen est commune et ratio, id est, diffinitio secundum illud nomen est eadem, discurrendum est per rationes seu diffinitiones sacramenti in principio hujus *Quarti* positas. Quarum prior et communior diffinitio sacramenti est, quod sacramentum est sacra rei signum. Et, secundum hanc diffinitionem, non est dubium quin matrimonium sit univoce sacramentum cum aliis : est enim signum sacra rei, id est, conjunctionis Christi et Ecclesiæ, ut prius dictum fuit. Quamvis aliter sit in hoc sacramento et in aliis : quia, in aliis sacramentis, l'es sacra cujus sunt signum, non solum est significata, sed contenta; in matrimonio autem, res sacra cujus est signum, est solum significata, sed non contenu. Aliæ autem sunt diffinitiones seu descriptiones sacramenti, assignats per beatum Augustinum, el Hugonem de Sancio Victore, et Magistrum *Sentent.* (a); qui omnes conveniunt in hoc, quod sacramentum novæ legis est aliquod signum vel sensibile extrinsecus homini appositum, ad effectum spiritualis sanctificationis. Et, quantum ad hoc, matrimonium non videtur habere perfectam univocalionein cum sacramentis novæ legis.

Primo, quantum ad hoc quod sacramentum est signum. Quia illa quæ exterius aguntur in sacramentis novæ legis, excedunt diclamen rationis naturalis. Cum enim sacramenta sint quædam facta proteslantia fidem, sicut fides est de his quæ rationem naturalem excedunt, sic ea quæ exterius aguntur in sacramentis, sunt signa ex divina institutione, el excedunt diclamen rationis naturalis : ul palet in cæteris sacramentis a matrimonio, scilicet in baptismo, confirmatione, et ordine, et hujusmodi ; de illis enim quæ exterius in pr.vdictis sacramentis aguntur, nulla ratio naturalis potest reddi. De illis autem qua? exterius aguntur in matrimonio, potest reddi ratio naturalis, puta quod contrahentes matrimonium consentiant, el consensum suum exprimant : hoc enim dictat ratio naturalis de quolibet contractu voluntario. Ergo illud signum corporale, vel sensibile, quod est in matrimonio el in cæteris sacramentis, non sumitur uniformiter vel univoce hinc et inde : quia, in aliis sacramentis, illa qua? exterius aguntur, sunt signa spiritualis effectus, ex divina institutione, cujus non potest reddi ratio naturalis; illud autem quod exterius agitur in matrimonio, dum contrahitur, est pure de dictamine rationis naturalis, excepta significatione conjunctionis Christi et Ecclesiæ, secundum quam dictum est quod matrimonium habet cum aliis sacramentis quamdam univocalionein.

Secundo. Patel idem ex hoc quod sacramentum est aliquid extrinsecus appositum. Ex quo potest sic argui : Sacramenta consistunt in opere operato applicato illis qui suscipiunt sacramentum. Sed istud non convenit univoce matrimonio et cæteris sacramentis. Ergo, etc. Major patet ex his qua? dicta sunt de sacramentis novæ legis. Minor probatur» Quia, in cæteris sacramentis, baptismo, confirmatione, ordine, extrema unctione et pœnitentia, prater omnem actum suscipientium sacramentum, est aliquid extrinsecum quod eis applicatur : sicut aqua in baptismo, cum determinata forma verborum; et in cæteris similiter; et etiam in pœnitentia, de qua minus videtur, quia, prater omnem actum suscipientis, applicantur ei verba sacerdotis absolventis. In matrimonio autem nihil est de pradiclis: quia ad matrimonium sufficiunt verba contrahentium exprimentia consensum suum, sine quocumque extrinseco apposito, vel eis applicato. Ergo, quantum ad hoc quod sacramentum est opus operatum, homini extrinsecus appositum, non est univocatio inter matrimonium el alia sacramenta novæ legis. Et si dicatur quod verba unius conjugum alteri applicantur extrinsecus, et e converso, quando vir (x) dicit. *Accipio te in uxorem,* el mulier dicit. *Accipio te in maritum;* — adhuc non est hic plena univocatio cum his quæ extrinsecus aguntur in aliis sacramentis : quia, in aliis sacramentis, applicatio non fit per suscipientes sacramentum, sed per alium; et ideo sacramentum dicitur signum sensibile extrinsecus appositum; in matrimonio autem pradicla applicatio fit per suscipientes, et non per exteriorem; quare non similiter est hic el ibi. Item, matrimonium non simul contrahitur inter présentes exprimentes sibi invicem consensum suum, sed inter absentes, per litteras, vel per nuntium; el tunc non est applicatio univoca cum applicatione quæ fil in aliis sacramentis, in quibus oportet suscipientem esse realiter prasenlem conferenti. Non enim Episcopus potest conferre ordines, vel sacramentum confirmationis, vel baptismi, vel extrema? unctionis, vel sacramentalis absolutionis peccatorum, his qui sunt ab eo per longa terrarum spatia semoti, sed solum pr.esenlibus; nec sacerdos exsistens in Hispania jiotest conficere panem exsistentem in India; mulier autem exsistens in Francia contrahere potest cum viro exsistente in Hispania, el est verum matrimonium; quare non est univoca applicatio hic et ibi.

(a) Has diffinitione* roperies in pnesenti volumine, pug. t ct 5, — Quoad diffinitionem Augustini, Cfr. pag. 5, col. 1, not. c.

(α) vir. — untu Pr.

Tertio· Patet idem cx eo quod sacramentum exhibetur ad effectum sanctificationis spiritualis. Ex quo niguitursic : Sacramentum confert gratiam non habenti» nisi ponat obicem; aut, si habet, auget eam. Sed matrimonium nullum istorum facit. Ergo non est univoce sacramentum sicut alia sacramenta novæ legis. Major supponitur. Minor probatur. Quod enim matrimonium non conferat gratiam non habenti, satis patet : quia hoc pertinet solum ad sacramenta quæ ordinantur ad remissionem culpæ mortalis, ut sunt baptismus et pœnitentia. Nec auget eam prius habenti : quia continentibus exsistentibus in gratia, et postea contrahentibus, non augetur gratia, sed potius minueretur, si gratia el Charitas reciperent diminutionem; quia melius est continere quam nuliere, secundum illud Apostoli, 1. *Corinth.* 7 (v. 38) : *Qui nubit, bene facit; qui non nubit, melius facit.* Ergo, etc.

Quarto. Quia circa sacramenta novæ legis alia a baptismo, ordinatio Ecclesiæ potest habere vim praecepti, sed nunquam est de necessitate sacramenti. Sed ordinatio Ecclesiæ circa matrimonium est de necessitate matrimonii : facit enim Ecclesia personas illegitimas (x) ad contrahendum, et de illegitimis facit legitimas, ut placet. Ergo matrimonium non est univoce sacramentum cum praedictis.

Quinto. Quia absque baptismo nullus est susceptivus sacramenti proprie dicti, cum baptismus sit janua sacramentorum. Sed, ante baptismum, contrahunt infideles verum matrimonium inter se, sicut fideles post baptismum. Ergo, etc. Nec obstat quod matrimonium eorum non dicitur ratum : quia, si ambo baptizentur, jam matrimonium eorum est ratum; sed non est magis sacramentum quam prius, ut probabitur; ergo, etc. Probatio assumptæ: quia in omni sacramento opus est novo facto, cum consistat in opere operato; sed in tali matrimonio nihil est de novo factum; solum enim sunt baptizati, baptismus autem est sacramentum distinctum n matrimonio; sicut ergo tale matrimonium non fuit sacramentum ante baptismum univoce cum praedictis, ita nec post, cum tamen sit verum et ratum. Et mirum est quod aliqui volunt quoerere plenam univocationem inter sacramenta quæ sunt praecise novæ legis, et tenentur sola fide, et matrimonium, quod non solum est in nova lege, sed fuit in veteri, et ante omnem legem scriptam, tam pro statu innocentia' quam naturæ, ct est precise de dictamine rationis, vel absque fide, excepta significatione conjunctionis Christi et Ecclesiæ. Igitur, etc.

Sexto (C). Quia sacramentum quod non est neccs-

(a) *illrgthnuu. — legitima»* Pr.

(C) Hoc argumentum ri quatuor sequentia Auctor refert prout inveniuntur apud Petrum de Palude (dist. M, q· 4). qui ea attribuit Durando.

sitatis, habet per ministros Ecclesiæ dispensari; unde solus baptismus, qui est sacramentum necessitatis, potest per quemlibet laicum dispensari. Sed matrimonium non est necessitalisquantum ad quamlibet personam; et tamen non dispensatur per ministros Ecclesiæ; benedictio enim nubentium non est de necessitate. Ergo matrimonium non est sacramentum.

Septimo. Quia omne sacramentum habet formam distinctam a materia. Sed hoc non est in matrimonio : non enim verba exprimentia consensum viri sunt magis forma quam verba mulieris, nec econtra. Ergo, etc.

Octavo. Quia quæ exterius aguntur in sacramentis proprie sumptis, non possunt esse de dictamine purae rationis naturalis : quia, cum sacramenta sint quædam protestationes fidei, sicut fides est de his quæ rationem naturalem excedunt, sic eorum quæ exterius aguntur, non potest esse ratio naturalis in sacrafhentis, sicut in baptismo, confirmatione, et ordine. In matrimonio autem, eorum quæ exterius aguntur potest reddi naturalis ratio, utpotc quod assentianl, et consensum suum exprimant. Ergo, etc.

Nono. Quia circa sacramenta ordinatio Ecclesiæ potest habere vim praecepti. Facit autem (x) Ecclesia personas illegitimas ad contrahendum, et de illegitimis legitimas, prout placet. Ergo matrimonium non est proprie sacramentum.

Decimo. Quia sacramenta non dejiciunt hominem a perfectiori statu. Sed matrimonium dejicit hominem a statu continentiæ, qui est melior et perfectior matrimonio, dicente Apostolo, 1. *Corinth.* 7 (v. 38) : *Qui nubit, bene facit; qui non nubit, melius facit.* Ergo videtur quod matrimonium non sit stricte et proprie sacramentum, sed solum largo, prout sacramentum dicitur sacrae rei signum.

Undecimo. Quia rationes centrante opinionis non movent. Quæ sunt specialiter duæ. Prima est : quia omne remedium contra peccatum est sacramentum; sed matrimonium est in remedium contra peccatum institutum, dicente Apostolo, 1. *Corinth. 1* (v. 2), *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat ;* ergo est sacramentum. Secunda ratio est : quia, si matrimonium non esset sacramentum, causa matrimonii esset pure temporalis (6), et pertineret ad judicem saccularem, et non ecclesiasticum; sed istud est contra canones; ergo, etc. — Sed ista argumenta non cogunt. Non quidem primum. Quia non omne remedium contra peccatum eat sacramentum. Quin, si alicui indigenti detur pecunia, est sibi in remedium, ne egestate compulsus furetur; et sic datur sibi in remedium contra peccatum; et tamen datio pecuniæ non est sacramen-

(a) autem. — enim Pr.

(€) temporal^. — corporata Pr.

tum. Sic, cum per netum matrimonii satisfiat concupiscentia», matrimonium est remedium, ne concupiscentia incilet ad alias corruptelas, puta fornicationem, adulterium. Et sic est in omnibus quæ ex natura actus(x) impediunt peccatum nefiat. Talia nutem non sunt sacramenta; sed solum illa remedia quæ ex natura actus non habent hoc facere, sed ex divina institutione, per virtutem supernaturalem eis collatam vel assistentem, adhibitis quibusdam sensibilibus, quorum non posset reddi ratio naturalis; quod non est in matrimonio. — Similiter secunda ratio non valet. Quia dicitur quod matrimonium est sacramentum saltem large. Esto etiam quod nullum esset sacramentum, adhuc cognitio ejus perlinet ad judicem ecclesiasticum. Quia cognitio de hoc quod est pure peccatum, et perlinet ad conscientiam solam, nec Ledit rempublicam temporaliter vel in rebus vel personis, pertinet ad judicem ecclesiasticum. Talis autem est error circa matrimonium. Ideo, quoad hoc, causa matrimonii est pure spiritualis, et perlinet ad judicem ecclesiasticum. Ideo, etc.

§2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi. — Contra secundam conclusionem arguit idem Durandus (dist. 26, q.3), dicens quod circa hanc conclusionem aliter opinantur jurist©, et aliter theologi. Jurist© enim qui noverunt textum decretorum et decretalium, in quibus mens Romanæ Ecclesiæ exprimitur, el fuerunt exposilores et glossatoros canonum el decretalium, el aliqui eorum fuerunt de collegio Cardinalium S. Roman© Ecclesiæ, tenent quod in sacramento matrimonii non confertur gralia. Goffredus(C) enim in Summa sua, titulo *De sacramentis non iterandis,* dicit sic : a Fit et alia divisio sacramentorum. Quædam enim sunt, iu quibus confertur gratia, ut, t, q. 1, *Quidquid* (γ), ut sunt sacramenta necessitatis pl ordinis. Quædam autem sunt, in quibus non confertur gralia, ut matrimonia, cum contrahuntur; el, ob hoc, in eorum contractu pretia interveniunt, ul, 32, q. 2, *Honorantur,* et conditiones pecuniaria?, ut, Exlra, *De conditionibus appositis in desponsatione* (c), cap. *De illis.* ›

— Hæc GolTredus. — Item, Hoetiensis (ζ), In Summa, primo libro, titulo *De sacramenti non iterandis,* dicit : ‹ Tertia divisio sacramentorum htec est : Quia quadam sunt, in quibus confertur gralia, ut, 4, q, 1, *Quidquid,* ut sunt sacramenta necessitatis, ordinis, sive dignitatis. Quædam vero sunt, in quibus gratia non confertur, sicut matrimonia : sive cum contrahuntur, quoniam pretia interveniunt, 32, q. 2, *Honorantur,* 30, q. 5, *Aliter,* et conditiones pecuniari© apponuntur. Extra, *De conditionibus appositis,* etc., cap. *De illis;* sive cum consummantur, 32, q. 2, *Connubia;* quod non esset, si per ipsum gratia conferretur; nam in *(ζ)* illis in quibus gratia confertur, talia simoniam inducunt, etc. › — Item, Extra. *De simonia,* cap. (γ) *Cum in Ecclesiæ corpore,* dicit Bernardus (5) in Apparatu : α Pro benedictionibus nubentium aliquid accipi prohibetur, quia per eas gratia confertur. Sed pro matrimonio aliquid dare vel recipere non est peccatum, 1. q. I, *Quidquid,* 32, q. 2, *Honorantur :* quia, licet sit sacramentum, per ipsum tamen gralia non confertur, arg. (x) 27, q. 1, *Nuptiarum,* 32, q. 2, *Connubia.* › Item, super illo cap. *Honorantur,* notatur sic in Apparatu : ‹ Si quærns quare in hoc sacramento potius interveniat pecunia quam in aliis, dicunt quidam quod propter onera matrimonii. Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterii posset recipi pecunia, propter onera qu© sustinet monasterium. Sed htec est ratio : quia in hoc sacramento non confertur gratia Spiritus Sancti. sicut iit in aliis, ut, t, q. 1, *Multi sxculanum,* cap. *Sicut,* et cap. *Quidquid invisibilis* (ζ). a — Ha»c Apparatus Quod autem sub pacto pretii possit quis licite aliquam sibi desponsare, expresse dicitur. Extra, *De conditionibus appositis* in *desponsatione,* etc. (η), cap. *De illis.* Ibi enim dicitur quod si *aliquis sub*

( ) Henricus dr Segusio, Segusil in Pedemontio natus, Bononia» Patisiisque juris canonici professor, po«tea archiepiscopus Ebrcdunensis in Gallia, et inde cardinalis episcopus Ostiensis, unde communiter HosÜensis appellatur. Coinrnentariuni exaravit in quinque libros Decretalium. Obiit anno Domini 1271.

( ) in. — Om. Pr.

(γ) cap. — Om. Pr.

(i) Bernardus de Dolone, seu Parmensis, ex nomine patnæ sic designatus. Jus canonicum in Universitate Bononiensi docuit, capituli cathedralis Bononiensis fuit canonicus, postea Summi Pontificis capellanus. Obiit anno 1283. Apparatum glossarum adornavit, sub noqiine *Glowi ardi·* limia· collectionis grcgoriainr cognitum.

(<) ‹ Antiquiores canonistæ, cum ad confirmationem alicujus assertionis citant canonem, in quo illa assertio non quidem expresse enuntiatur, e quo tamen argumentando infertur, tunc illi canoni præmitlunl vocem *arg.,* id est, argumento, scilicet canonis citati. › Krone, (.auriti, *Introd. incorput Juris* rmiomri. par. 1. cap. f, J 7.

(ζ) *Multi wculariunt,* cap *Strut, cl* cap. *Quidquid* inri- *tibtlit. — Mulier,* et cap. Nicut invuiôiba Pr.

(η) in *dcqwtuationc,* etc. — Om. Pr.

(a) *actus. — ťontractu* Pr.

(fi) Goffrodus de Trano, in oppido Trano in Apulia natus. Fuit juris cmonici in Universitate Bononiensi professor, nec non capellanus PaptD Grrgorii IX. Obiit anno Domini 1245, eodem anno quo Cardinalis diaconus tituli S. Adriani fuerat creatus. Inter præcipuos Collectionis Decretalium Gregorii IX gloasalorrs merito memorandus est.

(γ) Id est, Gaua. I, q. 1. can. *Quidquid.* GofTrodus, sicut et aeteri Jurists»quorum sententiam affert Durandus, Decretum Gratiani citabant modo qui olim observari consueverat.

(<i) *deiponmtionc. — matrimonio* Pr.

hujusmodi verbis juramentum alicui mulieri prxstiterit, ‹ *Ego te* in *uxorem accipiam, si tantum mihi donaveris,* › *reus perjurii non habetur,* si *eam nolentem sibi solvere quod sibi dare petiit, non acceperit in uxorem.* Super quo dicit Bernardus, in Apparatu : « Talis conditio est licita in sponsalibus, ut hic patet. * Sed constat quod pro sacramentis conferentibus gratiam non licet dare aut recipere pecuniam ex pacto seu contractu alicujus pretii. Ergo, secundum pnedictos doctores, in sacramento matrimonii non confertur gratia. Quorum opinio an sit vera vel falsa, et allegationes quas de jure canonico pro se inducunt, an bene adducantur per eos, vel male, non determino quoad præsens; sed hoc solum accipio Linquam verum, quod, cum prædicti doctores noverint jura canonica, et eorum scripta el dicta habeantur a Papa et Cardinalibus et a Pnelatis et ceteris Ecclesiarum rectoribus, quorum est specialiter scire quid Ecclesia Romana pnedicat el observat, nec scripta eorum quoad prædictum articulum de matrimonio reprobentur Linquam erronea vel contraria determinationi Ecclesiæ, quod sentire quod sacramentum matrimonii non conferat gratiam, non est contra determinationem Ecclesiæ, nec contra illud quod Ecclesia Romana pnedicat et observat.— Huic etiam opinioni consentit Magister *Sentent.,* lib. 4, dist. 2, circa principium, dicens sic, quod ‹ sacramentorum novæ legis alia remedium (x) contra peccatum præbent, et gratiam adjutricem conferunt, ut baptismus; alia in remedium tantum sunt, ut conjugium; alia gratia et virtute nos fulciunt, ul Eucharistia et ordo ». Ergo, tam ex divisione quam ex dictione exclusiia, cum dicil, ɑ in remedium tantum sunt, ut conjugium, › videtur Magister *Sentent.* sacramentum conjugii a collatione gratiæ separasse. Moderni autem theologi quasi communiter tenent quod per sacramentum matrimonii confertur gratia, nisi contrahentes ponant obicem, sicut iit in aliis sacramentis, quibus æquiparatur sacramentum matrimonii in hoc casu; alias non videtur eis posse tenere quod matrimonium sit sacramentum nova.· legis. — Hæc Durandus.

§ 3. — CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Argumentum Aureoli. — Contra tertiam conclusionem arguit Aureolus(dist.2G, q. **I,**art. 1), probando quod «matrimonium non sil relatio realis. Quia relatio realis non advenit noviter sine mutatione facta in aliquo absoluto, puta in fundamento vel ralione fundandi. Sed relatio conjugis ad conjugem advenit, nulla mutatione facta in fundamento vel ratione fundandi. Fundamentum enim (6) esi corpus; ratio vero fundandi est actus voluntatis. Modo, nulla mutatione facta in corpore, solo actu voluntatis adveniente et consensu, oritur relatio, nulla facta mutatione reali; sed tantummodo est ibi per actum voluntatis. Talis autem relatio æque bene est respectus rationis, sicut illa quæ advenit per actum intellectus. — Hæc Aureolus.

II. Argumenta Petri de Palude et aliorum. — Secundo contra eamdem conclusionem arguit Petrus de Palude (dist. 31, q. 1), probando quod vinculum matrimoniale sit aliquid absolutum in corpore. Et quod sit aliquid absolutum, potest sic probari : quia omne sacramentum novæ legis est causa gratiæ, disponendo ad eam. Et sicut in imprimentibus characterem, ipse character est dispositio, in aliis ornatus; ita et hic ipsummet vinculum conjugale est dispositio. Et sic est aliquid absolutum, cum dispositio sil in prima specie qualitatis, vel secunda, el non in genere relationis. — Quod autem sit dispositio in corpore, ex hoc videtur: quia gratia sacramentalis in matrimonio est contra carnis concupiscentias, propter quam *melius est nubere quam uri* (1. *Corinth.* 7, v. 9); ubi autem est morbus, ibi et medicina. Etsi vinculum est in ipso corpore subjective, tunc esset bene causa quare corrumpetur corruptione ipsius corporis; sicut in morte mariti corrumpitur vinculum in corpore ejus, sicul et omnis dispositio corporea, et per consequens ista, quæ esi ad gratiam saetamentalem, quæ est *ut sciat homo suum vas possidere in sanctificatione* (1. *Thessalon.* 4, v. 4), per quam generative ordinatur, et alia quæ ad bonum usum conjugii requiruntur. Sed quomodo corrumpitur corruptione objecti, cum distinctorum objectorum absolutorum corruptio unius non sit corruptio alterius, nec generalio unius sil generatio alterius? Immo, quæ sunt unum, corrumpuntur simul, el simul generantur; el diversa seorsum, maxime quando unum non est causa alterius. Potest enim absolutum destrui non solum per se, sui corruptione, sed per accidens, corruptione sua? causæ in conservari. Non esi autem unus conjux causa alterius; nec essentia conjugii in uno, est causa essentia? vinculi in alio. Unde dicendum quod sicut, corrupto colore, corrumpitur visio, quamvis visio sil aliquid absolutum, non quia color sil ejus causa (quia idem esset si visio esset a Deo effective), sed quia est terminus ejus, a quo dependet; sic, quia in matrimonio vinculum quod est in uno conjuguai, habet alterum pro termino, ideo, illo deficiente, deficit : sicul visio, licet non sit relatio, sed qualitas absoluta, tamen, necessaria consequentia, includit respectum ad visibile sicul ad terminum, et inde est quod, illo respectu destructo, destruitur et ipsa visio; sic et in proposito.

Arguunt alii, ut dicit Petrus (ibid.), quod tale vinculum sit in anima subjective. Quia sacramen-

(a) *remedium.* — reniedin Pr.
(C) anim. — Pr.

Ulis dispositio est nd gratiam gratum facientem, qua» est ex parte animæ scparatæ; el ubi est gratia subjective, ibi etiam debet ẽs ipsa dispositio, Et tunc videtur quod, sive ait relatio, sive aliquid absolutum, non possit deleri ; quia anima quæ est ejus subjectum, et anima quæ est ejus objectum, sunt incorruptibiles. Unde, curn talis relatio non corrumpatur corruptione subjecti, nec objecti, nec a contrario, quod non habet, nec per peccatum, cum sjt in peccatoribus, per consequens nec per mortem alterius, nec utriusquo : sicut nec similitudo qua una anima rationalis alteri asahnilatur postquam creatæ sunt, non corrumpitur in ælernum; nec tamen una est causa alterius.

Potest tamen probabiliter sustineri quod adhuc tale vinculum morte conjugiim alterius corrumpitur. Quod patet tripliciter. *Primo,* quia illud quod est ab agente el conservante per intellectum, propter certum finem, fine deficiente, deficit. Unde motus cœli, quem angelus facit propter generationem, illa deficiente, cessabit : quia angelus non plus movebit ad effectum, postquam non plus movebitur a fine. Sic, quia Deus ad actus corporales, licet mediante sacramento, hoc vinculum impressit, inde est quod, altero mortuo, a quo vel ad quem non possit hujusmodi actus exerceri, Deus desinit conservare, ne frustra conservet ; et sic desinit esso vinculum per subtractionem inlluentiæ causæ conservantis. Secus autem est de charactere, qui est ad actus spirituales; propter quod est indelebilis. — Sed contra hoc est : quia character non est nisi ad actus via», sicut baptismi (x) ad recipiendum hic alia sacramenta, confirmationis ad confitendum coram tyranno, ordinis ad conficiendum, etc.; quæ omnia propria sunt huic vita», prout distinguitur contra aliam; ergo homo non deberet indelebilitei habere characterem, si solum habet actum vel effectum in hac vita mortali, et non in alia, in qua cessat collatio et susceptio sacramentorum. — Ad hoc posset dici quod (C), sicut remanent et reparantur virtutes cardinales in patria, quoad actus circa finem, sic et characteres : erit enim (γ) quidam specialis ornatus sanctorum novi Testamenti ex charactere baptismali respectu antiquorum, qui non habuerunt hanc conformitatem ad Christum; el similiter confirmatorum erit sjæcialis gloria respectu non confirmatorum, quasi militum Christi; et similiter ordinatorum, quasi Christi ministrorum. Sed vinculum matrimonii non esset ad gloriam, sed ignominiam, cum status conjugatorum sit infimus pro tempore gratiæ, quando vinculum istud est aliquid reale (nam tempore legis, quando præferobatur conjugium virginitati, non erat aliquid reale); unde non potest manere realiter.

Secundo. Patet idem sic : Quia, sicut propter maximam ægritudinem scientia a ẽensibilibus acquisita corrumpitur in intellectu, sic et vinculum per mortem habentis, licet sil in anima; et etiam per mortem alterius, quasi objecti: sicul scientia per corruptionem organi phantasia? in lethargia et furia, quod ẽt corruptio objecti, non subjecti. — Sed contra hoc quod dictum est, scientiam corrumpi per ægritudinem, est illud quod dicunt dociores, scientiam remanere in anima separata; quæ tamen magis corrumpi deberet per mortem quam per aliam minorem transmutationem. Propter quod videretur alicui, quod, cum dicitur scientiam corrumpi per ægritudinem, intelligitur quoad usum et actum : quia in parte sensitiva corrumpitur species, et aliqui habitus correspondantes, ◌̃uo oportet de novo generari, si debeat in actum exire; sed ẽentia habitus intellectualis non corrumpitur, etc. — Sed, sustinendo dictum commune, potest dici quod iste stant simul, scilicet habitum scientia» in intellectu et villulis in voluntate corrumpi per infirmitatem, non per mortem : nam per infirmitatem, vita durante, corrupto objecto intellectus, el per consequens voluntatis, quod est organum phantasia», oportet habitum intellectualem cessare ab actu; sola autem cessatio actus corrumpit habitum ex actibus (x) acquisitum (sicut subtractio calefacientis remittit el tandem corrumpit calorem aquæ); el(C) hoc est in via, quando nihil sic firmatur in anima, quin possit corrumpi; sed in morte, sicut anima separatur a corpore incorruptibilis, sic in ipsa quæcumque tunc sunt, ut species el habitus, immobiliter firmantur; unde, sicul frequentia actuum non causal in ipsa habitum novum, sic nec cessatio actuum corrumpit habitum antiquum. Item, non est ibi cessatio actuum : quia omnis dispositio el |»erfectio disponit el perficit suum subjectum diversimode, secundum diversum modum essendi ejus; unde habitus et species animæ conjunctæ usum sive actum suum non habent sine specie phantastica, quia tunc est naturæ animæ inlelligenlis el volentis speculari phantasmata; sed, quando est separata, habet modum intelligendi et volendi conformem angelis, sicut modum essendi; unde tunc potest uti speciebus et habilibus suis sine phantasmate.

Tertio. Palet idem sic : Potest enim imaginari quod, sicut per consensum expressum causalur vinculum spirituale,. quia significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ spiritualem, el significando causal per consequens conjunctionem animorum, quam etiam significat ut rem contentam; sic j h t conjunctionem corporum sequentem, significantem conjunctionem Christi et humanæ naturæ, causatui

( ) *baptismi.* — *baptismus* Pr.
( ) *quoti.* — çuia Pr.
(γ) *enl enim.* — *etenim* Pr.

ẽ actibus. — *habitibus* Pr.
(£) et. — Om. Pr.

vinculum corporale. Sicut ergo corrumpitur visio, corrupto visibili ad quod est, vel subtracto ab ejus præsentia; sic, quia vinculum matrimoniale corporale et spirituale est ad alterum, in ordine ad actus vitæ hujus mortalis, cui homo funditus moritur per mortem naturalem, inde est quod tunc corrumpitur (a) utrumque. Sed (6) per mortem civilem qua cogitat quæ Dei sunt, tollitur spirituale, quod erat ad cogitandum quæ mundi sunt : sicut, sublata intellectione, tollitur volitio, etiam si non esset ab ea causata; quia est Ude objectum, ad quod habet necessariam habitudinem ; sicut scibile sublatum aufert scientiam. — Hæc Petrus, in forma.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

§ 1. — An ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem, quantum ad objecta Durandi contra primam conclusionem, sciendum est quod ipse, in suo primo opere, tenebat quod matrimonium non erat proprie sacramentum; sed, visis objectionibus quæ contra scripta sua in hac materia per alios inducebantur, coactus fuit in ultimo opere cautius loqui, ut scilicet confiteretur matrimonium osse vere et proprie sacramentum, sed non univoce cum aliis sacramentis novæ legis. Sed adhuc ista coloratio non valet, sicut ostendit Petrus de Palude (dist. 26, q. 4), dicens : α Illi de prædicla opinione, ad probandum quod matrimonium non sit proprie sacramentum, arguunt ex diversitate hujus sacramenti ad alia. De quo, ut appareat quod male arguunt, sciendum in generali, quod per consimiles rationes posset probari nullum sacramentum esse sacramentum univoce cum aliis : quia non est aliquod sacramentum, quod non habeat aliquid sibi proprium, in quo differt ab omni alio; unde, si de illo sumatur major secundum quod convenit aliis, affirmative vel negative, et minor proportionaliler, concludetur non esse sacramentum; verbi gratia, ex parte ministri, susceptivi, materiæ, vel formæ. Nam, de baptismo, dicam quod omne sacramentum est aliud quam purum elementum corporale (ut patet inducendo in aliis & baptismo; el patet ratione, quia, cum sacramentum sit protestativum fidei, quæ non est naturale quid, debet habere pro materia aliquid non naturale); sed baptismus habet pro materia elementum; ergo non est sacramentum. Præterea, omne sacramentum ministratur a ministro Ecclesiæ, etiam in necessitate, sicut palet do aliis; sed baptismus in extrema necessitate ministratur etiam a non sacerdote; ergo non est sacramentum. Similiter de confirmatione : quia sacramentum non habet nisi unam materiam correspondentem uni formæ; sed istud habet duplicem materiam; ergo, etc. Similiter, quia Papa mutat ejus ministrum, quod non facit in aliis. Tertio, do Eucharistia : quia omne aliud sacramentum consistit in usu materiæ, et non ejus consecratione. Quarto, de pœnitentia : quia non habet materiam exteriorem, sicut habent alia. Quinto, de ordine: quia Papa in aliquibus mutat ministrum ; et quia habet formam imperativam, quod non habet aliud sacramentum, et videtur contra rationem quod homo imperet illa quæ non sunt a se sed a Deo. Sexto, de extrema unctione : quia habet formam solum deprccativam, quod non habet aliquod aliud. Dicendum est ergo ad omnia ista, quod, sicut Christus est vere et proprie homo, licet aliquid habeat quod nullus alius homo habet, et aliquo caret quo nullus alius caruit, quia habet illa quæ sunt de essentia hominis vere et proprie, scilicet animam rationalem et corpus organicum, posita autem essentia rei, ponitur ipsa, omni alio remoto; ita septem sunt sacramenta novæ legis vere et proprie dicta, licet quodlibet habeat aliquid singulare vel careat singulari, quia, hoc non obstante, quodlibet est signum et causa gratiæ, quod sufficit ad essentiam sacramenti. » — Hæc Petrus.

Item, ibidem : « Si, inquit, isti intelligent quod matrimonium non est ita pertectum sacramentum sicut alia, verum dicunt : quia, cum sacramenta novæ legis abundent a sacramentis veteris legis in causando potius quam in significando, illud est perfectius, quod magis causât gratiam ; sed matrimonium inter alia minus causal gratiam, licet plus (a) significet; ergo simpliciter est imperfectius sacramentum inter omnia sacramenta novæ legis. Sed æque proprie est sacramentum novæ legis sicul aliquod aliorum : sicut asinus est proprie animal sicut homo, licet non sit æque perfectum animal; quia illa quæ sunt de ratione animalis, puta substantia animata sensibilis, æque proprie competunt asino sicul homini, licet non æque perfecte ; quia esse substantiam, el habere animam et sensum, non convenit asino metaphorice sicut nec homini, sed proprie utrique, sed non est substantia æque perfecte anima et sensus in bruto sicut in homine; ita et in proposito; quia de ratione sacramenti novæ legis non sunt nisi duo, scilicet quod sit causa el signum

(a) corrumpifwr. — *corrumpit Pr.*
(4) S«d. — *Sic igitur* Pr.

(a) plui. — *priui* Pr.

gratiæ; utrumque autem non æquivoce, nec metaphorice, sed proprie convenit matrimonio, licet non .eque perfecte sicut aliis; ergo est vere ct proprie sacramentum sicut alia, licet non æque perfectum. JurisUe autem, et qui negant matrimonium conferre gratiam, non possunt salvare matrimonium esse sacramentum novæ legis, n — Hæc Petrus, et bene, et conformiter dictis sancti Thomæ, l p., q. 29, ari. 4, ubi arguit sic, quarto loco : « Persona in hominibus et angelis non significat relationem, sed absolutum aliquid. Si ergo in Deo significaret relationem, diceretur æquivoce de Deo, el hominibus, et angelis, *n* Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod diversa ratio minus communis non facit æquivocationem in magis communi. Licet enim equi et asini sit alia propria diffinitio, tamen univocantur in nomine animalis; quia communis diffinitio animalis convenit utrique. Unde non sequilur quod, licet in significatione personæ divinæ contineatur relatio, non autem in significatione personæ angelica», vel bumanæ, quod nomen personæ æquivoce dicatur. » — llæc ille. — Item, q. 13, ari. 10, in solutione primi, sic dicit : α Nominum multiplicitas non attenditur secundum nominis pradicationem, sed secundum significationem. Hoc enim nomen /tomo, de quocumque pradicetur, sive vere, sive false, uno modo dicitur. Sed tunc multipliciter diceretur, si per hoc nomen *homo* intenderemus significare diversa : puta, si unus homo intenderet significare per hoc nomen *homo* illud quod vere est homo, alius intenderet significare eodem nomine lapidem, vel aliquid aliud, etc. * Hem, *de Potentia Dei,* q. 9, art. 4, arguit sic, sexto loco : « Nullum nomen significat res diversorum generum, nisi æquivoce; *acutum* enim æquivoce dicitur in saporibus el magnitudinibus. Manifestum est autem quod *persona* in angelis et hominibus non significat relationem, sed aliquid absolutum. Si ergo in Deo significet relationem, erit æquivoce dictum. » Ecce argumentum. Sequilur resjionsio : *a* Dicendum, inquit, quod hoc quod *persona* aliud significat in Deo el homine, pertinet ad diversitatem suppositionis magis quam ad diversam significationem hujus communis quod est *persona.* Diversa autem suppositio non facit æquivocationem, sed diversa significatio, o — Hæc ille. — Et ad pleniorem intellectum ejus, in principali responsione articuli, sciendum quod beatus Thomas sic dicit ; 4 Sciendum quod propria ratio nominis est quam significat nomen, secundum Philosophum, 4. *Metaphysiac* (1. c. 28). Illud autem cui attribuitur nomen, si sil recte sumptum sub re significata jn»r nomen, sicut determinatum sub indeterminato, dicitur supponi per nomen;si autem non sil recle sumptum sub re nominis, dicitur copularі *(a)* per nomen. Sicut hoc nomen *animal* significat substantiam animulam sensibilem, el *album* significat colorem disgregativum visus; *horno* vero recle sumitur sub ratione animulis, sicut determinatum sub indeterminato (est enim horno substantia animata sensibilis tali anima, scilicet rationali); sub allxj vero, quod est extra essentiam ejus, non directe sumitur; unde homo supponitur nomine animalis, copulatur veru numine albi. Et quia inferius quod supponitur per nomen commune, se habet ad commune «eut determinatum ad indeterminatum, id quod erat suppositum, fit significatum, determinatione apposita ad commune ranimai enim rationale significat hominem. Sed sciendum quod aliquid significatui dupliciter : uno modo fonnaliter, alio modo materialiter. Formaliter quidem significatur per nomen id ad quod significandum nomen est principaliter impositum, quod est ratio nominis ; sicut hoc nomen *homo* significat aliquid compositum ex corpore el anima rationali. Materialiter vero significatur per nomen id in quo talis ratio salvatur; sicut hoc nomen *homo* significat aliquid battens cor et cerebrum el hujusmodi partes, sine quibus non potest esse corpus animatum anima rationali. Secundum hoc ergo dicendum est quod hoc nomen *persona* communiter sumptum nihil aliud significat quam substantiam individuam rationalis naturæ. Et quia sub substantia individua rationalis natura continetur substantia individua, id est, incommunicabilis et ab aliis distincta, tam Dei quam hominis quam angeli, oportet quod |M?rsona divina significet subsistens distinctum in natura divina, sicut persona humana significat distinctum subsistens in natura humana. Et hæc est formalis significatio lam persons divine quam persona? humante. Sed quia distinctum subsistens in natura humana non esi aliquid nisi per individualem materiam individualum el ab aliis distinctum, ideo oportet quod hoc sit materiale significatum, cum dicitur persona humana. Distinctum vero incommunicabile in natum divina non potest esse nisi relatio; quia omne absolutum est commune et indistinctum in divinis. Helatio autem in Deo idem est secundum rem quod ejus essentia. Et sicut essentia in Deo idem est et habens essentiam, ul Divinitas et Deus; ita idem est relatio et quod per relationem refertur. Unde sequitur quod idem sil relatio el distinctum in natum divina subsistens. Patet ergo quod persona (x) communiter sumpta significat substantiam individuam rationalis natura; persona vero divina formali significatione significat distinctum subsistens m natura divina. Et quia hoc non potest esso nisi relatio vel relativum, ideo materiali significatione significat relationem vel relativum, u — Hæc ille. — Ex quibus patet quod quandocumque aliquod nomen dicitur de multis secundum

(a) *copularі. — copula* Pr.

(a) divina. — Ad Pr.

eamdem formalem et communem significationem, quorum tamen est alia et alia significatio, vel ratio propria, vel materialis, non ideo tale commune nomen dicitur de illis multipliciter aut aequi voce; nec propler diversitatem talium propriarum vel materialium significationum impeditur, nisi aliud interveniat, univocatio talis communis nominis; sicut est in proposito, cum hoc nomen *sacramentum novx* le^is dicatur de matrimonio et aliis sacramentis secundum unam el eamdem communem formalem rationem et significationem, licet matrimonium habeat aliqua propria, quæ non conveniunt aliis sacramentis. El similiter, licet, cum hoc commune *sacramentum* dicitur de matrimonio, interveniat alia suppositio et alia significatio materialis quam cum dicitur de baptismo, confirmatione aut aliis, non tamen propter hoc sequitur quod hoc nomen *sacramentum novx* test's æquivoce vel minus univoce dicatur de matrimonio quam de aliis sex Ecclesiæ sacramentis. Unde logica arguentis in hac materia non transcendit in altitudine parvum pontem Parisiensem.

Nunc dicendum restat ad singulas ejus rationes in particulari. Et quidem ad primam respondet Petrus (dist. 26, q. 4), dicens quoti « illa quæ exterius aguntur in sacramentis, inquantum ad sacramentum pertinent, sunt signa non naturalia, sed instituta; secundum se autem nihil prohibet ea res naturales:sicutaqua,etablutioaquæ,estres naturalis; sed quod ipsa sit signum ablutionis a peccato, actu non habet a natura, sed tantum aptitudine, a Deo autem actu; quod autem sit causa illius ablutionis, totaliter habet a Deo. Et similiter, consensus el verba secundum se sunt a natura et jure naturali ; sed secundum quod sunt sacramenta, a Deo. Nam conjunctio maris et femina» non habet a natura quod actu significet conjunctionem Christi et Ecclesiæ; alias quicumque sciret istam, sciret illam, sicut videns fumum cognoscit ignem; cujus contra·'um apparet in Judæis et Saracenis vel Paganis, in quibus sunt matrimonia, et non fides. Immo Adam in hoc non cognovit mysterium Christi et Ecclesiæ, nisi spiritu prophetiæ. Et multo minus ex natura sua habent quod sint causa gratiæ. Unde nec ante novam legem habuerunt, quamvis haberent rationem signi. A divina igitur institutione habent, ea quæ in matrimonio geruntur, quod sint sacramentum, ct id unde formaliter sunt sacramentum ; sed id quod sunt materialiter, habent a natura, sicut aqua, oleum et chrisma; quia assumere aliquid in materiam sacramenti non tollit ejus naturam, sed dat ei novam efficaciam. › — Hæc Petrus. — Et concordat dictis sancti Thomæ, prima distinctione hujus, q. 1, art. 1, q,a 5, iu solutione quarti, ubi sic dicit : « Res sensibilis secundum praedictam similitudinem ex naturali proprietate pluribus est conformis. Et ideo, quantum est de se, æqualiter potest quodlibet illorum significare. Ad hoc ergo quod ad unum determinetur, el sit certa sua significatio, oportet quod accedat institutio, quæ determinet ad unum. Et sic repraesentatio quæ est ex similitudine naturalis proprietatis, importat nptitndinem quamdam ad significandum ; sed determinatio el complementum significationis est ex institutione. » — Hæc ille.

Verumtamen apparet mihi quod per prædicta non plene satisfit rationi Durandi. Quia prædicta non ostendunt quomodo matrimonium ex divina institutione sit signum sacræ rei conlenlæ in hoc sacramento, sed solum quomodo est signum rei sacra non conlenlæ, scilicet conjunctionis Christi et Ecclesiæ. Et ideo scienda sunt duo : primo, quæ sil res signi ficata el contenta; secundo, quomodo matrimonium ex institutione significet talem rem sacram contentam. Pro primo sciendum quod sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 2, art. 1, in solutione quarti, sic dicit : « Unio Christi ad Ecclesiam non est res contenta in hoc sacramento, sed res significata et non contenta; et talem rem nullum sacramentum efficit; sed habet aliam rem contentam et significatam, quam efficit, ut dicetur. Magister autem posuit rem non contentam : quia erat hujus opinionis, quod non haberet aliquam rem contentam. d — Hæc ille. — El, in solutione quinti argumenti, subdit : α In hoc sacramento sunt illa tria : quia sacramenta tantum sunt actus exterius apparentes; sed res et sacramentum est obligatio quæ innascitur viri ad mulierem ex talibus; sed res ultima contenta est effectus hujus sacramenti; non contenta autem est res quam Magister determinat. » — Hæc ille. — Verum quia dici potest quod illa obligatio, quæ est res et sacramentum, naturaliter significatur per verba consensum exprimentia, et non ex divina institutione, ideo nondum est plene satisfactum. Ideo, secundo loco, sciendum est quod talis obligatio, quæ est res et sacramentum, significatur per exteriora naturaliter, ut est obligatio, sicut bene probat arguens; sed non significatur naturaliter, sed solum ex divina institutione, inquantum est sacra, et actu sacrans hominem. De hoc, in simili, sanctus Thomas, 3 p., q. 60, art. 2, sic dicit : α Signa dantur hominibus, quorum est per nola ad ignola pervenire. Et ideo proprie dicitur sacramentum, quod est signum alicujus rei sacra ad homines perlinentis : ut scilicet proprie dicatur sacramentum, secundum quod nunc de sacramentis loquimur, quod est *signum rei sacræ, inquantum est sanctificans hominem,* d — Hæc ille. — Hem, in solutione primi argumenti, sic dicit : α Creatura sensibiles significant quid sacrum, scilicet sapientiam et bonitatem divinam, inquantum sunt in seipsis sacra; non autem inquantum nos per ea sanctificamur. Et ideo non possunt dici sacramenta, secundum quod nunc loquimur de sacramentis. » — Hæc ille. — Ex quibus palet quod, in quolibet

sacramento novæ legis, ea quæ exterius aguntur, significant ex institutione divina aliquod sacrum ut sacrans et contentum in ipso sacramento; qualem significationem non habet e.x naturali proprietate. Consimile dicit, prima distinctione (a) hujus, q. 1, ari. 1, qu 1, in solutione secundi, ubi sic dicit : ‹ Res sensibiles non sunt signa divinorum ut sunt sacrantia, sed ut sunt in seipsis sacra. Sacramentum autem debet inlelligi signum rei sacræ ut est actu sacrans. El ideo non oportet quod omnes res sensibiles sini sacramenta, i» — Hæc. ille. — Hem, in solutione tertii, sic dicit : α Quamvis serpens æneus esset signum rei sacræ sacrantis, non tamen inquantum sacrans est actu : quia non ad hoc adbibebatur ut aliquis sanctificationis effectus perci|>eretur, sed solum effectus exterioris curationis. El similis est ratio de imagine cnicis, quæ ponitur lanium ad repraesentandum. d — Hæc ille. — Ex quibus patet quod dictum fuit. Secundo, sequitur quod, si matrimonium non aliter sit sacramentum nisi quia est rei signum, modo quo dicit arguens, tunc non plus habet rationem sacramenti quam sacramenta veteris legis, aut quam serpens æneus, vel imago crucifixi; quod falsum est, quia tunc non deberet plus connumerari sacramentis novæ legis quam prædicta.

Ad secundum respondet Petrus (ibid.), dicens quod ‹r matrimonium habet formam distinctam a materia : quia verba sunt forma, et contrahentes sunt materia. Nec distinguitur hic materia *in qua,* id est, suscipiens, et materia *ex qua,* sicul in Eucharistia et aliis. Quia matrimonium est contractus personarum, et non rerum, ut dicunt juriste. Unde, sicul in contractibus rerum, res quæ transferuntur per conventionem (6) ipsam, sunt materia, sic corpus quod transfertur quoad potestatem, est materia in matrimonio : quia cum dico, *Accipio te in meam,* quasi transfero corpus meum in potestatem. Et sicul cum aliquis vendit se ad pretium participandum, est vera venditio, et tamen venditio requirit materiam distinctam a forma, quæ est expressio consensus, quia ipsemet qui transfert seipsuin, est illa materia; ita et hic. — Vel polest dici quod, sicut in Eucharistia est duplex forma, el duplex materia, unum tamen sacramentum; sic ct hic, cum dicitur, Arripio *tc in meam et do tibi meipsum in virum,* est una forma, scilicet verba, ct una materia *ex qua.* scilicet ipse qui loquitur, vel corpus ejus, et alia materia *in qua,* id est, objectum in quod transii, sicul cum dico, *Hoc. est corpus meum;* et ulterius, quando illa ail, *Accipio te in meum ct do tibi me in uxorem,* esi forma verbum, el materia e,r *qua* ipsa loquens, et materia in *qua* recipiens. Et sic diversis respectibus unum est formale respectu alterius. » — Hæc Petrus, et salis prohabiliter. — Sed in aliquibus non videtur sequi viarn sancti Thomæ, sicut in hoc quod dicit materiam in sacramento esse ipsas personas, vel corpora contrahentium. Nam sanctus Thomas, præsenti distinctione, q. 2, art. 1, arguit sic, secundo loco : ‹ Sacramentum, secundum Hugonem *(de Sacramentis,* lib. 1, part. 9, cap. 2), est materiale elementum. Sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum. Ergo non est sacramentum. › Ecre argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod sacramentum matrimonii perficitur per actum ejus qui sacramento illo utitur, sicut pœnitentia. El ideo, sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subjectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio. › — Hæc ille.

Dicitur ergo ad argumentum, quod liene probat quod materia, et elementum extrinsecus appositum, in sacramento matrimonii el in aliis anjuivoce dicitur, et non univoce, si loquamur de propria ratione hujus vel illius maleriæ, et de significato materiali elementi et maleriæ sacramenti. Sed, loquendo de communi et formali significato elementi el materie sacramentalis, non est ibi a?quivocatio, sed sufficiens univocatio. Quod palet : quia communis et formalis significatio elementi sacramentalis, est quod sil visibilis forma invisibilis gratiæ; hoc autem commune est maleriæ omnium sacramentorum. De hoc beatus Thomas, prima distinctione hujus, q. 1, art. 4, in solutione quintæ quæstiunculæ, quæ est : Utrum diffinitio Hugonis de sancio Victore, quæ est talis : *Sacramentum es/ corporate vel materiale elementum, extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, rxsimilitudine reprxsentans, cx sanctificatione invisibilem gratiam continens,* sil competens. In solutione enim illius qua> stiunculæ, sic dicit : ‹ Dicendum quod diffinitio Hugonis de sancio Victore eadem est cum diffinitione quam Magister ponil in littera; hoc excepto, quod addit causam significationis, quæ est institutio, et causam efficienliæ. quæ est sanctificatio. Idem est enim dictu, *materiale elementum exterius oculis suppositum, ex institutione significans,* quod *invisibilis gratiæ visibilis forma;* et ('X *similitudine repraesentans,* idem est ei (a)quod dicitur, *ut imaginem gerat:* et *ex sanctificatione invisibilem gratiam continens,* idem est ei quod dicitur, *ut causa existai, n* — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit : « Elementum accipitur communiter pro quolibet corporali visibili, sive sil elementum simplex, sive dementatum. El utitur tali modo loquendi, propter verbum Augustini, qui dicit (in Joan., tract. 80) : *Accedit verbum ad elementum, ct fit sacramentum.* In baptismo enim, qui est sacramentorum janua, rnale-

(3) *distinctione. — Om. Pr.*
(6) conventionem. — conjunctionem Pr.

(a) *idem ẽ ei. — id enim* Pr.

ria esi elementum simplex, p — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, licet materiale elementum quod applicatur matrimonio, vel opus operatum extrinsecus appositum suscipientibus matrimonium, sit alterius rationis proprie et distincte quam materiale elementum quod applicatur exterius in aliis sacramentis, et applicatio fiat per alios applicantes, cttam in praesentia quam in absentia, et alio modo, secundum locum vel tempus et hujusmodi circumstantias, ex hoc non impeditur univocalio sacramenti hujus ad alia : quia omnia conveniunt in una communi ratione sacramenti, et in uno formali significato; licet differant quantum ad proprias rationes et significata materialia, et quantum ad id quod supponitur per nomen. Cujus ratio patet ex praedictis.

Dicitur ulterius, quod, posito quod illa diffinitio sacramenti quam ponit Hugo, non competeret univoce matrimonio et aliis sacramentis, sufficit quod diffinitio quam ponit Magister (4. *Sentent.,* dist. I), univoce dicatur de illis, scilicet quod *sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma, ita ut ejus imaginem gerat, et causa exsistat.* Et ideo non oportet multum curare de diffinitione Hugonis in proposito : quia est fallacia consequentis arguere negative ab illa diffinitione ad diffinitionem sacramenti in communi. Et sic patet ad omnes replicas inductas contra solutionem in argumento recitatam.

Utrum autem in hoc sacramento idem sit forma et materia diversis respectibus, vel ipsa verlx contrahentium sini tantum forma, el alii aclus exteriores sint materia, non multum variat propositum : quia utrumque videtur salis probabile. Tamen de hoc aliquid dicetur in sequentibus, potissime in solutione septimi.

Ad tertium, negatur minor. Dicitur enim quod matrimonium confert gratiam non habenti, nisi ponat obicem. Nec valet probatio in oppositum. Quia non sola illa sacramenta quæ ordinantur ad remissionem culpæ, conferunt gratiam non halænli; immo alia, ut patet de Eucharistia, ordine, confirmatione. Et generaliter de ratione sacramenti novæ legis est quod sit invisibilis gratiæ visibilis forma, ita ul ejus imaginem gerat, et causa exsistat. Et de hoc videbitur in solutione argumentorum contra secundam conclusionem. Unde illa probatio nihil valet.

Dicitur secundo, quod matrimonium auget gratiam prius habenti. Nec valet hujus improbatio, expresse falsum assumens, scilicet quod continentibus exsistentibus in gralia, el postea nubentibus, gratia non augeatur. Kt cum dicitur quod melius est continere quam nubere, etc., — parum valet ad propositum : quia Apostolus ibi facit comparationem inter duos status, vel duo genera actuum, vel duas partes castitatis et temperantiæ; non autem inter unum statum et sacramentum, potissime quoad causalitalem gratiæ. Sacramentum enim matrimonii confert aliquam gratiam ex opere oj>erato, quam non confert status continentia? illo modo, licet mereatur gratiam ex opere operante majorem quam status nuptialis. Quod qualiter fiat, ostendit sanctus Thomas, praesenti distinctione, q. 2, art. 3. Arguit enim sic, tertio loco : « Gratia ordinata contra vulnus peccati necessaria est omnibus habentibus illud. Sed in omnibus invenitur concupiscentias vulnus. Si ergo in matrimonio detur gratia contra vulnus concupiscentiæ, deberent omnes homines matrimonium contrahere; et sic esset valde stultum a matrimonio abstinere, d Ecce argumentum. Sequitur responsio : *a* Dicendum quod illa ratio procederet, nisi contra concupiscentiæ morbum posset aliquod efficacius remedium adhiberi. Adhibetur autem majus remedium per opera spiritualia, et carnis mortificationem, ab illis qui matrimonio non utuntur. » — Hæc ille. — liem, quarto loco, arguit sic : « Infirmitas non accipit medicamentum ab eodem a quo accipit intensionem. Sed concupiscentia intenditur per actum matrimonii : quia, sicul dicit Philosophus (3. *Ethicorum,* cap. nil.), insatiabilis est concupiscentia appetitus, et per operationem congruam augetur (a). Ergo in matrimonio non confertur remedium gralia· contra concupiscentiam. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum quod contra concupiscentiam |K)lest præstari remedium dupliciter. Uno modo, ex parte i|«ius concupiscentiæ, ut reprimatur in sua radice; et sic remedium praestat matrimonium per gratiam quæ confertur in eo. Alio modo, ex parte aclus. El hoc modo dupliciter. Uno modo, ut aclus ad quem concupiscentia inclinat, turpitudine careat; et hoc praestatur per bona matrimonii, quæ honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo, ut actus turpitudinem habens impediatur; quod fit ex ipsa natura aclus : quia, dum concupiscentia· satisfit in actu conjugali, ad alias concupiscentias non ita incitat; propter quod dicit Apostolus (1. *Corinth.* ***I,*** v. 9) : *Melius est nubere quam uri.* Quamvis enim opera concupiscentiæ considerata secundum se nata sint concupiscentiam augere, tamen, secundum quod ratione ordinantur, ipsam reprimunt : quia ex similibus actibus similes relinquuntur habitus et dispositiones. » — H®c ille. — Ex quibus patet quod, licet aclus continentis sint efficaciores ad concupiscentiam reprimendam quam actus matrimonialis, nihilominus sacramentum matrimonii confert gratiam ex opere operato reprimentem concupiscentiam ; quam non haberet continens antequam nuberet, et quam continentiae status non conferebat. Item, sicut dicil sanctus Thomas, 2· 2-, q. 152, art. 4, in solutione

(a) *augetur.* — Om. Pr.

secundi : u Licet virginitas sit melior quam continentia conjugalis i potest tamen conjugatus esse melior quum virgo, duplici ratione. Primo quidem, ex parte ipsius castitatis : si scilicet ille qui est conjugatus, habeat animum magis pandum ad virginitatem servandam, si oporteret, quam ille qui est actu virgo. Unde Augustinus instruit virginem, in libro *de llono conjugali* (cap. 22), ut dicat : *Ego non* num *melior quam Abraham;* sed ut dicat *Melior est castitas cœlibum quam castitas nupta·rum.* Et rationem postea subdit, dicens : *Quod enim ego nunc ago, melius illi egissent, si tunc agendum esset; quoti autem illi egerunt, ego non sic agerem,etiam si nunc agendum esset.*Secundo, quia forte ille qui non est virgo, habet aliam excellentiorem virtutem. Unde Augustinus, in libro *de Virginitate* (cap. 44) : *Unde scit virgo, quamvis sollicita quæ Dei sunt cogitet, ne forte, propter aliam incognitam sibi infirmitatem, non sit matura martyrio; illa vero mulier cui se præ·ferre gestiebat, jam possit bibere calicem Dominicae passionis? »* — Hæc ille. — Item, in solutione primi, sic dicil : α Meritum non solum pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Habuit autem Abraham animum sic dispositum, ut paratus esset virginitatem servare, si esset tempori congruum. Ex quo meritum continentia? conjugalis in ipso æqualur merito continentia· virginalis in Joanne, respectu præmii substantialis, non autem respectu præmii accidentalis. i — Hæc ille.

Petrus vero de Palude (dist. 26, q. 4) ad hoc argumentum in virtute sic respondet, dicens quod « per matrimonium homo non excidii a statu perfectionis, sed per actum matrimonii; ul patet in beata Virgine, cujus perfectio non est imminuta per matrimonium. Vel dicendum quod sacramenta subveniunt homini secundum omnem statum. Pœnitentia enim non facit hominem decidere a gralia vel perfectione; sed, supposito quod exciderit, pœnitentia ipsum excipit, ne damnetur. Et sic, sicut pœnitentia, licet non sit nisi peccantium et de peccatis, non tamen propter hoc facit peccare, sed, quantum est possibile, supposito peccato, facit ad innocentiam redire; sic matrimonium, licet quoad actum suum non sil nisi imperfectorum, el cum imperfectione, tamen, hoc supposito, quantum possibile est, facit ad perfectionem tendere, el minus ab ea declinare. » — Hæc ille, el bene, prælor hoc quod dicit, quod aclus matrimonii non esi nisi imperfectorum. Hoc enim falsum esi, ul palet ex diclis. Sed bene verum est quod Iniis aclus pro tempore isto repugnat statui perfectionis. Quia, ut dicil sanctus Thomas, 2 2 r, q. 184, art. 4, in statu perfectionis proprie dicitur esse aliquis, « non ex hoc quod habet actum dilectionis perfectio, sed ex hoc quod obligat se perpetuo, cum aliqua solemnitate, ad ea quæ sunt perfectionis (a). Contingit etiam quod aliqui se obligant, qui non servant, et aliqui implent ad quod non se obligaverunt : ut patet, Matth. 21 (v. 28 cl seq.), de duobus filiis, quorum unus patri dicenti, *Operare in vinea,* respondit, *Nolo,* postea abiit, aller respondens ait, *Eo,* ct tamen non ivit. Et ideo nihil prohibet aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis; el aliquos esse in statu perfectionis, qui non sunt perfecti. › — Hæc ille. — Patet ergo qood nec matrimonii sacramentum, nec actus ejus, derogat nec repugnat de per se perfectioni, quæ consistit in perfecta dilectione Dei et proximi; sed statui perfectionis derogat, secundum communem cursum, non sacramentum matrimonii, sed actus ejus; et quod argumentum solum concludit ex dicto Apostoli, quod potior est castitas continentis quam conjugis, non autem quod sit perfectior charilas vel gratia, quia perfectio non consistit essentialiter in cantilate, sed in cliaritale, ut palet ex didis sancti Thomæ, ubi supra (2 2 q. I8i, art. l et 3); nec virginitas est potissima virtutum, sed potissima pare temperantia» vel castitatis dici potest, ul dicit sanctus Thomas, ubi supra (2· 2 q. 152, art. 5).

Ad qunrtum respondet Petrus (dist. 26, q. i), dicens quod « in illis sacramentis quæ habent pro materia vel forma aliquid non subjectum humano statuto, humanum statutum nihil potest mutare, sicul est in baptismo et Eucharistia : non enim non aqua fit aqua, nec non panis, aut econtra, humano verbo. Sed in illis sacramentis in quibus materia et forma fundantur super illud quod jure naturali subjacet statuto humano, sicut fundamentum potest mulari per hominem, ila et fundatum. Et sic est hic. Quia matrimonium prout est sacramentum novæ legis, præsupponit matrimonium prout est quidam contractus personarum de jure naturali, et postea superaddit illud quod est proprium sacramento nova' legis, scilicet significationem el causalitatem. Si autem matrimonium non esset sacramentum, subesset statuto humano, sicut et contractus rerum. Homo enim, quod est, communitatis est; etiam ‹1c Im»1 se exponere morti pro republics, si oportet. Unde, sicul statutum humanum potest facere quod non valeat alienatio per se facta do rebus ejus, utputa facta a furioso, prodigo vel minore; ita el |>otest facere quod non valeat alienatio de seipso. Sicut enim servus non potent dare id quod habet, ila nec seipsum dare vel vendere sine domini voluntate; sic el humo, qui est membrum (b) communitati?, contra justam ordinationem rectoris non potest Se dare iu servum vel vasallum, mc |η·γ consequens in maritum. Sicut ergo pistor potest mulare materiam sacramenti Eucharistia1,

(a) *perfertioıı'ık. — impcrfectiimit* Pr.
(C) r/tti *c»t membrum.* — Otn. Pr.

quia illa materia est panis, et ipse jiotest facere de pane non panem, et e converso; sic, quia in matrimonio esi homo potens dare potestatem corporis sui, Ecclesia, quæ potest hanc potestatem habenti auferre, et cui abstulit rursus dare, potest sic per accidens mulare materiam sacramenti. Sicut etiam, quia materia confirmationis et extremæ unctionis est oleum consecratum, et chrisma consecratum consecratione per Ecclesiam celebrata, sine determinatione ritus a Christo, potest, ex parte consecrationis sibi subjecta!, Ecclesia materiam mutare; quia potest de oleo consecrato facere non consecratum, persolam admixtionem, ct similiter de chrismate; et similiter potest statuere quod oleum desineret esse consecratum. Sed in consecratione Episcopi, quæ sacramentum est, creduntur aliqua verba esse substantialia, et a Christo tradita, quæ mutari non possunt quoad substantiam. » — Hæc ille, et bene, concorditer sancto Thoma. trigesimaquarta distinctione hujus, q. 1, art. 1, in solutione quarti, ubi sic dicit : « Persons illegitima» ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo quod sunt contra legem qua matrimonium statuitur. Matrimonium autem, inquantum est in (a) officium natura;, statuitur lege naturæ; inquantum est sacramentum, statuitur jure divino; inquantum est in officium communitatis (6), statuitur lege civili et Ecclesiæ. Et ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona ad matrimonium effici illegitima. Nec est simile de aliis sacramentis, quæ sunt sacramenta tantum. Sed quia lex naturalis secundum diversos status recipit diversas determinationes, et jus positivum etiam variatur secundum diversas hominum conditiones, in diversis temporibus di versas personas illegilimavil. » — Hæc ille. — Item, dist. 40, q. 1, art. 4, in solutione secundi,sic dicit : α Matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam in officium. El ideo magis subjacet ordinationi ministrorum Ecclesiæ quam baptismus, qui e>t sacramentum tantum : quia, sicut contractus et officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus et officia spiritualia lege Ecclesiæ. » — Hæc ille.

Ati quintum respondet Petrus (dist. 26, q. 4), quod « matrimonium, prout est sacramentum novæ legis, imprimit omnium, qui vocatur vinculum, vel nexus, et non solum est relatio rationis, sed res absoluta, disponens ad gratiam, prout habet spiritualiter perficere, *ut sciat vas* suum *possidere,* etc. (1. *Thessal.* 4, v. 4). Unde, sicut, si confirmetur quis vel ordinetur ante baptismum, non imprimitur character, et ideo non est sacramentum, et (γ) nihil est actum, sed, si velit recipere characterem, lotum est iterandum; ita per matrimonium contractum ante baptismum, nihil reale eet impressum; et sic non est formaliter el proprie sacramentum, quod semper realem effectum habet. Sed si post baptismum de novo consentiant, vel in primo consensu persistant, tunc imprimitur ornatus ille, et gratia, nisi ponant obicem. Et sic matrimonium non est sacramentum ante baptismum, sicul nec aliud, licet concurrant essentialia sacramenti : sicut etiam, quamvis omnia concurrant ad confirmationem ct ordinem ante baptismum, qua» post, non est ordo nec confirmatio, quia subjectum omnis sacramenti novæ legis alterius a baptismo est homo baptizatus; unde, sicut si fieret bruto quidquid fit homini in confirmatione et ordinatione, nihil esset actum, sic de non baptizato. Sed quia matrimonium, prater hoc quod est sacramentum, est aliquid aliud, sicul ante baptismum esset vera unctio olei vel chrismatis, sed non confirmatio vel ordo, etsi confirmatio esset æquivocum ad utrumque, tunc esset confirmatio uno modo, alio modo non; sic, quia matrimonium est nomen contractus el nomen sacramenti, ideo est verum matrimonium ante baptismum, prout dicit contractum personarum, sed non prout dicit sacramentum. Quod autem dicit Augustinus *(de Bono conjugali,* cap. 18), quod baptismus non solvit bigamiam, quia *de sacramento agitur, non de peccato* (e), accipit sacramentum materialiter et aptiludinaliler, non fonnaliter et aclualiler. Hoc autem palet sic : quia, si conjugiim infidelium unus convertatur ad fidem sine alio, conversus potest contrahere; ergo non erat inter eos reale vinculum, quod fuisset, si post baptismum contractum fuisset. Unde matrimonium esse ratum post baptismum, ponit aliquid absolutum, et non purum ens rationis, quale solum erat per matrimonium ut est aliquid humanum. » — Hæc Petrus, el bene. — Curn autem replicat arguens contra hoc, ct contra responsionem ibi datam, quod tale matrimonium non est magis sacramentum post baptismum quam prius, quia in omni sacramento opus est novo facto, etc.; — dicitur quod verum est, accipiendo facium communiter pro quacumque actione, immanente vel transeunte. Et ideo, in casu argumenti, oporlel quod tales habeant novum consensum, vel novam electionem et approbationem antiqui consensus, et novam expressionem consensus per verba vel aliud æquipollens verbis; aliler enim solus baptismus non faceret matrimonium antiquum esse denuo sacramentum novæ legis. — Cum autem dicit ulterius, quod matrimonium fuit ante omnem legem, etc., — solutum est prius (ad quartum); quia verum est prout matrimonium dicit officiurp vel contractum, non autem prout est sacramentum. — Quod autem dicit, quod est precise de dictamine

(a) in — Ora. Pr.
(β| a verbif *ilatuitur lege'naluras* usque ad comniunt-*tatu,* oin Pr.
(γ) idtû. — Ad. Pr.

(a) Cfr. can.3, Diet. XXVI.

rationis naturalis, etc., — solutum est supra (ad primum): quia hoc penitus falsum est; non enim naturali ratione, sed fide tenetur quod matrimonium ordinetur ad reprimendum concupiscentiam, et conferat gratiam, et multa alia, de quibus supra (ad primum et ad tertium) dictum fuit.— Utrum autem sil verum quod dicit Petrus, de illo ornatu (a) absoluto disponente ad gratiam, dubium est. Sed de hoc videbitur in sequentibus.

Ad sextum respondet Petrus (dist. 26, q. 4), dicens quod major illius est neganda : quia necessitas non facit sacramentum ministrari a non sacerdote. Quia baptizatus in mortali morieris attritus plus indiget pœnitentia quum catechumenus sanus baptismo: quia nec est in periculo mortis,et,si moreretur, salvaretur baptismo flaminis; iste autem, nisi vi clavium attritio fiat sibi contritio, damnabitur. Et si dicatur quod hoc accidit, quia potest conteri, si vult, — non valet. Quia ponatur quod postquam est confessus attritus, non contritus, laico, perdit usum rationis; tunc non potest conteri. Nec potest ei subveniri nisi per absolutionem : quia nec potest communicare, quia nec vult os aperire, vel non habetur Eucharistia; vel non potest inungi, quia deest sacerdos; tunc ergo ita est ei necessaria absolutio, sicut parvulo baptismus. Et tamen non potest absolvi a non sacerdote, cum tamen parvulus possit baptizari a non sacerdote. Hoc ergo non est solum propter necessitatem. — Præterea, plus debel faveri necessitati communitatis, quam necessitati unius personæ. Sed ordo, qui est necessarius communitati, in nulla necessitate potest conferri nisi ah ordinato : puta, si non esset in mundo aliquis Episcopus, nec aliquis sacerdos, non posset fieri Episcopus nec sacerdos a non Episcopo. Ergo causa illius non est necessitas. — Dicendum est ergo, quod illud sacramentum, cujus lota efficacia est ex materia et forma, non ex potestate ministri, illud potest conferri ab alio quam a ministro Ecclesiæ, in necessitate, et extra necessitatem, licet non debeat nisi in necessitate : sicul est de effectu Eucbaristirc in digne (£) suscipiente; quia tota virtus causandi gratiam est in eo quod suscipitur, et, licet non debeat ministrari nisi a sacerdote, excepta necessitate, nisi tamen sit peccatum impediens a parte suscipientis, tantum sibi valet susceptum a laico quem credit suum curatum, quantum a vero (γ) curato. Ita est de baptismo, cujus tota virtus est materia et forma, et non in ministro; unde etiam extra necessitatem potest, sed non debet ministrari nisi a presbytero. Matrimonium autem est hujusmodi : quia ejus virtus non est in ministro Ecclesiæ. Et ideo non propter hoc quod non est necessarium (3) (cum sit necessarium communitati, sicul baptismus personæ singulari), sed quia virtus ejus non est in ministro Ecclesiæ, potest ejus essentia haberi sine ministro. Sed forte non debet nisi in facie Ecclesiæ et per sacerdotem celebrari, si possit haberi. Sin autem, potest sine peccato sine sacerdote contrahi, et non alia sacramenta, loquendo de potestate juris, hoc est, quia fundatur in jure naturali. Cætera vero quinque sacramenta quoad essentialem perfectionem requirunt virtutem ministri. Unde in nullo casu possunt sine illo celebrari, etiam extrema unctio, quæ non debet dari nisi exsistenti in articulo necessitatis. n — Hæc ille, et bene.

Potest tamen brevius dici, quod major argumenti solum habet verum quando sacramentum habet aliud pro materia vel forma ab actu suscipientis sacramentum. Sed ubi materia et forma sacramenti non sunt aliud ab actibus suscipientium, tunc non opertet sacramentum ministrari per ministrum Ecclesiæ; sed ipsemet suscipiens potent conferre sacramentum. Sic autem est in matrimonio, ut dicetur.

Ad septimum patet responsio per prædicta in solutione secundi aryumenli. Dicitur enim quod, in sacramento matrimonii, personæ contrahentes sunt loco materiæ, verba vero sunt loco formæ, secundum opinionem Petri. Vel, secundum opinionem sancti Thomæ, actus ipsorum contrahentium sunt loco materiæ et formæ. Quod potest quadrupliciter intelligi. Primo modo, ut dicatur quod verba unius su fit materia, el verba alterius consensum exprimentia sint loco formæ : non tamen sic quod utrumque sit materia et forma; sal, sicut dicimus quod ultima unitas numeri est formalis ad omnes praecedentes, et aliæ sunt materiales respectu ultima?, sic, in matrimonio, verba conjugis primo proferentis sunt materia, et verba ultimo proferentis sunt forma. Nec mirum si ultima prolata dicantur formalia, cum sint completiva sacramenti ; sicul ultima differentia complet rationem speciei, et ultima syllaba significationem dictionis, vel totius praecedentis orationis; et sic de multis similibus. Alio modo, potest sic intelligi, ut dicatur quod, in sacramento matrimonii, consensus interior expressus .aliquo modo, et sensibilis factus, se habet loco materiæ, el verba per quæ exprimitur, sunt loco formæ. Tertio modo, posset dici quod ipse actus loquendi se habet loco materiæ, et verba per illum actum formata et expressa se habent loco formæ : actus enim dicendi differt a verbo dicto realiter, cum primum sit actio, secundum sil qualitas; el subjectum unius quandoque differt a subjecto alterius; nam actus dicendi non est subjective extra dicentem; el tamen verba dicta j>er lotum aerem diffunduntur. Quarto, posset dici quod actus ipse loquendi simul cum verbis sunt forma, reliqui vero actus concurrentes, præler verlia, tenent vicem materiæ. Sed primi duo modi sunt magis ad mentem beati Thomæ : nam, ut supra

( ) *ornatu. — ordinato* Pr.
( ) *digne. — indigne* Pr.
(γ) *guantum a verû. — guam a non* Pr.
(i) *fit,* — Ad. Pr.

recitatum fuit, in solutione secundi, matrimonium non haliet aliam materiam nisi ipsos actus contrahentium. El similiter, dist. 26, q. 2, art. I, in solutione primi, sic dicit : α Verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunl forma hujus sacramenti; non autem lienedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale. » — Hæc ille. — Post predicts omnia, apparet mihi quod mullum probabiliter posset sustineri dictum Petri, quoad hoc quod, < in sacramento matrimonii, verba consensum exprimentia sunt loco formæ, corpora autem contrahentium, quæ mutuo in potestatem traduntur, sunt (a) loco materiæ. Et hoc valet ad explanationem eorum quæ in prima distinctione (q. 4) dicla sunt de rebus et verbis sacramentorum. » — Hiec ille.

Ad octavum responsum est in solutione primi; quia fere idem sunt primum el octavum.

A<l nonum patet ex solutione quarti ; quia fere idem sunl nonum el quartum, ul palet.

Ad decimum plet ex solutione tertii.

Ad undecimum respondet Petrus(dist. 26, q. 4), dicens quod < solutiones ibidem recitata· non sufficiunt. — Non quidem prima. Quia illud quod confert remedium contra peccatum, gratiam adjutricem conferendo ex opere operato, est sacramentum ; cum hoc sit diffinitio ejus. Et hoc competit matrimonio : quia non ex natura actus confert gratiam. licet alias prebeat remedium; sed ex divina institutione habet conferre gratiam adjutricem, ad hoc quod *sciat unusquisque suum vas possidere in honore ct sanctificationc* (1. *Thessal.* 4, v. 4). Nec potest reddi ratio naturalis quare Deus dedit istis verbis quod ex opere operato conferant gratiam magis quam orationi dominicae, quæ sanctior est, nec confert eam nisi ex opért operante. Nec ipsa benedictio et consecratio virginum, qua· plus sanctitatis videtur balære, confert gratiam ex opere operato, sicut istud. Unde, cum omne sensibile signum a Deo institutum in remedium contra peccatum, conferens gratiam adjutricem ex opere operato, et significans eam, sit sacramentum novæ legis, et matrimonium hæc omnia habeat, secundum theologiam, sequitur quod est proplie sacramentum. — Ad secundam solutionem quam dant, dicendum quod, licet ratio non sit mullum efficax (quia mullæ causæ sunl ecclesiastice, quæ non sunt de sacramentis, sed vel de sacramentalibus, vel de aliis), solutio tamen quam dant, quod error circa matrimonium non lajdit rempublicam temporaliter in rebus vel personis, non videtur \alere : quia lædit rempubiicam partus incertus; el bonum matrimonii cedit in bonum civilitatis, el, secundum hoc. est a jure civili (6), prout est in ofheium civilitatis; et reipubhcæ interest dotatas es>e mulieres, et conjugatas, ad replendam liberis civitatem, (Γ. *Soluto matrimonio,* 1. I ; unde leges puniunt spurios et baslardos, nec admittunt ad dignitates. » — Hiec Petrus, et bene, pneler hoc quod dicit de consecratione virginum, quod non conferat gratiam ex opere operato. Hujus enim oppositum visum fuit in procedenti quæstione (α). — Et in veritate, solutio quam Durandus dat aci primam rationem, quæ est sancti Thomæ, derisibilis est : quia, si matrimonium non dat aliter remedium contra concupiscentiam quam ratione actus sui, sine quacumque collatione gratiæ, tunc, sicut recitatum est in probatione secundæ conclusionis, matrimonium novæ legis non plus esset sacramentum quam matrimonium veteris legis, vel quam matrimonium infidelium, quod est erroneum. — De solutione ad secundam rationem non curo, quia non est sancti Thomæ.

§2.—Ad argumenta contra secundam conclusionem

Ad argumenta Durandi. — A<l omnia argumenta contra secundam conclusionem, prater ultimum, dicitur quodjurislæ frequenter false opinantur in theologica facultate, nisi sint instructi in eadem; sicut econlra puri theologi frequenter false opinantur in maleria legum civilium et decretalium, nisi instructi fuerint in eisdem. Et de talibus juristisdici potest illud 1. *de Anima* (t. c. 53), *non convenit tectonicam* (6) *ingredi in fistulas* (γ). Motivum autem eorum peccat per fallaciam consequentis, vel secundum non causam ut causam. Non enim ideo licet dare pecuniam pro matrimonio contrahendo, quia matrimonium non confert gratiam, ut ipsi putant, sed propter aliud, ul docet sanctus Thomas, vigesimaquinta distinctione hujus, q. 3, art. 2, q|* I, ubi arguit sic, secundo loco : α Matrimonium est quoddam sacramentum. Sed matrimonium aliquando contrahitur interveniente pactione de aliqua pecunia solvenda sine peccato. Ergo sacramenta licite possunt vendi. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam natunc officium. Et ideo ex illa parte qua est sacramentum, in dispensatione ministrorum Ecclesia· consistens, non cadit sub emptione. Unde, secundum canones, committit simoniam qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit. Sed ex illa parte qua est in officium natura, nihil prohibet pro matrimonio pretium accipere, vel conditionem de re temporali accipienda interponere, sicut nec in aliis officiis civilibus el corporalibus. » — Hæc ille.

Ad dictum Magistri *Sententiarum,* dist. 2, respon-(i)

(a/ «tint. — linf Pr.
(4i rlri/i. — *naturali* Pr.

(i) Cfr. dist. 25, q. t, art. 3, $ 1, Π, ad 2”^.
(C) conrrnit *te lonicam. — contingit tcrtnriam* Pr
(γ) *[iilutai. — fmtulis* Pr.

det sanctus Thomas, in expositione littera, ubi sic dicit : a Quorum *alia in remedium,* etc. Sed contra. Quia omnia sacramenta ℞ova legis sunt in remedium, et conferunt gratiam. Ergo distinctio illa nulla est. — Et dicendum quod ista distinctio sacramentorum sumitur secundum illud ad quod principaliter ordinantur. Quamvis ergo omnia sacramenta (a) aliquo modo gratiam conferant, ct in remedium sint, quædam tamen principaliter ordinata sunt in remedium contra aliquem specialem morbum, ut matrimonium contra concupiscentiam; quædam vero de sui prima intentione sunt ordinata ad remedium morbi, et ad gratiam, sicut baptismus, qui est spiritualis regeneratio, per quam vetus homo corrumpitur, et novus generatur; quædam autem, quia gratiam prasupponunt, ordinantur ad gratiæ (6) perfectionem, sicut Eucharistia. El sic intelligenda sunl verba Magistri, *n* — Hæc ille.

Cum autem dicit arguens, quod Papa habet penes se scripta juristarum opinantium in matrimonio non conferri gratiam, etc.; — dicitur quod argumentum bene probat quod illa opinio non est contra determinationem Romanæ Ecclesiæ; sed non probat quin sil contra dicta sanctorum doctorum ab Ecclesia approbatorum. Multas autem tales opiniones contrarias dictis sanctorum Ecclesia Romana dissimulat, sicut patet de conceptione Beate Mariæ, el multis aliis; cujus causam ignoro. Quod autem opinio juristarum sit contra dicta sanctorum, arguit sanctus Thomas, dist. 26, q. 2, art. 3, dicens : « Augustinus (super Genes, ad litteram, lib. 9, cap. 7) dicit quod matrimonium est ægrotis in remedium. Sed non est ægrotis in remedium, nisi inquantum aliquam efficaciam habet. Ergo habet aliquam efficaciam ad reprimendum concupiscentiam. Sed concupiscentiam non reprimitur nisi per gratiam. Ergo in matrimonio confertur gratia. » — Hæc illo.

De capitulis autem per dictos juriste allegatis, manifeste palet inspicienti ea quod non concludunt propositum eorum, sed omnino impertinenteraducuntur : sicut patet de cap. *Connubia,* et de cap. *Honorantur,* 32, q. 2; ex quibus nullo modo potest haberi quod sacramentum matrimonii non conferat gratiam. Similiter, nec ex cap. *Multi,* nec ex cap. *Sicut,* nec ex cap. *Quidquid invisibilis gratiæ,* etc., quæ allegat Apparatus Decreti super cap. *Honorantur,* 32, q. 2, et ponuntur, 1,q. 1, potest haberi propositum : quia auctoritates sanctorum ibidem adductæ asserunt in aliquibus sacramentis ibidem nominatis gratiam conferri ; sed non negant gratiam conferri in aliis; nec in aliquo illorum fit expressa mentio de matrimonio.

( ) emnirt *aacramrnta. — divina* Pr.
( ) *gratiir. — Eceleti** Pr.

§ 3. — Ai) ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumentum Aureoli. — Ad argumentum Aureoli (a) contra tertiam conclusionem, et ad sequentia, dicitur primo, quod satis probabile est quod ex solo consensu conjugum, qui est subjectivo in voluntate, nulla relatio realis causetur in corpore illorum. Sed nihil prohibet ex tali consensu el contractu inito in tide Christi secundum formam Ecclesiæ, concurrente virtute divina, causari aliquam: relationem realem in anima, vel in aliqua ejus potentia, quæ sit ex institutione divina proxima dis|>o$ilioad gratiam gratum facientem. Et hoc videtur esse de mente sancti Thomæ, distinctione vigesirnaseptima hujus, q. 1, art. 2, in solutione primae quæstiunculæ, ubi sic dicit : ‹ In omnibus sacramentis esi aliqua spiritualis operatio, mediante materiali operatione, quæ eam significat; sicut per ablutionem corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritualis. Unde, cum in matrimonio sil quædam spiritualis conjunctio, inquantum matrimonium est sacramentum, el aliqua materialis, secundum quod est in officium natura et civilis vite, oportet quod mediante materiali fiat spiritualis virtute divina. Unde, cum conjunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensum, oportet quod hoc modo fiat matrimonialis conjunctio. › — Hæc ille. — Item, ibidem, arguit sic, primo loco : ‹ Sacramenta non sunl a voluntate humana, sed ab institutione divina. Sed consensus ad voluntatem pertinet. Ergo non est causa matrimonii, sicut nec aliorum sacramentorum, ₚ Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹(Dicendum, inquit, quoti sacramentorum prima causa est divina virtus, quæ in eis operatur salutem; sed causæ secundæ instrumentales, sunt materiales operationes, ex divina institutione efficaciam habentes; el sic consensus in matrimonio est causa· » — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicil : α Matrimonium non est ipse consensus, sed unio quædam ordinatorum ad unum, quam consensus facit. › — Hæc ille. — Item, dist. 26, q. 2, ari. 3, in solutione secundi, sic dicit : α Sicut aqua baptismi simul cum forma verborum non operatur immediate ad gratiam, sed ad characterem ; ila artus exteriores el verba exprimentia consensum, directe faciunt nexum quemdam, qui est sacramentum matrimonii. El hujusmodi nexus, ex virtute divinæ institutionis, dispositive operatur ad gratiam, ₙ — Hæc ille. — Ex quibus patet quod, secundum mentem ejus, consensos conjugum in fide Christi contrahentium malrimoniisacramentum, causal quemdam spiritualem nexum, et quamdam spiritualem conjunctionem et unionem inter illos, quæ principale est in sacramento matrimonii. Cum

(») anjumentum /tureoli. — *primum* Pr.

autem, secundum eum, forma spiritualis habens esse permanens sine fluxu non possit esse subjective in re corporali, oportet, secundum eum, dicere quod talis relatio nexus et conjunctionis sit inanima rationali. Iterum, cum sacramentum sit quid veraciter renie, oportet quod illa relatio sit realis, hatens esse cessante omni actu intellectus creati, potissime cum sit effectuscausæ realis, et causa dispositiva ad effectum realem.

II. Ad argumenta Petri de Palude et aliorum. — Ad secundum, quod est Petri, et omnia sequentia, dicitur primo, quod nulla necessitas apparet ponendi talem ornatum absolutum, distinctum a nexu, vinculo et conjunctione relationis, quos ponit sanctus Thomas esse proximam dispositionem ad gratiam. Nec cogit probatio Petri : quia non omnis dispositio est de prima specie qualitatis, secundum doctrinam sancti Thomæ. Quod patet : turn quia aliqua pura privatio potest esse dispositio ad formam, ul patet de remotione obstaculi inter solem et aerem; tum quia ratio propinquitatis potest esse dispositio ad lucem et calorem; tum quia aliqua dispositio quæ est qualitas, est de secunda specie qualitatis, puta character, qui est quædam potentia spiritualis; tum quia figura, quæ est de quarta specie qualitatis, potest esse dispositio ad agendum et patiendum· Potissime, in proposito, illud quod est dispositio, non ex natura rei, sed ex divina institutione, potest esse indifferenter absolutum vel respectivum. Verumtamen verisimile est quod, pneter Litem ornatum relativum, imprimatur aliqua qualitas divinitus fundans illum realem respectum. Et ad hoc videtur declinare sanctus Thomas, dist. 31, q. 1, art. 3, in solutione quinti argumenti, ubi sic dicil : < In sacramentis in quibus imprimitur character, traditur potestas ad actus spirituales; sed in matrimonio, ad actus corporales. Unde matrimonium, ratione potestatis quam in se invicem conjuges accipiunt, convenit cum sacramentis in quibus imprimitur character; et ex hoc habet inseparabilitatem, ut in littera dicitur. Sed differt ab eis, inquantum potestas illa est ad actus corporales; et, propter hoc, non imprimit characterem spiritualem, d — Hæc ille. — Ex quibus patet quod per sacramentum matrimonii traditur aliqua potestas, vel potentia. Potentia autem vel potestas nominant aliquid absolutum, potissime potentia quæ est principium actus. Et isto modo a ct stare dictum Petri.

Dicitur secundo, quod tale vinculum, sive sit quid absolutum, sive quid relatisum,convenientius dicitur esse in anima quam in corpore subjective : quia, licet ordinetur ad reprimendum morbum concupiscentia», qui subjective est in corpore, non sequitur quod sit subjective in corpore, sed quod disponat ad gratiam, a qua fluit aliquis effectus in corpore, vel in potentiis appetilivis corjwri affixis, cujusmodi est vis concupiscibilis, et irascibilis, in quas fluit a gratia, exsistente in essentia animæ subjective, virtus temperantia? et fortitudinis. Et forte sunt duo nexus : quorum unus, quem dicil materialem, est in corpore vel toto composito subjective; alius vero, quem vocat spiritualem, est in anima subjective. Hoc enim videtur sanctus Thomas sentire, dist. 27, q. 1 (art. 2, q,a 1), ut recitatum est in solutione argumenti Aureoli (a) statim pnocedentis.

Dicitur tertio, quod non est mullum ad pnesens propositum, utrum tale vinculum corrumpatur vel desinat esse per mortem, an non. Et, quoad hoc, bene dicil Petrus, quod verisimilius est quod sic.

Ad argumentum contre quœstionem (6) palet solutio per prædicta (γ).

El hæc de quiestione sufficiant. De qua benedicius Deus. Amen.

DISTINCTIONES XXX, XXXI, XXXII.

QUÆST10 I.

UTRUM MATRIMONIUM BEATÆMARIÆ VIRGINIS HABUERIT ALIQUA BONA EXCUSANTIA ILLUD

IHCA trigesimam distinctionem, et aliquas sequentes, quæritur : Utrum matrimonium beake Marte Virginis habuerit aliqua bona excusantia illud.

Et arguitur quod sic. Quia matrimonium ejus fuit univoce matrimonium cum malriomonio aliarum. Sed matrimonium aliarum habel aliqua bona excusantia, ut patet per Magistrum, distinet. 31. Ergo et matrimonium beatæ Marte Virginis habuit illa.

In oppositum arguitur· Quin, secundum Philosophum, 8. *Ethicorum* (cap. 12), amicitia quæ est inter virum et uxorem, est naturalis, et includit in se honestum, utile et delectabile. Sed illud quod de se est honestum, non indiget aliqua excusatione. Ergo nec matrimonio detent bona excusantia attribui.

In hac quæstione sunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

(cx) «irgttnienri Aurroli. — primi *argumenti* Pr.
(6) — *ronchuionem* Pr.
(T) Cfr. pnviertitn art. 3, J 1, ad et ad 7«m.

ARTICULUS I.

pONUNTUD CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod mntrlmonlurn debet habere ullqiin bona excusantia Illud.

Hanc conclusionem ponit sanctus Thomas, dist. 31, q. 1, art. 1, dicens : « Nullus sapiens debet jacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicujus æqualis vel melioris boni. Unde electio alicujus quod aliquam jacturam annexam habet, indiget alicujus boni adjunctione, per cujus recompensationem ordinetur et honestetur. In conjunctione autem viri et mulieris, rationis jactura accidit : tum quia, propter vehementiam delectationis, absorbetur ratio, ut non possit aliquid intelligere in ipsa, ut Philosophus dicit (7. *Ethicorum,* cap. 11); tum etiam propter tribulationem camis, quam oportet tales sustinere ex sollicitudine temporalium, ut patet, I. *Corinth.* 7. Et ideo electio talis conjunctionis non potest esse ordinata, nisi per recompensationem aliquorum, ex quibus dicta conjunctio honestetur. Et hæc sunt bona, quæ matrimonium excusant, et honestum reddunt. » — Hæc ille.

Quæ autem sint illa bona, ostendit in articulo sequenti, dicens: « Matrimonium est in officium natune, et est sacramentum Ecclesiæ. Inquantum ergo est quoddam officium natune, duobus ordinatur, sicut et quilibet alius virtutis actus. Quorum unum exigitur ex parte ipsius agentis, hoc est, intentio finis debili; et sic ponitur bonum matrimonii *proles.* Aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere ex hoc quod cadit supra debitam materiam; et sic est *fides,* per quam homo ad suam accedit, et non ad aliam. Sed ulterius habet aliquam bonitatem inquantum est sacramentum; et hoc significatur ipso nomine *sacramenti.* Bona ergo matrimonii sunt *fides, proles* et *sacramentum.* » — Hæc ille.

Et ibidem (ad 1un\ 4U“ et 7um) exponit quid significat *proles* et *sacramentum,* prout dicuntur bona matrimonii.

Ex quibus patet ratio pro conclusione in forma.

SGCUnda conclusio est quod per prædlcta bona actus matrtinonll excusatur a peccato, et non sine Illis.

Hujus primam partem ponit sanctus Thomas, dist. 31, q. 2, art. 1, ubi sic dicit : α Actus aliquis dicitur excusari dupliciter. Uno modo, ex parte facientis, ita quod non imputetur facienti in culpam, quamvis sit malus, vel saltem non in tantam culpam; sicut ignorantia dicitur excusaro in toto vel in parte. Alio rnodo dicitur excusari actus ex parte sui, scilicet ita quod non sit malus. El hoc modo praedicta bona dicuntur excusare actum matrimonii. Ex eodem autem habet actus aliquis quod non sit malus in genere moris, et quod sit bonus : quia non est aliquis actus indifferens. Dicitur autem aliquis actus humanus bonus dupliciter. Uno modo, bonitate virtutis; et sic actus habet quod sit bonus ex his quæ ipsum in medio ponunt; et hoc faciunt in actu matrimonii *fides* et *proles.* Alio modo, bonitate sacramenti, secundum quod actus non solum est bonus, sed etiam sanctus dicitur; et hanc bonitatem habet actus matrimonii ex indivisibilitate conjunctionis, secundum quam significat conjunctionem Christi et Ecclesia», seu ad Ecclesiam. Et sic patet quod dicta bona sufficienter actum matrimonii excusant. › — Hæc ille.

Secundam vero partem conclusionis ponit, eadem quaestione, art. 2, dicens : ‹ Sicut bona matrimonii, secundum quod sunt in habitu, faciunt in habitu matrimonium sanctum et honestum; ita etiam, secundum quod sunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonii honestum, quantum ad illa duo bona matrimonii quæ ipsius actum respiciunt. Unde, quando conjuges conveniunt, scilicet causa prolis procreandae, vel ut sibi invicem debitum reddant, quæ ad *prolem* et *fidem* pertinent, totaliter excusantur a peccato. *Sacramenti* autem bonum non pertinet ad usum matrimonii, sed ad ejus essentiam; unde facit ipsum honestum, non autem actum ejus, ul per hoc actus absque peccato reddatur. quia alicujus significationis causa conveniunt. Et ideo solum duobus modis conjuges absque omni peccato conveniunt, scilicet causa prolis procreanda?, vel debiti reddendi; alias semper est peccatum, veniale ad minus. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione secundi, sic dicit: ‹ Si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum : quia hoc est quædam redditio debiti, quod ad bonum *fidei* pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas; et, secundum hoc, est ibi peccatum veniale. Nec ad hoc matrimonium est institutum, nisi secundum indulgentiam. que? est de peccatis venialibus, ʋ — Hæc ille.

Ex quibus potest formari ratio pro utraque parte conclusionis. — Pro prima quidem, arguitur sic : Illa quæ actum reddunt bonum bonitate virtutis et bonitate sacramenti, excusant actum a peccato. Sed hoc faciunt bona matrimonii, quando concurrunt in actu matrimonii. Ergo, etc.— Pro secunda, arguitur sic : Actus humanus cadens super indebitam materiam, vel non relatus ad debitum finem, nec vestitus debitis circumstantiis, est peccatum. Sed actus matrimonii carens praedictis bonis, est hujusmodi. Ergo,etc.

Tertia conclusio est quod boam Marin, non obstante voto virginitatis per rain emisso, contraxit verum matrimonium·

Primam partam hujus conclusionis ponit sanctus Thomas, dist 30, <|. 2, ari. 1, in solutione primæ quæstiunculæ, diceris : < In beata Virgine debuit apparere omne illud quod perfectionis fuit. Virginitas autem, quamvis in se sil optima, tamen, pro tempore illo, ei matrimonium proferebatur, propter exspectationem benedicti seminis per generationem venturi. Et ideo beata Virgo vovit virginitatem lanquam optimum et sibi acceptissimum; non tamen simpliciter, sed sub conditione honestissima, hac scilicet, *nisi Deus aliter ordinaret.* Nec conditionem apposuit ut dubitaret an vellet virgo permanere, sed an deberet. Et hoc est quod Augustinus dicit in littera, quod *proposuit se perseveraturam virginem, nisi Deus aliter ordinaret* (x). » — Hæc ille.

Item, 3 p., q. 28, ari. 4, sic dicit : < Perfectionis opera magis sunt laudabilia, si ex volo celebrantur. Virginitas autem in Matre Dei summe debuit pollere. Et ideo consentons fuit ut virginitas ejus ex votu esset Deo consecrata. Verum, quia, tempore legis, oportebat generationi insistere tam viros quam mulieres, quia secundum cantis originem cultus Dei propagabatur, antequam ex illo populo Christus nasceretur, Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Joseph, absoluta virginitatem vovisse; sed, licet earn in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam divino commisit arbitrio. Postinodum vero, accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit. » — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione primi, sic dicit : α Quia videbatur esse lege prohibitum non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vovit Dei Genitrix, sed sub conditione, *si Deo placeret.* Postquam autem innotuit hoc esse Deo acceptum, absoluta vovit, antequam ab angelo annuntiaretur (6) >. — Hæc ille.

Ex quibus patet ratio pro prima parte conclusionis.

Secundam partem conclusionis ponit idem, 3 p., q. 29, art· 2, ubi sic dicit : < Matrimonium, sive conjugium, dicitur verum ex hoc quod suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio : prima, el secunda. Pruna quidem perfectio in ipsa forma rei consistit, ex qua speciem sortitur. Secunda autem perfectio consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter finem suum attingit. Forma autem matrimonii consistit in quadam indivisibili conjunctione animorum, per quam unus conjuguai indivisibililer alteri fidem servare tenetur. Finis nutem matrimonii est proles generanda et educanda : ad quorum primum pervenitur per concubitum conjugalem; ad secundum per alia opera viri el uxoris, quibus sibi invicem obsequuntur ad prolem nutriendam. Sic ergo dicendum est quod, quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis Matris Dei et Joseph. Non tamen consensit in copulam conjugalem, nisi sub conditione, si *Deo placet.* Unde el angelus vocat Mariam conjugem Joseph, dicens (Maith. 1, v. 20): *Joseph, noli timere accipere Marium conjugem tuam.* Quod exponens Augustinus, *de Nuptiis et concupiscentia* (lib. 1, cap. 11), «licit : *Conjux vocatur ex prima desponsationis fido, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cogniturus.* Quantum vero ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonii, si referatur hoc ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum. Unde Ambrosius, super Lucam (lib. 2): *Non te moveat quod Mariam Scriptura conjugem vocat : non enim virginitatis ereptio, sed conjugii testificatione nuptiarum celebratio declaratur.* Habuit tamen illud matrimonium etiam secundam perfectionem, quantum ad prolis educationem. Unde Augustinus, in libro *de Nuptiis ct concupiscentia* (lib. 1, cap. 11), dicit : *Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides et sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Jesum ; fidem, quia nullum adulterium ; sacramentum, quia nullum divortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit.* > — Hæc ille.

Simile dicit, trigesima distinctione *Quarti,* q. 2, ari. 2 et 3.

Ex quibus patet ratio pro secunda parte conclusionis in forma.

Quarta conclusio est quod Illud matrimonium fuit licitum, nec Indiguit aliqua excusatione sicut alia.

Primam jiarlem hujus ponit sanctus Thomas, trigesima distinctione hujus, q. 2, art. 1, in solutione secundæ quæstiunculæ, dicens: α Conveniens fuit Matrem Christi matrimonio esse conjunctam, tum propter causas in littera assignatas, tum etiam propter alias. Quarum prima est, ut significaret Ecclesiam, quæ est virgo el sponsa. Secunda, ut per Joseph genealogia Marite texeretur : non enim erat consuetudo apud Hebneosex parte mulierum genealogiam computare. Tertia, ut virginibus excusatio tolleretur, si de fornicatione infamarentur. Quarto, ut Christus nuptias sua nativitate approbaret. Quinto,

(a) Cfr can. *Beata Mana,* ‹'au> XXVII, q. 2. Videtur hir canon a collectore confectus ex vanu locis B. AuguMini. potbaimum ex lib. t de A'wplib *et Ctmcup.,* et ex libello *de Virginale.*

6) annuntiarr/vr. — *denuntiaretur* Pr.

ul major perfectio virginitatis in beata Virgine ostenderetur, dum in ipso matrimonio virgo permansit. › — Hæc ille.

Item, ibidem, in solutione primi, dicit sic: « Post votum virginitatis absolute factum, non potest aliquis in matrimonium consentire sine peccato: quia, si sit votum solemne, non iit matrimonium verum; si autem sit votum simplex, verum est matrimonium (puni sequitur, tamen peccant contrahentes. Votum autem beatæ Virginis non fuit solemne, Sed simplex, in corde expressum; ncc absolutum, sed sub conditione, ut ex littera patet. Et ideo potuit sine peccato, ex speciali Spiritus Sancti consilio, cujus dispositio conditionalitcr in suo voto cadebat, in matrimonium consentire. » — Hæc ille.

Eadem ponit, 3 p., q. 29, ubi, art. **I**, assignat duodecim rationes qùibus fuit conveniens Mariam matrimonio essa conjunctam; et, in precedent! quæstione, scilicet 28, art. 4, ubi arguit sic, tertio loco : α Glossa Augustini (x) dicit, 1. *Timoth.* 5, *quod voventibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est (de Bono viduitatis, c.* 9). Sed Mater Christi nullum peccatum damnabile habuit. Cum ergo desponsata fuerit, videtur quod virginitatis votum non emisit. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum quod verbum illud intelligendum est de illis quæ castitatem absolute vovent; quod quidem Mater Dei non fecit, antequam Joseph desponsaretur; sed, j»ost desponsationem, ex communi voluntate, simul cum sponso suo votum virginitatis emisit, d — Hæc ille.

Ex quibus potest formari ratio pro prima conclusionis parte : Id quod habet multiplicem convenientiae rationem, el nihil contra rectam rationem, licitum est. Sed matrimonium beata Mariæ fuit hujusmodi. Ergo, dc. — Pro secunda parte conclusionis, arguitur sic : Cessante causa, cessat effectus causæ adæquatus. Sed causa quare matrimonium requirit aliqua bona ipsum excusantia, non fuit in matrimonio beatæ Maria»; cum neuter conjugum aliquam jacturam ex illo matrimonio reportaverit, sed potius magnum bonum. Ergo non oportuit quod haberet aliqua bona excusantia et recompensantia damnum.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUR OBJECTIONES

§ 1. — CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scoti —Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. Et quidem contra primam arguit Scotus(dist. 31, q. I), probando quod non ideo conjugium debet haliere aliqua l›ona excusantia actum propter damnum rationis quod horno in illo actu incurrit.

Primo. Quia in statu id nocentiæ fuisset matrimonium habens illa bona; nec tamen fuissent tunc excusantia actum carnalem, cum tunc non fuisset ibi aliquod damnum. Ergo nec nunc ponenda sunt tanquam excusantia illum actum.

Secundo. Quia in matrimonio Joseph et Mariæ non oportuit ponere aliqua excusantia; nec universaliter in matrimonio spirituali, videlicet (x) cum pari voto castitatis conjugum.

Tertio, Quia multo magis privatur homo usu rationis per somnum quam per istum actum : et magis secundum intensionem (unde, 1. *Ethicorum,* cap. 13 (5), dicitur quod felix non differt a misero nisi secundum medietatem vitae, scilicet in vigilia); et secundum extensionem, quia somnus diu privat, iste autem actus est quasi momentanee. Ergo nullus secundum rectam rationem deberet se exponere somno, nisi essent aliqua bona excusantia, et meliora istis; quod tamen non conceditur.

Dicetur forte quod ibi sunt bona excusantia, scilicet (γ) necessitas nature et confortatio organorum : quia sine somno esset nimia debilitatio et hebetatio virium sensitivarum; el, per consequens, impediretur intellectus, quia intellectus impeditur impedito phantasmate. Aliter dicilur quod non patitur proprie quis damnum in somno sicut in isto actu, quia post somnum vigoratur intellectus, sed post istum actum hebetatur : ita quod per istum actum non tantum privatur quis illo bono, sed redditur minus aptus et habili- ad aliquod bonum post illum actum ; oppositum est de somno. — Sed contra ista arguitur (dist. 32, q. 1). Quia perpetuus usus rationis est majus bonum quam actus virtutis. Et ideo qui per aliquem actum privaret se perpetuo usu rationis, peccaret mortaliter. Sed carentia usus rationis pro momento, non est tantum malum sicut actus oppositus actui virtutis. Nec quodcutnque privans usum rationis ad tempus est peccatuin : nam nimia tormenta ita impediunt usum rationis sicut voluptates; et tamen martyres, scienter (o) se exponentes ad talia tormenta, non peccabant, sed merebantur.

II. Argumentum Aureoli. — Contra eamdem (c) arguit Auil»olus (dist. 31, q. 1. art. 1). Quia nullus actus virtutis indiget aliquo excusante. Sed actus matrimonii est actus virtutis. Ergo, etc.

(a) *Augustini.* — *Hieronymi* Pr. — Antiqui codices 0. Thoma», post Gratianum (can. 4, dist. 27, cl can. 2, catis. XVII. q. t), h:»»c tribuunt Hieronymo, apud quem non inveniantur.

(λ) *videlicet.* — Om. Pr.
C) cap. M. — Om. Pr.
γ) *scilicet.* — Om. Pr.
I) scienter. — n irri/n Pr.
t) *Contra eamdem.* — *Quarto* Pr.

§ 2. — Contra secundam conclusionem

Argumenta Durandi et aliorum. — Contra secundam conclusionem arguit Durandus, et alii quidam (a), probantes quod cognoscens uxorem ad vitandum fornicationem non in uxore, sed in se, non peccet.

Primo. Quia plus tenetur quis sibi quam alteri. Sed indistincte, propter vitandam fornicationem in conjuge, petens debitum non peccat. Ergo multo minus propter vitandam in se.

Secundo. Quia non potest dici quod vitare fornicationem in alio pertineat ad redditionem debili, plus quam vitare in seipso. Quia reddere debitum, est cum petitur expresse, vel interpretative, quando scit illam tentari de seipso. Sed quando non petit ab isto, nec tentatur de isto, sed specialiter de alio, tunc, si cognoscatur, non est redditio, sed pure petitio, sicut el si pro se petat.

Tertio. Quia passio non est peccatum nisi deordinet hominem. Sed quando ratio eam ordinat, el eam prævenit et reprimit, tunc ipsa non deordinat. Unde, cum homo hunc actum eligat ne passio ad peccatum impellat eum, non est peccatum.

Quarto. Quia, si passio præcedens fuit vitiosa, quia forte tentatio (6) de aliena prævenit judicium rationis, tamen non sequitur quod actus sequens sit vitiosus, qui non sequitur ex passione, sed imperatur a ratione volente corrigere quod omisit vel amisit.

Quinto. Quia actus qui non (γ) est de se malus, et ordinatur in bonum finem, non fit male. Sed actus matrimonii, de quo quæritur (5), est hujusmodi. Ergo, etc.

Sexto. Quia quando principalis finis non est possibilis, licitum est intendere secundarium finem. Sed principalis finis matrimonii est liberorum procreatio, secundarius autem est vitatio fornicationis, magis in seipso quam in alio; unde Apostolus (t. *Corinth. I,* v. 2), *propter fornicationem vitandum,* vult quod *habeat unusquisque suam, ct unaquaeque virum suum.* Unde, si senes et steriles, qui prolem habere non possunt, propter fornicationem vitandam contrahant, non peccant. Licet autem ad illum (t) finem convenire, ad quem licet contrahere. Ergo, si tibi licet contrahere, el per consequens petere debitum (ζ), propter prolem, ubi est possibilis; sic, ubi illa non est possibilis, sicut licet contrahere propter vitandam fornicationem in seipso, sic propter hoc licet convenire ct debitum petere. Non sic nutem licet convenire propter sanitatem : quia illa non est finis matrimonii, nec principalis, nec secundarius» Unde, el si homo aliter non possit sanari nisi cognoscendo uxorem, non propter hoc deberet eam cognoscere : quia, quamvis finis esset bonus, tamen non esset bonus hujusmodi aclus; quia, sicut dicitur vulgo, *Ista cauda non est in isto vitulo;* sicut nec propter hoc liceret baptizari. Ergo, etc.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclusionem arguit Scotus (dist. 30, q. 2), probando quod beata Virgo non voverit castitatem solum sub conditione, scilicet *nisi Deus aliter disponeret.*

Primo. Quia in omni voto, quantumcumquo absoluto, inielligitur hrec conditio, *si Deo placet :* quia nullus debet Deo offerre aliquid, velit ipse aut nolit, nec ordinate intendit offerre sic; ergo cum ista conditione sic intellecta stat votum simpliciter el absolute.

Secundo, Quia sancti conjiciunt (a) hoc ex illo verbo interrogationis ejus ad Gabrielem (Luc. 1, v. 34) : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Si enim tantummodo non cognovisset, el sine firmo proposito nunquam cognoscendi, nulla esset quæstio : quia in posterum cognita, cum non esset sterilis, concepisset. Et ideo fuit quæstio de modo (6) supernatural!, quia firmissime voverat vel disposuerat se nunquam cognoscendam a viro. Et ad hunc intellectum exponit Augustinus (γ) : Spiritus Sanctus *superveniet in te.*

Tertio. Quia dicentes ipsam non simpliciter vovisse, hoc ponunt, quia, si simpliciter vovisset, non potuisset contrahere matrimonium. — Sed non valet : quia illa duo sunt compossibilia. Quia ·iη contractu matrimonii est mutua datio corporum ad carnalem copulam, non nisi sub conditione implicite, *si petatur.* Unde contrahentes cum proposito statim vovendi castitatem vere contrahunt. Hæc autem conditio non projudicat volo castitatis, posito etiam contractu matrimonii, nisi illa conditio ponatur in effectu. Ergo ubi est certitudo simpliciter quod nunquam ponatur in effectu, ibi in nullo præjudicat voto castitatis contractus matrimonii. Sed hic fuit talis certificate. Ex quo enim, Matth. 1, habemus quod angelus instruxit Joseph, dicens (v. 20), *Noli timere accipere Mariam in conjugem tuam,* mullo magis indubitanter concluditur quod ipsa per angelum, vel immediate a Deo, antequam desponsaretur ipsi Joseph, fuitcertiludinaliter

(®) H«c argumenta, quæ inveniuntur apud Durandum, dial. 31. q. 4, Auctor refert juxta formam quam ipsis dedit Petrus de Palude, dist. 31, q. 2.

(6) *trntatio.* — *tcnlahiâ* Pr.
(y)qwi tum. — quando Pr.
(i) Se/ arhu malnnionii, *de quo qiurritur.* — *de quo quaeritur. Sed artui matrimonii* Pr.
(i) *autem ad illum.* — *ad aecundum* Pr.
(;) debitum. — Om. Pr.
( ) covyieiunl. — convineunf Pr.
( ) *modo.* Om. Pr.
(γ) Cfr. inter alia Scrm. 225, 290. 291.

edocta: *Noli timere accipere Joseph virum justum* in *conjugem; ecce enim Spiritus Sanctus dabit tibi cum in custodem ct testem virginitatis, qui tccum pari voto contineat, ct in multis tibi ad custodiam virginitatis congruentibus obsequatur.* Nec mirum de ista probabilitate, cum quidquid factum est in Joseph per visionem angeli, totum facium est ratione Mariæ, quæ fuit immediata in illa ineffabili et mirabili conceptione, scilicet unigeniti Filii Dei. — Item, adultera habet potestatem corporis viri sui, quia per matrimonium fuit sibi data, ct indefectibiliter data; et tamen non habet nec habere potest usum illius, propter peccatum prohibens perpetuo usum, stante potestate data in matrimonio. Multo magis ergo, propter aliquam causam honestam, posset ordinare quod aliqua daret alteri potestatem corporissui,sine intentione unquam dandi usum. Et mullo magis liceret contrahere, si sciret dictum conjugem nunquam petiturum (a).

Quinio. Arguit per exemplum, dicens quoti hujusmodi exemplum haberi potest, Extra, *de Verborum significatione,* cap. *Exiit qui seminat,* lib. 6, ubi dicitur sententialiter quod, retento dominio, concedere aliis usum non est inutile, quia usus est necessarius utentibus. Et a simili, in proposito, concedere potestatem corporis sui ad talem actum, si petatur, retento tamen usu sibi, quia ab illo non petetur, non est inutile. Tamen istud exemplum patitur calumniam : quoniam non ila videtur quod usus possit reservari, dominio tradito, sicut econtra; quia posterius magis traditur sine priori, quam econtra. Sed quoad hoc valet, quod alicui potest competere unum sine alio. In proposito tamen Maria nec usum sibi retinuit auctoritate sua; sed cerlificata fuit a Spiritu Sancto quod nunquam alius, cui usus debebatur, illum exigeret.

Sexto. Arguit per aliud exemplum. Quia, si quis contraxisset sponsalia cum juramento, et post vovisset virginitatem, videtur illi consulendum quod consummaret sponsalia, contrahendo de farto, ut Servaret fidem in juramento; et tamen, ut servaret votum, stalim ante consummationem deberet homo volare ad ordinem. Ergo licet isti dare potestatem corporis sui conjugi, contrahendo vere matrimonium ratum, et tamen cum intentione nunquam dandi usum, quantum est ex parte sui, etiam sine hoc quod sciat illum nunquam talem (C) usum petiturum. Ergo inulto magis liceret contrahere, si sciret pnedictum conjugem nunquam petiturum. — Hæc Scotus.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

(3) *petiturum. — peccaturum* Pr.
(6) *quantum est ex parte* rui, *etiam sine hoc quod sciat illum nunquam talem. — videtur etiam ex parte sui hoc quod scit nunquam illum* Pr.

ARTICULUS 111.

PONUNTUR SOLUTIONES

J 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradiclis. Et quidem

Ad primum Scoti, dicitur quod consequentia ibidem farta nullius est apparentia». Quia actus matrimonii, in statu innocentis, nullam haberet jacturam annexam; sed modo habet. Ideo, licet tunc non eguisset excusatione vel recompensatione, tamen pro statu isto indiget. Unde bona quæ nunc excusant matrimonium, tunc fuissent perficientia matrimonium, sed non excusantia; nunc autem perficiunt ct excusant : sicut, pro illo statu, gratia non deleret peccata, sed gratum faceret Deo ; nunc autem habet triplicem actum, scilicet delere peccata, sanare naturam, ct gratum facere Deo. De hoc sic dicit Petrus (dist. 31, q. 1) : « Actus carnalis, secundum quod est in officium naturæ, indiget excusatione, cum indifferenter se habeat ad actum matrimonii et fornicationis. Excusatur autem per circumstantias, quæ trahunt eum ad hoc quod sil actus matrimonii. Et illæ circumstantiae sunt Jxma *prolis, fidei* et *sacramenti;* quibus (at) actus carnalis etiam tempore innocentia» redditus fuisset bonus· Quod autem non dicatur pro tempore illo indiguisse excusatione, pro tanto est, quia, durante statu illo, non erat possibile artum carnalem illis circumstantiis carere, sicut modo, p — Hæc Petrus, et bene. — Unde, statu innocentia» durante, quicumque aclus carnalis fuisset actus matrimonii, non solum materialiter, quoad substantiam, immo quantum ad omnes circumstantias virtutis; nec poterat aliter esse. Nunc autem non omnis actus carnalis, etiam inter conjuges, est aclus matrimonii formaliter, nec actus virtutis.

A<l secundum patet per idem. Loquimur enim de matrimonio consummato el jierfeclo ultimata perfectione, quale non fuit matrimonium Maria· el Joseph, nec matrimonium spirituale, de quo arguens loquitur. Ideo non sequitur, si matrimonium imperfectum non eget excusatione, quod matrimonium perfectum non egeat : cum tota necessitas excusationis ortuin habeat ex artu matrimonii exercito vel intento, el non ex ipsa essentia matrimonii; nec etiam ex actu, nisi pro «pianto aclus ille pœnalis est. Modo praedictus aclus (6) inhonestus esset sine bonis prodictis; immo nec esset actus virtutis, nec aclus matrimonii; quia prædicta bona perficiunt actum illum non per modum causae extrinsee.e, sed]>er

(3) *quibus. — qui* Pr.
(C) *Modo praedictus* actus. *— modo prxdiclo, aut* Pr.

modum principii formalis et circumstantis intriη-«o», prout est actus virtutis. De hoc sanctus Thomas, in *Quarto,* dist. 31, q. 1, art. 1, in solutione secundi, sicdicit : α Ista bona, quæ matrimonium honestant, sunt de ratione matrimonii; et ideo non indiget eis quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem quæ ei secundum se competit, n — Haec ille. — Item, in solutione tertii, sic dicit : < Matrimonium, cx hoc ipso quod est in officium vel remedium, habet rationem utilis ct honesti; sed utrumque eorum ei competit ex hoc quod hujusmodi bona habet, quibus fit officiosum, et remedium concupiscentia; adhibens. > — Hæc ille. — Item, in solutione quarti, sic dicit : α Aliquis actus honestatur et virtute quasi principio elicilivo, et ex circumstantiis quasi formalibus principiis ipsius. Hocautem modo se habent prædicla bona ad matrimonium siculcircumstantiæ ad actus virtutis, cx quibus hJ>et quod actus virtutis esse possit, d — Hæc ille, etc.

Ad tertium dicitur quod responsiones ibi recitata», sufficienter evacuant argumentum. — Sed ad replicam ibidem factam, dicitur quod, licet privatio usus rationis («) momentanea vel abnegations temporis non sit peccatdm aut culpa, est tamen pama; ideo indiget aliqua recompensatione, quæ dicitur excusatio. Et similiter electio talis pœnæ secundum se esset culpa, nisi intenderentur dicta bona pnq>onderantia tali pœnæ. Ideoque instantia de martyrio non valet : quia etiam electio talis pœnæ culpa esset, si secundum se eligeretur. De praedictis sanctus Thomas, dist. 31, q. 2, art. 1, ubi arguit sic (secundo loco): « Si bonum malo addatur in genere moris, totum efficitur malum, non autem totum bonum : quia una circumstantia mala facit actum malum, non autem una l>ona facit ipsum bonum. Sed actus conjugalis secundum se est malus, alias excusatione non indigeret Ergo bona matrimonii adjuncta non ponunt ipsum bonum facere. > Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod ratio illa procederet, si malum quod inseparabiliter concomitatur concubitum, esset malumculpæ; nunc autem non est malum culpæ, sed pœnæ tantum, quæ est inobedientia concupiscentia» ad rationem. > — Hæc ille. — Item, in solutione primi, sic dicit : « Peractum matrimonii non incurrit homo damnum rationis quantum ad habitum, sed solum quantum ad actum. Nec est inconveniens quod quandoque actus melior secundum genus suum interrumpatur pro aliquo minus lx>no actu : lux: enim sine peccato fieri potest;sicut patet in eo qui ab actu contemplationis cessat, ul interdum actioni vacet. » — Hæc ille — Ex quibus |>atet ad argumentum.

De prædiclis Petrus de Palude (dist. 31, q. I) dicit, contra rationem Durandi : « Contra hanc ralionem, inquit, est : quia per istam rationem ornnii actus indifferens æqualiter indigeret bonis excusantibus; et sic comedero (quia potest bene el male fieri, nec difieri specie comestio temperata ab internperata nisi in genere moris) indigeret excusatione. Si dicatur, sicut ipsi dicunt, quod non ita absorbetur ibi ratio sicut hic; — ergo non sola indifferentia et identitas speciei cum malo aclu est causa propter quod inde sumenda est ratio quod rationem absorbet. Aliquid enim est indifferens dupliciter. Uno modo, per omnimodam lequalitalem abstrahendi a bono el malo; et isti non assignantur aliqua bona excusantia. Alio modo, sic quod possit bene et male fieri, magis tamen de se tendit ad malum quam ad bonum, et, sibi relictum, est malum, nisi aliquo addito trahatur ad bonum. Exemplum primi est levare festucam. Exemplum secundi est in somno, qui bene et male potest eligi, et tamen, quia in eo ligatur liberum arbitrium, ut non possit bene cogitare nec bene velle, habet detrimentum boni rationis annexum; unde, secundum somnum in se consideratum, non differt felix a misero, 1. *Ethicorum* (cap. ult.). Unde non potest somnus eligi nisi male, nisi propter aliquod bonum recoin pensans illud temporale damnum rationis : puta quia post somnum homo promptior surgit ad bonum virtutis; quia nimia vigilia etiam usum rationis perderet. Et ideo somnus de sui natura requirit bona excusantia : puta conservationem individui, quielationem virium naturalium, vel aliam fortificationem digestionis, et hujusmodi. Et ita est hic : quia vacans conjugio cogitat quæ mundi sunt, et divisus est, et in aclu illo nihil intelligere potest; unde indiget lion is excusantibus. *— Hæc Petrus, el bene, nisi pro quanto videtur innuere quod bona matrimonii sint extrinseca el superaddita ipsi actui matrimonii; quod non est verum.

II. Ad argumentum Aureoli. — Ad argumentum Aureoli, patet responsio per dicta sancti Thomæ allegata et recitata in &olulione secundi. Unde sciendum quod de aclu matrimonii contingit loqui dupliciter. Primo modo, materialiter, et quoad ejus substantiam. Et sic, cum de se sit indifferens ad bonum et malum, indiget excusatione extrinseca, scilicet circumstantiis constituentibus eum in medio virtutis, el facientibus eum esse actum matrimonii formaliter; quia actus ille quoad substantiam suam non habet omnia quæ sunt de ratione virtutis, nec est actus virtutis, nisi materialiter, vel in potentia aut aplitudine. Secundo modo, contingit loqui de actu matrimonii formaliter, prout comprehendit substantiam actus et omnes circumstantias virtutis. Et, ut sic, adhuc indiget excusatione intrinseca, prout omne *exigere* dicitur *indigere,* eo modo loquendi quo dicilur quod omne totum indiget suis partibus, id esi, exigit partes· Et isto modo omnis

(a) a. — Ad. Pr.

actus virtutis moralis indiget excusatione intrinseca, id esi, debitas circumstantias exigit, sine quibus esset vitiosus; el potissime actus carnalis, qui semper habet annexam pœnam et incommodum rationis» ut supra dictum est. Sic ergo actus matrimonii, quanlumcumque virtuosus, indiget excusatione, qualitercumque consideretur, vocando excusationem recompensationem damni vel pœnæ, non autem excusationem a culpa quæ insit, sed quæ inesset, si dictis circumstantiis careret.

§2. — An ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Durandi et aliorum. — Ad primum contra secundani conclusionem, respondet Petrus (dist. 31, q. 2), dicens quod a homo plus tenetur peccatum proprium vitare, quam alium a peccato retrahere. Sed pluribus modis potest se a peccato retrahere quam alium. Unde, sicut vir qui potest seipsum aliter cohibere, magis eligit ad hoc voluptatem absorbentem rationem quam aliud sobrium reddens, peccat; sic, si mulierem quam includendo vel aliter poterat cohibere, magis eligit cohibere cum sua voluptate, non est dubium quod peccat; quia non nisi propter voluptatem præfert hoc medium alii medio magis consono rationi, et æqu'ivalenti ad finem. Sed, si vir timens in uxore etiam inclusa alias damnabiles corruptelas, non putans eam aliter melius cohiberi quam per actum quem non ipsa petit, propter hoc solum debitum petit, non peccat, sicut nec in seipso. Et similiter, quia uxor non habet virum corrigere, si videt virum de aliis lentatum, et inter alias volentem conversari, propter hoc solum debitum petat (x) ul ipsum cohibeat. similiter excusatur ». — Hæc Petrus, et liene.

Ad secundum dicit (ibid.) quod α verum est quod non plus tenetur vitare fornicationem in alio quam in seipso. Nec ad redditionem debiti pertinet hoc vel illud, nisi prout reddere large bonum fidei respicit. Ad bonum enim fidei perlinet quod neu teraliam copulam requirat, nec mutuam copulam renuat. Si ergo mutua copula alias non quæratur, sed, ne alia (6) requiratur, ista expetitur, vel pro se, vel pro alio, in casu in quo non apparet melius vitanda quam per illum modum, tunc fidelitas excusat ». — Hæc ille.

Ad tertium dicit (ibid.) quod α major est veni, el minor falsa : quia passio rationem deordinat, quando finem potent teque habere non perdendo usum rationis, si propter voluptatem alias actum eligit absorbentem rationem, non plus conferentem ad debitum finem ».— Hæc Petrus.

Ad quartum dicit (ibid.) quod ‹ verum concludit ratio, si non poSset defectum corrigere æque bene aliquo alio modo non absorbente rationem. Dicunt enim sic aliquæ moniales : *Volumus multum dormire, quia, quamdiu dormimus, nihil mali cogitamur, et, quando vigilamus, mullis malir cogitationibus occupamur.* Et liene dicerent, ei non meliori modo, vigilando et orando, dialmlo resisterent, quam delectatione somni, qua caro fota fortior resurgit. Et iterum, sicut nihil mali cogitant, sic nihil boni faciunt, et forte tunc tempus orandi transit. Ita et hic. Si quis enim lentatus olidormirot, ut dormiens sine peccato pollutione delectaretur, certum est quod peccaret : quia vigilando et orando potius tentationem debuit reprimere, quam dormiendo in duello se facere impotentem resistere, quo modo impotentem se facit, qui actui illi consentit ». — Hæc Petrus.

Ad quintum dicit (ibid.) quod ‹ ipse eligens potius matrimonium quam virginitatem, ut sic, non |H?ccal : quia non tenetur ad illam, nisi velit. Sed si dicatur quod peccat, quia eligit pati detrimentum in bonis rationis; — dicendum quod excusatur. Quia, si hoc fecit intentione prolis, quam sperat, recompensalur damnum per hoc quod est bonum prolis. Si autem facit hoc intentione vitandi fornicationem, quam, propter fragilitatem suam, probabiliter timet aliter se vitare non posse, ct non propter voluptatem, quam magis vult vitare sie quam aliter, sed non quærens voluptatem propter se, sed solum propter hoc ut sic fornicationem melius vincat, hoc facit, non peccat; et sic inlelligitur *melius est nubere quam uri* (1. *Corinth. ",* v. 9) ». — Hæc Petrus.

Ad sextum dicit (ibi«i.) quod ‹ propter finem secundarium licet convenire, quando principalis non speratur, nec secundarius melius haberi potest. Nam. si aliter posset haberi sine detrimento rationis, et convenitur cum detrimento, utpote cum voluptate, culpa est ». — Hæc ille, et bene, et concorditer dictis sancti Thomæ. — Et facit ad confirmationem praedictorum : quia matrimonium, prout est officium natune, includit quemdam contractum aliqualis justitiæ, qua? semper est ad alterum; el ideo matrimonium per se ordinatur ad satisfaciendum aliena» |»etilioni, et non proprise necessitati.

Verumlarnen, pro majori declaratione prædiclorum, ponit Petrus duas conclusiones, dicens (ibid.): ‹ Hicsunt duæ opiniones. Una dicit quod petere debitum, propter vitandam fornicationem in seipso, el non in altero, semper est peccatum : quia omnis superabundantia passionis (x) est peccatum; sed omnis petitio debiti, quæ est propter hanc solam causam, semper est superabundantia passionis (6); ergo, etc. Alii dicunt oppositum. Propter quod sic videtur distinguendum, ut sint duæ conclusiones. Quia aut ipse cognoscit uxorem causa vitandi in seipso forni-

( ) *debitum petat.* — *impetit* Pr.
( ) *alia.* — *alius* Pr.

(a) paijionij. — *petitionis* Pr.
(€) paijfonij. — pcfiftonu Pr.

cilionem, quamvis possit aliter vitare; sed magis vult isto modo delectabili quam alio non delectabili, dornando carnem, vel fugiendo aliarum consortia, vel non loquendo solus cum sola, el sic posset faciliter evitare; sed magis vult cum voluptate quam sine illa. Et tunc peccat venialiter : quia præferl voluptatem carnis absorbentem rationem ei quod conservat usum rationis et æque attingit ad finem; sicut, si homo sitiens, potens satisfacere necessitati naturæ bibens lymphatum minus delectabile, quod non kedet capiti, et eligit sitim extinguere cum vino forli, quod est magis delectabile, quod inebriabit eum vel in loto vel in parte, peccat, non ralione finis, sed ralione medii incompetentis· Hæc est prima conclusio· Et in hoc sensu vera esi prima opinio, — Secunda conclusio est quod, si ipse ideo actum illum exercet ad vitandum in seipso fornicationem, non quia delectabilior, sed quia non potest pro tunc alio modo meliori ipsam vitare, ita quod voluptas in nullo movet, sed solum amor vitanda? fornicationis, quam pro tunc non potest melius vitare, quia necesse habet loqui diu in secreto et loco suspecto alteri mulieri, el expertus est se de ea lentatum sæpe, sed, quando semel usus est illoaclu, ad multos dies refrigeratus, non lentatur, tunc nullum peccatum est, si proles non (x) speratur, quia tunc semper illa praemittenda esset. Hoc autem reducitur ad bonum fidei, quo continetur non-solum debitum reddere, sed ad aliam non accedere : nam, si semper debitum redderet, el tamen ad aliam accederet, contra bonum fidei nihilominus faceret. Unde, si propter hoc peteret debitum a sua, ne indebitum exigat ab extranea, propter fidelitatem hoc facit, et bono fidei deservit. Et hæc est secunda conclusio. Et in hoc sensu vera est secunda opinio, n — Hæc Petrus, el bene.

§ 3. — Ad argumenta contra tertiam CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad primum Scoti contra tertiam conclusionem, respondet Petrus (dist. 30, q. 2), quod, < licet conditio divinæ voluntatis intelligi debeat in omni voto et proposito, tamen perfectionis est illam exprimere. El sic fuit hic. » — Hæc Petrus, el bene. — Ideo dicendum ad argumentum, quod, licet cum tali conditione intellecta habilualiter, et non actual iter, nec expressa verbaliter, stet votum absolutum, si tamen illa conditio actualiler sit intellecta, volita et expressa, votum non e>t absolutum, sed mere conditionatuin. Et tale fuit votum beatæ Virginis ante ejus desponsationem, excepta vocali expressione, quam nondum habuerat· ut dictum est in quarta conclusione.

Ad secundum dicitur quod beata Virgo, ante annuntiationem Gabrielis, votum duplex voverat de virginitate servanda. Primum fuit ante desponsationem ejus; et illud fuit conditionale el mentale duntaxat. Secundum fuit post desponsationem, et ante adventum Gabrielis; et istud fuit absolutum, el non solum mentale, immo verbale, et cum teste, scilicet sponso suo, qui concorditer cum ipsa perjietuain virginitatem vovit. El ideo argumenturn non cogit quod ante matrimonium virgini talem absolute vovisset, sed solum ante annuntiationem Gabrielis. Hæc solutio patet ex dictis sancti Thomæ prius recitatis in tertia conclusione. Opinio arguentis est expresse contra Augustinum, ut palet ex dictis ejus per Magistrum recitatis, dist. 30, cap. 2, ubi etiam ponit istam solutionem in sententia ex dictis Augustini.

Ad tertium, negatur minor. Quia votum de virginitate servanda absolute factum ante contractum matrimonii, et similiter conditio de virginitate servanda interposita in contractu, facit matrimonium nullum esse. Ideoquo, si beata Virgo tale votum emisisset, non contraxisset verum matrimonium cum Joseph, vel, illud attentando, peccasse!. De hoc sanctus Thomas, presenti distinctione, q. 2,art. I, qb2,ubi arguit sic, primo loco: α Voventibus virginitatem, velle nubere, non solum nubere, damnabile est, ul Augustinus (a) dicit *(de Bono viduitatisf* cap. 9; et habetur in glossa, I. Timot. 5). Sed nihil damnabile debuit esse in beata Virgine. Ergo, postquam virginitatem vovit, non debuit nubere, d Ecce argumentum. Sequitur responsio: α Dicendum quod, post votum virginitatis absolute facium, non potest aliquis in matrimonio consentire sine peccato, etc., » ut recitatum est in quarta conclusione. Item, in solutione secundi, sic dicit : « Beata Virgo, antequam contraheret cum Joseph, fuit divinitus certificata quod Joseph in simili proposito erat; el ideo nubens non se commisit periculo. Nec tamen propter hoc aliquid veritati matrimonii deperiit : quia illud propositum non fuit in consensu conditionaliter appositum; talis enim conditio, cum sil contra bonum matrimonii, scilicet prolem procreandam, matrimonium tolleret. n — Hæc ille.

De prædictis Petrus de Palude sic dicit (dist. 30, q. 2) : « Beata Virgo consensit non solum in cohabilationem domus, sed etiam in copulam conjugalem; similiter autem in copulam carnalem, sub conditione, *si Deus eam juberet;* et sic non fregit votum. Primum palet : quia consensus in solum convictum, vel cohabitationem, non faceret matrimonium; alias inter fratres et sorores, parentes el liberos, posset es>e matrimonium. Secundum patet : quia (6) in copula conjugali est essentia matrimonii;

ia) pro/ca noti. — *tapnu* Pr.

(>) Auguttintu. — *Hieronymus* Pr. — Cfr pag. 507, coi. i, nol. a.

(6) *quia.* — *quod* Pr.

unde consensus in illam solam, etiamsi de nullo alio cogitetur, facit verum matrimonium; quod potest esso inter steriles habentes impotentiam coeundi, similiter multo magis inter potentes, sed nolentes carnaliter commisceri; sicul esset verus baptismus, si aliquis intenderet baptizari, licet non curaret de re sacramenti, propter quam tamen est principaliter Implismus· Tertium patet, scilicet quod non consensit in carnalem copulam simpliciter et explicite : quia hoc fuisset contra votum virginitatis. Nec exclusit eam simpliciter et explicite : quia irritasset matrimonium, secundum communiorem opinionem, quia fuisset contra substantiam vel saltem contra bonum matrimonii, et contra finem principalem, qui aliter haberi non potest; vel, si non irritasset matrimonium, quia non est conditio inhonesta, licet contraria, tamen non debuit aliquid exprimere absolute in matrimonio, quod lege communi esset contra matrimonium, antequam sibi revelatum esset. Quartum patet, scilicet quod non facit contra votum : quia vel nihil cogitavit <le carnali copula, vel non consensit in eam nisi sub conditione, si *Deus eam juberet,* sperans sibi a Domino revelandum quid faciendum esset; et similiter ipsa non voverat non contrahere matrimonium, sed non cognoscere virum, nisi Deus ordinaret. » — Hæc Petrus, et bene.

Ex praedictis ergo patet quod qui vovit absolute et simpliciter virginitatem, si postea contrahat, dando corpus suum conjugi ad carnalem copulam, non absolute, sed sub conditione illa, si *petatur,* peccat mortaliter, veniendo auctoritate propria contra votum; et quod ille contractus praejudicat absoluto voto castitatis, quia qui taliter vovit, non potest sine peccato dare corpus suum carnali conjugi, quod semel Deo dedicavit, vel saltem promisit absolute, nisi hoc fiat auctoritate Dei, vel ejus locum tenentis: sicut nec monialis professa potest contrahere cum illa conditione, quantumcumque sit certificata quod conjux cui se dat, nunquam petet ab ea carnalem copulam; quia non solum ei damnabile est dare usum corporis, immo dare potestatem sui corporis.

Ad quartum dicitur quod similitudo ibidem adducta non valet : quin bene passibile est aliquem, ex culpa sua, vel ex causa honesta, privari usu sum rei, remanente potestate super rem (sicut cum conjuges, post matrimonium rite contractum el consummatum, pari consensu vovent continentiam); sed secus est in casu argumenti, ubi mulier, post votum absolutum continentia?, non habet potestatem nec auctoritatem dandi sine peccato corpus suum carnali conjugi, auctoritate propria, nec absolute, nec sub conditione. Si tamen hoc fieret auctoritate Dei, vel praelati, secus esset. Et ad hunc sensum dicit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 30, q. 2, art. 1, q,a 2), in solutione tertii : Copula carnalis cecidit implicite sub-consensu beatæ Virginis, sicut actus implicite continetur in potentia. Potentia autem ad carnalem copulam non contrariatur virginitati; nec aliquid diminuit de puritate illius, nisi ratione actus; qui quidem nunquam fuit in proposito beats Virginis, sed erat jam certificat quod actus nunquam sequi deberet. > — Hæc ille.

Quod autem beata Virgo non voverit virginitatem simpliciter et absolute, antequam de hoc esset specialiter divinitus edocta, nec in primo volo suo, ostendit sanctus Thomas duplici ratione. Primam tangit, 3 p., q. 28, art. 4, ubi arguit sic (primo loco) : « Dicitur, *Deuter.* 7 (v. 14) : *Non erit apud te stenlis utriusque sexus,* Sterilitas autem sequitur virginitatem. Ergo servatio virginitatis erat contra præceptum legis veteris. Sed adhuc lex vetus habebat statum, antequam Christus nasceretur. Ergo non potuit licite beata Virgo virginitatem vovere pro tempore illo. > Ecce argumentum. Sequitur responsio : < Dicendum, inquit, quod quia videbatur esse lege prohibitum non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vovit Dei genitrix, sed sub conditione, si *Deo placeret.* Postquam autem innotuit hoc esse Deo acceptum, etc., > ut supra, in conclusione tertia. Item, in praesenti distinctione, q. 2, art. 1, q|· 1, in solutione primi, sic dicit : < Beata Virgo fuit confinium veteris et novæ legis, sicut aurora diei el noctis. Et ideo votum ejus sapuit novam legem, inquanlum \irginitatem vovit; cl veterem, inquantum conditionem apposuit. > — Hæc ille. — Secundam rationem assignat ibidem. Arguit enim sic, secundo loco: « Votum virginitatis pertinet ad perfectionem consiliorum. Sed talis perfectio debuit a Christo inchoare, qui venit legem consiliis adimplere. Ergo ante Christi adventum non debuit virginitatem vovere. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum quod perfectio consiliorum, quantum ad consummationem, incipere debuit a Christo; sed quantum ad aliquam inchoationem, convenienter a matre ejus incœpit. > — Hæc ille. — Simile dicit, 3 p., ubi supra (q. 28, art. 4), in solutione secundi : < Sicul gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit in Christo, et tamen aliqua ejus inchoatio praecessit in matre: ita etiam observatio consiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfecte quidem incœpit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in Virgine matre ejus. » — Hæc ille.

Quomodo autem .votum simplex, vel soleinne, impediat matrimonium, dicetur latius in sequentibus.

Ad quintum dicitur quod, licet potestas corporis possit concedi, retento usu, et non concesso; tamen talis datio illicita est ei qui vovit absolute castitatem. ut dictum est (ad tertium et ad quartum). Et similiter, si conditio illa de retentione usus apponerelur in consensu matrimonii, potissime si expri-

meretur exterius, matrimonium nullum esset, ut dictum est (nd tertium). Ideoque hoc non habet locum in beata Virgine, quæ licite et vere contraxit. Et ideo votum suum præcedens matrimonium non fuit absolutum, sed condilionaturn. — Exemplum autem quod adducitur dc illa decretali, dubium est apud multos : quia videtur eis quod implied contradictionem, quod aliquis licite utatur aliqua re, et quod nullam habeat potestatem, nec aliquod jus utendi ea; quia nihil fit juste, nisi quod fit jure. Ideoque decretalis illa multis fuit in laqueum, el erit, nisi bene inlelligatur el glosselur. Nec oportet timere (a) sententiam excommunicationis quam conditor illius tulit contra glossaries; quia Papa Joannes XXII suspendii illam sententiam tanquam periculosam, sicut habetur in *Chronicis* Bernardi Guidonis (6).

Ad sextum dicitur quod consilium quod arguens dat, malum est, et perversum : quia taliter vovens, post sponsalia juramento firmata, ex quo firmiter pruponit servare continentiam, non debet contrahere matrimonium ad deludendum mulierem el decipiendum, quæ putat sibi tradi potestatem el usum corporis viri; potissime quia vir contrahens cum tali intentione actu et explicite apposita in consensu, non contrahit veraciter matrimonium, sed simulate, et committit sacrilegium, abutens sacramento Ecclesiæ, el committit fictionem el mendacium facti. Nec valet quod dicit arguens, quod, ad servandum juramentum, debet contrahere, etc. Hoc enim non oportet : quia, dato quod non contrahat, dum tamen religionem intret, excusatur a reatu perjurii. De hoc Petrus dc Palude (dist. 27, q. 1) sic dicit : < De sponsalibus juramento firmatis, dicunt quidam quod peccat intrans religionem, ipsis non impletis, cum possit intrare ante carnalem copulam : sicut illo qui juravit solvere usuras, quamvis stalim possit solutas repetere, tamen, ratione juramenti, tenetur solvere, *Dc jurejurando,* cap. (γ) *Debitores;* elqui vovit intrare religionem, si in Episcopum eligatur, tenetur prius intrare religionem, licet iterato possit ad episcopatum redire, *De voto ct voti redemptione,* cap. *Per tuas nobis litteras intimasti* (δ). Hoc etiam est securius, Extra, *De sponsalibus et matrimoniis,* cap. Commiasum, ubi dicitur : *Tutius est ei, religione juramenti servata, prius contrahere,* etc. (α). —Sed Innocentius (6) ct Hosliensis (γ) sunt contra, super illud, *suspirat* (eod. cap.). Unde Innocentius sic dicit : ‹ Non dicit (o), *Votum fecerat;* alioquin, si alligatus esset, vel Papæ dixisset, *Domine, statim volo intrare,* Papa respondisset, *Amice, et tu intra,* et non dixisset quod contraheret, cum talis contractus esset ad decipiendum. › El Glossa dicit, ibidem : « Si vult, potest intrare, el non contrahere.! Quando enim id quod de se bonum est, et non impeditivum majoris boni, juratur, implendum est: sicut solvere ultra sortem, non est malum, licet recipere sit malum; immo supererogare est perfectionis, el propter hoc jurans usuras solvere tenetur. Sed intrare religionem non est malum; nec episcopatus impeditivum, cum etiam religiosus sit magis dispositus. Et ideo tenetur servare votum. Sed matrimonium, licet non sit malum, est tamen impeditivum majoris boni, scilicet religionis : quia, licet post matrimonium possit intrare, ante copulam, tamen de mille non invenitur unus qui hoc faciat. Unde volenti intrare religionem non obstat juramentum sponsalium. — Quod autem dicitur ibi, *tutius,* — dico quod tutius est matrimonium infra tempus statutum contrahere, quam in deliberando tempus contra juramentum protrahere. Sed, si ante tempus velit intrare, non est perjurus, qui legis auctoritate deserit juramentum, lΓ., *Qui satisdare cogantur,* leg. ult. » — Hæc Petrus; el bene : nam, secundum quod dicit Innocentius, et similiter Glossa, super illo cap. *Commissum,* Extra, *De sponsalibus,* licet ille qui, post sponsalia juramento firmata, habuit propositum vovendi castitatem vel intrandi religionem, possit interim sine peccato contrahere matrimonium, el sine peccato non contrahere; tamen, si actualiter vovisset, non posset licite contrahere sine peccato, nec hoc ei consulendum esset.

Ad argumenta pro et contra quaestionem (e), patet responsio per prædicla.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

(·) timent. — *tenere* Pr.

(β) Bernardui Gui, icu Guidonis, O. P., Episcopus Lodovensis (**f** 1331). Multa historica opera scripsit, inter quæ citari possunt : Annales *Ponit(icunt, uique ad Johan·* nem XXII, *atque Imperatorum; Speculum icinctoralc; Nomina ac* jyeita Lmiouirensunn *Epùcoparum; Genealogia Hegum Franci*,* et *de ejuidem regni origine,* etc. Cfr. Quetif. *Echoed*. t **t**, p. 578 et seq.

(γ) *cap.* — Om. Pr.

(Î) el voti redemptione, cap. Per tuas nobis litteras intimasti. — *cap·* Per tuas vidimus Pr.

(aC Dc «pontilibus el matrimoniis, *cap.* Commissum, *ubi dicitur :* Tutius est ei, religione juramenti servata, prius contrahere, *etc.* — eodem, commissam, tutius, *etc·* Pr.

(C) Innocentius IV, Summus Pontifex, qui, post Concilium generale Lugdunense **I**, quoddam commentarium in quinque Decretalium Libros adornavit, privnLv tamen auctoritate Hoc opus Papæ Innocentii IV, hujus capellanus Bernardus ('.ompostellanus. cognomento junior, in compendium redegit, sub titulo : *Margarita Compoetellana.* — Cfr. Franc. Laurin, *introit,* in *corpus Juris canonici,* sect. 2. cap. β, § 96.

(γ) Cfr. pag. 491, col. 2, not. α.

(i) *Non dicit.* — Om. Pr.

(<) questionem. — *conclusionem* Pr.

DISTINCTIO XXXIII, ET NOVEM-SEQUENTES

QUESTIO L

UTRUM VOTUM CONTINENTIÆ, ANNEXUM ORDINIBUS SACRIS. IMPEDIAT NE ORDINATUS POSSIT HABERE SIMUL DUAS UXORES.

inca distinctionem trigesimamtertiam, el quasdam alias sequentes, quæritur : Utrum votum continentiæ, annexum ordinibus sacris, impediat ne ordinatus possit habere simul duas uxores.

Et arguitur quod non. Quia nihil impeditur nisi a suo contrario. Sed ordo non est conirarius matrimonio; cum utrumque sit sacramentum, et duo matrimonia sint duo sacramenta. Ergo non impedit matrimonium, nec duo matrimonia simul. — Et similiter |X)test argui quod votum continentiæ non impediat matrimonium. Quia Alexander III (α) Papa (Qui *clerici vel voventes,* etc., cap. 4) dicit quod votum simplex non dirimit matrimonium contractum.

In oppositum arguitur. Quia habere plures uxores nunquam licuit alicui, sine dispensatione per divinam inspirationem habita, ut dicit quædam decretalis, *Dc divortiis* (cap. 8). Ergo, etc.

In hac quæstione erunt tres articuli. In primo ponentur conclusiones. In secundo, objectiones. In tertio, solutiones.

ARTICULUS I.

PONUNTUR CONCLUSIONES

Quantum ad primum articulum, sit

Prima conclusio : Quod, licet habere plures UXOrcs simul sit aliquo modo contra legem nnturæ, tamen talis pluralitas quandoque fuit licita, ex Dei dispensatione.

Primam partem hujus ponit sanctus Thomas. Irigcsimatcrlia distinctione hujus, q. 1, art. 1, ubi sic dicit : ɑ Quin homo inter cælera animalia rationem linis cognoscit, et proportionem operis ad linem, ideo naturalis conceptio ei indita, qua dirigitur ad operandum convenienter, lex naturalis vel jus naturale dicitur; in cæteris autem æstimatio naturalis vocatur. Bruta enim ex vi natune impelluntur ad agendum convenientes actiones, magis quam regulentur, quasi proprio arbitrio agentia. Lex vero naturalis nihil aliud est quam conceptio boni, naturaliter homini indita, qua dirigitur ad convenienter agendum in actionibus propriis : sive competant ei ex natura generis, ul generare, comedere, et hujusmodi; sive ex natura speciei, ut ratiocinari, et similia. Omne autem illud quod actionem inconvenientem reddit lini quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem natura esse dicitur. Potest autem actio aliqua non esse conveniens lini vel principali, vel secundario. Et, sive sit sic, sive sic, hoc contingit dupliciter. Uno modo, ex aliquo quod omnino im|>edit finem : ul nimia superfluitas, aut defectus comestionis, impedit salutem corporis, quasi principalem finem comestionis, et bonam habitudinem in negotiis exercendis, qui est finis secundarius. Alio modo, ex aliquo quod facit difficilem, aut minus decentem, perventionem ad finem principalem, vel secundarium; sicut inordinata comestio quantum ad tempus indebitum. Si ergo actio sil inconveniens fini, quasi omnino prohibens linem principalem, directe per legem natune prohibetur, primis pneceptis legis nature, quæ sunl in operabilibus sicut sunl communes animi conceptiones in speculativis. Si autem sit incompetens fini secundario quocumque modo, aut etiam principali ut faciens difficilem aut minus convenientem perventionem ad ipsum, prohibetur non quidem primis pneceptis legis natura·, sed secundis, quæ ex primis derivantur, sicut conclusiones in speculativis ex principiis per se notis fidem habent; et sir dicta actio contra legem natura esse dicitur. Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem ct educationem; qui quidem linis competit homini secundum naturam sui generis; unde et aliis animalibus est communis, ut dicitur in 8. *Ethicorum* (cap. 12); el sic bonum matrimonii assignatur *proles.* Sed pro line secundario, ul dicit Philosophus (ibid·), habet in hominibus solum communicationem operum quæ sunt necessaria in vita; et, secundum hoc, */idem* sibi invicem debent, quæ est unum de bonis matrimonii. Habet ulterius alium finem, inquantum in fidelibus est, scilicet significationem conjunctionis Christi et Ecclesiæ; et sic bonum matrimonii dicitur *sacramentum.* Unde primus linis respondet matrimonio hominis, inquanluin est animal; secundus, inquantum est homo; tertius, inquantum est fidelis. Ergo pluralitas uxorum neque totaliter tollit, neque aliqualiter impedit primum linem; cum unus vir sufficiat pluribus uxoribus fecundandis, et educandis filiis ox eis natis. Sed secundum linem et si non totaliter tollit, multum tamen impedit, eo quod non facile potest esse pax in familia, ubi uni viro plures uxores junguntur; cum non possit unus vir sufficere ad satisfa-

(3) *Alexander III.* — *Clemens* Pr.

ciendum pluribus uxoribus ad votuin, et quia communicatio plurium in uno officio causât litem; sicut fipili corrixantur ad invicem, et similiter plures uxores unius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quod sicut Christus est unus, ita una Ecclesia. Et ideo patet ex pradictis quod pluralitas uxorum quodammodo est contra legem natune, et quodammodo non. › — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio pro prima parte conclusionis : Illud quod non tollit nec aliqualiter impedit primum et principalem finem quem natura intendit in matrimonio, sed aliqualiter impedit fines secundario a natura intentos, est aliquo modo contra legem naturæ, et quodammodo non. Sed pluralitas uxorum est hujusmodi. Ergo, etc.

Secundam partem conclusionis ponit ibidem, art. 2, dicens : « Pluralitas uxorum dicitur esse contra legem natura, non quantum ad prima praeopta ejus, sed quantum ad secunda, quæ quasi conclusiones a primis derivantur praceplis. Sed quia actus humanos variari oportet secundum diversas conditiones personarum et temporum et aliarum circumstantiarum, ideo conclusiones prædictæ n primis praceptis legis natura non procedunt ul semper efficaciam habentes, sed in majori parte : talis enim est tota materia moralis, ut patet per Philosophum, in libro *Ethicorum* (lib. **I**, cap. 3 et 7). Et ideo ubi eorum efficacia deficit, licite ea pratermitti possunt. Sed quia non est facile determinare hujusmodi varietates, ideo illi ex cujus auctoritate lex efficaciam habet, reservatur (x) ut licentiam prabeat legem praetermittendi, in illis casibus ad quos legis efficacia non se debet extendere; et talis licentia *dispensatio* dicitur. Lex autem de unitate uxoris non est humanitus, sed divinitus instituta; nec unquam verbo aut litteris tradita, sed cordi impressa, sicut et alia quæ ad legem naturæ qualitercumque pertinent. Et ideo in hoc a solo Deo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam (G). Quæ quidem principaliter patribus sanctis facta est, et per eorum exemplum ad alios derivata est, eo tempore quo oportebat pradictum natura praeceptum pratermilti, ut major esset multiplicatio prolis ad cultum Dei ĕducanda Semper enim principalior finis magis conservandus est quam secundarius. Unde, cum bonum prolis sit principalis finis matrimonii, ubi prolis multiplicatio necessaria erat, debuit negligi ad tempus impedimentum quod poste! in secundariis finibus evenire; ad quod removendum, praeceptum prohibens pluralitatem uxorum ordinatur, ut ex pradictis patet. » — Hæc ille.

Ex quibus potest forman talis ratio pro secunda parte conclusionis : Quandocumquo secundaria praeopta legis natura carent utilitate et efficacia, et eorum observatio praejudicat majori bono, licite possunt pratermilti, interveniente dispensatione legislatoris. Sed sic est de praceptis natune prohibentibus pluralitatem uxorum. Ergo, etc.

Secunda conclusio est quod votum solemne impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum; sed votuin simplex, licet Impediat contrahendum, non tamen dirimit contractum.

Primam partem hujus conclusionis ponit sanctus Thomas, dist. 38 hujus *Quarti,* q. 1, art. 3, in solutione tertiæquæstiunculæ, ubi sic dicit : α Omnes dicunt quod votum solemne sicut impedit matrimonium contrahendum, ita et dirimit jam contractum. Quidam autem assignant pro causa scandalum. Sed hoc nihil est : quia etiam votum simplex scandalum habet quandoque, cum sit quodammodo publicum quandoque; etiam insolubilitas matrimonii est de necessitate veritatis vitæ, quæ non est propter scandalum dimittenda. Et ideo alii dicunt quod hoc est propter statutum Ecclesiæ. Sed hoc etiam non sufficit : quia, secundum hoc, Ecclesia posset contrarium statuere; quod non videtur verum. Et ideo dicendum cum aliis, quod votum solemne ex sui natura haliet cjuchl dirimat matrimonium contractum : inquantum scilicet homo per ipsum amisit potestatem sui corporis, Deo illud ad perpetuam continentiam tradens; ct ideo non potest ipsum tradere in potestatem uxoris, matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium quod sequitur tale votum, nullum est, ideo votum pradictum dirimere dicitur matrimonium contractum, d — Hæc ille.

Secundam partem conclusionis ponit ibidem, in solutione secundæ quæstiunculæ, dicens : « Per hoc aliqua res desinit esse in potestate alicujus, per quod transit in dominium alterius. Promissio autem alicujus rei non transfert eam in dominium illius cui promittitur. Et ideo non ex hoc quod aliquis rem aliquam promittit, desinit illa res esse in potestate sua. Cum ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprii corporis ad continentiam Deo servandam facta, post votum simplex adhuc manet homo dominus sui corporis; et ideo potest ipsum dare alteri, scilicet uxori, in qua datione matrimonii sacramentum consistit, quod indissolubile est. Et, propter hoc, simplex votum, quamvis impediat matrimonium contrahendum, quia peccat matrimonium contrahens post votum simplex continentiae; tamen, quia verus contractus est, non potest per hoc matrimonium dirimi, n — Hæc ille.

Ex quibus potest formari ratio pro utraque parte conclusionis. Pro prima, arguitur sic : Quidquid facit contractum donationis proprii corporis uxori esse nullum, dirimit matrimonium contractum post hoc. Sed votum solemne continentiæ hujusmodi est. Igitur, etc. — Pro secunda, arguitur sic : Quod non

(a) refervetur. — *menavii* Pr.
(β) inïrmam. — inUmtcdiam Pr.

invalidai donationem proprii corporis uxori, non dirimit matrimonium sequens. Sed votum continentia» simplex est hujusmodi. Igitur, etc.

Tertia conclusio est quod ordo sacer Impedit matrimonium contrahendum, et dirimit Jam contractum.

Hanc ponit sanctus Thomas, dist. 37, q. 1, ari. 1, ubi sic dicit : α Ordo sacer de sui ratione habet quod matrimonium impedire debeat : quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa el sacramenta |>ertraclant ; et ideo decens est ut munditiam corporalem per continentiam servent. Sed quod actu impediat matrimonium, px constitutione Ecclesiæ habet; tamen aliter apud Latinos quam apud Græcos : quia apud Græcos impedit matrimonium contrahendum solum ex vi ordinis; sed apud Latinos impedit ex vi ordinis, et ulterius ex volo continentia», quod est ordinibus sacris connexum, quod etiamsi quis verbotenus non emittat (a), ex hoc ipso quod ordinem suscepitsecundurn ritum occidentalis Ecclesiæ, inlelligitur emisisse. Et ideo apud Græcos et alios Orientales sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonii prius contracti usum : possunt enim matrimonio prius contracto uti, quamvis non possint de novo contrahere. Sed apud occidentalem Ecclesiam impedii matrimonium, et matrimonii usum; nisi forte, ignorante et contradicente uxore, vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc non potest ei aliquod præjudicium generari. » — Hæc ille.

Ex quibus potest formari talis ratio : Nullus vovens solemniter continentiam potest matrimonium contrahere. Sed quia ordines sacri habent annexum solemne votum continentia», ergo tales impediunt matrimonium contrahendum, cl dirimunt jam contractum post ordinis susceptionem.

Et in hoc primus articulus terminatur.

ARTICULUS II.

PONUNTUII OBJECTIONES

§ 1. — Contra primam conclusionem

I. Argumenta Aureoli.—Quantum ad secundum articulum, arguendum est contra conclusiones. El quidem contra primam arguit Aureolus (dist. 33, q. 1, art. 1), probando quod habere plures uxores sit contra primarium jus natune, et quod nullo modo possit ibi cadere dispensatio.

Et arguit primoox auctoritate Christi, Malth. 10. Cum enim quæreretur ab eo de libello repudii, quo, dimissa una, alia ducebatur, dicit quod nunquam fuit licitum, sed propter duritiam cordis eorum concessum fuit populo Israel. Sed non fuisset semper illicitum, nisi fuisset contra jus natura. — Dices forte, quod ex quo repudiabat unam, non fuit illicitum ducere aliam. — Contra : quia statim Christum subdit (v. 9), *Et* «i *duxerit aliam, moechatur.* Item, Glossa super Genes, cap. 4 reprehendit Lamech, qui fuit primus habens plures uxores ; et certum est quod tunc non erat aliud jus quam jus natura.

Secundo sic. In contractu matrimonii est aequalitas inter virum et uxorem; et hoc, ut videtur, ex dictamine rationis naturalis. Sed contra jus natura est quod una uxor sil plurium virorum. Est enim contra finem matrimonii, sd licet contra bonum prolis : nam tunc proles non posset congrue educari; confunderetur enim proles; nec esset qui ministraret et nutrimentum et mores juxta exigentiam, propter distractionem alterius parentum, quem oporteret pluribus debitum exhibere.

Tertio sic. In contractu matrimonii datur simpliciter potestis corporis, non pro certa portione temporis. Hoc praemisso, arguitur sic : Illud est illicitum simpliciter, quod est contra naturam justi contractus. Sed contra naturam contractus matrimonialis est habere plures uxores. Ergo, etc. Minor probatur. Quia contra naturam contractus matrimonii est quod non lotum corpus unius conjugum, et secundum omne tempus, sil in potestate alterius. Sed, si vir habeat plures uxores, non totum corpus viri semper erit in potestate uxoris. Probatur. Quia quaelibet haberet jus in corpus viri secundum lotum tempus, aut secundum partem tantum. Si secundo (a) modo, habetur propositum. Si primo (?) modo, sequitur quod vir obligatur ad nulli reddendum debitum; ergo obligatur ad peccatum. Probatur antecedens. Quia omnibus simul reddere debitum, est impossibile : aut ergo reddet uni, el non alteri, et tunc erit injustitia; aut nulli, et habetur propositum; aut alicui nunc, et alteri tunc, et non apparet cur prius isti quam illi.

Quarto. Contractus matrimonialis est contractus intensissimæ amicitia». Sed, ex 9. *Ethicorum* (cap. 10), amicitia intensissima non est possibilis ad plures. Cujus ratio est : quia plures possunt esse inter se discordes; et, ex consequenti, inducerent discordiam in tertio cui (γ) quilibet eorum esset amicus in summo. Cum ergo illud sit tollendum quod impedit talem amicitiam, ergo talis pluralitas est tollenda.

Quinto. Quia simile est de naturali instinctu in aliis animalibus, et naturali judicio in hominibus. Ratio similitudinis : quia utrumque sequitur debitum conditionis natura». Sed instinctus naturæ, in

(a) *emittat,* — *emittit* Pr.

(s) *tecundo.* — pnmo Pr.
(6) pritnu. — *iccundo* Pr.
(γ) cui. — *cum* Pr.

aliis animalibus, facit quod, tempore associationis, tantum sit una unius. Ergo ita erit multo fortius in homine. › — Hæc ille.

IL Argumenta Durandi et aliorum. — Contra eamdem conclusionem arguit per oppositum Durandus (dist. 33, q. i), dicens quod, quidquid sit de conclusione, tamen ratio ibidem adducta patitur calumniam. Quod enim primo dicitur, quod pluralitas uxorum impedit tinem secundarium matrimonii, qui est pax in familia, non valet.

Primo (a). Quia hunc finem non impedit perse pluralitas uxorum, sed malitia vel protervia : una enim exsistente litigiosa uxore, pax impeditur; pluribus autem exsistentibus pacificis, non impeditur. Per accidens ergo impeditur finis secundarius matrimonii, una vel pluribus exsistentibus uxoribus, et non perse; licet facilius possit impediri ex pluntate uxorum. Quæ autem per accidens contingunt, sub arte non cadunt. Et ideo, sicut licitum est contrahere cum unica exsistente litigiosa, non obstante quod finis secundarius matrimonii æqualiter impediatur; sic, ut videtur, licitum est, quantum est de jure naturali, contrahere cum pluribus, licet ex hoc sequatur turbatio pacis quandoque.

Secundo. Quia communicatio operum quæ sunt necessaria in vita humana, non est finis secundarius matrimonii per se, sed solum per accidens. Quia, prater (6) procreationem prolis el ejus educationem, omnia alia ojiera domus possunt melius fieri per virum quain per mulierem : sicul dicit Augustinus(dc Genesi *ad litteram,* lib. 9, cap. 3 el 5), tractans illud verbum quod habetur, Cenes. 2 (v. 18), de formatione mulieris, quod dixit Dominus, *Non est bonum hominem* esse *solum, faciamus ei adjutorium simile sibi;* dicens quod illud adjutorium fuit propter procreationem prolis el ejus educationem, ad qme necessaria est mulier; quia omnia alia possunt melius fieri per virum quam per mulierem. Ergo, etc.

Tertio. Quia quando finis secundarius praejudicat principali, negligendus est linis secundarius, propter principalem. Sed principalis linis matrimonii est generatio et educatio prolis, cui quandoque potest pr.vjudicare ille secundarius, qui est pacifica habitatio cum unica uxore, quia (γ) forsitan ipsa est sterilis. Ergo in hoc casu licitum fuit prætermitlere secundarium finem, propter primarium ; quod lit accipiendo cum prima uxore sterili aliam fœcundam (5).

Quarto. Quia cum dicitur secundo, quod ex divina dispensatione licuit habere plures uxores, propter multiplicationem fidelium, — non videtur valere. Quia dispensatio, quæ facta dicitur fuisse prirno Abrahæ, in cujus domo primo refulsit fides : aut fuit facia pro eo, aut pro omnibus posteris. Non pro eo tantum; quia alii non fuissent excusati, accipiendo plures uxores. Si pro omnibus: aut eis innotuit, aut non. Si non innotuit dispensatio, non fuerunt excusati a transgressione. Si innotuit, cum non innotuerit eis verbo, innotuit exemplo solum. Sed hoc modo æque innotuit infidelibus sicut fidelibus. Ergo æque licuit infidelibus habere plures uxores sicut fidelibus; quod est contra illud quod dicunt, quod causa dispensandi fuit multiplicatio fidelium ad cultum Dei. El, sine dubio, satis durum est quod omnes infideles peccaverint ducendo plures uxores; pnecipue cum de Agar, quam accepit Abraham post Saram, natus sit Ismael, cujus successores omnes fuerunt infideles, el habuerunt plures uxores. Irrationabile etiam videtur quod apud omnes infideles ratio naturalis fuerit adeo obumbrata, quod judicaverint pluralitatem uxorum licitam, si ipsa esset contra jus naturale, nec esset licita nisi ex dispensatione divina, si dispensatio talis dicatur revelatio specialiter facta, si alicui facta fuerit.

Quinto. Quia alii dicunt quod primi qui habuerunt plures uxores, non potuerunt licite contrahere cum secunda, vivente prima, cum (pia simpliciter primo contraxerant, nisi de consensu ejus. Cujus ratio est : quia, duobus contrahentibus inter se simpliciter, quilibet transfert totam potestatem corporis sui in alterum; el ideo sine consensu ejus non polest obligare alteri corpus suum. Potuit tamen de consensu ejus, ex causa, si scilicet uxor sit sterilis, vel propter paucitatem humani generis. Et sic fuit in Abraham, ut habetur, *Genes.* 16 (v. 2); et recitatur, cans, (α) 32, q. 4, cap. 3. *Dixit Sara ad Abraham : Ecce conclusit me Dominus, ne parerem; ingredere ad ancillam meam* , si *saltem ex ea suscipiam filios.* Ecce quod de voluntate uxoris sterilis, propter sterilitatem ejus, accepit secundam. Hoc modo, el hac de causa, habuit Jacob plures uxores. Quia de voluntate Rachelis creditur quod Lia supposuerit se ei: voluit enim Rachel parcere verecundiæ sororis anliquioris, cum esset consueludo apud ipsos ut antiquiores primo traderentur ad nuptias. De voluntate etiam duarum earum ingressus est ad ancillas earum : ad ancillam quidem Rachel, propter ejus sterilitatem, ut habetur, *Genes.* 30; ad ancillam voro Liæ, postquam Lia credidit se desiisse parere. Processu vero temporis, mos inolevit habere plures uxores, de voluntate prima» tacita vel expressa, vel consuetudine super hoc obtenta. Nec in hoc videntur peccasse. Unde Augustinus *(contra Faustum* , lib. 22, cap. 47) dicit (et habetur in littera, dist. 33; el recitatur, caus. 32, q. 4, cap. *Objici un·*

(a) *Primo.* — Oin. Pr.
(C) *prêter. — propter* Pr.
(|) <pua. — rr/ Pr.
(I) *fwdant.* — ẽ»icn<fam Pr.

(a) *recitatur, «au·.* — Otn. Pr.

hir) (α), quod *(piando mos erat, peccatum non erat; et ideo antiquis justis non fuit peccatum quoti pluribus feminis utebantur. Neque contra naturam hoc faciebant, cum non lasciviendi, sed gignendi causa, hoc facerent; nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant; nec contra prtreeptum, quia nulla lege erat prohibitum.* — Quod autem dicit Innocentius (C), quod *nunquam licuit habere plures uxores simul, nisi cui fuit divina revelatione concessum,* exponendum est non de revelatione quæ est specialis inspiratio, sed de interiori dic tamine, quo sciverunt antiqui patres quod pro multiplicatione generis humani licuit habere plures uxores, de voluntate principalis, vel consuetudine super hoc obtenta. Sicut enim lex naturalis non est scripta in codice, sed impressa in mente; sic dictamen rationis, quo scitur in (pio casu lex non astringit, cum sit quaedam legis interpretatio, potest dici dispensatio; et quia est menti a Deo impressa, ideo vocatur divina dispensatio. El sic exponit ipsemet Innocentius dictum suum, scilicet quid intelligal per revelationem, dicens quod *quandoque mos interdum etiam fas censetur :* ut *fas* referatur ad causam propter quam licuit ; *mos vero* ad consuetudinem obtentam, supposita causa.

Sexto (γ). Confirmatur prædicta opinio ab aliis. Quia licet ex causa renuntiare juri suo, non minus in parte quam in loto. Sed per hoc quod vir emittit votum castitatis, in totum præjudicatur alteri; sed per hoc quod contrahit cum secunda, solum in parte. Ergo, si de licentia ejus et consensu licet emittere votum (sicut pari consensu Maria el Joseph (o) emiserunt, propter bonum castitatis), pari ratione, propter sterilitatem uxoris, vel multiplicationem humani generis, de licentia primæ uxoris, licuit accipere secundam.

Septimo ad idem. Quia, si ita(c) est contra legem natune superinducere secundam sicul (ζ) el ejicere casiam, sicut Abraham noluit (η) ejicere Agar, suadente Sara, quousque Deus revelans per angelum dispensavit; et illud scriptum est, *Genes.* 2! ; sic, suadente Sara (0), non (t) superinduxisset Agar nisi angelo revelante; el illud esset (x) scriptum. Nihil autem plus scriptum est de sanctis patribus habentibus plures uxores, nisi quod, consentientibus prius, propter sterilitatem alias duceiiant : sicut Abraham rogatu Sare duxit Agar; el sicut Jacob ad rogatum primarum illarum ancillas duxit, sic et de aliis. Non est autem scriptum : *Dixit Dominus ad Abraham, audi vocem Sarte, ingrediendo ad Agar.* Ergo, etc.

Octavo. Quia quod nulla lege est prohibitum, polest esse consuetudine licitum. Istud autem est hujusmodi : *Et tunc mos erat, crimen non erat,* ut Augustinus *(Contra Faustum,* lib. 22, cap. 47) dicit.

Nono. Arguitur ab aliis, quod ex Papæ dispensatione liceat alicui habere duas uxores simul. Quia non (x) esset omnino Contra rationem, si quis diceret quod, sicul Papa dispensat in solemni voto continentis, propter bonum commune (sicut dispensatum fuit cum quodam monacho de genere regis Aragonum, ut contraheret, propter defectum haeredis); sic dispensare potest, ut princeps habens uxorem sterilem, de qua non posset suscipere prolem, ea vivente, el consentiente, acciperet aliam. Nec minus est contra jus naturale el divinum non solvere votum, quam pluralitas uxorum : quia, etsi utrumque cadat sub praecepto, non tamen indispensabi liter.

§ 2. — CONTKA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Argumenta Scoti. — Contra secundam conclusionem arguit Scolus (dist. 38, q. 1), probando quod ratio non valeat assignata cur votum solemne impediat matrimonium plus quam votum simplex, quia scilicet per votum solemne dat aliquis jus in se, etc. Quia, licet illa ratio sit probabilis, tamen habet instantiam. Quia vovens in voto privato dat corpus suum Deo, quantum ad actum voti. Ergo non |»ossel postea dâro corpus suum conjugi ad actum contrarium : non enim minus transfert a se illud quod dat immediate Deo, quam si mediante homine vicario.

Si dicitur quod Deus noluit uti potestate corporis immediate sibi dati, ul simpliciter datio sequens ad conjugium nulla esset, voluit nutem sic esse de datione sibi facta mediante homine; — sed hoc non valet : quia Scriptura non exprimit istam voluntatem Dei. nec illam voluntatem ejus.

Nec valet si dicatur quod vovens solemniter mittit in]K>sscssionem illum cui vovet, non autem vovens private, sed quasi' promittit. — Sed contra. Quia omnia intrinseca volo, ul respicit actum voluntatis, per quem obligat se vovendo, el transfert dominium suum in alterum (quia per solam voluntatem est dominus el transfert dominium), omnia, inquam (6), illa sunt æqualia hinc inde. Ergo non magis est

(a) *dist. 33; rt recitatur, caus. 39,* q. /, *cap. Objiciuntur. — ct recitatur, 39, q. 4, objiciuntur* Pr.
(C) Innocentius III, cap. 8, *De divortiis.*
(γ) Hoc argumentum et tria sequentia Auctor refert prout repcriunlur npud Petrum de Palude, dist XI, q. L
(i) *Maria ct Joseph. — matrimonia* Pr.
(t) ilo. — ficui Pr.
(ζ) *tient. — tic* Pr.
(η) *tient Abraham noluit. — ted Abraham votuit* Pr.
(0) a verbo *quousque* usque ad *Sara,* om. Pr
(t) non. — nee Pr.
(x) *esset. — est* Pr.
(s) non. — *hoc* Pr.
(6) inquam. — inquanfmn Pr.

datio hic quam ibi, vel sola promissio hic quam ibi·

II. Argumenta Aureoli. — Contra eamdem conclusionem arguit Aureolus(dist. 38, q. 1,art. 1), impugnando quoddam dictum ibidem contentum in virtute, vel saltem apparenter, scilicet quod Papa, vel Ecclesia, non potest votum solemne continentiæ relaxare. Et arguit sic

Primo (a). Quia votum non est (i) actus latriæ nisi sil rationabiliter el licite facium. Non potest ergo interpretatio voti vergere in praejudicium communitatis, vel salutis voventis. El si votum propter talem rationem non teneat, ex eadem causa potest votum commutari, sicut votum peregrinationis in votum religionis. Sed hoc non debet fieri propria auctoritate; sed ad illum perlinet commutatio, ad quem pertinet interpretari quid sit majus vel minus bonum; cujusmodi est Papa, vel Prælatus. Et ratio est : quia in voto est obligatio et contractus inter Deum et homines; commutatio ergo debel fieri de consensu cujuslibel partis; locum autem partis Dei tenet Dei Vicarius, Papa, et Prælatus in ordine ad suum subditum.

Secundo. Quia frequenter factum est quod talis dispensatio est propter majus bonum. Quia majus bonum est pax Christianitatis, vel promotio fidei, et similia, quæ consequuntur quandoque ex istis dispensationibus, quam continentia cujuscumque. Nam continentia non habet bonitatem ex se, sed ex circumstantia; quia ex continentia intellectus vigoratur ad contemplationem veritatis et divinorum. Item, quia continentia est bonum privatum, quod non est tantum bonum sicut bonum commune. — Hæc ille.

III Argumenta Durandi. — Primo ad idem arguit Durandus (dist, 38, q. 2). Quia huic dispensationi non obstat nisi excellentia materiæ, si non possit fieri recompensatio; vel solemnitas adhibita. Sed neutrum istorum potest obstare. Ergo, etc. Minor probatur quoad ulramque pariem. Et quidem, quod primum non obstet, ostenditur. Fuerunt enim quidam dicentes quod in volo continentiæ non potest dispensari propter excellentiam materiæ : quia omnis dispensatio in volo requirit recompensationem; sed continentia non potest per bonum aliquod compensari, secundum illud quod habetur, *Eccli.* 26 (v.20), *Non est digna ponderatio animai continentis,* et quia per earn triumphat homo de hoste domestico, et perfectius conformatur homo Christo quantum ad puritatem mentis el corporis; ergo in voto continentiæ non potest dispensari, propter defectum compensationis. — Sed istud non valet : quia virginitas, vel continentia, non est aliquid bonum secundum se, sed solum medicina, quatenus (a) impedientia liberam contemplationem divinorum removet;ad hoc enim ordinatur, ut patet per Apostolum, 1. *Corinth.* 7 (v. 34). Ex hoc sic arguitur : Finis est melior his quæ sunt ad finem. Sed contemplatio est finis virginitatis, vel continentiæ. Ergo est aliquid melius utroque. Cum ergo possit dispensari in voto contemplationis, vel orationis, non obstante ejus dignitate, fortiori ratione potest dispensari in volo continentiæ. Nec obstat quod dicitur, quod *non est digna,* etc. Quia hoc est verum de bonis exterioribus vel corporalibus pertinentibus ad privatam personam; sed tonum spirituale, vel bonum commune gentis vel regni, pneponderat bono continentiæ. Magis etiam conformamur Deo per bonum contemplationis, quod pertinet ad animam, quam per bonum continentiæ, quod perlinet ad corpus. Patet ergo prima pars minoris, quod votum continentiæ non est indispensable (6) ratione materiæ.

Quod autem non sit indispensabile ratione solemnitatis (quod fuit secunda pars minoris), probatur. Ubi sciendum quod quidam dicunt quod tale votum est indispensabile ratione solemnitatis : quia, sicut habetur, *Levitici* ultimo (v. 28), quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios usus commutari; sed per solemne votum continentiæ, saltem in religionis professione, et sacri ordinis susceptione, sanctificatur quis Domino; el semel sanclificatus semper manet sanctificabis; ergo non potest deputari ad alios usus, et maxime contrarios, ut est usus matrimonii. Major palet exauctoritate allegata. Minorem declarant quantum ad utramque sui partem. Quia solemnitas adhibetur unicuique rei secundum illius rei conditionem : sicut solemnitas militiæ consistit in apparatu equorum et armorum, et concursu militum, quia hocmilitiæ congruit; et solemnitas nuptiarum consistit in ornatu sponsi et sponsæ, et conventu amicorum, quæ nuptiis congruunt (γ); et similiter, cum votum sit promissio Deo facta, solemnitas voti accipitur secundum illud spirituale quod ad Deum pertinet, scilicet secundum aliquam specialem benedictionem, vel consecrationem, quorum utrumque fit in professione certæ regulæ, el sacri ordinis susceptione. Sic autem consecratus nunquam consecrationem amittit, quamdiu manet: quia in rebus inanimatis idem patet; calix enim semel consecratus, quamdiu manet integer, semper remanet consecratus; nec est in potestate pralati cujuscumque, quod semel consecratum desinat esse consecratum. Et sic patet minor pro utraque parte. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod consecratus

(a) Primo. — Om. Pr.
(«) *ai.* — ewt Pr

( ) quatenuj. — *contra* Pr.
( ) *mditpenjqbile.* — *diipcniabite* Pr.
(γ) *congruunt.* — *congruant* Pr.

Domino per solemne votum continentiæ non potest per quemcumque pradalum ad usus matrimonii deputari. Hoc tamen interest, ut isti dicunt, inter solemnizationeia voti per susceptionem sacri ordinis, el per professionem religionis : quia solemnitali ordinis non est annexum votum continentiæ essentialiter, sed solum ex statuto Ecclesiæ, propter (α) quod, votum continentiæ se habet ad eam accidentaliter, et econtra; el ideo in tali volo potest dispensari per Ecclesiam, non obstante consecratione. cui non conjungitur votum per se; sed votum continentiæ essentiale e$t statui religionis, per quem homo totaliter renuntiat sæculo, Dei servitio mancipatus, quod non potest stare simul cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procuranda: uxoris, et prolis, et familiæ, et rerum quæ ad hoc requiruntur; et ideo consecratio quæ fit in professione religionis, habet essentialiter annexum votum continentiæ; propter quod, sicul non potest fieri quod semel consecratus Deo per professionem religionis non maneat consecratus, sic non potest fieri quod, post votum continentiæ tali benedictione consecratum, professus possit transferri ad contrarium actum matrimonii. — Sed, quidquid sit de ista conclusione, ratio tamen ista non cogit. Quod enirn dicitur in majori, quod illud quod semel est Domino consecratum, non potest in alios usus commutari, verum est passim et indifferenter. Potest tamen in casu, pro magna necessitate; unde David, et qui cum eo erant, comederunt panes Domino consecratos, nec peccaverunt, quia necessitas excusavit eos, ut habetur, 1. *Regum* 21; et hodie, si quis laicus periculose sitiret, nec haberet cum quo biberet nisi cum calice consecrato, non peccaret si in eo biberet. Et si in talibus excusat necessitas personalis, fortiori ratione utilitas communis. El similiter videretur dicendum in proposito : quod consecratus Domino per votum continentiæ solemnizatum posset dispensative tradi ad matrimonium, propter bonum commune. — Quod etiam dicitur in minori, quod per solemne votum continentiæ consecratur quis Domino, — posset dici quod illa consecratio qua· Iit in sacri ordinis susceptione el professione religionis, omnino per accidens se habet ad votum continentiæ. Et hoc ipsi concedunt de consecratione quæ est in susceptione sacri ordinis Idem etiam videtur de benedictione quæ est in professione religionis: quia ad professionem nulla benedictio ex necessitate requiritur, sed solum emissio voti in manu prælati; el quia (6), si nulla adderetur benedictio, vera esset professio, et æque obligaret apud Deum et homines sicul habita benedictione, quemadmodum dicitur de eo qui manet in religione anno probationis transacto, qui reputatur vere professus, absque benedictione aliqua. Quando etiam benedictio additur, illa magis respicit bonum vel votum obedientiæ quam continentia» : quia est benedictio habitus, qui est signum quod deferentes similem habitum vivunt in simili obedienlia. Propter quod, videtur quod, sicut potest dispensari in votocontinentiæ solemnizato per susceptionem sacri ordinis, ita quando solemnizatur per professionem religionis.

Secundo ad idem. Quod enim solemnizatio voti non obstet quin tale sit dispensabile, patet, considerando quid solemnitas addat ad votum. Addit enim solurn quamdam perfectionem accidentalem. Sicut enim in sacramentis et cadaris rebus differunt ea quæ sunt de necessitate ab bis quæ sunt de solemniLite, ita in votis, Utrubique enim res est perfecta essentialiter, exclusa solernnitate : ita quod solemnitas non addit nisi quemdam decorem accidentalem. Cum ergo votum sit essentialiter quædam promissio, ac per hoc quædam obligatio, quidquid obligationis est in voto, totum est ibi, exclusa solemnitate. Est autem in volo duplex obligatio. Una solius promissionis, post quam res non debet alteri tradi; et hæc sola est in voto simplici. Alia est promissionis et traditionis rei promissæ, post quam res non potest alteri tradi, cum primus jam ait adeptus dominium rei; et hæc est in voto perfecto. Essentialiter enim perficitur votum, cum sit quædam promissio, in hoc quod res promissa traditur. Et ex hoc habet votum quod dirimat matrimonium jam contractum, etiamsi nulla solemnitas adderetur; quæ, quando additur, nihil obligationis addit, sed solum quemdam decorem. Ex quo sic potest argui : Illud sine quo votum est essentialiter perfectum, nec addit voto aliquam obligationem, non impedit quin in volo possit fieri dispensatio. Sed solemnitas voti est hujusmodi, ut declaratum est. Ergo non impedit quin in volo continentiæ, quantumcumque sulemnizato, possit dispensari.

Secundo ad principale arguitur. Quia, secundum Bernardum, quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet. Sed, si non posset dispensari in solemn! volo continentiæ, tunc aliquando militaret contra charitatem , sicut quando pro dispensatione pax unius regni posset acquiri. Ergo in tali casu posset dispensari.

IV. Argumenta Petri de Palude. — Contra eamdem arguil Petrus de Palude,probando primo (α) quod Papa possit dispensare in solemni voto religionis. Quia qua ratione obligatiu ad actum matrimonialem non est essentialis matrimonio, eadem ratione obligari ad castitatem non est essentiale ad religionem. Sed, sicut in matrimonio est ipse contractus transiens, ex quo causatur vinculum, quod est essentiale matrimonio, ad quod consequitur

(a) *propter,* — Om. Pr.
(C) *quia. — ɖu* Pr.

(λ) primo, — OüU Pr.

obligatio ad reddendum debitum, et jus petendi, quasi actio; sic, in religione, est ipsa professio quasi contractus facti transiens, ex qua innascitur vinculum ml ipsam religionem, per quod, quamdiu vivit, dicitur religiosus talis religionis, sicul conjux talis conjugis : nisi quod vinculum matrimoniale est quædam vera res absoluta, vel respecti va, sicul character el ornatus in aliis sacramentis; vinculum autem religionis non esi res, sed relalio rationis, sicul esse consecratum in calice vel altari. Item, ipsam essentiam religionis consequitur obligatio ad actus religionis etiam positivos, ut est obedire, el privativos, ul est non habere proprium, el non uti conjugio; sicut obligatio ad actum conjugii sequitur vinculum conjugii : nisi quod in matrimonio obligatio est firmata dejuro divino, non solum secundum se, sed secundum quod est accessoria sacramenti a Deo instituti; sed obligatio ad ea quæ sunt religionis, esi quidem de jure divino secundum se (quia dicil, Psalm. 75, v. 12 («) : Vovete *et reddite Domino Deo vestro), el* non ratione ejus quod sequitur, quod non est sacramentum, sed quædam consecratio ab homine adin venta; sicul non uti calice ad usus profanos, secundum se, supposita consecratione, esi de jure divino (quia prohibet sancta profanari), sed non ratione consecrationis, quæ est per hominem, lia (δ), sicut Papa potest dispensare ut calix vendatur, eliam non conflatus, sic et quod monachus, manens monachus, uxoretur : quia supra votum simplex non fit per professionem nisi quod est positivum; sed in voto simplici potest Papa dispensare; ergo et in isto ratione voti; sed obligationem, prout est ex sacramento Ecclesiæ, potest ipse remittere; ergo et totalem.

Secundo, quod Papa possit dispensare in voto continentis soteinnizato per professionem, sic quod matrimonium postea contractum teneat, arguit (dist. 38, q. i). Quia Papa statuit illud quod ipse, cum vult, destituit. Unde, sicut jiotest facere quod matrimonium teneat in gradu ab Ecclesia prohibito, ita ct quod teneat post professionem, cujus solemnitas est per Ecclesiam instituta, qu® facit tales personas inhabiles. Non enirn substantia voti facit personam illegitimam, quæ est a jure naturali vel divino; sed solemnitas, quæ est per Ecclesiam. Et potest esse sufficiens causa dispensandi : ut si (γ) sarrncenus rex cum lota terra promittat conversionem, si sanctimonialis sibi detur, cujus amore captus est (sicut Jacob (Genes. 34) consensit dare Dinarn filio regis Sichem alienigenæ, propter circumcisionem); aut si regina concupiscens monachum similiter (sic eniiq Moyses *(Exod.* 2) duxit uxorem æthiopissam alienigenam). Et quod hoc jiossit licere, patet : quia, licet Papa non possit facere quod professus non fuerit professus, potest larnen facere quod non sit obligatus religioni, nec ad vola religionis; quia in omni obligatione intelligilur auctoritas Papæ excepta; sicut non potest facere quod calix non fuerit consecratus, sed bene potest ipsum deordinare ab hoc quod per consecrationem erat dedicatus; ut si prohibeat quod cum calice sancti Dionysii non celebretur, in memoriam el reverentiam illius. Unde non erit monachus obligatus ad castitatem, si Papa irritat obligationem, tanquam Ecclesiæcontrariam, et majoris boni impedimentum; et per consequens poterit contrahere; et sic de aliis volis (sicut fecit regi Aragonum prius monacho, quem, propter defectum hæresis, compulit exire monasterium, et ad matrimonium contrahendum ; qui uxoratus, fuit liberatus a volo castitatis; unde nec post mortem uxoris tenebatur continere, et paupertatem habere; unde filios hæredes habuit; nec per consequens obedire, quia non potest tolli unum de essentialibus, quin tollantur alia, secundum quosdam; unde quod ipse, uxore impnegnata, rediit ad monasterium, fuit perfectionis). El, secundum hoc, potest dici ad Decretalem *(de Statu monachorum,* etc., cap. 0), quod verum est quod, quamdiu obligatus est regulæ, non potest sibi dari licentia; quia castitas est sibi annexa. Unde, cum monachus fit Episcopus, non habet proprium; nec potest testari, nisi de privilege speciali. Nec est liberatus ab obcdienlia; unde, si, resignans episcopatui, redeat ad claustrum, tenetur obedire, sine nova professione; sicut patet in Raymundo(a), qui, postquam resignavit, invitus factus est Magister ordinis. Per hoc etiam patet quod Papa potest de regularibus facere sæculared.

Tertio probat quod Papa potest simpliciter facere de monacho non monachum. Quia esse monachum essentialiter est esse obligatum ad tria vota, per talem modum profitendi. Licet autem Papa non possit facere quod iste non fuerit sic obligatus, quia nec Deus posset ; potest tamen facere quod qui sic fuit obligatus, non plus sil obligatus. Quia : aut hoc prohibet votum, vel jus divinum; aul statutum humanum. Non primum ; quia in voto, ut votum est, Papa potest dispensare. Nec eliam statutum humanum; quia omne statutum juris positivi amovere potest. Sicut ergo Papa potest facere quod religiosus non sil obligatus ad silentium vel ad abstinentiam,

(a) *Ptalm, 15,* v. /2. — Om. Pr.
(C) *quod.* — Ad. Pr.
(v) fi. — Om. Pr.

(a) Petrus dc Palude videtur opinari S. Ra)mundum de Pcnnnforte, O. P.. Episcopum fuisse, et, post renuntiationem, ad claustrum rediisse. Revera nunquam fuit Episcopus S. Raymundus; sed oblatam sibi a Gregorio IX episcopalem dignitatem, nullatenus acceptera voluit. Anno 1238, Magister Ordinis electus est, sed post biennium magisterio cedens, ad conventum Darchinonensem rediit, ubi piissime obdormivit in Domino, anno ab Incarnatione Verbi 1275. Cfr. *Raymundiana*, fasc. 1.

ita potest facere quod non sil obligatus ad (a) paupertatem aut castitatem vel ubedienliarn : quia, licet ista vota dicantur substantialia religionis plus quam alia (ex hoc quod sine istis non est religio, quæ posset esse sine aliis), nihilominus tamen, (piando in regula et statutis continentur alia sicut ista, æque sunt essentialia religioni illa sicut ista, (alias una religio non differret essentialiter ab alia, cum omnis religio contineat ista tria, el multa· æqualiter); qua ergo ratione Papa potest dispensare in illis, ita et in istis. Istis autem Iribus amotis, non stat religio. Ergo Papa potest facere de monacho non monachum.

Si dicatur quod ratio non valet, quia aliquis pnelatus dispensat in silentio, qui non dispensat in castitate; — dicendum quod hoc non valet. Quia illa dispensatio est secundum regulam sibi commissa (C), el non ista; Papa vero dispensat non quia committitur sibi in regula, sed jure suo, tanquam ille in cujus præjudicium nihil potuit promitti ; et qua ratione Papa potest dispensare in omnibus essentialibus ejusdem, fortiori ratione in uno vel duobus. Sed verum est quod tunc non manet monachus, si aut ab omnibus vel aliquibus absolvatur; quia tria illa sunt de essentia monachatus.

Quarto arguit. Quia rationes pro parte opposita, et instantia» contra praedicta, non valent. Quod enim in voto continentiæ solemnizato per professionem religionis Papa non possit dispensare, arguunt aliqui (juadrnpliciter. *Primo.* Quia abdicatio proprietatis el custodia castitatis adeo sunt annexa regulæ monachal!, ut contra eam nec Summus Pontifex valeat licentiam indulgere. Extra, *De statu monachorum,* etc., cap. (γ). *Cum ad monasterium,* in fine. — *Secundo.* Quia consecrata perpetuo durant consecrata, quamdiu et illa» ros. — *Tertio.* Quia Papa non potest dispensare in matrimunio non consummato. Sed professio solvit matrimonium non consummatum ; et sic est fortius vinculum, el per consequens minus dispensabile. *Quarto.* Quia, si Papa posset in solemni volo continentiæ dispensare, tunc iste cum quo dispensaret, posset licite ad secutum reverti, et contrahere matrimonium. Sed jionamus quod intrasset religionem post matrimonium initiatum et non consummatum, et. eo professo, uxor ejus contraxisset cum alio, tunc sequeretur quod aliquis, vivente uxore legitima, posset cum alia contrahere. Hoc autem non videtur. Quare, etc.

Sed ista· instantia· non valent. Non quidem *prima.* Quia dicitur quod Papa non jxissel dispensare, sed irritare; vel non potest dispensare quamdiu ille manet monachus, quia essentialiter est hoc illi annexum ; sed Papa potest facere de monacho non monachum. — Similiter nec *secunda* valet. Quia dicitur quo<] solemnitas voti, prout dirimit matrimonium post contractum, quoad istum effectum est per Ecclesiam, quæ statuit tales personas inhabiles. Et sic debet intelligi illud, *De voto,* cap. 1, lib. 6 : alias falsum esset, si intelhgerotur quod essentia sua esset |M»r Ecclesiam ; cum sacer ordo, qui est verum sacramentum, non sit per Ecclesiam; sed quod irritet matrimonium, est annexum utrique ex statuto Ecclesiæ, et non de jure naturali, quo solum paler et mater sunt inhabiles, nec de lege divino. Licet autem non possit fieri quin consecratum fuerit consecratum, potest tamen fieri quod ex consecratione non consequatur illud quod ex solo statuto Ecclesiæ ipsum consequitur, cujusmodi est esse inhabile ad matrimonium. — Ulterius *tertia instantia* non valet. Quia dicitur quod professio solvit vinculum matrimonii non consummati, non ex statuto Ecclesiæ, sed ex hoc quod est mors civilis. Unde profiteri vitam eremiticam solvit matrimonium, sicul profiteri vitam cœnobiticam. Potest autem Papa dispensare in morte civili, quia potest eremitam cogere ad episcopatum redire. Ideo, etc. Item, quia in morte civili non est aliquod reale amovendum, sicut est in matrimonio; ideo ex statuto Dei est quod mors civilis, quæ est dispensabitis per hominem, tollat matrimonium indispensable (3) per hominem. — Denique *quarta* non valet. Quia dicitur quod, sicut non est inconveniens, post matrimonium consummatum, alterum mori, el sic matrimonium solvi, ct nihilominus, si mortuus suscitaretur, posset contrahere cum alia, prima vivente; et sic non est inconveniens quod, post matrimonium initiatum, per ingressum religionis ct per mortem spiritualem solutum, si religiosus per dispensationem suscitetur ad vitam civilem, quod contrahat cum alia, prima vivente; nec propter hoc habet plures uxores, sed unam tantum, quia cum prima fuit solutum matrimonium. — Hæc Petrus.

V. Argumenta Godofridi. — Ad idem arguit Godofridus, undecimo *Quodlibeto,* q. 17 (C), dicens quod ad reformatinnem pacis, ubi immineret periculum, vel perturbatio Ecclesiæ» vel in aliquo tali casu, potest dispensari in tali voto. Quia, si non posset : aut hoc est quia non potest recompensari per æque bonum, \el melius; aut propter votum; aut propter solemnilatem voti. Sed nullum istorum impedit.

Primum non. Quia virginitas, vel continentia monachalis, non est de essentia virtutis continentia·, sed est quidam gradus accidentalis superadditus; sicul abstinere a carnibus non est de essentia ejus

(a) a verbo ifkmiiwn usque ad *ŏbligatu ad,* om. Pr.
(C) *cumuiiua. — committam* Pr.
(T) etc., cap. — Om Pr.

( ) tndiipentalnle. — duperwabile Pr.
( ) In codice Godofridi qui servatur in Bibliotheca Vaticana (lit. 1031), h:rc reponuntur. *Quodlibcto* 4, q. 17.

in quo principaliter consistit virtus abstinentiæ, sed est quoddatn accidentale additum; propter quod castitas «Iohannis non præfertur matrimonio Abra lue. Vitare autem periculum discordio» ex qua posset conturbari pax Ecclesia», et reformare pacem, in tali casu est salis majus bonum quam illud accidentale superadditum super bonum continentia» conjugalis. Bonum enim commune melius est et divinius quam bonum singularis persona», adeo quod oportet (a) actus majoris perfectionis de se intermittere, scilicet actus vito» contemplativa», ut exerceantur actus minus perfecti, scilicet actus vitæ aelivæ, propter bonum commune. Nec est contra hoc quod dicitur, Ecc/csiash 26 (v. 20), *Non est digna ponderatio continentis anima :* tum quia ibi non accipitur continentia pro speciali virtute, sed pro omni; tum quia matrimonium non tollit bonum continentiae simpliciter, sed tantum quantum ad illum gradum accidentalem.

Secundum etiam non impedit, scilicet obligatio voti. Quia votum fatuum non obligat. Sed, si aliquis sic voveret servare aliquid, quod, si totus mundus periret, non dimitteret, fatuum esset. Ergo non obligaret tale votum. Sufficit enim quod propter proprium commodum, vel propria sponte non intendat quod vovit mulare. Ille etiam cujus est discernere in quo casu expedit servare votum, potest in dispensatione voti, Extra, *Dc jurejurando,* cap. (C) *Venientes.*

Tertium etiam non impedit, scilicet solemnizalio. *Primo.* Quia omne illud quod ex statuto Ecclesia» habel vigorem, per Ecclesiam potest mutari, et in eo Papa potest dispensare. Sed omnes solemnizaliones ct omnes religiones superaddite religioni Christians habent vigorem ex confirmatione Ecclesia». Ergo etc. Sicut enim continentia annexa ordini sacro est ex statuto Ecclesia», ita etiam dicta solemnizalio; propter quod ila potest dispensari in uno, sicut in alio. — *Secundo.* Quia nulla sanctificatio cujuslibet religionis ab homine conficte debet præjudicare religioni christianæ, in qua imprimitur aliquid indelebile in anima. Sed, si talis sanctificatio impediret matrimonium per quod tolleretur perturbatio Ecclesia» et religionis Christiana», tunc pnejudicaret religioni Christiana». Ergo, etc. — *Tertio.* Quia sanctificatio qua aliquid deputatur cultui divino, licet repugnet actibus contrariis, scilicet inhonestis el vitiosis, non tamen repugnat actibus honestis in casu necessitatis exercendis, licet sint simpliciter minus boni quam actus religionis, scilicet actus contemplationis : sicut patet quod Episcopi, propter necessitatem communitatis, tenentur intermittere actus contemplationis, ut vacent actibus vitæ aelivæ; et religiosus, in necessitate patris, teneretur inier-

is) adeo *quod oportet. — quod oportet adeo* Pr.
(S) *cap.* — Om. Pr.

mittere observantias religionis, propter laborem manuum, ad subveniendum patri. Sed actus matrimonii sunt actus honesti, licet non sint ita boni sicut actus religiosorum,simpliciter loquendo;tamen in casu tanta? necessitatis essent magis boni, et magis necessarii,quam actus religiosorum. Ergo sanctificatio religionis non impedit quin in aliquo casu tanta» necessitatis posset dispensari cum religioso quod matrimonium contrahat. Decretalis autem illa, *De statu monachorum,* cap. (x) *Cum ad monasterium,* non dicil impossibilitatem, sed notat difficultatem ; sicut dicitur non posse fieri, quod non sine magna causa potest fieri. — Hæc ille.

VI. Argumentum Henrici.— Ad idem arguit Ilenricus, quinto *Quodlibeto,* q. 28. Quod, inquit, alii dicunt, quod semel sanctificatum Deo non potest in alios usus mutari, ut dicitur, *Levitici* ultimo, quia non potest fieri ut sanctificatum sanctificationem amittat, ut patet in calice; solemnitos autem voti consistit in quadam consecratione, qua anima Deo sanctificatur; et ideo non potest non esse sanctificato, sicut semel factus sacerdos non potest non esse sacerdos; el sic Papa in voto continentia» dispensare non potest, nisi quando est accidentaliter annexa voto, ut patet in sacro ordine; tunc enim Papa potest dispensare; non autem quando essentialiter est annexa, ut in voto religionis; — hoc, inquam, non valet. Quia sanctificatum non potest mutari in alios usus contrarios, per dispensationem potest tamen mutari in usum magis proficuum, in quo virtute salvat votum; ut si, urgente necessitate, lapides altaris in alium usum converterentur. Nec est differentia, sive essentialiter, sive accidentaliter sit annexa volo : quia, qualitercumque quis obliget se voto, vel juramento, semper inlelligitur excepta auctoritas superioris, ut, Extra, *De jurejurando,* cap. (Ç) *Venientes.* Sciendum tamen quod in malo quod avertit a fine (ut est peccatum mortale), vel retrahit (ut est veniale), non cadit dispensatio, nec Dei, nec hominis : quia, sicut Deus in se peccare non potest, ita nec creatura se avertere, nec retrahere. Aliud autem est malum, quia est occasio mali (ut est usus divitiarum et temporalium); super quo malo cavendo inducta sunt statuta legis positiva. Quorum quædam sunt immediate a Deo, ut sacramenta, et alia quæ perlinent ad credenda; el in tolibus solus Deus dispensat. Alia sunt instituta per hominem ; et illa habent dispensationem pro loco et tempore. Et ideo, quia vivere in matrimonio vel extra, habere temporalia vel non, sunt ab institutione humana, nec contrariantur juri divino vel naturali, in talibus dispensare potest, immo debet, cum videt hoc esse bonum reipublica». — Hæc ille, in forma.

(a) *cap.* — Qm. Pr.
(€) cap. — Om. Pr.

§ 3. — Contra tertiam conclusionem

Argumenta Scoti. — Contra tertiam conclu·sionem arguit Scotus (dist. 37, q. 1), prolando quod non ideo matrimonium impeditur per sacros ordines, quin habent annexum votum continentiæ. Quia id votum : aut sic est (a) annexum, quod illud vovet suscipiens; aut tantummodo quia ex pneceplo Ecclesiæ est quasi annexum, quia teneretur servare ac si voveret. Non primo modo : quia nullus vovens vovet nolitum; sed iste suscipiens ordinem sacrum, explicite habel in voluntate non continere, ut est possibile; ergo ipse non vovet continentiam. Si dicas quod vovet in facto quod facit in suscipiendo ordinem sacrum, quia antiqui patres latini (6) voverunt, et iste suscipit simile signum; — Contra : Nullus tenetur ex voto ad votum factum ab alio, si habet votum contrarium. Praterea, suscipiunt Orientales idem signum, et tamen sine voto castitatis. Si secundo modo; ergo contrahens simpliciter contrahit. Probatur : Extra, *Dc matrimonio contra interdictum Ecclesiæ contracto,* cap. (γ) *Ex litteris : Licet contra interdictum transire ad secunda vota non debuerit, non est tamen conveniens Ut hoc sacramentum conjugii dissolvatur. Alia tamen pœnitentia debet eis imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.* Ergo,si tantummodo est annexum votum continentis ordini sacro ex pnecepto Ecclesiæ, sequitur quod non simpliciter illegitimat ad contrahendum. Universaliter enim in jure statutum prohibens hoc fieri, non illegitimat, nisi contineat talem sententiam : Si *contractum fuerit, dirimatur,* vel : Si *copulati fuerint, non sunt aliqualiter copulandi.* — Hæc ille.

Et in hoc secundus articulus terminatur.

ARTICULUS III.

PONUNTUII SOLUTIONES

§ 1. — Ad ARGUMENTA CONTRA PRIMAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Aureoli. — Quantum ad tertium articulum, respondendum est objectionibus supradictis. Et quidem,

Ad primum Aureoli contra primam conclusionem, dicitur quod illud non aliud concludit nisi quod nullus homo potest disjiensare super pluralitate simullanea uxorum ; non autem concludit quin Deus super hoc possit dispensare, nec quin ejus auctoritate pluralitas uxorum aliquando fuerit, aut in futurum jiossil esse licita. El ad hunc intellectum arguit Petrus de Palude, disl. 33, q. 1, art. 1, conci. 3, quod, « in lege nova, de nullius licentia, talis pluralitas liceat, etiam uxore sterili consentiente, el Papa dispensanto. › Quod dicit patere tripliciter. « *Primo,* per illud quod habetur, Matth. 19 (v.9) : *Quicumque dimiserit uxorem, ct aliam duxerit, moechatur.* Si ergo, dimissa uxore, non licet aliam ducere, multo minus ipsa retenta : quia magis licet habere unam uxorem post aliam, quam duas simul. Sed ad hoc dicunt quidam, quod loquitur quando, uxore dimissa, ipsa invita, in ejus praejudicium alia superinducitur; non nutem quando hoc fit ipsius voluntate. Sed hæc solutio non valet. Quia plus licet facere viro contra bonum matrimonii, uxore fornicante et invita, quam non fornicante et voluntaria : quia, ipsa fornicante et invita, licet vino intrare religionem, vel suscipere sacramentum ordinis, si non est bigamus, etiam si illa sil suspecta de incontinentia, sicut patet per effectum; non tamen de licentia ipsius castæ hoc licet. Si ergo, uxore fornicante, non licet aliam superinducere, etiam si ipsa esi sterilis, mullo minus nec ipsa licentiante. — Secundo. Quia Christus reduxit matrimonium ad primam ejus institutionem, quando dixit (Matth. 19, v. 8) : .46 *initio non fuit sic.* Sed tunc dictum est *(Genes.* 2, v. 24) : *Erunt duo* in *carne una,* non 1res, vel quatuor; *ct adhærebit uxori eux,* non duabus, vel Iribus. Ergo contra hoc non valet assensus privatorum, nec dispensatio hominis. — Sed ad istam rationem dicunt quidam, quod natura humana fuit primitus instituta non solum quantum ad ea quæ sunt necessitatis, sed quantum ad multa quæ sunt perfectionis : sicut matrimonium tunc fuit institutum secundum statum suum optimum ; a quo tamen, si deficeret, non propter hoc esset malum aut illicitum ; non enim omne quod deficit ab optimo, est malum ; est enim in bonis dare bonum et melius, sicut in malis est dare malum et pejus. Optimus ergo status matrimonii est unius cum una: sed non est malus unius cum pluribus, si subsit causa. Non esset eigo omnino contra rationem, si quis diceret quod, si Papa dispensat in solemni volo continentia» propter Imnurn commune, sic et in proposito. —Sed advertendum quod istud non semper licuit. Unde ante Abraham non fuit dispensatum ; nec ab Abraham usque ad Moyseu sine inspiratione (s) ad patres; undo Abraham simul habuit Sarai el Agar, Deo dispensante. Sed non fuit dispensatum cum aliis a genere Abraham : quia non solum propter multiplicationem sobolis (alias ante diluvium aut statim post fuisset concessum, cum nec filiis Noe nec Lamech licuerit); sed propter augmentum cultus divini, quod non orat in aliis gentibus, sicut et circumcisio. Item, a Moyse usque ad Christum non solum licuit

(a) tie *e»t,* — «i/ Pr.
(€) /a/ini. — ſatiu Pr.
(γ) *cap.* — Om. Pr.

(a) *nec ab Abraham usque ad Moyten sine inspiration* — uncte *ad Abraham usque ad Moytcn non fuit inspiratio* nili Pr.

regibus, immo etiam sacerdotibus, quia de utraque tribu Christus erat nasciturus; et Salomoni, de (pio Christus erat nasciturus, Moyses legislator non prohibuit, sicut nec fecit Helcana, sub lege, qui non erat de tribu regali, nec etiam sacerdotali; et, Deu·*teronom.* 21, de uxore odiosa et dilecta agendo, supponitur tunc licitum fuisse habere piures uxores, puta propter sterilitatem; sed (a) magis iit mentio de rege, qui piures potest tenere. In lege autem evnngelica, nunquam licuit, nec licebit. NecJudæis nec aliis modo licet, Lege autem civili, eum qui binas uxores habuerit, concomitatur infamia. Unde nunquam (6) licuit, nisi propter multiplicationem divini cultus,qui tunc fiebat perca rnis propagationem. Unde, cum modo fit multiplicatio cultus divini per generationem spiritualem, inde est quod matrimonia restringenda sunt, et non amplianda. — *Tertia ratio* specialis quare minus potest hoc fieri nunc quam tunc, est, quia, sicut sponsalia communi consensu facta, auctoritate Ecclesiæ dissolvuntur, ut alias copulas requirunt, quia non est ibi aliifuod vinculum sacramenti; sic (γ), ante legem novam, non erat aliquod vinculum realein matrimonio, sed pura relatio rationis. Sicut ex hoc quod aliquis dat se in servum, a quo potest manumitti el liber fieri ; sic, in sacramentis illius legis, nec character, nec aliquid hujusmodi imprimebatur. El ideo, nisi quia matrimonium erat a Deo institutum, propria voluntate potuisset dissolvi. Unde, secundum leges Gentilium (6), qui considerabant matrimonium solum ut quemdam contractum, indifferenter sibi poterant dare libellum repudii. Sed quod Deus conjunxit, homo non separet. Unde non licclmt nisi Dei auctoritate, non propter vinculum reale, sed Dei ordinatione, qui nolebat matrimonium dissolvi, nec piures uxores simul haberi, nisi dispensative. Nunc autem, sicut in aliis sacramentis imprimitur character indelebilis, sic et in matrimonio vinculum usque ad mortem naturalem vel civilem. Unde, quia ligamen manens impedit cum alia contrahere, Papa (c), qui hoc ligamen amovere non potest, dispensare non potest. » — Hæc Petrus, in forma; et bene, et conformiter sancio Thomæ, dist. 33, q. 1, ari. 2, in solutione quarti argumenti, ubi sic dicit : « Veniente Christo, fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes gentes spirituali propagatione diffusus est. Et ideo non est eadem ratio dispensationis nunc, quæ eral ante Christi adventum, quando cultus Dei propagatione carnali multiplicabalurel conservabalur.a—Hæc ille.— Item, ibidem, in solutionesecundi,sicdicit: «Inquadamdecre-(*) tali, *De divortiis* (cap. *Gaudemus),* dicitur quod nunquam licuit alicui habere piures uxores sine dispensatione per divinam inspirationem habita. Nec tamen talis dispensatio datur contra rationes quas Deus natura inseruit, sed prater eas : quia illæ rationes non sunt ordinatæ ad semper, sed in pluribus; sicut etiam non est contra naturam quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculose, prater ea quæ frequenter solent evenire, d —Hæc ille.

Ad intellectum hujus solutionis facit probatio secundæ partis hujus conclusionis; et similiter illud quod dicit sanctus Thomas, dist. 33, q. 2, ari. 2, in solutione primæ quæstiunculæ, ubi sic dicil : α Dispensatio in praceplis, pracipue quæ sunl aliquo modo legis natura, est sicut mutatio cursus rei naturalis. Qui quidem potest mutari dupliciter· Uno modo, ex aliqua causa naturali, per quam alia causa naturalis impeditur a cursu suo; sicut est in omnibus quæ in minori parte casualiter accidunt in natura; sed per hunc modum non variatur cursus rerum naturalium quæ sunl semper, sed quæ frequenter. Alio rnodo, per causam penitus supernaluralem, sicut in miraculis; et hoc modo potest mulari cursus naturalis non solum qui est ordinatus ut sit frequenter, sed etiam qui est ordinatus ut sit semper; ut patet in statione solis tempore Josue, el reditu ejus tempore Ezechiæ, et de eclipsi miraculose tempore passionis Christi. Hiec etiam ratio dispensationis m praceptis legis natura quandoque est in causis inferioribus; el sic dispensatio cadere potest supra secunda praecepta legis natura, non autem supra prima; quia illa sunt quasi exsistentia semper. Aliquando autem est tantum in causis superioribus; ct tunc potest esse dispensatio divinitus, etiam contra prima pracepla legis natura, ratione alicujus divini mysterii significandi vel ostendendi; sicut palet de dispensatione præcepti Abrahæ facti de occisione filii innocentis. Tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad aliquas singulares personas, sicut etiam dc miraculis accidit. » — Hæc ille. — Et applicat ad separabilitatem matrimonii, et pluralitatem uxorum. Ex quibus patet ad primum argumentum.

Ad secundum dicitur quod, si major intelligatur universaliter, tam de prasenti quam de pneterilo(a\ falsa est : quia nulla lege fuit permissa pluralitas maritorum, sicut fuit permissa pluralitas uxorum; ideo non est omnimoda æqualitas hinc.et inde. De hoc beatus Thomas, dist. 33, q. 1, arl.1, arguit sic, octavo loco : « De lege natura est,*Quod tibi non vis fieri, alteri* ne *feceris.* Sed vir nullo modo vellet quod uxor alium virum haberet. Ergo vir contra legem natura faceret, si aliam uxorem superinduceret. › Ecce argumentum. Sequitur responsio :

(*) *Itd* — vel «i Pr.
(6) *Unde nunquam. — Nec umjuani Pr.*
(7) nc — fteul Pr.
(Î) *Gentilium. — Gentiles* Pr.
(t) *Papa. — proplerca* Pr.

(a) *prtetento. — potentials* Pr.

α Illud, inquit, præceptum, *Quod libi non vis fieri, alteri nc feceris,* inlelligi debet, eadem proportione eervala. Non enim· si pradatus non vult sibi resisti a sublito, ipse subdito resistere non debet. Et ideo non oportet quod ex vi illius præcepti, si vir non vult quod uxor sua habeat alium virum, quod ipse non habeat aliam uxorem : quia unum virum habere piures uxores, non est contra prima pnecepta legis naturas; sed unam uxorem habere piures viros, ost contra prima pnecepta legis nalune, eo quod per hoc, quantum ad aliquid, totaliter tollitur, ct, quantum ad aliquid, impeditur bonum prolis, quod est principalis finis. In l>ono enim prolis intelligitur non solum procreatio, sed etiam educatio. Ipsa autem procreatio prolis, etsi non totaliter tollatur, quia contingit post primam impraegnationem iterum mulierem impraegnari, ut dicitur, 7. *de Animalibus* (cap. 4), tamen mullum impeditur : quia vix potest accidere (juin corruptio accidat quantum ad utrumque fœlum, vel quantum ad alterum. Sed educatio totaliter tollitur : quia ex hoc quod una mulier haberet piures maritos, sequeretur incertitude prolis respectu patris, cujus cura necessaria est in educando. Et ideo nulla lege aut consuetudine est permissum unam uxorem habere piures viros, sicut e converso. » — Hæc ille.

Ad tertium respondet sanctus Thomas ibidem (dist. 33, q. 1, art. 1). Arguit enim sic, septimo loco : α Contra legem nature est quod homo se ad impossibile obliget; et ul quod uni datum est, alteri detur. Sed homo contrahens cum una uxore, sui corporis ei potestatem tradit, ut sit necesse reddere debitum cum petierit. Ergo contra legem natura est, si postea alteri potestatem sui corporis tradit : quia non potest simul utrique reddere debitum, si simul peterent, a Ecce argumentum. Sequitur responsio: « Dicendum, inquit, quod vir per matrimonium non dat sui corporis potestatem uxori quantum ad omnia, sed solum quantum ad illa quæ matrimonium requirit. Non autem requirit matrimonium ut quolibet tempore uxori petenti debitum vir reddat, nisi quantum ad illud ad (a) quod principaliter est institutum, scilicet bonum prolis, scilicet quantum sufficit ad impnegnationem. Requirit autem hoc matrimonium, inquantum est remedium institutum, quod est secundarius illius finis, ut quolibet tempora petenti debitum reddatur. Et sic patet quod accipiens pliires uxores non se obligat ad impossibile, considerato principali fine matrimonii. Et ideo pluralitas uxorum non est contra prima praecepta legis natura}. » — Hiec ille. — Ex quibus patet solutio ad argumentum Aureoli; quia ex hoc quod vir haberet piures uxores, non obligaretur ad nulli reddendum debitum.

Ad quartum dicitur quod habere intensissimam amicitiam ad uxores, non est principalis finis matrimonii, sed secundarius. Et ideo, ex dispensatione Dei, potest contrahi matrimonium sine tali intensissima amicitia. Sufficeret enim quod halæns piures uxores, quamlilæt diligeret intensius aliis non suis uxoribus, licet nullam diligeret intensissime, vel non utramque intonsissime diligeret. Ad hoc intelligendum facit dictum sancti Thomæ, in simili proposito, dist. 33, q. 1, art 2, ubi arguit sic, quinto loco : < In dispensatione non debet praetermitti majus bonum propter minus tanum. Sed fides ct sacramentum, quæ non videntur posse servari in matrimonio quo unus vir pluribus conjugihus conjungitur, sunt meliora quam prolis multiplicatio. Ergo intuitu hujus multiplicationis dispensatio praedicta fieri non debuisset. > Ecce argumentum. Sequitur responsio: ‹ Dicendum, inquit,quod proles, secundum quod est bonum matrimonii, includit fidem ad Deum servandam : quia, secundum quod proles exspectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonii Ixinum. Fides autem a<i Deum servanda, est potior quam fides uxori servanda, quæ ponitur bonum matrimonii, et quam significatio quæ pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur. El ideo non est inconveniens, si, propter bonum prolis, aliquid detrahitur aliis duobus bonis. Nec tamen omnino tolluntur : quia etiam fides manet ad piures, et sacramentum aliquo modo; quia, quamvis non significetur conjunctio Christi ad Ecclesiam inquantum est una, significatur tamen distinctio graduum in Ecclesia per pluralitatem uxorum; quæ quidem est non solum in Ecclesia militante, sed etiam in triumphante; et ideo illorum matrimonium significabat conjunctionem Christi ad Ecclesiam, non solum militantem, ul quidam dicunt, sed etiam triumphantem, ubi sunt diverse mansiones. · — Hæc ille.

Ad quintum diciturquod ratio illa probat quod pluralitas uxorum est contra secundaria principia juris naturae, non autem contra primaria. Pro cujus intellectu, sciendum quod sanctus Thomas, ubi supra (dist. 33, q. 1), ari. 1, arguit sic, quarto loco: « *Jus naturale est quod natura omnia animalia edocuit,* ut dicitur in principio Digestorum (leg. 1, IT, *de Just, et Jure).* Sed natura non docuit hoc omnia animalia, quod sit una unius; cum unus mas, in multis animalibus, pluribus feminis conjungatur. Ergo non esi contra legem natura? habere piures uxores. > Ecce argumentum. Sequitur res|M)nsio : α Dicendum, inquit, quod jus naturale multipliciter accipitur. Primo modo enim jus aliquod dicitur naturale ex principio, quia scilicet a natura est inditum; el sic diffinit Tullius, in 2. *Rhetorics,* dicens : *Jus naturæ est quod non opinio genuit, sed quivdam innata vis inseruit.* Et quia etiam in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales,

(a) *ad.* — Om. Pr.

non quia sint ex principio intrinseco, sed quia sunt ei principio superiori movente, sicut motus qui sunt in elementis ex impressione corporum coelestium, naturales dicuntur, ut dicit Commentator, 3. *Crrli* (com. 28); ideo ea quæ sunt de jure divino, dicuntur esse de jure naturali, cum sint ex impressione et infusione superioris principii, scilicet Dei. Et sic accipitur ab Isidoro, qui dicit quod jus naturale est quod in *lege et Evangelic continetur (a).* Tertio modo dicilur jus naturale non solum a principio, sed a materia, quia de naturalibus est. Et quia natura contra rationem dividitur, a qua homo est homo, ideo, strictissimo modo accipiendo jus naturale, illa quæ ad homines lanium pertinent, etsi sint de dictamine rationis naturalis, non dicuntur esse dejuro naturali, sed illa tantum quæ naturalis ratio dictat de his quæ sunt homini aliisque animalibus communia. El sic datur dicta diffinitio, scilicet ; Jui *naturale est quod natura omnia animalia docuit.* Pluralitas ergo uxorum, quamvis non sil contra jus naturale acceptum tertio modo, est tamen contra jus naturale secundo modo acceptum, quia jure divino prohibetur; et etiam contra jus naturale primo modo acceptum, quia natura dictat animali cuililiel secundum modum convenientem suæ speciei; unde etiam quædam animalia, in quibus ad educationem prolis requiritur sollicitudo utriusque, scilicet maris et ſemina naturali instinctu servant conjunctionem unius ad unum, sicut patet in turture et columba, et hujusmodi. d — Hæc ille. — Ex quibus patet ad argumentum.

Item, ibidem, nono loco, arguit sic : α Quidquid est contra naturale doideriurn, est contra legem natura. Sed zelus viri nd uxorem, et uxoris ad virum, naturalis est; quia in omnibus invenitur. Cum ergo zelus sit amor non patiens consortium in amato, videtur quod contra legem natura sil quod plures uxores habeant unum virum, n Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod naturalis inclinatio in appetitiva sequitur naturalem conceptionem in cognitiva. Et quia non esi ita contra naturalem conceptionem quod vir halæat plures uxores, sicut uxorem habere plures vine, ideo affectus uxoris non ita refugit consortium m viro, sicut e converso. Et ideo, tam in hominibus quam in aliis animalibus, invenitur major zelus maris ad feminam quam econtra. b — Hæc ille.

Finaliler dicilur quod, dato quod rationes procedentes probarent quod pluralitas uxorum esset contra prima principia juris naturalis, ex hoc non posset concludi quin Deus in tali pluralitate posset dispensare, sicut patet in solutione primi; sed solum quod nullus homo in hoc posset dispensare. Et ideo ista quinque argumenta in nullo vulnerant conclusionem.

II. Ad argumenta Durandi et aliorum. — Ad argumenta secundo loco inducta contra eamdem conclusionem, per oppositum ad procedentia, nunc dicendum est. Et

Ad primum quidem, dicilur quod pluralitas uxorum, licet non de per se habeat impedire pacem domus, el in aliquo casu possit compati pacem, tamen, pro statu natura ¢orrupta ut in pluribus, impedii pacem familiæ, et raro eam patitur, cum pariat zelotipiam, et multa alia inconvenientia et defectus earn concomilcntur, ut palet in probatione conclusionis. Ars autem el lex non solum considerant ea quæ sunt per se, verum etiam ea ¢ua accidunt ut in pluribus. Et ad hoc faciunt argumenta Aureoli, et ea quæ dicta sunt in probatione ¢prima partis conclusionis hujus; potissime quia compatibilitas pacis et pluralitatis non contingit sine corporis et animæ virtute, quæ non inest homini a natura, immo pauci ad eam etiam cum exercitio attingunt; ideo naturalis inclinatio talem pluralitatem refugii, ct aliqualiter detestatur.

Ad secundum dicitur, negando antecedens, cum sil expresse contra Philosophum, 8. *Ethicorum,* cap. 12, ubi sic dicit : *Viro autem et uxori amicitia secundum naturam videtur exsistere. Homo enim natura animal conjugale magis quam politicum, et quanto prius et necessarium magis domus civitate, ct filiorum procreatio communis animalibus. Aliis quidem ergo animalibus in tantum communicatio est. Homines autem non solum procreationis filiorum gratia cohabitant, sed etiam eorum quxin vitam. Confestim enim divisa sunt opera, et sunt altera viri et uxoris. Sufficiunt ergo ad invicem, ad commune ponentes propria.* — Hæc ille. — Ad dictum vero Augustini, dicitur quod intelligendum est pro statu innocentia?. Secus nutem est pro statu natum tali gratia destituta?, et sibi derelicta, in quo aliqua opera mullo convenientius fiunt per feminam quam per marem.

Ad tertium dicilur quod illud argumentum probat quod ex divina dispensatione licuit habere plures uxores, non autem quod auctoritate propria, alias cuilibet nunc liceret, si argumentum valeret, habere plures uxores. In praeceptis enim natum non solum primariis, sed etiam secundariis, solus Deus potest dispensare, et praesertim in matrimonio, quod non solum est naturae officium, sed etiam legis Dei sacramentum, requirens ad sui complementum tria bona, scilicet *prolem, fidem* et *sacramentum,* quorum secundo aliqualiter repugnat pluralitas uxorum, ut supra dictum est (ad quartum Aureoli). Talis etiam pluralitas jure divino prohibetur, ut dictum est in solutione quinti Aureoli.

(*) Cfr Diet. Grat. init. D. t. — lise verba non sunl Isidoro attribuenda, liene vero Gratiano, qui ea prxrnisil canoni et dietta Isidori (5. *Ethymolôg.,* cap. 2) confecto.

Ad quartum dicitur primo, quod dispensatio de pluralitate uxorum primo facta fuit per internam inspirationem, et secundario per exemplum sanctorum patrum derivata est ad alios fideles duntaxat, ut dictum est in probatione secundæ partis primæ conclusionis. De boc sanctus Thomas, dist. XJ, q. 1, art. 2, ubi arguit sic, tertio loco : « Si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet nisi in illis | in quibus dispensatio iit. Non autem legitur aliqua dispensatio communis in lege cum omnibus facta. Cum ergo omnes communiter qui volebant, plures uxores acciperent (a) in veteri testamento, nec ex hoc reprehendantur in lege aut prophetis, videtur quod non fuerit ex dispensatione licitum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod (pialis est lex, talis debet esse dispensatio legis. Et quia lex natura? est in cordibus impressa, non oportuit dispensationem eorum quæ ad legem natura perlinent, lege scripta dari, sed per internam inspirationem fieri. » — Hæc ille. — Cum autem dicit arguens, quod, si talis dispensatio innotuit posterioribus exernpio priorum, tunc æque innotuit infidelibus sicut fidelibus; ergo, etc.; — dicitur quod fidelibus innotuit exemplo priorum, ct verbo atque doctrina patrum, quod talis pluralitas uxorum in populo Dei erat licita; infidelibus autem non sic innotuit. Ideo, si infideles imitati sunt exemplum sanctorum patrum, non excusantur a peccato; quia dispensatio illa ad eos non se extendebat, sed tantum ad populum Dei.

Dicilur secundo, quod non est inconveniens quod omnes infideles plures uxores habentes in hoc |>eccaverint; nec quod ralio naturalis in eis circa hoc obscurata fuerit ; quia circa multa alia, el deteriora, el graviora, errabant contra legem nature. De hoc sanctus Thomas, ubi supra (dist. 33, q. I), art. 3, q|· 1, in solutione primi, sic dicit : « In Gentilibus, quantum ad multa, lex nature offuscata erat; unde accedere ad concubinam malum non reputabant, sed passim fornicatione quasi re licita utebantur. * Item, ibidem, arguit sic, secundo loco : « Jus positivum a jure naturali profectum est, ul dicit Tullius (lib. 2, *de Invent.).* Sed, secundum jus positivum, simplex fornicatio non prohibebatur; immo potius in |xrnam, secundum antiquas leges, mulieres lupanaribus tradendæ condemnabantur. Efgo habere concubinam non est contra legem nature. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum quod ex prædicta obscuritate in quam cecideruntGentiles, Deo debitam gloriam non reddentes, ut dicilur, *Romanor.* I (v. 21), lex illa processit, et non ex instinctu legis nature; unde, prevalente religione Christiana, lex illa extirpata est. » — Hæc ille. — Ibidem etiam dicit, in solutione tertiæ quæstiunculæ, quod habere concubinam proprie dictam eat contra prima precepta legis natura, quæ non recipiunt dispensationem; habere autem plures uxores est conira secundaria precepta legis natura, quæ sunt dispensabilia. Unde nil mirum si Gentiles errabant circa secundaria precepta, cum errarent circa primaria.

Ad quintum dicitur quod illa opinio ibidem recitata, falsa est, et multum improbabilis, ut ostendit Petrus de Palude (dial. 33, q. 1), dicens : « Communis opinio habet quod nec de consensu alterius, nec propter sterilitatem, unquam licuit habere plures uxores, nisi divina dispensatione. Quod probatur. Quia non plus juris habet vir in uxorem quam econtra, quoad essentialia matrimonii; nec plus indiget prole mulier quam vir. Sed nunquam de licentia viri sterilis licuit uxori ducere alium virum. Ergo nec e converso; licet unum sit gravius alio, et innaluralius. Quia non solum naturale, sed nec jus publicum privatorum pactionibus tolli vel mutari potest (sicut alibi dicitur) et mullo minus jus divinum. Unde, si uxorem plures viros habere non potest fieri licitum per quodcumque pactum, quia est conira finem matrimonii, ut est naturale a natura generis, ergo nec virum habere plures uxores : quia contre finem matrimonii, quod est bonum fidei; et contre societatem, secundum quod est naturale a natura speciei; el contra bonum *sacramenti,* quia Christus est sponsus unius sponsæ; licet non æque sicut primum. » — Haec Petrus, et bene, prasertim loquendo de contrahentibus matrimonium simpliciter, et transferentibus totam potestatem corporis in alterum, el non ad tempus determinatum. Quod addo, quia aliter contradiceret dictis sancti Thomæ recitatis in solutione secundi et tertii argumentorum Aureoli.

Ad sextum respondet Petrus (ibid.), dicens quod « duo non possunt esse domini ejusdem rei in solidum, vel possessores. Unde, si alicui dedi usum in nemore meo, de ejus voluntate possum dare alteri; quia se compatiuntur quod quilibet accipiat suam necessitatem, quod est accipere partem, et non totum; non autem sine licentia ejus, si per hoc paratur sibi pnrjudicium. Si autem uni dedi (i) usumfruclum, de licentia ejus, manente primo usufruclu, fieri non potest quod alius habeat lolum usumfruclum, cum in una re non possint esse plures ususfructus, sicut plures usus; quia ususfructus est jus plenum utendi fruendi rebus, salva rerum substantia. Polest ergo inter eos, si primus vult, partiri ususfructus; sed non potest ab utroque in solidum haberi. Sic est in proposito. Quia natura matrimonii est quod conjux habeat plenam potestatem et plenum dominium in corpore alterius. Quando ergo, ducta prima, ducit secundam ; aut dat sibi pariem potestatis; aut totam. Si totam; ergo

(a) *acciperent, — accipere* Pr.

(3) uni *dedi. — venduh* Pr.

prima desinit esse uxor, quia non potest haberi a duobus in solidum. Si partem; ergo mutatur natura matrimonii, quod solus auctor natura potest; sicut si acciperet uxorem usque ad Pascha. Propter hoc enim non potest meretrix dare potestatem corporis ad horam,quia illud potest dare in perpetuum: quia natura illius actus est ut congruat fini quem (a) natura intendit ex eo; hoc autem requirit quod totaliter detur, et non partialiter dimidietur. Quando autem unus vovet castitatem de licentia alterius, nullus accipit potestatem ad actus carnales super corpus alterius voventis, nec in parte, nec in solidum; unde non est simile. » — Hæc Petrus, et bene; dum tamen intelligatur sine praejudicio illorum quæ dicta sunt ad tertium Aureoli, de viro habente plures uxores; aliter falsum diceret Petrus.

Ad septimum respondet idem Petrus (ibid.), quod ‹ cum illis fuit dispensatum per inspirationem, licet non sit scriptum. Magis autem de repudio Agar scripta est dispensatio : quia magis scripta prohibitio separationis, quando dictum est *(Genes.* 2, v. 24) : *Relinquet patrem et matrem, et adhxrebit uxori sux;* ergo non adhærere caslæ sic debuit revelari et scribi; sicut Abrahæ fuit jær prophetiam Adæ revelatum, et postea a Moyse scriptum. Non sic autem non habere plures uxores erat in Scriptura prohibitum; sed habere plurimas regi fuit postea (δ) interdictum. Sicut ergo erat in talibus cordibus scripta prohibitio, sic sufficiebat cordis dispensatio. Et ista solutio est Innocentii, in decretali *Gaudemus :* quia nihil tam naturale est (γ) quam unumquodque dissolvi eo genere quo ligatum est, ut dicitur alibi; unde praceptum quod habet obligationem ex inspiratione, habet dispensationem ex sola inspiratione. » — Hæc Petrus, ct bone, et concorditer sancto Thomæ, ul patet ex dictis ad quartum. Item, dist. 33, q. 1,art. 3, q,a3, in solutione tertii, sic dicit : ‹ Sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dare libellum repudii, ad vitandum uxoricidium; ila ex eadem dispensatione licuit Abrahæ ejicere Agar, ad significandum mysterium quod Apostolus explicat, *Galatar.,* 4. Quod etiam ille illiushæres non fuil, ad mysterium pertinet, ut ibidem patet» sicut etiam ad mysterium perlinet quod Esau, filius libera, hæres non fuit, ut patet *Romanor.* 9. Et similiter propter mysterium facium est ut filii Jacob ex ancillis et liberis nati, hæredes essent, ut dicit Augustinus (tract. 11 in Joann.) : quia Christo nascuntur in baptismo filii et hæredes, tam per bonos ministros, quos libera (o) significant, quam per malos, qui per ancillas significantur. » — Hæc ille.

Ad octavum respondet idem Petrus (ibid.), quod ‹ pluralitas uxorum prohibita erat lege natura ; et mos ille inolevit ex divina inspiratione vel dispensatione, et non ex natura corruptione, sicut simplex fornicatio. Ideo, etc. a Et addit Petrus, quod « illa solutio quæ datur in quinto argumento ad decretalem *Gaudemus,* quod nulli licuit nisi sibi fuit divina dispensatione concessum, id est, de dictamine rationis interioris, — non est ad mentem decretalis ». — Hæc Petrus, et bene, et concorditer beato Thomæ, ut patet ex allegatis in solutione primi argumenti Aureoli de illa decretali. Item, dist. 33, q. 2, art. 2, q,a 3, arguit sic, secundo loco, *a* Augu stinus *(contra Faustum,* lib. 22, c. 47) dicit de duabus uxoribus, quod *quando mos erat, peccatum non erat.* Sed tempore legis erat talis consuetudo, quod repudiata alium virum ducebat, *Deuteron.* 24 (v. 2). Igitur, etc. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : α Dicendum, inquit, quod in illo verbo Augustini *mos* non ponitur pro consuetudine, sed pro actu honesto, secundum quod a more dicitur aliquis morigeratus, quia est bonorum morum, et sicula more philosophia (a) moralis nominatur.» — Hæc ille. — Verumtamen, q. 1, art. 1, in solutione secundi, videtur sanctus Thomas aliter sentire. Nam, ibidem, sic dicit : « Sicut dicit Tullius (2. *Rhetoric.), res a natura profectas, et a consuetudine approbatas, legum virtus et religio sanxit.* Unde patet quod illa quæ lex naturalis dictat, quasi ex primis principiis legis naturæ derivata, non habent vim coactivam per modum præcepti absolute, nisi postquam lege divina vel humana sancita sunt; et hoc est quod dicebat Augustinus *(Contra Faustum,* lib. 22, cap. 47), quod non faciebant contra praceptum, quia nulla lege erat prohibitum. » — Hæc ille. — Item, ibidem, in solulione primi, exponens illud Augustini (ibid.), *Quando mos erat, peccatum non erat,* etc., sic dicit : α Consuetudo non praejudicat legi naturæ quantum ad prima præcepta ipsius, quæ sunt quasi communes animi conceptiones in speculativis; sed ea quæ ex istis trahuntur ut conclusiones, consuetudo auget, ut Tullius dicit in 2. *Rhetoricæ,* et similiter minuit; et hujusmodi est praceptum legis natura de unitate uxoris. » — Hæc ille. — In quibus videtur velle quod sola consuetudo excusabat pluralitatem uxorum ab omni peccalo, tarn fideles quam infideles. Sed dicendum quod ipse loquitur de consuetudine divinitus inspirata tantum. Et quod isto modo intelligal, patet ex his quæ dicit, ari. 2, quæ allegata sunt pro secunda parie conclusionis. Ideo non est contradictio in dictis ejus ad invicem , nec ad dicta Petri de Palude.

Ad nonum respondet Petrus (ibid.) quod α sicut Papa, non ex eo quod Papa potest miracula facere, quod est super naturam; sic nec potest in pluralitatem uxorum, quod est contra legem naturalem, dispensare, propter quamcumque necessitatem (puta

(a) /tni çurm. — *ucundum quod* Pr.
(C) *plurima» rtgi fuit pottea. — plures regi fuit* Pr.
(yj *eet.* — Om. pr.
(Î) *libera* — h6eri Pr.

(3) *philosophia. — prophetia* Pr.

ultra mare, ut ibi multiplicentur habitatores; vel, rege habente uxorcrn. sterilem, propter hæredern; vel, si regina Sarracenoruin vellet cum sua gente converti, si conjugatus quisque eam duceret; quæ videntur justa causæ); quia non jiolest vinculum tollere. Nec valet argumentum ; quia non est simile. Si enirn Papa potest dispensare in volo solemni, hoc est quia illud supra simplex votum non addit nisi aliquid positivum, et mortem civilem; potest autem Papa dispensare in voto simplici, et in omni (a) pure positivo, et in morte civili (puta de servo facere liberum, et monachum vel eremitam cogere ad episcopatum, per quod habet vacare mundo cui abrenuntiaverat). Sed si monachus cum quo dispensat, consummato matrimonio intravit, vivente illa, non potest Papa eum alteri copulare, obstante ligamine, non voto. Si autem solutus erat, vel carnali copula non secuta, profitendo solutus fuit; tunc potest. Sed in isto non mortuo civiliter, nec naturaliter, quamvis ea mortua sit vulva uxoris, non potest dispensare; quia non potest ligamen tollere. » — Hæc Petrus; et bene quoad aliqua, puta quod contra legem naturalem est matrimonium carnale dissolvi per hominem. Sed male dicit quoad hoc quod matrimonium spirituale, quod contrahitur per solemnem professionem virginitatis aut continentiae cum Deo, possit per Papam dissolvi; cum secundum matrimonium videatur esse indissolubilius et inviolabilius,cum melius, perfectius etsolemnius sil quam primum, ut testatur Apostolus, 1. *Corinth.* et sanctus Thomas, dist. 38, q. 1, art. 3, qu 3, arguendo ad oppositum quaestionis, dicens : α Ille qui facit votum solemne, contrahit matrimonium spirituale cum Deo; quod est inulto dignius quam materiale matrimonium, etc. » Et de hoc dicetur in sequentibus, respondendo ad argumenta contra secundam conclusionem.

§2. — Ad ARGUMENTA CONTRA SECUNDAM CONCLUSIONEM

I. Ad argumenta Scoti. — Ad ea quæ objicit Scotus contra secundam conclusionem, dicitur quod secunda solutio ibidem recitata, bona est, et secundum mentem sancti Thomæ, ut patet in probatione conclusionis. Et ad improbationem illius solutionis,dicitur quod, posito quod in voto simplici aclus voluntatis voventisesset conformis,similis aut æqualisaclui voluntatis qui est in voto solemni, non tamen aclus exteriores ipsius voventis sunt a?quales aut consimiles in utroque voto, nec circumstantiae loci, temporis, modi et personarum coram quibus emittitur votum ; nec aclus interior habet æqualem virtutem obligandi quoad Deum et homines hic et ibi. De praedictis sanctus Thomas, dist. 38, q. 1, ari. 2, in solutione tertiæ quæstiunculæ, sic dicit : c Votum dicitur solemne ex hoc quod habet completam vim obligandi. Ea enim ad rei soiemnilalem perlinere dicuntur, quæ ei completum esse tribuunt. Votum autem, cum essentialiter sit promissio, complementum suæ virtutis accipit sicut et promissio; cujus quidem obligatio tunc completur quando aliquis hoc quod promittit, in præsenti dat, quodammodo ponens eum cui fit promissio, in corporali |>ossessione alicujus rei, unde habere possit quod promittit; sicut si aliquis fructus agri promitteret, et, promittendo, agrum daret; et similiter, si senilium aliquod promitteret, et se in servum daret. El ideo tunc votum solemnizari dicitur quando aliquis præsenlialilcr se dat Deo, divinis se seniliis mancipando; quod fit per ordinis sacri susceptionem, et per professionem cerlæ regulæ debito modo factam (z), scilicet in manu ejus qui debet recipere, et aliis circumstantiis servatis, quæ secundum jura determinantur, alias enim non esset votum solemne, quanlumcumque quis profiteretur, quia ex tali professione non fieret sub potestate eorum qui religioni præsunt. › — Hæc ille. — Item, ibidem, in solutione sccundæ quæstiunculæ, sic dicit : · Divisio voti in privatum et solemne, est divisio totius potentialis in partes suas; cujus perfecta virtus est in una suarum partium, in aliis autem quædam participatio; sicut anima dividitur in rationalem, sensibilem et vegetabilem. Virtus autem voti est obligatio : quæ quidem virtus complete e>l in volo solemni, cujus obligatio nullo casu irritari (€) potest; sed incomplete in volo privato, cujus obligatio aliquo casu irritatur^)· › Hem, ibidem, arguit sic secundo loco : ‹ Divisio debet esse per ea quæ sunt essentialia rei. Sed privatum et solemne non dividunt votum per aliquid quod sit essentiale rei : quia votum essentialiter est quædam obligatio Deo facta; quantum autem ad Deum, non di fieri obligatio, utrum fiat in secreto, vel coram pluribus. Ergo prædicta divisio est incompetens. › Ecce argumentum Sequitur responsio : ‹ Dicendum, inquit, quod dicta divisio datur per ea quæ sunt essentialia voto. Illud enim ex quo votum habet vim obligandi, est sibi essentiale. Unde non est verum quod obliget æqualiler (δ) omnibus modis, nec quoad Deum, nec quoad homines.› — Hæc ille. — Hem, art. 3. q|· 3, in solutione primi, sic dicit : α Votum simplex non minus dicitur obligare quam solemne in his quæ ad Deum spectant, sicut est se|mratio a Deo per'peccatum mortale : quia mortaliter peccat frangens votum simplex sicut solemne, quamvis gravius peccatum sil frangere solemne, ut sic comparatio (i) in genere accipiatur, non in detec-

(a) *et* in omni. — Om. Pr.

te) *factam.* — *factae* Pr.
(6) irritari. — iUran Pr.
(γ) irritatur. — *iteratur* Pr.
(V *aequaliter.* — *poenaliter* Pr.
(<) comparatio. — *operatio* Pr.

minata quantitate reatus. Sed quantum ad matrimonium, per quod homo homini obligatur, non oportet quod sit æqualis obligationis etiam in genere; quia ad quædam obligat votum solemne, et non simplex. › — Hæc ille. — Item, ibidem, tertio loco, arguit sic : ‹ Votum solemne nihil habet quod non possit votum simplex habere, etc. » Et respondet : ‹ Dicendum quod votum solemne habet exhibitionem proprii corporis, quam non habet votum simplex, etc. › Item, 2 2·, q. 88, ari. 7, arguit sic, primo loco : ‹ Votum est quædam promissio facta Deo. Ea vero quæ exterius aguntur, ad solernnilalem pertinentia, non videntur ordinari ad Deum, sed ad homines. Ergo per accidens se habent ad votum. Non ergo solemnitas talis est propria conditio voti. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum quod hujusmodi solemnitas non solum pertinet ad homines, sed ad Deum, inquantum habet aliquam spiritualem consecrationem seu benedictionem, cujus Deus est auctor, etsi homo sit minister, secundum illud *Numeror.* 6(v. 27) : *Invocabunt nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis.* Nam votum solemne habet fortiorem obligationem apud Deum quam votum simplex, et gravius peccat qui illud transgreditur. Quod autem dicitur, quod votum simplex non minus obligat apud Deum quam solemne, inlelligendum est quantum ad hoc quod utriusque transgressor peccat mortaliter. › — Hæc ille. — Ex quibus patet, primo, quod fortius obligat votum solemne quam simplex aut privatum, non solum quoad actus exteriores, immo quantum ad ipsum interiorem voluntatis. Secundo, quod in voto solemni est perfecta datio et exhibitio proprii corporis, non autem in voto simplici. Tertio, quod in voto solemni est quædam consecratio et dedicatio person® ad Dei obsequium, quæ non est in voto simplici. Quarto, quod solemne votum fortius obligat quam simplex, non solum quoad homines, immo quoad Deum. Ex quibus patet ad argumentum.II.

II. Ad argumenta Aureoli. — Ad ea quæ secundo loco contra secundam conclusionem inducuntur, dicitur primo, in genendi, quod beatus Thomas fuit alterius opinionis in 4. *Sententiarum,* et alterius in *Summa.* Ipse nempe, 4. *Sentent.,* dist. 38, q. 1, art 4, ql« 1, in solutione tertii, sic dicit : ‹ De voto continenti® esi duplex opinio. Quidam enitn dicunt quod nullus |X)tcst in eo dispensare. Sed hujus ratio diversa redditur a diversis. Quidam enim dicunt quod hoc accidit quia votum continentia» non jxjtest pnetermitti sine hoc quod ad contrarium voti aliquis delabatur, quod nunquam licet; sed votum paupertatis potest pnetermitti aliquo modo, quod non erit directe contra votum, sicut cum aliquis habet pecuniam non suo, sed Ecclesiæ nomine. Sed hoc nihil est : quia sic votum do abstinendo aliqua die determinata a carnibus non reciperet dispensationem, aut votum de peregrinatione; quod est absurdum. Et ideo alii assignant aliam rationem, dicentes quod hoc contingit quia votum continenti® non recipit recompensationem melioris boni, eo quod non est digna ponderatio ănimo continentis : vel ideo quia per continentiam homo de domestico inimico triumphat, ut quidam dicunt; vel ideo quia per religionem homo perfecte conformatur Christo; unde in volo continenti®, quod in voto religionis includitur, et in aliis votis essentialibus religioni, non potest dispensari, ul quidam dicunt. Sed hoc etiam non videlursufficientcrdictum: quia bonum commune est multo melius quam bonum privatum; propter quod homo etiam interdum ab otio ŝancta contemplationis removetur, quæ est optima pars, judicio Domini, Luc® 10 (v. 42), ut utilitati proximorum vacet. Et ideo, ul alii dicunt probabilius, videtur quod, si communis utilitas totius Ecclesiæ, vel unius regni, vel provinciæ, exposceret, posset convenienter in voto continenti® ct in voto religionis dispensari, quantumcumque esset solemnizatum. Non enim per votum potest aliquis se deobligare (a) ab eo in quo alteri tenetur; unde talis posset imminere necessitas, quod posset alicui juste prohiberi ne continenliam aut religionem voveret; ct (6), eadem necessitate manente, potest etiam dispensari in voto jam facto. » — Hæc ille.

Sed in 2 2 q. 88, ari. 11, tenet oppositum. Dicit enim sic : In voto solemni continenti® tria posSunt considerari : primo quidem materia voti, scilicet ipsa continentia; secundo perpetuitas voti, cum scilicet aliquis voto se adstringit ad perpetuam observantiam ĉontinentia tertio ipsa solemnitas voti. Dicunt ergo quidam, quod votum solemne conlinenliæ est indispensabile ratione ipsius continenţia quæ non recipit dignam recompensationem, ut patet ex auctoritate *Ecclesiastici* 26 (v. 20), *Omnis ponderatio non est digna animae continentis.* Cujus rationem quidam assignant : quia per continentiam homo triumphat de domestico hoste; vel quia per continenliam homo conformatur Christo secundum puritatem ani mæ et corporis. Sed hoc non videtur efficaciter dici : quia bona ănima , utpote contemplatio et oratio, sunt multo meliora bonis corporis, et magis nas Deo conformant; et tamen jiotest dispensari in voto orationis vel contemplationis. Unde non videlur esse ratio quare non possit dispensari in voto continenti®, si respicialur absolute ad ipsam ĉontinentia dignitatem; pnesertim cum Apostolus, 1. *Corinth.,* cap. 7 (v. 34), ad continenliam inducat propter contemplationem, dicens quod *mulier innupta cogitat quæ Dei sunt ; finis autem potior est his quæ sunt ad finem.* Et

( ) *deobligare. — Deo obligare* Pr.
( ) *et.* — Om. Pr.

ideo alii rationem hujus assignant ex perpetuitate et universalitate hujus voti, dicentes quod votum continentias non potest prætermitti nisi j>er id quod est omnino contrarium; quod nunquam licet in aliquo voto. Sed hoc est manifeste falsum : quia sicut uti carnali copula est continentia? contrarium, ita comedere carnes, vel bibere vinum, est contrarium abstinentia? a talibus; et tamen in hujusmodi votis [>otest dispensari. Et ideo aliis videtur quod etiam in voto solemni conlinentiæ possit dispensari propter aliquam communem utilitatem, seu necessitatem, utputa in exemplo de pacificatione terrarum ex aliquo matrimonio contrahendo. Sed quia Decretalis, Extra, *De statu monachorum*, in fine illius cap. *Cum ad monasterium,* dicit quod nec Summus Pontifex potest contra custodiam castitatis monacho licentiam dare, ideo aliter videtur dicendum, quod, sicut habetur, *Levitici* cap. till. (v.Oet 10), illud quod semel sanctificatum est Domino, non potest in alios usus commutari. Non autem potest facere aliquis Ecclesiæ prælatus ut illud quod est sanctificatum, sanctificationem amittat, in rebus inanimatis : puta quod calix consecratus desinat esse consecratus, si maneat integer. Unde multo minus hoc potest facere aliquis prælatus,ut homo Deo consecratus, quamdiu vivit, consecratus esse desistat. Solemnitas autem voti consistit in quadam consecratione, seu benedictione voventis. Et ideo non potest fieri per praedatum Ecclesiæ quod ille qui votum solemne emisit, desistat ab eo ad quod est consecratus, puta quod ille qui est sacerdos, non sil sacerdos; licet possit prælatus, ob aliquam causam, execulionem ordinis inhibere. Et simili ratione Papa non potest facere quod ille qui est professus religionem, non sil religiosus; licet quidam jurist© ignoranter contrarium dicant. Est ergo considerandum utrum continentia eit essentialiter annexa ei ad quod votum solemnizatur : quia, si non est ei essentialiter annexa, potest manere solemnitas consecrationis sine debito continentiæ; ‹ju o‹l non potest contingere, si sit essentialiter annexum ei ad quod votum solemnizatur. Non est autem essentialiter annexum debitum continentiae ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ. Unde videtur quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentia» solemnizato per susceptionem ordinis sacri. Est nutem debitum conlinentiæ essentiale statui religionis, per quem homo abrenuntiat sæculo, totaliter Dei servitio mancipatus; quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procurandal uxoris, et prolis, el familia», el rerum qua? ad hoc requiruntur. Unde Apostolus dicit, 1. *Corinth.* 7 (v. 33), quod *qui cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est;* unde nomen monachi ab unitate sumitur, per oppositum ad divisionem praedictam. Et ideo in voto solemnizato per professionem religionis non potest per Ecclesiam dispensari. Et rationem assignat Decretalis : quia *castitas est annexa regulx monachali.* › — Hæc ille. — Ex quibus palet quod in *Summa* correxit quod dixerat in *Scripto.* Et ideo dictum *Summx* tenendum est.

Ad primum ergo argumentum Aureoli in oppositum, dicilur quod consequentia ibidem facta non valet : scilicet interpretatio voti non potest vergere in praejudicium communitatis vel salutis voventis; ergo votum solemnizatum per professionem religionis potest cassari vel commutari auctoritate Papæ. Quia indispensabilitas illa in nullo praejudicat bono communi, vel saluti voventis; immo mullum confert utrique; et di.pensatio opposita obesset, cum non sit congruum medium ad talem finem plus quam separatio conjugii, aut pluralitas uxorum vel maritorum. Et de hoc sanctus Thomas, 2· 2 ubi supra (q. 88, ari. 11), arguit sic, primo loco: ‹ Una ratio dispensandi in voto est si sit impedilivum melioris boni. Sed votum conlinentiæ, etiamsi sit solemnizatum, potest esse impeditivum melioris Ioni : nam bonum commune est divinius quam bonum unius; potest autem per continentiam alicujus impediri bonum commune totius multitudinis, puta quando per contractum matrimonii aliquarum personarum qua? continentiam voverunt, rKISSet pax patria» procurari. Ergo videtur quod in solemni voto continentiae possit dispensari. › Ecce argumentum. Sequitur responsio : ‹ Dicendum quod periculo rerum humanarum est obviandum per res humanas, non autem per hoc quod res divinæ convertantur in usum humanum. Professi autem religionem mortui sunt mundo, el vivunt Deo. Unde non sunt revocandi ad vitam humanam occasione cujuscumque eventus· › — Hæc ille. — Et pro hac solutione facit dictum Alberti, quod recitatur in *Summa confessorum,* libr. 8, q. 62 : ‹ Votum, inquit, conlinentiæ non recipit dispensationem, quia per nihil melius potest recompensari. Nec valet illud quod dicitur de utilitate regni, vel prnvinciæ: quia non sunt facienda mala ul eveniant bona. Unde, temporibus beati Matthæi apostoli, Iphigenia virago Deo dedicata noluit nubere regi, cum se Christianum fieri cum omni populo suo promitteret; nec Matthæus ad hoc consentire voluit, ita quod etiam mortem potius sustinuit. › — Hæc Albertus, 4. *Sentent.,* dist. 38 (ari. 16).

Ad secundum dicitur quod, cum Decretalis *Cum ad monasterium,* Extra, *De statu monachorum,* expresse dicat quod in hoc Papa non potest licentiam daro, non est verisimile quod Papa aliquando dispensavit cum monacho solemniter professo religionem. Potuit tamen contingere quod dispensaverit cum novilio, vel cum professo professione non solemnizata. Vel, si dispensaverit cum monacho solemniter professo, hoc non fecit auctoritate propria et ordinaria, sed speciali consilio Spiritus Sancti, sicut in multis aliis fieri contingit, utputa

quando mutavit formam baptismi, baptizando in nomine Domini Jesu, sine expressa invocatione Trinitatis.Cumautemdiciturquod majusbonum,etc.; — responsum e>t in solutione primi. Et ulterius sanctus Thomas illud solvit. Aiguit enim, ubi supra (2 2 q. 88, art. 11), secundo loco: « Latvia est nobilior virtus quam castitas. Sed si quis voverit aliquem actum lalriæ, puta offerre Deo sacrificium, potest in illo voto dispensari. Ergo multo magis potest dispensari in volo continentiae, quod est de actu castitatis. » Ecce argumentum. Sequitur roponsio : < Dicendum, inquit, quod in voto temporalis conlinentiæ potest dispensari, sicut et in voto temporalis orationis, vel temporalisabstinernioa. Sed quod in voto conlinentiæ per professionem solemnizato non pussit dispensari, hoc non est inquantum est actus castitatis, sed inquantum incipit ad latriam perlinere per professionem religionis. > — Hæc ille. — Ex quibus patet quod argumentum peccat secundum non causam ul causam : quia nec ideo votum conlinentiæ per professionem religionis solemnizatum est dispensable quia castitas sit summum bonum virtutis, nec ideo quia majus non reperiatur; sed ideo quia est quid consecratum et Deo dedicatum, quod nullo modo licet violari, nec propter majus aut minus aut «æquale Ixmum; et præserliin quia talis dispensatio vel transmutatio est lege Dei prohibita, ut patet, *Levitici,* ult.

III. Ad argumenta Durandi. — Ad primum Durandi, dicitur quod prima pars minoris vera est. S I m probatione ejus assumitur quoddam falsum, licet quod continentia, vel virginitas, non sil «onum mundum se. sed solum quasi medicina, I medium a<! aliud. Hoc enim falsum est : quia omnes concedunt quod virginitas est virtus specialis; f c il omnis virtus est de per se bonis honestis, etiam illa quæ pnesupponit malum, ut pœnitenlia; ergo et virginitas.

Nec valent motiva Durandi cl aliorurn ad oppositum. Arguunt enim tripliciter (s). *Primo* sic : « Abstinere ab eo quod est secundum se conveniens el bonum, non potest esse bonum per se. Sed per virginitatem abstinet homo a matrimonio, quod est secundum ĕ bonum. Ergo virginitas non est do se bona. Est tamen bona ut medicina : matrimonium enim, propter distractionem mentis et curas adjuncts icddit hominem quasi infirmum ad vacandum eunt· mplaiioni divinorum; virginitas autem hæc impedimenta tollit quasi medicina; ergo, etc. » — Se *undo* sic : « Illud non est secundum se bonum, sed K>lum |H»r modum medians, quod non fuisset bon im in statu mnocentiæ, sive ñatura sanas, sed infirma?. Sed virginitas non fuisset bona in statu innocentiæ, quo natura fuit sana; est autem bona in statu naturæ infirmæ. Ergo, etc. » — *Tertio :* « Quia sicut se habet jejunare ad comedere, sic virginitas ad matrimonium. Sed comedere, adhibitis debilis circumstantiis, est bonum de se; jejunare autem non est bonum nisi per modum medicina, inquantum per jejunium consumuntur in corpore superfluitates humorum, vel redditur corpus dispositum ad actus virtutum moralium per repression nem concupiscentiarum, et per consequens ad actus virtutum intellectualium. Ergo similiter virginitas non est bona secundum se, sed solum per modum mediante, inquantum per eam tolluntur impedimenta quæ distrahunt hominem a contemplatione divinorum. Unde, 1. *Corinth. 7 (v.* 34): *Mulier innupta, et virgo, cogitat qux Dei sunt, ut sit sancta corpore et spiritu,* n

Sed ista motiva non valent. « Non quidem *primum.* Quia major argumenti est vera quando illud bonum quod tollitur, non est privativum majoris boni, quod per privationem redditur : sicut transmutatio qua ex aere fit ignis, est generatio simpliciter, et corruptio secundum quid; et, per consequens, est bona simpliciter et perse, sed mala per accidens el secundum quid; quia licet, inquantum est corruptio, sil quoddam malum, privans aliquid perse bonum, puta formam aeris, tamen, quia loco ejus reddit melius, scilicet formam ignis, quæ non compatiebatur secuni formam aeris corruptam, ideo est secundum se Ixmum. Et similiter, quia virginitas privat matrimonium, quod est bonum minus, puta corporis, et reddit bonum animæ el rationis, quod est melius, quod actus matrimonii non compatiebatur, inde est quod virginitas est secundum se bona, utpote generative majoris boni per corruptionem minoris boni. — *Xec secundum motivum* valet. Quia major est falsa : quia matrimonium est secundum se Ixmum, et tamen non erit in statu natune sanissima, id est, in statu gloriæ, ubi *non nubent neque nubentur* (Malth. 22, v. 30); similiter nec cibus nec polus. Vel dicendum quod major est vera, inquantum hujusmodi; cum autem in virginitate sint duo, scilicet unum malum, quod est privatio delectationis, aliud bonum, scilicet liber usus rationis el contemplationis, ipsa fuisset in statu innocentiæ quoad secundum, el non quoad primum, quia tunc fuisset major delectatio quam nunc, el etiam major contemplatio quam nunc, sine ea. El sic bene sequitur quod virginitas non est secundum se totam bona, sed secundum unam partem mala, quæ naturæ sanæ non convenit, el secundum aliam bona, quæ natune same convenit. Ex hac autem quæ est finis ejus, denominatur simpliciter bona. — Nec valet *tertium motivum.* Quia simile est quantum ad hoc, quod, sicul cibus est ad conservationem individui, sic matrimonium ad conservationem spe-

(«) Hi? argumenta reperiea apud Durandum, diet. 33, q. 4, et apud Pelram de Palude, diat. 33, q. 2.

ciei ; sed dissimile est quantum ad hoc, quod comestio non absorbet rationem, sicut ille actus, sed potest homo contemplari manducando; unde Augustinus (in Regula) : *Ne solæ vobis fauces sumant cibum, sed aures esuriant verbum Dei* (propter hoc enim legitur in mensa religiosis); et sic in isto bono non eat privatio majoris boni, sicut in matrimonio. Item, secundo, quia comestio est necessaria cuilibet ad salutem proprii boni, non autem matrimonium; unde non est simile. » — Hæc Petrus (dist. 33, q. 2), et bene. — Ex quibus patet quod virginitas est quid bonum secundum se : hoc addito, quod actus ei oppositus (a), quanlumcumque circumslantionatus, semper habet malum annexum, pro statu naturæ corruplæ, ut superius dictum est (C); et delectatio sibi adjuncta, est potius bestialis quam humana, nec est secundum se vel per se bona, sed est appetibilis quasi medicina contra tristitiam, ut habetur, 7. *Ethicorum,* cap. 14 et ultimo. Ille etiam actus resolvit corpus; nec est per se bonus, sed m ordine ad finem· Et plura inconvenientia habet quam virginitas.

Dicitur secundo, quod secunda pars minoris hujus argumenti primi principalis Durandi falsa est. Nec valet ejus probatio prima, qua scilicet respondet ad rationem sancti Thomæ ibi recitatam : quia false exponit illam auctoritatem *Levitici* ult., scilicet quod illud quod est semel Domino consecratum, non potest in alios usus commutari passim et indifferenter, sed bene in casu necessitatis. Hoc enim falsum est, et contra intentum littera. Quod autem adducitur de David, non valet, propter tria. *Primum* est, quia probabiliter potest et debet credi quod tantus propheta, et ℣anta sanctitatis, divinitus inspiratus attentavit comedere panes projxjsitionis Domino consecratos, alias non comesturus : sicut nec liceret alicui laico, in quanlacumque necessitate famis esset constitutus, propria auctoritate satiare ventrem suum de hostiis consecratis; liceret tamen ei, si divinitus ei inspiraretur. *Secundum* est, quod ilii panes non erant Domino totaliter consecrati per modum holocausti, quin possent cedere in usum hominum. Secus est de eo quod totaliter Domino consecrabatur per modum holocausti : quia de illo nulli hominum edere licebat, nec in alios usus convertere. Illeautemqui religionem profitetur, Domino consecratur per modum holocausti. De hoc sanctus Thomas, in tractatu *de Perfectione spiritualis vitæ,* cap. 11, sic dicit : a Triplex votum, scilicet paupertatis, ℭontinentia et obedien lice, congrue religioni adaptatur. Nam, sicut dicit Augustinus, 10. *de Civitate Dei* (cap. 1), *religio non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur.* Unde et Tullius dicit, in Rhetorica *(de Invent.),* quod religio est *quæ cuidam superiori naturæ, quam divinam vocant, cultum cæremoniamque offert.* Cultus autem soli Deo exhibitus in sacrificii oblatione ostenditur. Offertur autem Deo sacrificium de exterioribus rebus, quando aliquis eas propter Deum largitur, secundum illud *Hebrseor.* ultimo (v. 16) : *Bencficcntiæet communionis nolite oblivisci ; talibus enim hostiis promeretur Deus.* Offertur etiam Deo sacrificium de corpore proprio, dum *qui Christi sunt, carnem suam crucifigunt cum vitiis et concupiscentiis,* ut Apostolus dicit, *Galatar.* 5 (v. 24). Unde et ipse dicit, *Romanor.* 12 (v. 1) : *Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* Est etiam tertium sacrificium Deo acceptum, quando aliquis spiritum suum offert Deo, secundum illud Psalm. (50, v. 19) : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed* sciendum est quod, sicut dicit Gregorius super Ezechielem (lib. 2, horni!. 8), *hoc inter sacrificium et holocaustum distat, quod omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium est holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis,* in *holocausto vero totum pecus offerri consueverat. Cum ergo aliquis suum aliquid vovet Deo, et aliquid non vovet, sacrificium est; cum vero omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo voverit, holocaustum est.* Quod quidem impletur per tria vota pnedicta. Unde manifestum est eos qui hujusmodi vola Deo emittunt, quasi propter holocausti excellentiam antonomatice religiosos vocari. » — Hæc ille. — Simile dicit, 2 2 q. 186, art. 7, ubi sic dicit : ‹ Religionis status tripliciter potest considerari : uno modo, secundum quod est quoddam perfectionis exercitium tendendi in perfectionem charitalis; alio modo, secundum quod quietat humanum animum ab exterioribus sollicitudinibus; lertio modo, secundum quod est quoddam holocaustum, per quod aliquis se et sua totaliter offert. Et secundum hoc, ex his tribus votis integratur religionis status. › — Hæc ille. — Et, declaratis primis duobus, de tertio sic dicit : « *Holocaustum est cum aliquis totum quod habet offert Deo,* ut dicit Gregorius, super Ezechielem (lib. 2, hom. 8). Habet autem homo triplex bonum, secundum Philosophum, 1. *Ethicorum* (cap. 8). Primo quidem, exteriorum rerum; quas quis totaliter Deo offert per votum voluntario? paupertatis. Secundo autem, lionum proprii corporis; quod aliquis pracipue offert Deo per votum conlinentiæ, quo abrenuntiat maximis delectationibus corporis. Tertium autem Itonum est animæ; quod aliquis totaliter offert Deo per obedientiam, qua aliquis offert Deo propriam voluntatem, per quam homo utitur omnibus habilibus et potentiis animæ. › — Hæc ille. — *Tertium* autem propter quod non valet ad propositum exemplum David, est quia secus est de cibo sacro, et secus est de virginitate Deo dedi-

(jc) *oppotitus. — appositus* Pr.
(S) Cfr. prsMertim dist· IO, q I, ari 3. $ I

cata. De hoc sanctus Thomas, 2· 2e, q. 88, art. 11, in solutione tertii argumenti, sic dicit : < Cibus directe ordinatur ad conservationem personæ; et et ideo abstinentia cibi directe polesl vergere in periculum personæ. Unde ex hac parte recipit votum abstinentiae dispensationem. Sed coitus non ordinatur directe ad conservationem personæ, sed ad conservationem communitatis; unde nec directe abstinentia coitus per continentiam vergit in periculum personæ. Sed si per accidens ex ea aliquod periculum personale accidat, potest aliter subveniri, scilicet per abstinentiam, vel alia corporalia remedia. » — Haec ille. — De periculo autem quod potest ex hoc accidere communitati, respondet ibidem, in solutione primi, ut supra fuit recitatum (ad primum Aureoli). Ex quibus in nullo casu prælatus Ecclesiæ quicumque potest auctoritate propria virginem, per professionem religionis Deo dedicatam, ad sæculum el ad contrahendum matrimonium revocare. Secus esset si ei divinitus hoc inspiraretur, sicul de pluralitate uxorum dictum est.

Dicitur tertio principaliter, quod consecratio quæ fit in professione religionis, non se habet per accidens ad votum continenliæ; sed essentialiter el per se debitum continenti® esi annexum religioni consecrata». Nec valet prolatio in oppositum. Tum quia supponit falsum, scilicet quod votum continenliæ solemnizelur indifferenter per quamcumque professionem religionis : hujus enim oppositum dictum est supra (ad arg. Scoti). Turn etiam quia supponit quod solemnis professio, et consecratio facta in illa, principaliter respicial actus exteriores, specialiter obedientiæ : hujus enim oppositum verum est; quia talis consecratio respicit totum hominem, el omnia bona quæ habet, licet voturn obedientiæ sil principalius. Tum quia susceptio sacri ordinis esi simplex sacrificium, professio vero solemnis est holocaustum; ideo non valet adæquatio hujus ad illam, quoad propositum. Tum quia supponit quod consecratio religiosi principi iter consistat in benedictione verbali prælati, et non in obligatione totius hominis et eorum quæ ad eum pertinent. El mulla alia falsa implicat et supponit.

Dicitur quarto, quod secunda probatio secund® partis minoris, quæ procedit de additione solemnilatis ad votum, non valet. Fundatur enim in quodam falso, scilicet quod solemnitas voti non addat ad votum simplex nisi quemdam decorem accidentalem, sicut solemnilates addunt ad sacramenta decorern, sed non aliquid essentiale sacramentis. Hoc enim falsum est, ut dictum fuit supra, respondendo ad objecta Scoti conira secundam conclusionem. Item, quod aliud sit de solemnitate voti et de solemnitate sacramenti, ostendit sanctus Thomas, dist. 38, q 1, art. 2, ql* 2, ubi arguit sic, quarto loco < Sicut votum habet quædam quæ pertinent ad «olernnitatem, ita matrimonium, et alia sacramenta. Sed in matrimonio non distinguitur matrimonium simplex a solemni. Ergo nec in voto talis distinctio esse debet. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : c Dicendum, inquit, quod matrimonium et alia sacramenta habent plenum effectum suum prætermissis his quæ ad solemnitatem sacramenti perlinent, propter hoc quod habent efficaciam ex divina virtute, et non ex institutione humana. Sed votum quod obligat per id quod ab homine est, non habet perfectam vim obligandi nisi debita solemni-Lite adhibita. Et ideo votum distinguitur persolemne et non solemne; non autem matrimonium, aut aliud sacramentum, d — Hæc ille. — Ex quibus patet quod similitudo quam arguens proponit, non valet, nec per consequens probatio super illa fundata.

Ad secundum principale, negatur minor; quia talis indispensabilitas non militat coillra charitatem, cum procedat ex perfecta dilectione Dei et proximi. Unde argumentum parum habet apparenti® : quia simili modo probaretur quod Papa posset dispensare in pluralitate uxorum, vel maritorum. Et inulta alia falsa sequerentur, si modus ille arguendi valeret.

IV. Ad argumenta Petri de Palude. — Ad primum Petri, dicitur primo, quod assumit dubium, et forte falsum, in illa similitudine quam ponit, scilicet quod obligatio ad actus religionis non sit essentialis ipsi religioni, sicul nec obligatio ad actus matrimonii est essentialis matrimonio. Hujus enim oppositum videtur sentire beatus Thomas, 2 2 q. 183, art. I, ubi dicil quod α illud solum videtur ad statum hominis perlinere, quod respicit obligationem person® hominis: prout scilicet homo est sui juris, vel alieni; et hoc non ex aliqua levi causa, vel de facili mutabili, sed ex aliquo permanente. Et hoc est quod perlinet ad rationem servitutis vel libertatis. Unde status proprie perlinet ad libertatem vel servitutem, sive in spiritualibus, sive in civilibus. » — Hæc ille..— Itern,q. 184, art. 5, sic dicil : α Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate. Utrumque autem horum competit religiosis et Episcopis. Religiosi enim voto se adstringunt ad hoc quod a rebus saecularibus se abstineant, quibus licite uti poterant, ad hoc quod liberius Deo vacent; in quo consistit perfectio praesentis vit®. Horum etiam obligatio fit cum quadam solemnitate professionis et benedictionis,etc. » Item, q. 186, art. 1, per totum, dicit quod religio nominat statum perfectionis. Ex quibus apparet quod religio essentialiter et intrinsece importat statum, et quod status spiritualis est obligatio ad opera perfectionis; et consequenter, quod religio sit essentialiter et intrinsece quædam obligatio.

Dicitur secundo, quod, sive obligatio illa sit de essentia religipnis, sive passio per se consequens ad

essentiam religionis, ipsa aliter obligat ad continentiam quam vinculum matrimonii ad actum conjugalem : quia obligatio religionis ad continentiam æquipollet præceplo negativo, quod obligat ad semper et pro semper; vinculum autem matrimonii habet virn pnecepli affirmativi, quod non obligat ad semper, sed pro loco et tempore determinatis, et cum certis conditionibus. Ideo similitudo parum valet.

Dicitur tertio, quod falsum est quod Papa possit dispensare quod monachus manens monachus uxorelur. Nec valet probatio : quia in solemni professione religionis additur supra votum simplex aliquid divinum, non mere positivum aut humanum, scilicet consecratio, et quoddam holocaustum voventis et proiitentis, quod non licet violari, nec in usus humanos converti. Unde, licet professio materialiter sit quid humanum, tamen formaliler est quid divinum. Hujus simile, in alio proposito, dicit sanctus Thomas, *de Malo,* q. 2, art. 4, in solutione decimitertii, ubi sic dicit : *n* Justa et bona possunt dupliciter considerari. Uno modo, formaliter; et sic semper el ubique sunt eadem, quia principia juris, quæ sunt in naturali ratione, non mutantur. Alio modo, materialiter; et sic non sunt eadem justa et bona ubique el apud omnes, sed oportet ea lege determinari. Hoc contingit propter mutabilitatem naturæ human®, et diversas conditiones hominum el rerum, secundum diversitatem locorum et temporum : sicul semper justum est quod in emptione el venditione fiat commutatio secundum æquivalens; sed pro mensura frumenti justum est ut in tali loco vel tempore tantum detur, et in alio loco vel tempore non tantum detur, sed plus vel minus, ʋ — Hæc ille. — Sic in proposito, dico quod humanum et positivum est quod in professione servetur hæc aut illa forma verborum, aut assumatur talis habitus vel talis; sed quod profilens abrenuntiet mundo, el abneget semetipsum, et sequatur Christum perviam continenliæ, paupertatis et obedientiæ, de jure divino est. Et similiter, quod manum mittens ad perfectionis aratrum non respiciat retro (in quo præcipilur perseverantia religionis usque ad finem)', divinum præceptum est, non humanum; sicul el illud (Psalm. 75, v. 12), *Vovete et reddite Domino,* etc. Nec Papa accepit potestatem contra veritatem vit®, vel doctrina?, vel justitiæ; nec ad destructionem perfectionis, sed ad ædificationem : sicul de seipso testatur Paulus, 2. *Corinth.* 13 (v. 8), *Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate;* et post (v. 10), *Potestatem dedit mihi Dominus in ædificationem, et non in destructionem vestram.*

Dicitur quarto, quod omnem obligationem quæ mere est ex statuto Ecclesiæ, nec habet annexam consecrationem per modum holocausti præceptam ex jure divino vel consultam, et ejus sublatio vel dispensatio vergit in ædificationem et non in destructionem, Papa potest tollere. Sed hoc non habet locum in proposito : quia relinquenti perfecte sæculum præcipitur non reverti ad relicta, nec aspicere retro; alias dicitur ineptus ad regnum Dei, sicut patet, Lucæ 9 (v. 62). Item, Malthari 24 (v. 17 el 18) : *Qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua, el qui in agro est,* etc.

Ad secundum dicitur primo, quod inhabilitas monachi solemniter professi ad matrimonium contrahendum non est inducta ex solo sacramento Ecclesiæ, sed ex jure divino, tam in veteri quam in nova lege, ul dictum est (ad primum). — Dicitur secundo, quod exemplum adductum de Dina el Moyse non est ad propositum : quia neuter eorum erat dedicatus Deo per modum holocausti, sicut est religiosus solemniter professus. — Dicitur tertio, quod Papa non potest tollere obligationem religiosi solemniter professi ad vota principalia religionis, quibus abrenuntiatur mundo, et dedicatur Deo. Et licet in obligatione, antequam liat, inlelligalur excepta auctoritas Papæ; tamen, ex quo aliqua obligatio facta est auctoritate in his quæ concernunt holocausta Dei, Papa talem obligationem irritare non potest, pnesertim cum talis dispensatio vel irritatio esset contra præceptum Dei, vel ejus consilia, el cederet in profanationem sanctorum; cujusmodi esset in proposito. — Dicitur quarto, quod illud quod dicitur de calice sancti Dionysii, videtur falsum. El istud, cum præcedenlibus, videtur esse adulatio Papa», et potestatis ejus temeraria ampliatio, contra præcepta el consilia Dei. — Dicitur quinto, quod exemplum adductum de rege Aragonum non concludit : quia potest dici quod ille non erat solemniter professus; vel quod Papa hoc fecit ex speciali consilio Spiritus Sancti, el non ex ordinaria potestate. Non audeo addere tertium, scilicet quod erraverit in tali facto non tangente fidem. Tamen, secundum nonnullos, illud non esset multum inconveniens, secundum quod dicil in suo simili sanctus Thomas, nono *Quodlibeto,* art. ull., quo quærit : Utrum omnes sancti qui sunt per Ecclesiam canonizati, sint in gloria, vel aliqui eorum sint in inferno. Dicil enim sic : ‹ Aliquid potest judicari possibile secundum se consideratum, quod, relatum ad aliquid extrinsecum, impossibile invenitur. Dico ergo quod judicium eorum qui pnesunl Ecclesiæ, errare in quibuscumque, si personæ eorum tantum inspiciantur, possibile est. Si vero consideretur divina providentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu Sancio dirigit, ul non erret (sicut ipse promisit, Joan. 14, quod Spiritus Sanctus adveniens doceret omnem veritatem, de necessariis scilicet ad salutem), certum est quod judicium universalis Ecclesiæ in his errare quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Unde magis est senlentiæ Papæ credendum, ad quem perlinet de fide determinaro, quam in judicio profert, quam quorumlibet horni-

num sapientium in Scripturis (x) opinioni; cum Calphas, quamvis nequam, tamen, quia Pontifex, legatur etiam inscius prophetasse, Joan. 11 (v. 51). In aliis vero sententiis, quæ ad particularia facta pertinent, ut cum agitur de possessionibus vel de criminibus, vel de hujusmodi, possibile est judicium Ecclesiæ errare, propter falsos testes, etc. » — Hæc ille.

Ad tertium dicitur primo, quod, sicul Papa non potest facere quin monachus professus fuerit obligatus ad tria vota religionis, ita nec potest facere quod desinat, quamdiu vivit, esse ad illa tria obligatus: quia hoc prohibetjus divinum, Lucae 9 (v. 62), et *Levitici* ultimo (v. 28). Nec valet quod dicitur de voto : quia in professione religionis non solum est votum, immo holocaustum, quod non licet alicui in humanos usus convertere.

Dicitur secundo, quod obligatio ad silentium, vel abstinentia a carnibus(C), non est ita essentialis religioni sicut obligatio ad tria vota; et hoc, sive loquamur de ipsa religione simpliciter et in genere, sive de religione contracta ad aliquam speciem. Nec sequitur quod una religio non différai essentialiter ab alia. De hoc sanctus Thomas, ❡ 2", q. 188, art. 1, ubi arguit sic (secundo loco) : « Ea quæ in essentialibus conveniunt, non di versificantur nisi (γ) per accidens. Sed sine Iribus votis essentialibus religionis non ot aliqua religio. Ergo videtur quod species religionum non diveraiflceniur nisi solum per accidens. » Ecce argumentum. Sequilur res|>onsio : < Dicendum quod tria essentialia vota religionis pertinent ad excercitiurn religionis sicul quædam principalia, ad quæ omnia alia reducuntur. Ad observandum autem unumquodque eorum diversimode se potent aliquis disponere : puta ad servandum votum continentiæ se disponit aliquis per loci solitudinem, per abstinentiam, et per mutuam societalalem, et per mulla alia hujusmodi. Et, secundum hoc, patet quod communitas essentialium votorum compatitur diversitatem religionum : tum propter di\ersas dispositiones; tum proplei diversos lines. » — Hæc ille. — Item, quomodo tria vola aliler cadunt sub professione quam exteriores observantiæ, ostendit, q. 180, ari. 9, ubi sic dicit : α In regula continetur aliquid dupliciter. Uno modo, sicut finis regulæ, puta ea quæ fiertlnent ad actus virtutum. Et horum transgressio, quantum ad ea quæ cadunt communiter sub præceplo, obligat ad morille. Quantum vero ad ea qua» excedunt communiter necessitatem præcepti, non obligat ad mortale, nisi propter contemptum : quia religiosus non tenetur es-e perfectus, ěd ad perfectionem tendere, cui contrariatur perfectionis contemptus. Alio modo contineiur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium ; sicut sunt exteriores observantiæ. Inter quas sunt quædam ad quas obligatur religiosus ex volo professionis. Votum autem professionis respicit principaliter tria prædicla, scilicet paupertatem, continentiam et obedientiam; alia vero omnia ad hæc Ordinantur. Et ideo transgressio horum obligat ad mortale. Aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum regulæ, quia hoc directe conirariaretur professioni, per quam aliquis vovet regularem vitam ; vel propter praeceptum, sive oretenus a praelato factum, sive in regula expressum, quia hoc esset facere contra obedientiæ votum.> — llæc ille. — Ex quibus patet quod abstinentia carnium, vel silentium, quantumcumque contineantur in regula vel statutis religionis, non sunt ita essentialia aut substantialia religioni in genere vel in specie, sicul continentia, obedientia et paupertas; el consequenter non ita potest Papa dispensare in ultimis tribus votis sicut in primis.

Ad quartum dicitur quod rationes inductæ pro parte nostra, male solvuntur. — Et quidem responsio *ad primum* non valet : quia invalidum habet fundamentum, scilicet quod Papa possit facere de monacho non monachum. Nec glossa Decretalis valet, cum destruat textum. Ad quod facit Glossa ordinaria super dicto capite, quæ sic dicit : « Vincentius et Joannes dixerunt quod Papa non potest dis|>ensare ut monachus habeat proprium, exsistens monachus;sed de monacho potest facere non monachum. Alii dicunt quod potest dispensare, propter plenitudinem potestatis, quod monachus habeat proprium : quoniam potest auferre substantiam, et de nihilo potest aliquid facere. Et exponunt quod hic dicitur, *non potest licentiam indulgerc,* id est, *non congruit potestati illius.* Sed puto verum quod Papa in his duobus non potest indulgerc, ut littera ista dicit, etiamsi vellet : nam contra votum castitatis dispensare non potest, etc. » — Hæc Glossa, cum mullis ibidem ad hoc propositum allegatis. — Similiter nec responsio ad *secundam rationem* valet : quia supponit quod inhabilitas solemniter professi ad matrimonium contrahendum, el ad respiciendum retro, sit mere de statu Ecclesiæ, et non de jure divino; cujus oppositum est verum. — Ulterius, solutio ad *tertiam rationem* non valet : quia supponit quod ideo solum professio solemnis solvit matrimonium non consummatum, quia est quædam mors civilis, communis religioso et eremitæ. Hoc autem non est verum. Immo est specialis causa in profitante coenobita, quæ non e^t in puro eremita : quia scilicet solemniter professus religionem in manu praelati effectus est sponsa Christi, et contraxit matrimonium spirituale cum Christo, quod non licet ullatenus corporaliter maculari; est etiam effectus holocaustum Dei, quod non licet in profanos et saeculares usus converti ; secus de puro eremita. Nec

(i) *Scripturit.* — irnptii Pr.
(<) canabut. — carnalibus Pr
iei-vru/uni *te, vel.* — Ad. Pr.

tamen videtur sufficienter probari quod Papa dispensare possit in morte civili .simpliciter» per hoc quod eremita vel religiosus compellitur ad assumendum prælatunun : quia per hoc non redit ad vitam sæcularem, nec ac profanos usus aut sæculares, sed potius ad perfectionis statum, et gradum altiorern quam prius; sicul ostendit sanctus Thomas, 2· 2·, q. 184, ari. 7, ubi sic arguit (arg. Sed contra) ; α Nulli licet a majori statu ad minorem transire : hoc enim esset retro aspicere. Sed potest aliquis a statu religionis transire ad statum episcopalem : dicitur enim, XVIII, q. 1 (can. *Statutum).* quod sacra *ordinatio de monacho Episcopum facit.* Ergo status Episcoporum est perfectior quam status religiosorum.! — llæc ille. — Item, q. 88, art. 11, in solutione quarti, sic dicit : α Religiosus qui fit Episcopus, sicut non absolvitur a volo continentiæ, ita nec a voto paupertatis; quia nihil debet habere proprium, sed sicul dispensator bonorum communium Ecclesiæ. Similiter non absolvitur a voto obedientiæ, sed per accidens obedire non tenetur, si superiorem non habeat; sicut et Abbas monasterii, qui non esta votoobedientiæabsolutus.i—Hæcille.— *Quarta ratio* parum valet, et solutio vim ejus sufficienter evacuat. Ideo de illa pertranseo.

V. Ad argumenta Godofridi. — Ad argumenta Godofridi sufficienter respondet Bernardus de Gannato, ad singula dicta ejus, sic dicens : α Aliqua dicit quæ non sunt vera. Primo, quod continentia monachalis non est de essentia virtutis continentiæ. Hoc enim est absolute verum. Sed, ut est monachalis, falsum est : quia est de essentia continentiæ Deo per votum dedicabo. Ubi sciendum est quod, sicut quædam virtutes sunt generales, sic latria; quia utitur actu aliarum virtutum ad cultum divinum. Et ideo actu continentiæ utitur, cum quis propter Deum continentiam vovet. Et ideo continentia monachalis verum est quod non est de essentia continentiæ simpliciter, sicul nec homo de essentia animalis; sed tamen est de essentia continentiæ Deo dedicate, ut sic. Et ideo talis continentia est specialis virtus, quæ habet aliquid de continentia simpliciter dicta, el aliquid de latria. Unde non est gradus continentiæ, sed species. El idem posset dici de abstinentia carnium ; licet non sil simile de abstinentia a carnibus, el de abstinentia ab actu carnali vel matrimonio : quia abstinere a matrimonio propter Deum, principalius est quam abstinere a carnibus; quia actus carnalis magis retrahit ab actuali dilectione divina, quam non abstinere a carnibus. El ideo continentia est principale votum in omni religione; non aulein abstinere a carnibus. Non est autem sufficiens argumentum, quod continentia monachalis non præferatur continentiæ simpliciter, quia caelibatus Jonnnis non profertur matrimonio Abrahæ : quia certum est quod continentia monachalis praferri debet continentis simpliciter; quia est actus latriæ, ut monachalis, et quia Deo dicata est, non ad tempus, sed semper. Æquatur tamen ei matrimonium Abrahæ, propter duo. Primo, quia ex tanta charitale Abraham utebatur actu conjugali sicut Joannes cælibatu, unde et uterque utrumque ad Deum ordinabat. Secundo, quia matrimonium Abrahæ erat non solum ad multiplicandum homines corporaliter, sed etiam spirilualiter; quia nati de Abraham instructi erant in cultu divino, quod necessarium erat pro illo tempore. Hoc tamen nunc non habet locum. Unde continentia monachalis Deo dicata ad semper, est melior quam continentia simpliciter, vel etiam quam matrimonium. Talis ergo continentia virtus qusdam est specialis, licet non fiemper fuerit ; sicut nec omnes specio latriæ semper fuerunt. — Quod autem dicit, quod melius est habere pacem Ecclesiæ quam continere, quia communius et divinius, — solvunt alii, et dicunt quod non, immo melius est continere sicut monachus continet, quam quodcumque creatum : quia continentia monachalis, ex hoc quod Deo dicatur in perpetuum. bonum quoddam divinum est, et infinitum valorem aliquo modo contrahit; unde, inquantum bonum divinum est, præponderat omni bono creato, nec est æqua ponderatio animæ continentis. Si autem accipiatur continentia secundum se, vel inquantum est bonum singularis personæ, pax Ecclesiæ est (a) melior; non tamen (6) inquantum est Deo dicata, et bonum divinum. —Nec valet solutio quam dat ad auctoritatem *Ecclesiastici* (26, v. 20) : quia non est consuetudo Scriptura per continentiam accipere omnem virtutem ; tum etiam quia matrimonium tollit continentiam Deo dicatam; continentia enim Deo dicata directe opponitur matrimonio. El sic prima ratio non valet.

‹ Secunda |X)lest solvi : quia non perit totus mundus, si religionis i<te non contrahit; quia multæ aliæ viæ sunt, quibus periculo occurri potest. Item, dato quod periret, iste magis tenetur vitare periculum damnationis propriæ, quam ipsius mundi. Nec valet, ut dicunt, quod Papa habet discernere in quo casu debeat observari votum : quia in illo casu debet servari votum, in quo Papa dat licentiam specialem servandi el vovendi; sed hæc est in omni religione approbata a Papa ; et ideo omne tale votum tenendum est. Unde, licet in voluntate Papæ esset, ante ingressum religionis, quod iste poscet vovere vel non, tamen, postquam vovit voto de quo licentiam dedit, votum tenet, nec potest revocare, cum sit factum superiori, scilicet Deo; sicut nec vir |>otest revocare votum uxoris, postquam ei licentiam vovendi dedit, licet uxor non possit vovere sine licentia viri.

( ) *at,* — Om. Pr.
( ) *tamen. — tantum Pr.*

c Ad tertiam rationem, dicendum est, secundum alios, quod major *primi* (?) est falsa. Quia aliquid potest habere vigorem ex statuto Ecclesiæ, quod non potest mutari ex Ecclesiæ statuto; sicut calix consecratus, et aqua benedicta, non potest non esse benedicta. Ita, antequam iste voveret continentiam, poterat Ecclesia facere quod non voveret; sed, postquam vovit, dicatus est Deo, el non potest amplius non esse consecratus Deo per continentiam perpetuam. Ritus tamen omnes exteriores qui sunt in religionibus ve) sacramentis, et non sunt de necessitate formæ vel maleriæ, polest Ecclesia mutare. De eo autem qui esi ordinatus ad subdiaconatum, dicimus idem quod de religioso; licet fortius sil in religioso quam in subdiacono; quin religiosus, frangendo votum continentia», frangit omnia alia vota : scilicet obedienliæ, quia tenetur reddere debitum uxori, si esset venis vir; et paupertatis, quia oportet habere bona unde provideat uxori et proli ; quæ duo in subdiacono non sunt. Et ideo minus videtur quod debeat dispensari cum religioso quam cum subdiacono. — Ad aliud quod *postea* dicit, de sanctificatione religionis ab homine confictae, dicendum quod falsum dicit : quia nulla fictio vel confictio est in hoc quod religiones sunt; sed confirmatio et approbatio Ecclesiæ, quæ regitur Spiritu Sancio. Et religiones approbate a Curia Romana, non sunt fictæ ab homine, ul iste fingit ; sed inspiratæ a Spiritu, et a sancta Ecclesia ℭonfirmata Sic enim posset dici de ecclesia consecrata, et aqua benedicta, et aliis, quæ a sanctis Patribus inventa sunt, et confirmata el approlcita per Ecclesiam. Unde melius et verius loqui potuisset. — *Ad aliud,* dicendum quod actus matrimoniales, licet sint honesti, tamen contrarii sunt non continentiæ simpliciter, sed continentiæ Deo in perpetuum dicatæ. Per prædicta patet ad omnia quæ dicit. » — Hæc Bernardus, et bene, et concorditer sancto Thomæ. — Decretalis vero per arguentem inepte glossatur, sicut patel inspicienti Glossam ordinariam, quæ superius induximus (ad quartum Petri).

VI. Ad argumentum Henrici. — Ad ultimum, quod est Henrici. palet responsio per prædicta : nam actus matrimonii est contrarius virginitati et continentiæ Deo dicatæ; cujus oppositum dicit arguens. Similiter aliud falsum assumit, quod in aliquo casu liceat lapides altaris consecratos profanare. manente consecratione. — Cum autem dicit quod in omni obligatione intelligitur auctoritas Mjperions excepta, etc., — solutum est prius (ad 2·' Petri) : quia hod verum est, nisi votum vel obligabo fiat de licentia Papæ, cujuamodi (C) est toletnnis professio in religione per Ecclesiam appro·

primi. — Om. Pr.
(C) *cujiurtiodi — rujua* Pr.

bala et confirmata. — Cum autem dicit quod vivere in matrimonio vel extra, est quid institutum per hominem, etc.; — dicitur quod religiones, quoad suum formale, sunt institutæ a Christo, qui in Evangelio consulit continentiam, obedientiam, paupertatem, et præcepil ponentem manum ad aratrum non respicere retro. Sed, quoad suum materiale, scilicet quoad modum et dispositionem servandi illa tria, et quoad exteriores ritus et observantias, sunt institute ab Ecclesia, et Apostolis inspirate a (a) Spiritu Sancto:sicut patet de Paulo et Matthæo, qui sacras virgines velabant; et de Dionysio, Apostolorum contemporaneo, qui laudat statum monachalem ut perfectum (sexto capite *Ecclesiasticæ Hierarchiæ;* el recitat sanctus Thomas, 2· 2m, q. 184, art. 5). Ideo non oportet quod Papa possit in talibus, ex quo facta sunt, dispensare, vel facere de monacho non monachum, vel de aqua benedicta non benedictam, ve) de re consecrata non consecratam; quia hoc est contra præceptum divinum, ut dictum est(adlum et 2"" Petri).

§ 3. — Ad ARGUMENTA CONTRA TERTIAM CONCLUSIONEM

Ad argumenta Scoti. — Ad argumenta Scoti contra tertiam conclusionem, respondet virtualiter Durandus, dist. 37, q. *i* , ubi arguit sic : α Si sacer ordo impedii matrimonium : aut hoc esset ratione ordinis; aut ratione voti annexi; aut ratione statuti Ecclesiæ. Non ratione ordinis : quia sic omnis ordo impediret; quod non est verum de minoribus ordinibus. Nec ratione voti annexi : quia tunc ordo et votum non essent duo impedimenta, sed unum. Nec ratione statuti : quia matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ non dirimitur; el sic ordo sacer, licet impediret matrimonium contrahendum, saltem non dirimeret contractum. » Ecce argumentum. Sequitur responsio : « Dicendum, inquit, quod ordo sacer impedit matrimonium contrahendum, et dirimit contractum, non ralione ordinis absolute, sed ralione qua sacer ordo; et hoc (6) dispositive. Nec ratione voti adjuncti : quia ex nullo statuto votum polest annecti alicui facto, nisi vovens voluntarie consentiat, etiamsi verbo diceret (γ), et mente non consentiret; quia votum est mere voluntatis (δ). Sed impedit completive ex statuto Ecclesiæ, facientis personas illegitimas ad contrahendum, postquam sacrum ordinem receperunt. El quod dicitur, quod matrimonium contra interdictum Ecclesiæ non dirimitur; — dicendum est quod Ecclesia aliqua interdicit simplici prohibitione, ne

'x) a. — Om. Pr.
(i) *et hoc.* — Om. Pr.
(v) *diceret.* — *dirat* Pr.
(ê) *voluntatis.* — *voventis* Pr.

fiant; sed, si facta fuerint, non mutat. Alia vero interdicit, non solum prohibendo ne fiant, sed statuendo ut irritum sit et inane, si contra statutum fiant; et tunc non solum prohibetur faciendum, sed irritatur factum. Primo modo interdicitur matrimonium contrahi tempore feriato, et in pluribus casibus; sed secundo modo prohibetur in susceptione ordinis, d — Hæc ille. — Et eamdem solutionem dat Petrus de verbo ad verbum, in forma (dist. 37, q. d). — Ex quibus patet ad dicta Scoti : quia statutum Ecclesiæ prohibens constitutum in sacris ordinibus contrahere, continet virlualiler sententiam de qua loquitur arguens; et ideo illegitimat tales personas ad contrahendum matrimonium ; sicut patet ex consuetudine et usu Komanæ Ecclesiæ circa hoc, el ex Decretali *(De clericis conjugatis, cap.* 1) quam allegat sanctus Thomas, dist. 37, q. 4,art. 1 (arg. Sed contra), quæ praecipit tales dimittere uxores post ordinationem acceptas.

Sciendum tamen quod, cum Scotiis, Durandus et Petrus dicunt quod votum continentiæ non potest annecti alicui facto, vel sacramento, nisi faciens tale factum, aut suscipiens tale sacramentum, interius consentiat, — hoc potest dupliciter intelligi. Primo modo, quod actus interior voluntatis possit per purum hominem annecti exterioribus actionibus vel passionibus agentis aut patientis; et sic verum dicunt. Alio modo, quod debitum el obligatio ad ea quæ sunt voti, possit annecti exterioribus actionibus vel passionibus; et sic falsum dicunt prædicti doctores, et sanctus Thomas verum dicit, in hoc quod Ecclesia occidentalis potest annectere et de facto annexit votum continentiæ sacris ordinibus.

Ad argumentum contra quaestionem (a) respondet sanctus Thomas, dist. 37, q. 1, art. 1, in solutione primi, ubi sic dicit : < Quamvis ordo sacer non habeat contrarietatem ad matrimonium inquantum est sacramentum, habet tamen repugnantiam quamdam ad ipsum ratione actus sui, qui spirituales actus impedit. * — Hæc ille.

Et hæc de quæstione sufficiant. De qua benedictus Deus. Arnen.

(a) *qmeitionem. — conclusionem* Pr.

EXPLICIT VOLUMEN SEXTUM